IOANNIS

CHRISTOPHORI PORTII PAPIENSIS, IN TRES PRIORES INSTITUTIONUM IUSTINIANI LIBROS COMMENTARIA, UNA CUM IASONIS MAYNI, ET NICOLAI SUPERANTII ANNOTATIONIBUS, AC REMISSIONIBUS AD OMNIA OPERA NICOLAI BELLONI.

ADDITIS NOVISSIME PER IOANNEM BAPTISTAM Zillettum Venetum apostillis, cum summarijs & indice omnium materiarum multo quàm antea plenioribus.



Lugduni,
M. D. LXV.

TITVLORVM QVI EX INSTITVTIONVM LIBRIS PER DOMINVM IOANNEM CHRISTOPHORVM PORTIVM EXPLICANTVR INDEX.

TITVLORVM AC PARAGRAPHORVM FINIS.

RERVM MEMORABILIVM IN DO.

IOANNIS CHRISTOPHORI PORTII PAPIENSIS

Super Institutionum Imperialium tres priores libros prælectionibus contentarum, Index per quàm utilis à Ioanne Baptista Zilleto Venetto solertissimè accuratissiméque conscriptus.

A

B

C

E

F

Filius

I

L

Longæuum

N

A

Q

R

S

T

T estamentum

Tutor

V

FINIS.

Registrum indicis.

α β γ δ ε Omnes sunt terniores.

IOANNIS CHRISTOPHORI PORTII SVPER PRIMO, SECVNDO, ET TERTIO INSTITVTIONVM IMPERIALIVM LIB. LECTVRA.

Cum additionibus Iasonis Mayni, & remissionibus ad omnia opera Nicolai Belloni, ac apostillis diuersorum doctorum nouissimè appositis, exorditur.

Accesserunt postremò summaria ac copiosissimus index Ioan. Baptistæ Ziletti Veneti.

Summaria euidentia.

1 *Causa efficiens libri institutionum duplex.*
2 *Leges per ora Principum dumtaxat promulgatæ.*
3 *Nostra facimus quibus authoritatem nostram impertimur.*
4 *Causa materialis huius libri institutionum quæ fuerit.*
5 *Causa formalis quæ, & quæ finalis nu. 6.*
7 *Legalis scientia cui parti philosophiæ supponatur.*
8 *Moralis philosophia in ethicam, œconomicam, & politicam diuiditur.*

ANTEQVAM ad ipsam rubricam expediendam condescendam, præmitto aliquid ad euidentiam. † Quæritur igitur in primis, quæ fuerit causa efficiens huius libri, quæ materialis, quæ formalis, & quæ finalis, & cui parti philosophiæ supponatur. Ad primum respondetur quòd causa efficiẽs fuit duplex: vna mediata, hoc est, ipse Deus. Ipse. n. dixit, & facta sunt, & sine ipso factum nihil.[a] vt habetur Ioann. j. & ipse operatur bonum, & cooperatur ad adiuuandum nos in bono, vt est glo. sing. in cle. j extra de magist de quo etiam in authen. quomodo oport. epis. in princ. Nam constat † leges per ora Principum promulgatas esse. l. ij. §. neque. ff de vete iur. enu. l. bene à Zenone. C. de quadri prescript. Alia immediata, & hæc fuit duplex: quædam fuit proxima, hoc est ipse Tribunarius, Theophilus, & Dorotheus. §. omnes vero. infra in prœm. Causa vero aliqualiter remota fuit Iustinianus, cuius mandato composuere hunc librum vnde ipse Iustinianus dicitur compilasse, argu. in l. ita autem §. gessisse ff. de admi. tu. plene per Barto. in l. sed si vnus. § seruus meus. ff. de iniu. † Ea enim nostra facimus,[b] quibus auctoritatem impertimur l. j. § omnia. C. de vete iur. enucl. † Causa materialis potuit esse duplex, vna generalis & communis aliorum librorum legalium, & est ipsa iustitia. l. j. in princ ff. de iust. & iur. Aberrarunt igitur [vt mihi videtur] plerique qui dixère bonum & æquum esse subiectum materiale huius libri & aliorũ, quia non sunt propriè subiecta, sed sunt qualitates qualificantes subiectum, vt in simili de possessione habetur quæ vna est, licet multipliciter qualificetur vt habetur plene in l. j. C. de acqui possess. † Causa formalis fuit dispositus ordo titulorum. l. ij. ff de stat. ho. & l. imperatores. ff de in diem adiect. & habetur in prœmio sexti libri. † Causa finalis fuit separatio æqui ab iniquo, liciti ab illicito, exhortatio bonorum, spes præmiorum, purgatio malorum, metus pœnarum, d. l. j. ff. de iusti. & iur. † Supponitur morali philosophiæ, † quæ diuiditur in ethicam, quæ docet regere seipsum. de hoc tractat. l. ij. C. de secun. nup. l. libertinus. de ritu nup. & œconomicam, quæ docet regere familiam. de hoc tractat. l. j. C. de emenda. & propin. & de emeu. ser. & in politicam, quæ docet regere populum. & de hoc tractat tit. de offi. præf. Afric. cum seq.

ADDITIONES.

a Et sine ipso factum est nihil. Adde textum in c. episcopi. xxxvj. q. v.
b Ea enim nostra facimus. Adde textum in c. si apostolicæ. de præbendis. lib. vj.

RVB. PROOEMII.

Hæc rubrica non continuatur, quia continuatio debet fieri[a] ad proxima. l. ij. de statu. homi. & habetur in prœmio sexti libri. Vnde cum sit principium, nihil ante se habere potest ad quod continuetur. § discipuli. in prœmio ff orum. & l. proximus. de verb. signifi.

ADDITIO.

a Fieri. De hac continuatione quando debeat fieri, & quando non, vide per glo. in l. Gallus. in princ. de lib. & posthu. & glo. in rub. ff. de cond. furt. & per gloss. in l. j. C. de pet. bo. sub. libr. x. Cætera dic vt hic. Ias. May. Adde an continuatio sit necessaria de lege ad legem. vide per glo. in l. Gallus ff. de lib. & posthu & in l. iiij. in princ. & ibi glo. ff. de acqui. possess. Et quid de §. ad §. vide per glo. in d. l. iiij. in §. econtrario.

PROOEMIVM.

1 *Iesus, id est, saluator, & tanquam verus mundi imperator fuit vnctus nu. 2.*
3 *Imperator in brachio dextro vngitur, Papa verò in capite.*
4 *Diuinum auxilium in quocunque operis initio est implorandum.*
5 *Dignitatis suæ nomen cuique inscribere licet.*
6 *Honor maior est, uirtute sua titulos consequi, quàm facto maiorũ suorũ.*
7 *Gentium quæ sit natura.*
8 *Statutorum uerba per ora rusticorum deturpari non debent.*
9 *Doctorari non potest, nec aduocatus esse, nisi Christi fidelis.*
10 *Cum quis ex aliena materia, nouam speciem conficit, illius speciei dominus efficitur, si ad statum pristinum reduci non potest.*
11 *Notarius Christianus conficiens instrumentum inter iudæos, potest nomen Christi inuocare, non tamen debet iudæus. nu. 12.*
13 *Iudæus in quibus iure nostro uti potest.*
14 *Iudæus & hæreticus contra christianum testificari non possunt.*

15 *Iudeus qui Christiano per Christum iurat, iuramentum seruare tenetur.*
16 *Instrumentum an vitietur, omissa à notario diuini numinis inuocatione.*
17 *Omissio signi sanctæ crucis an vitiet inuentarium.*
18 *Iustinianus quare imperator appelletur.*
19 *Imperator à quibus, & quomodo coronari debeat.*
20 *Priuilegia ab imperatore antè coronationem concessa valent.*
21 *Doctor vnde dictus, & quæ in doctore requirantur.*
22 *Argumentum ab actu exercendi sumptum valet.*
23 *Imperator Iustinianus, quare Cæsar appellatus fuit.*
24 *Iustinianus huius libri auctor, quo tempore fuit.*
25 *Nominum quæstio pertinacibus relinquenda.*
26 *Imperator est mundi dominus quo ad protectionem, non quo ad dominium rerum priuatarum.*
27 *Donatio Constantini facta Syluestro Papæ quòd valuerit.*
28 *Imperator non potest iura imperij diminuere.*
29 *Signum solum non sufficit ad probationem.*
30 *Notarij signum in instrumentis est apponendum, & illud mutans seu maculans tenetur.*

IN NOMINE DOMINI. Non summatur breuis, nec etiã casus figuratur. sed pro vtroque sufficit diuisio. Quatuor igitur habet partes. Nam in prima diuinum imploratur auxilium. In secunda ponit nomen scribentis. In tertia ponit nomen eius cui liber dirigitur. In quarta & vltima ponit materiam quæ describitur. Secunda ibi [Imperator.] Tertia ibi [cupidæ legum.] Quarta ibi [incipit.] in text.
1 † Iesu hebraicè, latine saluator [a] in-
a terpretatur, quia ex eo inducta est mundi salus. glo. in auth.
2 de hæretic. & fal. in prin. ibi Christi, id est, vncti: † nam Christus tanquam verus mundi Imperator fuit vnctus, vt not. gl.
3 in versic. præalleg. † Nam sacratissimi Imperatores vngi de-
b bent [b] in brachio dextro. ad differentiam Papæ, qui vngitur in capite. c. vnctio, extra de sacra vnctione.

ADDITIONES.

a Latine salutator. Adde Car. Alex. in c. si. san. xxij. distinct. in ij. col. versi. sed id quod significat hoc nomen Iesus.
b Imperatores vngi debent. Adde Hostien. in c. antiqua. de priuil. & quare Imperator vngatur oleo: vide per Ang. de Aret. in tracta. de potestate Papæ. q. xxxviij. articu. ij. vbi ponit triplices effectus. Et an in Imperatore sit necessaria ista vnctio, vide per Arch. in c. si in adiutorium. x. distin. idem Arch. in c. qui eo. distinct. Et an Imperator consecretur: vide per Abb. in c. venera. de elect. in iiij. col. in ver. not. ibi vngimus. Et an Imperator ordinetur: vide gl. in verbo ordinem. in c. Valentinianus. lxiij. distin. Doct. in c. venerabilem. Card. in cle. j. in x. no. de iureiu. & per Bal. in proœ. C. Doct. in l. sacra. ff. de ter. diui. Io. And. in c. ij. de præben. lib. vj. in nouel.

4 † Not. primò, in quocunque operis initio diuinum auxi-
a lium [a] implorandum esse. concor. l. in nomine domini. C. de offi. præfa. præt. Afri. in auth. de armis. in princ. Secundò ex
5 secunda parte collige, † licere cuique inscribere sibi titulos dignitatis suæ. concord. l. hac consultissima. in princip. C. de test. Ex quo dixit Bart. licere militi & doctori se militem & & doctorem appellare. Eius pace istud hic non sumitur, licet alij sequantur, quia huiusmodi intitulatio non fuit facta per Iustin. sed per compilatores, quibus bene licuit proprio
b ore laudare, [b] Iustinianum virtute sua. Eodem modo. l. hac consultissima. non probat, quia ibi loquitur de testatore qui debuit exprimere nomina dignitarum hæredis potius sub
6 virtute sua, quàm virtute maiorum. † Maior enim est honor virtute sua titulos consequi, quàm facto maiorum. l. si quis
c in bello. [c] ff. de cap.

ADDITIONES.

a Diuinum auxilium. Adde c. in nomine domini. xxiij. distinct. & in c. nomine domini. de test. c. licet. xxvj. q. v.
Adde Mathæ. de Afflict. in constitutio. Regni Siciliæ incip. Baiulos omnes. col. v. versi. quæro pro declaratione. in titu. de ferijs. & faciunt quæ scribit solennis Doct. D. Ioan. de Bapt. de Plotis Nauariensis in rep. l. si quando in primis verbis. C. vnde vi Ioan. Bapt. Zaletus.
b Proprio ore laudare. Adde tex. in l. obseruare. ff. de off. procon. Doct. in rubri. de no. C. compo. c. ecce. xxiij. q. iiij. Io. Andr. in c. nisi cum pridē. de renun. vbi alle. auctoritas sacre scripturæ. Barb. in c. cum vigesimum. in v. colum. de offi. dele. dictum Vale. & per Cardi. Alexan. in c. tenere. in j. col. xxxj. distinct.

c Adde quod dum allegatur. l. si quis in bello. ff. de capti. illud est in glo. & facit etiam l. ij. ff. de interdi. & rele. vide in finali. l. quod prin. & l. Augustæ. de leg. ij. Ias. May. De hoc quis sit magis honorandus, an qui sua virtute & scientia pollet: an qui alieno: vide Bart. in proœm. ff. de vete. in fin. vbi etiam quærit quis debet præcedere an doctor, an miles. distinguit inter doctores excellentes & doctorellos, & pro excellentibus quòd sint magis honorandi, elleg. r. l. optimum in l. sed & reprobari. §. valde. de excusat. &c. Ias. May. [Vide per Doct. in c. cleri. de iud. & diffuse per Felyn. in rub. de maio. & obed. sed vltra Felyn. in d. rub. vide Ang. in l. tribunus. ff. de re mili. vbi dicit quòd tempore guerræ sunt magis honorandi milites, sed tempore pacis doctores.]

Et ideo dicit Bart. quòd maior honor est comitti doctorato, si doctor prius quàm comes appelletur ratione prædicta. Item not. in tertia parte, iuuenes vt plurimum esse cupidos ad discendum: & ideo inquit Iurisconsoltus. Et si al-
a terum pedem in sepulchro haberem, [a] adhuc discere vellem.
7 l. apud Iulianum. ff. de fideicom. lib. item not. † quòd geniti-
b uus [b] significat causam materialem. Aliquando causam formalem, & hæc duo probantur in proœ. C. domini Iustiniani. ibi repetitæ lectionis. Aliquando significat causam finalem, vt in l. j. ff. de iustit. & iur. Aliquando significat verum domi-
c nium, [c] vt in l. j §. j de reli. & sump. funerum. Aliquando significat possessionem l. j. iuncto princi. cum fine. ff. nau. cau. stab. Aliquando significat solam detentionem, vnde solent rustici dicere, iste campus est mei, & erit domini, dicitur etiã æquus regatij, quia detentat ipsum, vt l. ij. & ibi glo. ff. de ori. iur.

ADDITIONES.

a Haberem. Adde text. Ange. in c. si habes. xxxiij. q. iij. glo. in c. peruenit. lxxxiiij. distinct. glo. in c. nullus episcopus. xxxviij. distinct. & glo. in versi. plerunque in c. nisi cum pridem. de renunciatio.
b Genitiuus. Adde quòd genitiuus regitur quandoque ex natura causæ efficientis, vt hic: quandoque ex natura causæ materialis. vt. C. de nouo. C. compo. in princ. rubr. quandoque ex natura possessionis, vt æquus regatij Glo. singularis in l. ij. ff de ori. iu. quandoque ex natura eius quod est alterius. l. ij. §. j. de reh. & sum. fu. Et hoc vltimo modo debet intelligi in dubio ex propria significatione genitiui: sed tamen ex communi vsu loquendi habet locum id quod dicitur in glo. d. l. ij. Ias. May.
c Dominium. Adde Bar. In. de Imo. & Alex. de Imo. in rub. ff. de no. oper. nun. Pe. de prola. Do. de S. Gem. in c. j. de vsu. in vj.

Ex quibus infert Bar. quòd si statuto caueatur. si quis inuaserit possessionem alicuius tali pœna puniatur, non habet locum in inuasore rei commodatæ quo ad commodantem, quia genitiuus ex propria natura dominium significat: Id autẽ palam est verba statuti secundùm propriam verborum naturam intelligenda esse. l. quicquid astringendæ. de verb. oblig. Fatetur tamen quòd si res nobilis accommodatas nostras appellamus, quòd hoc casu statutum sibi locum vendicaret: quia communis vsus loquendi dat propriam significationem verbi statuti, quando talis vsus loquendi
8 esset in opere sapientum, † quia verba statutorum non debent deturpari per ora rusticorum. l. Titius. §. item prætor. ff. de suis & legi. fuit elegans dictum Bald. in rubr. de succe.
9 feu. in vsi. feu. † Capio glo. ibi ecclesiæ. Sic nec aliquis doctorari potest, nec ad causas forenses perorare. nisi sit fidelis Christianus. l. fina. C. de aduo. di. iudi. in fin. glo. Sed contra opp. nam licet Iustinianus fuerit Christianus, tamen ex quo iste liber est compilatus ex varijs constitutionibus Imperatorum diuersæ sectæ. §. omnibus. in proœm. videtur huiusmodi inuocationem Christi factam esse in derisum. l. Iudæos. C. de iud. Sol. dicit Barto. quòd licet iste liber fuerit ex varijs constitutionibus compilatus, tamẽ ex quo Iustinianus, qui Christianus fuit, fecit compilari, debuit inuocare nomen Christi, quia opus sibi appropriatur, quemadmodum si quis ex alieno vino & melle conficiat mulsum, efficitur dominus illius speciei. l. adeo. §. cum quis. de acqui. rer. domi. §. cum ex aliena. infra de rerum diui. Sed certe huiusmodi solutio non
10 videtur bona, eo † quia quando quis ex aliena materia conficit nouam speciem, tum demum efficitur dominus illius speciei, quando non potest reduci ad pristinum statutum, & rudem formam. dict. l. adeo. §. cum quis. supra alleg. Sed ita est quòd huiusmodi compilatio posset reduci ad pristinam materiam & rudem formam, igitur non est attribuendus actus Iustiniano, vnde videtur quòd iste

actus

actus attribuatur Iustiniano, ratione auctoritatis per eum attributæ.l.ij.§.j. de ori.iur.l.ij.§.sed neq;.C.de vete.iur.enu.

11 † Ex quibus infert Bartol. quòd si notarius Christianus[a] conficiat instrumentum de contractu iudæorum, potest inuocare nomen domini nostri Iesu Christi: quod verum arbitror, quia inuocatio huiusmodi non est de substantia contractus, nec de pertinentijs, sed de substantia instrumenti, & de pertinentijs ad notarium, vnde ritus notarij sunt inspiciendi. l.si quis decurio.& ibi glo.C.de fals.

ADDITIONES.

x Notarius Christianus. Adde Barto.in rub.ff.de nou. oper. nunc. Bald.in proœ.ff.C.in j.col. Bald.in rub.ff.de iusti.& iur. Anto.de Bot. & ibi Abb. in proœm.decreta. Ant.de But.in c.inter dilectos.de fid.instr. Abb.& Ioan.de Ana.in rub.de iudæ.

Adde Barto.in proœ.fforum.col.ij.versi.ex quo optime colligitur,& ibid. Alexand.de Imo.in additio.& Tho.Diplouatium. Bart.in reperi.l.si quis ex argentarijs §.si initium.col.iiij.versi.j.dixi si instrumento ff. de eden. & in l.cunctos.C.col.j.versi.& ex hoc habetis. & ibi Alex.de Imo. & Ias.in rub.ff.de iusti.& iur.col.j.in princ. Ioan.Bapt.Zilettus Venetus.

12 † Adde quòd licet notarius Christianus conficiendo instrumentum inter iudæos possit apponere nomen domini nostri, quòd tamen iudæus notarius non potest apponere, quia hoc videtur facere in contemptum Christianæ fidei.l.iudæos.C.de iudæ. † tamen circa alia quæ non concernunt 13 fidem veluti iudicia, contractus,& tutelas, licet eis vti iure nostro.l.iudæos alle & spadonem. §.iam autem. de excu. tut. Fallit in testimonio, 14 quia † iudæus & hæreticus non possunt esse testes in iudicio contra Christianum. quia sunt infames.l.fina. & authen. Gazarus. C.de hære.& C.de iudæis.l.licet.& de testi.c.licet.& no.in l.j.de sum.trini.& fi.cat. Fallit etiã in alijs casibus in quibus iudæi separantur à communione hominum. cap. iudæi.extra de iudæ. licet possint esse testes in contractibus & testis, ne facultas probationis angustetur.l.quoniam.C.de hæret. Vide super prædictis Bart.in l.j.ff.de oper.no.nun. vbi hæc omnia dicit Ias.May. [Adde an Papa possit inducere ex priuilegio quòd iudæi admittantur in testes contra Christianos, vide tex.& ibi Pet.de Anch.in cle.j.de testi.].

Adde Ludo.Card.in tract.de hære.nu.308. in paruis.in versicu. nunc de pœnis.& Io.Crot.in tract.de testi.nu.136.Zilettus.

15 † Quid autem si iudæus alicui Christiano iurauit per Christum: an tenetur illud seruare: dic quòd licet non teneatur iurare, vt l.non erit. in princ.ff.de iureiur. tamen si iurat, tenetur obseruare: quod impedit fieri.& hoc tenent Innoc. in c.& si Christus. de iureiur.& Bar. in proœm.fforum. Ias.May.

16 † Sed pone quòd notarius in instrumento omittat inuocare nomen domini, an instrumentum reddatur vitiosum? dicit Barto. quòd non, fretus ratione duplici. Primò quia hæc solennitas instrumentalis non reperitur requisita à iure, ergo eius omissio non vitiat actum.l.generali.C.de tab. libr.x. Præterea dato quòd hæc solennitas esset à iure requisita, nihilominus eius omissio veluti leuis solennitatis actum non 17 vitiat.l.j.in fin.ff. de ven.inspi. † Simile dicitur in omissione a signi crucis,[a] quòd non habet inuentarium vitiare.l. fin. §. sin autem.C de iure delibe. Contrarium partem veluti veriorem tenuit Iaco.de Ra. & est probatio vtique communior. Primò per text.in authen. vt præpo. nomen Impera. in text. ibi, Deo auctore. & exponit glo.in nomine domini.ex hoc patet responsio ad primum. Secundò, quia hoc dictat generalis consuetudo, quæ dat formam contractibus. l.quòd si nolit.§.qui assidua.ff.de ædi.edic. Non obst. quòd sit leuis solennitas, quia respondetur per Imperatorem, vt in d. authen. vt præpo. nomen Impera. Possem aliter respondere, sed hæc sufficiant.

ADDITIO.

a An omissio sanctæ crucis habeat vitiare inuentarium: vide per Gemi. in c.statutum. §.cum verò.de rescr.in vj.Ias.May. Adde Bal.consi.cccxxj. incip.quæritur an signum crucis.in iij.vol.

18 Glo.in verbo imperator. ibi, imperator. sed quare † appellatur Iustinianus imperator? glo.in rub.proœmij fforum dixit quòd appellatur imperator ab actu imperandi. Sed hæc non videtur bona ratio. Ex hoc enim sequeretur quòd pater qui filio, abbas qui monacho, dominus qui seruo imperant, debuissent imperatores appellari. hoc autem est falsum: ergo &c. Sol. dicit Bart. quòd ideo appellatur imperator per quandam excellentiam, quia ipse alijs imperat, & sibi imperari non potest. Sed hæc ratio non est bona, quia imperat apostolicus.i.papa.c.solitæ.de maio. & obe.&c. venerabilem. extra de elect. Vnde dicite ex mente Bart. quòd quædã sunt nomina verbalia significantia dignitatẽ vel exercitiũ ad quã dignitatẽ vel exercitiũ deueniri nõ potest solo actu exercendi, sed requiritur ab alio depẽdentia: & tũc valet arg.sumptũ ab actu exercendi. Exemplum in Imperatore, qui non solo actu 19 imperandi imperator appellatur: † sed debet primo eligi per illustres dominos septem electores: de quibus in c.ad apostolicæ.de senten.& re iud.libr.vj. Post hæc debet coronari tria plici corona, scilicet ferrea.[a] argentea, & aurea. Ex quibus fortitudo, puritas & excellentia significatur, de qua in cle.j. de iureiur.

ADDITIO.

a Et coronam ferream capit in Alemania: scilicet in Colonia. argẽteam in Mediolano.& auream Romæ, vt in d. cle. j. An autem ante coronationem 20 vocetur rex.& dic vt in c.venerabilem.extra de elect. † & an priuilegia concessa ab Imperatore ante coronationem valeant, dicit vt in l. bene à Zenone.C.de quadrien.præscri.& in Spe.de rescri.præsentatione. & per Barto.in l.sed & reprobari.ff.de excusa.tuto.& licet iura variare videantur: communiter tamen tenetur quod sic: & ita tenet Ioann. Andr. in clement.j.de iureiurand. & Innoc.in d. capit.venerabilem. de electio. Ias.May.

21 Similiter † in doctore, qui dicitur à doceo doces, & tamen licet quis: puta scholaris doceat, non tamen doctor appellatur. quia requiritur examinatio & approbatio doctorum, & insule laniales l.j.C.de aduo.diuer.iud. Quædã autem sunt nomina verbalia significatiua alicuius dignitatis, vel exercitij, ad quod vel ad quam solo actu exercendi peruenitur. 22 † Et tunc tenet argu.ab actu exercendi sumptum.l.athletæ.ff.de infami.ibi Augusto, melius dixisset à Cæsare Iulio, 23 secundum Barto. † in fin.glo. vel dicite quòd appellatus fuit 24 Cæsar, quia primus fuit qui tendit Cæsariem. † in glo. Iustinianus.ibi loquitur hæc communiter approbatur: quia ibi loquitur de eo Iustiniano qui fuit tempore Sextæ synodi, hic autem fuit tempore Quintæ synodi, vt.xvj.distin.habeo librum.ibi in regno. Hæc non est bona, quia Constantino nõ successit in regno iustinianus, secundùm Leo. vt habetur in 25 chronicis Romanorum. † Secundum Bar.in fin. dicite, quòd quæstio nominum est relinquenda pertinacibus.l.ij. de consa titu.pecu.not.in rubri.j.infortiati.[a]

ADDITIO.

a † An autem Imperator dicatur dominus vniuersi? dic quòd sic quo ad 26 protectionem: non quo ad dominium rerum priuatarum. secundùm glo. in proœm.fforum.Ias.May.

In fin.glo.in versicu. Alemanicus. Not. ex gl. iuncta cum text. quòd nomina gentis vel patriæ intelliguntur de gente vel patria accidentali: quod est verum hic in casu isto, quia Iustinianus non potuit habere plures patrias naturales, vnde in dubio intelligendum est de gente vel patria naturali. Si ergo dicitur iste est Alemanicus, debet intelligi, quia natus ibidem: non autem quia fortè diu ibi steterit.l.sed & reprobari. 27 §.amplius.in verbo commanens.ff.de excu.tut. † In fin.glo.in versi.Augustus. Ex hoc colligunt Doct. quòd donatio facta a per Constantinum[a] Imperatorem sacratissimum Papæ Syl28 uestro non valuerit: † quia non potuit diminuere iura imperij.& ita tenet glo.in authen.quomodo opor.epis. §.j. Contrarium tenuit in l.j.§.cum vrbem.de offic.præfec.vrb.& illa est communior, quia non dicitur Constantinum tam alienasse iura Imperij, quàm resignasse ecclesiæ quod suum erat. lxiij.distin.ego Ludouicus.

ADDITIONES.

a Constantinum. Adde text.in c.fundamenta de elect.libr.vj & tex.iuncta glo. in clement.j.de iur.iurand.& ibi Paulus de Eleaz. Car. Ioann. de Imo. & Ben. Capra. & in extrauagan. Bonifa. viij. incip. vnam sanctam. Arch.in c.ego Lud.lxiiij.distinct. Innoc.in c.quod in dubijs. de renunc. Hostien.in summa tit.de immu.eccle.in. §.inquantum. Spe. de rescr. præsenta.in. §.ratione. ver.item quod est obtentum. Bald.in c.Abbate sane. de regu.iur. Anto. de But. in c.auditis.in ij. not. de testi. in integ. Abb in c. per venerabilem qui filij sint legi. Old. consil. clviij. incip. ex presenti thamate. Car. Zab. consi. cxxvij. incip. redemptoris omnium quasi tex est regnum. Abb.consi.lxxiij. incip. redemptoris omnium.in ij.dubio j. volu.idem Abb.consi.lxxv.incip. Christi eiusque matris.in eod. volum. Pau.de Castr.consi.lxxiiij.incip. quia frustra.

Adde quæ diffuse scribit illustris D.Io Hiet. Albanus in suo opere seu tract.de donatione Constantini.Io. Bap.Ziletus Venetus.

An valeat donatio facta per Constantinũ Imperatorem Papæ Syluestro vel ne,vide de hoc per Bald.in proœm.feudorum.Ias.May.

Finaliter quæritur: quia ex rubrica habetur, quòd epi- 29 stola debet continere nomen scribentis &c. † Pone quòd a epistola contineat signum[a] scribentis: sed nomen non sit ap- b positum,[b] an probabit huiusmodi epistola: dicite quòd nõ. l.quod ad testium.§.sequens.ff.de test. Sed pone quòd in epistola dicatur: Caio Sempronio salutẽ plurimam dicit: & quòd postea non scribatur nomen proprium mittentis: an ista epistola probat: dicite quòd sic.text.est apertus in l.cum antiquitas.§.cum autem.C.de testam.

ADDITIONES.

a Signum.Adde dum dicitur hic de sigillo apponendo in literis.Idem dicunt doct.de signo notarij quòd debet apponi in instrumentis secundùm consuetum ordinem:& adde quòd est pœna falsi illud mutare seu maculare:& voluit Barto. in d. l.ad testium.§.si quis.& facit §. item lex.infra de publ.iudi.Ias.May.

Adde etiam de signo notarij.glo.in §.& si instrumenta.in auth. de fide instru.glo.in §.item lex cornelia.insti.de publi.iud.Bald.in l. non aliter.ff.de adoptioni. Spe. in tit.de fid.instru.in §.instrumentam.versicu. item quod est signorum.Arch.in c.cum redemptor.xij.q.ij.

Adde Alex.de Imo.in addi.& Bar.in l.eos.in j.Idd.ff.ad l.Cor. de fals. Fely.in proœ.decretali.col.viij.ver.& quòd notario non liceat.Ant. Fräc. de Doctori.in c.j.de fid.instru.in addi.ad Panor. incipi. circa hanc quòd hic habetur Amanel.de Claris aquis.in sing.viij.incip.Gloss.est Purpura. in l.edita.nume.131.C.de eden Anto.Taffa.in tract. de arro. notario.c. xxxiiij.nu.1.Io.Bap.Ziletus Venetus.

b Appositum.Adde per Bald. in proœm.feorum. in a j.q.& ibi dicit quod hæc quæstio fuit de facto.

Adde Felyn.in proœm.decretali.col.viij.versi.& dixit Bal.Anto.Cors.in notabi.suis.in versic.epistola.el j.Ioan.Bapt.Zilletus.

2 Imperatoriam maiestatem.[a]

ADDITIO.

a Dum hic text.vult Imperatorem oportere scire iura, facion multa quæ scribo post Bart.in l.cum Syllanianum.C.de his quib.vt indig.

De iustitia & iure. Rubrica.

1 ☞ *Continuatio rubricæ.*
2 *Iustitia mater iuris.*
3 *Ius dupliciter consideratur,causaliter & essentialiter,aliquando formaliter.*
4 *Ius à iustitia descendit.*
5 *Arguere licet a rubricis.*
6 *Scriptor qui promisit scribere librum,rubricas scribere tenetur.*
7 *Rubrica ex se disponit,cum non requiritur nigrum.*
8 *Renunciari non potest dispositioni, cum rubrica est prohibitiua & negatiua.*
9 *Intellectus ad l.j.ff.de iusti.& iure.*
10 *Ius est genus,quæ multæ alio iuris species comprehenduntur.*

1 Glo.rubricæ continua eam per hunc modum.† Pollicitus fuit Iustinianus tractare & explicare iura populi Romani, vnde vt in ipsis faceret exordium, intitulauit de iu- 2 stitia & iure.† Not.ex[a] glo.ij.iustitiam appellari matrem iu- a ris ex quo aperte colligitur quòd diuerso tempore[b] fuerunt b in esse productæ. Sed contra hoc opp. & imo videtur quòd eodem tempore causatum fuerit ius, quo causata fuit iustitia: vnde op.de tenore diffinitionis iustitiæ, ibi.ius suum vni- c cuique tribuẽs. Sol.[c] multi multa dixere.sed ea est opi. cõmu- 3 nior, vt dicamus,† quòd ius considerari potest dupliciter. Vno modo causaliter & essentialiter, antequam esset reductum ad præcepta iuris ciuilis vel gentium. Et hoc modo ius & iustitia fuerunt eodem modo in esse producta: & data iustitia datur & ius,quemadmodum dato igne datur calor. Aliquando ius consideratur formaliter, prout est redactum ad præcepta iuris gentium vel ciuilis: quæ clauduntur sub vo- 4 lumine librorum iuris,tunc procedit opi.glo.† quia à iustitia ius descendit.l.j.in princ.ff.de iusti.& iure.

ADDITIONES.

a In glo.ij.rub.ibi.vel die plerunque. Not. quòd quandoque rubrica est generalior nigro,vt hic,& in gloss. infra de obli quæ ex delic. nascun.super rub. E conuerso nigrum est generalius rubro. vt not.glo.in authent. de nuptiis in princ.in ver.illicitas.colla. ij.& ibi dicit Accur. eius originem fuisse de Florentia. sed habitatio sui studij fuit in villa Ricardina comi- 5 tatus Bonon.vt vult glo.in l.annua.§.à ntia.ff.de annu.leg. † Sed an à rubricis liceat arguere,dic quòd sic prout arguit gloss.in l.j.C.ne fideius.do.den.& per Bar.in l.j.ff.si cert.pet.& est ratio: quia rubrica dicitur esse de text.[Adde glo.ij.in c.nolumus.de rescriptis.lib.vi.& glo.in ver.conser- 6 uatores.in c.super gratia de offic.deleg.lib.vj.] ideo † scriptor qui promisit scribere librum tenetur scribere rubricam secundùm Ioann. An.in proœ. vj.lib.in glo.not.rub.in ver.titulis. [Adde Angel.in l.non idcirco. ff. de ra 7 iudi.] † Item si non requiritur nigrum,videtur quòd rub.ex se disponat,vt volt glo.in l.ij.§.j.ff.si quis testa.lib. esse ius. fuerit. Item vbi text. est dubius qualiter debeat intelligi not.per gl.in l.vnica.C.ne lic. tertio proun. 8 † Item vbi rubrica est prohibitiua & negatiua, non potest renunciari per partes tali dispositioni,vt vult glo.in d.l.j.C.ne fideius.do.den.& cum iuramento:vt ibi voluit Bart.Ias.May.

b Tẽpore.† Tu dic aut cõsideramus ius prout est in habitu domini homi- 9 nis,& tunc ius & iustitia fuerunt & sunt simul omni tempore: aut consideratur ius prout est in actu, & tunc iustitia fuit prius, & postea ius: & sic intelligitur l.j.ff.eod.sed hic intelligitur prout est in habitu: nam iustitia est virtus,ius est consecutiuum illius virtutis,vt hic in glo.in verbo. iuris 10 prudentia:& per Barto.in l.j.ff.eo † Et no. quod ius est genus comprehẽ- 11 dens sub se multas alias species iuris.infra titu.j.§.constat.† Et dicitur ius, quia iustum,vnde non videtur iudex,nisi iustè iudicet. vt in cap. generale ius. j.distinct. Ias.May.

c Sol. Contra hanc solutionem facit, quia siue consideremus iustitiã in esse siue in forma,semper appellata est iustitia:sed iustitia dicitur quasi iuris status,vt scribo infra proxi.col.ergo nunquam fuit sine iure. Cogita nisi dicas quòd iustitia ita dicatur, quando est ad actum,siue ad formam deducta,& ita probat litera in authen.vt omnes obe.iudi.prouin. in princ.in ver.hominibus.Et dum glo.hic volt quòd obligatio sit mater actionis, & ideo præmittatur in tractatu.infra de oblig.& infra de actio. Dubitat hic Nico de Neapo. quare in ff.& C.non seruatur iste ordo.s.in tit.ff & C. de actio.& oblig.imo fit totum econtra. Nihil respondet: tu responde vt habes per istum infra de oblig.in rub.& ibi dicit.Ias.May.

In glo.in re.ibi. secundum Phi.hæc opinio non est bona, quia licet præceptor artis dicat propter adolescẽtes clarius, non tamen debet male loqui.argu.l precibus.C de transa. Præterea propter adolescentes audientes debebat potius diffinitionem ponere quàm omittere.In fin.glo.dicite vt dicam in.§.iuris præcepta.infra eod.titu.

1 ☞ *Iustitia quid sit,& unde dicta.*
2 *A generalibus ad particularia per cognitionem descendimus.*
3 *Multitudo & rerum varietas, audientium ingenijs officium.*
4 *Ecclesia penitentibus nunquam claudit gremium.*
5 *L.ij.C.de rescin.uendi.locum habet in contractu locationis.*
6 *Iustitia diuinis nomini gremium claudit,& omnibus est æqua.*
7 *Iustitia dupliciter consideratur in concreto & in abstracto.*
8 *Punctus uim copulæ habet.*
9 *Magis bonum à prudentia,quàm ab ipso iure resultat.*
10 *Inconstantia an admittatur.*

IVSTITIA. Non summatur, quia breuis,secundùm doctor. Sed Iustinianus veluti optimus præceptor imitatus est rectum ordinem procedendi: qui debet esse diffinitiuus, diuisiuus, & exemplorum positiuus. Et ideo titulus noster quinque habet partes. Nam in prima ponit diffinitionem iustitiæ. In secunda ponit diffinitionem iuris prudentiæ. In tertia declarat quo ordine, & qua via tractandæ sint leges. In quarta describit præcepta iuris, vel diffinit ius secundùm opinio. quam tenebo. In quinta diuidit ius per membra. Secunda ibi [iuris prudentia.] Tertia ibi [his ergo generaliter cognitis.]

gnitis.] Quarta ibi, [iuris præcepta.] Quinta ibi, [huius studij.] Not. primo ex hoc tex. diffinitionem iustitiæ.[a]

ADDITIO.

a Iustitiæ.† Iustitia autem dicta est quasi iuris status, vt dixit tex. in c. forus. de verbo. signi. vide text. in authen, vt omnes obed. iudic. prouic. in princ. Sed contra diffinitionem iuris prudentiæ opp. dum dicit, iusti atq; iniusti scientia, nam videt quod illa dictio, iniusti, sit superflua, quia cognito vno de cōtrarijs cognoscitur & reliquum, & sic cognito quid sit iustum, cognoscitur & quid sit iniustum. ergo superflue est positum alterum ipsorum. Et si dicis quod sit positum ad maiorem declarationem iniusti: quia licet Imperator propter iuuenes potuit clarius loqui, non tamen debuit male loqui. l. precibus. C. de impu. & al. substi. vt dicit istu supra ad finem huius rub. Sol. enumerare contraria simpliciter non est superfluum: imo est necessarium: sed postquam sunt numerata, dare super vnumquoque contrario particularem doctrinam bene est superfluum, sic facit Imperator. infra de his qui sunt sui. in princ. & insti. de tutel. in princ. vbi Imperator dicit quod hominum quidam sunt liberi: quidam serui: ecce quod enumerat illa contraria: sed postea in tradenda cognitione non prosequitur nisi vnum contrarium. Ias. May.

Not. secundò diffinitionem iuris prudentiæ, quibus concordat. l. iustitia. ff. eo.† Item not. quod à generalibus ad particula ia descendimus per cognitionem. concor. l. j. ff. eod. tit. generali, cum seq.† item not. non esse grauandum auditorem rerum multitudine, aut varietate. debet enim doctor ea docere quæ intelligat ingenijs auditorum conuenire. viij. q. j. c. oportet. vt not. glo. in præ. vj. Subsequenter not. quòd diffidentia remouet animum à studio literarum: & hoc satis vsque ad. §. iuris præcepta.

Gloss. j.[a] ibi, mysticè, figuratiuè loquitur. Ibi in primo seculo. & est ratio, quia† ecclesia nunquam claudit gremiū[b] pœnitentibus. l. manichæos. C. de hæreti. vel aliter. & hæc est Barto. in l. iustitia. ff. eod. ij. col. posset responderi quòd illud non fuit iniustum. Ex quo enim patrifa. tantum conuenit dare venienti in sero,[c] quantum in mane: poterit veluti moderator rei suæ sine iniuria legem statuere. l. in re mandata. C. man. l. j. §. si conuenit ff. depo. si, nisi illi primi essent decepti in dimidia iusti pretij:† quod est bene not. quod l. ij. C. de rescin. vendi. habet locum in contractu locationis. licet loquatur de contractu venditionis. Et hoc idem volunt doct. in l. si pretio. §. quemadmodum. ff. loca. & facit quòd not. gl. in l. maioribus. in glo. ij. communia vtriusque iudic. Ibi vt autem hæc non est bona: quia reprehendit maiestatem Imperatoriam, hoc est definitionem.

ADDITIONES.

a Gl. j. Diuiditur hæc gl. in tres. In prima timore vnius contrarij dupliciter intelligit diffinitionem iustitiæ. In secunda declarat illa verba ius suum vnicuique tribuens. In tertia ponit alias diffinitiones. Vel melius diuide in quatuor. In prima timore vnius contrarij dupliciter intelligit primam partem diffinitionis iustitiæ. In secunda circa secundam partem diffinitionis remouet tacitum contrarium. In tertia adhuc alio modo declarat primam partem diffinitionis. In quarta ponit alias diffinitiones iustitiæ. Ias. May.

b Gremium. Adde gl. in versi. audientia. In c. ad abolendam. de hereti. & gl. fin. in c. excommunicamus. el ij. eod. titu.
Adde epistolam inter claros. C. de summ. trinita.

c In glo. iustitia. In qua iustitia diffinitur.† No. quòd diuina iustitia tantum dat venienti in sero quantum venienti in mane: quia etiam nunquam claudit gremium &c. super eo. extra. de hæret. in vj. secus in humana iustitia quia si debes mihi operam diurnam, & venias in sexta hora diei, nihilominus teneris mihi, nomine totius diei. l. ij. in fin. ff. de annu. leg. quia pars operis per horas solui non potest, ideo licet præstes mihi hodie operas sex horis, non liberaris ab opera. l. iij. in glo. de oper. liber. Ias. May.

In fin. glo. quæsiuit modum in quo voluit emendare Iustinianum: & ideo vos dicite, quòd hic iustitia diffinitur generaliter: Ad argumenta verò breui distinctione facile sic respondebitis.† Aliquando consideratur iustitia prout est in abstracto, & tunc iustitia est constans & perpetua.[a]

ADDITIO.

a Perpetua. Vel aliter potest dici quòd dum hic dicitur quòd iustitia est cōstans & perpetua voluntas, debet intelligi ea constantia & perpetuitate quæ potest homini conuenire, vt hic per Ange. & per Barto. in l. iustitia. ff. eo. ti. Ias. May.

Aliquando consideratur prout in concreto, vt est posita in corpore hominum administrantium: & tunc dicitur corruptibilis, non ratione essentialitatis iustitiæ, sed ratione mali continentis, hoc est, praui hominis. Exemplum posset poni in notabili rustico meo, qui posuit vinum optimum in prauo vase, & destructum est. In glo. notitia. ibi in princip. dicite quòd vterque est casus nominatiui. Ad argu. respondetur† quòd punctus subiunctus sub verbo notitia, obtinet vim copulæ, & glo. est ordi. in l. iiij. § duæ causæ, ff. de carb. edi. in l. pretia. ff. ad l. falcid. in verb. adeat. in l. cum duobus. in verbo moliri, §. damna. ff. pro socio. Ibi infimum. Sed contra hanc glo. oppo. quòd iustitia non sit summum bonum, sed quòd felicitas sit summum bonum quæ est status ex quatuor virtutum cardinalium congregatione perfectus, quæ sunt iustitia, fortitudo, prudentia, & temperantia.† Præterea videtur quòd maius bonum sit prudentia quàm ipsum ius: nam longe melius est habere notitiam iuris in pectore quàm corpus iuris in scrinio ligneo. Sol. dicit Barto. quod hæc verba summum, infimum, medium possunt considerari dupliciter. Vno modo essentialiter, quo ad essentiam bonitatis, tunc argu. procedit. Alio modo considerantur quo ad ordinem prioritatis & posterioritatis: & tunc procedit dictum glo. summum enim apponitur. i. primum. infimum, id est, vltimum. infra de iure perso. in princip. Sed contra oppo. & imo videtur quod inconstantia admittatur. l. si sterilis. §. si de actio. empt. Solu. inconstantia regulariter non admittitur: vt hic. Fallit si ex voluntate contrahentium hoc permittatur, ita loquitur contrarium legis.

ADDITIO.

Pro ista glo. vide optimum text. in authen. vt omnes obed. iud. prouin. in princ. Ias. May.

1. *Cur ius an in hoc. §. diffiniatur.*
2. *Diffinitio cum suo diffinito generaliter conuerti debet.*
3. *Leges uigili studio addiscuntur.*
4. *Verbum studiose, in delictis in malam partem sumitur.*
5. *Species dupliciter sumitur, dialecticè & legaliter.*
6. *Genus quo ad genus, idem operatur, quantum species quo ad speciem, quo ad conclusionem.*
7. *Azo fuit doctor Accursij, & eius laudes. nu. 8.*
8. *Discipulus doctorem suum defendere debet.*
9. *Iure naturali primæuo omnia erant communia.*
10. *Iniuriarum propulsatio, an à iure naturali fundamentum habuerit.*
11. *Amicum uel consanguineum defendere licet.*
12. *Factum ad defensionem, uel ad uindictam, quando dicatur.*
13. *Ius publicum in magistratibus reipublicæ iura reddentibus consistit.*

IVRIS PRAECEPTA. Non summatur. No. tria præcepta iuris. Item not. ex ver. huius studij: quod aliud est ius priuatum, aliud est ius publicum. Finaliter nota priuatum ius tripliciter distingui: constat. n. aut ex naturalibus præceptis aut gentium, aut ciuilibus. concor. l. j. §. ius naturale. ff. eod. Gloss. j. facilis est. In fin. gloss. in versi. suum ius.[a] contienti gloss. quòd in hoc. §. ponatur diffinitio iuris. facit l. iustitia. §. j ff. eodem, vbi ponitur & habetur iste. §. ad literam.

ADDITIO.

a Suum ius. Est aduertendum gl. hic dicit, quòd supra in diffinitione iustitiæ illa verba ius suum vnicuique tribuere, tantum important quantum hæc tria: sed hoc arguit superfluitatem: nisi dicas quod hoc sit magis expliete dictum ad maiorem declarationem iuuenum. Item possem hic dubitari, quare illa præcepta sunt magis attributa iuri quā iustitiæ: tu potes dicere, quòd hic ponitur diffinitio iuris secundùm glo. h c cum qua cæteri transeunt. Et ad primū vide Nico. de Neap. hic qui respōdēdo dicit, quòd quotiescunq; aliquid sub aliquo cōtinetur, si illud exprimitur non dicitur

ar[illegible]us sub illo contineri.l.doli clausule.ff. de verb.oblig.& l.sancto le-gum.ff.de poe.Ias.May.

Si ergo hæc verba complecterentur diffinitionem Iuris, ecce quod ibi esset diffinitio iuris repetita, cũ diffiniatur in. l. j.in princ.ff eod.quod est absurdum, quia ars & natura nihil operantur frustra.l.qui bis idem.de verbor oblig. Ego arbi-

a tror pace doctorum, quòd hic diffiniatur ª ius. Moueor primò, quia verba hoc patiuntur, vt patet ex declaratione glo. Secundò, quia absurdè dictum non videtur, quod in volumine fforum esset posita diffinitio, sed diuersimodè, Non enim primo fuerat ius diffinitum per effectus suos. Simile videmus in l.libertas.ff.de stat.bo.& infra de iure perso. in princip.ita hic Imperator diffinit ius per effectum, vt clariores redderet iuuenes.

ADDITIO.

a Quod hic definiatur ius.† Quòd hic nõ diffinitur ius patet, qale omnis e diffinitio debet esse generalis,& conuerti cum omni sua diffinito. l. s. §. labeo.& ibi glo.ff.de dolo. sed hic non conuertetur cum iure naturali: quia hæc diffinitio non posset conuenire iuri naturali: & cogna in sub has diffinitione cadat ius naturale. Ia. M.y.[Ad id quod dicitur omnem diffinitionem.& c udde l.fi.de verb.figni. doct.in c.tres sunt actiones. de poe. distin.j.doc.in rub.de sum.trinit.extra. doc.in c.cum causa.de rep.]

3 † In fin.gl.in versi.studij. not. quòd leges percipiuntur vigili studio: ideo quia vigilaui meliorem meam conditionem feci.l.pupillus.& l.qui autem ff.de his que in fraudem credi.

4 Addite† qood verbum, studiosè, ª in delictis in malam par-
a tem accipitur. Iste studiosè vulnerauit do. Petr.idest, data ad hoc opera, cum malo animo. Iste studiosè vincit disputantẽ, sumitur in bonam partem. Est enim studium, vehemens applicatio animi ad aliquid agendum, cum suprema opinio.

ADDITIO.

a Studiosè. Qualiter hoc verbum, studiose, in delictis capiatur in malam partem: vid Bald.hoc dicentem in l.j.§.huius studij.ff.eo.& alia.l.ij.ff.qui pot.tut.Ias.May.

5 † In fi gl.in ver.species. ª pro concordia dicite, quòd spe-
a cies sumitur dupliciter. Vno modo dialectice, & tunc sumitur pro specie prædicabili de pluribus numero differẽtibus. & hoc modo Pla. intellexit. quam speciem Azo genus appellauit. Alio modo sumitur species legaliter pro vnoquoque indiuiduo.l.eum qui ædes.ff.de vsucap.hoc modo intelligitur.

ADDITIO.

a Verb spec es. Qu nt mo lis essumatur hoc verbũ species, vide no.in l.la
6 gato generaliter. de legat. j. & est glo.in.l.j.ff.si cert.peta.& † adde quod idem operatur genus quo ad genus quantum species quo ad successem, quo ad conclusionem, vt l.si duo.in fin.cum concor.io glo alle ff. de edmini. rato.licet non quo e l cogu: sonem.l.quoties.§.fi.ff.de vsufru. Bonum tamen est quòd aliqui i decl tret r per speciem potius quàm per genus, vt l.sed si quis.§.quæ dixi.ff. si quis cau.vide quæ scripsi in.§. quæ pleb.infra tit.j.Ia.May.

7 † Item not.ex glo. quod Azo ª fuit doctor Accursij, quem
a Accursius bene defendit, est enim † doctor à discipulo ᵇ ma-
8 gnopere defendendus.l.palam. in fin.ff. de arbitris.l. si is qui
b testa.ff.de testa.

ADDITIONES.

c Quod Azo. Et dicit Bald.in c.j in titul. Impera Lotha. Eugenio Papæ.in ij.col.quòd Azo habuit illustre ingenium. Et dicit Salyc.in.l.ij.C. de seu. quæ sine cert.quantita. quòd qui nescit æquitatem teneat se ad Azonem. Et dum iste colligit hic, quòd præceptor est defendendus à discipulo: non bene colligit, quia hic glo.non defendit Azo. Sed potius Placen. Et dum alle.ad hoc.l.fi.ff.de erbi. credo quòd velit allegare.l.dicere.§.j.ff.de arbit.Ias.May.

b Doctor à discipulo. Adde glo. in c. cum deuotissimã xxiiij.q.iiij. Cet. Zaba.in c.omnes te t.col.ii. maio.& obed.text.& Bart.in l.Cassius.in §. fio.de erbit. Aoto.de But. o c.fi.de dolo & conta.& Abb. in c. cellemnia. in fi.de poe.Fallit nisi impugnet veritatem iuxta illud philosophi: amicus Socrates,amicus. Plato.sed magis amica veritas.

Ex fin. glo coll gite duo. Primò illud præceptum, quòd quis sine aliena iactura locupletetur, esse de iure naturali primæuo. Sed doctores communiter hanc glo. reprobarunt

9 ea ratione. † Nam iure naturali primæuo omnia erant communia, l. ex hoc iure. ff.eod.ergo non erat dare lucrum cum iactura aliena: & hanc opinionem tetigit glo. In l. nam natura.ff de condi.indebi.Sed ipsi ponunt aliud exemplum, vide

a licet in educatione ª liberorum: quæ est de iure naturali primæuo.l.j.§.ius naturale.ff.eo.c.ius naturale, distin.j.

ADDITIO.

a In educatione. Sed educatione, quia istud exemplũ de educatione liberorum non potest conuenire iure publico: & ideo cum non inueniam ali quod exemplum de iure naturali, quod conueniat iuri publico, forte quòd posset dici contra glo.hic.& in.l.j.§ huius studij ff.eo.& doctio h c & ibi, vt non sit verum quod ius publicum sit tripartite collectum:cogita tamen. Sed venit postea mihi in mentem vnum præceptum iuris naturalis quod conuenit iuri publico. Non licere aliquem offendere: istud est de iure naturali.l.j.§ cum arietes.hic alle.& tamen conuenit iuri publico.Cne tes pu blice aliquem offendat: & circa hoc vide. l. vt vim. ad finem.ff. o. i.fi ex plagiis.§.tabernarius.ff.ad legem aquil. Potes etiam defendere gl.in primo exemplo iuris naturalis: quia l cet iure naturali omnia essent communia tamen si quis volebat sibi aliquid appropriare, & sibi propter eum facere, dicebatur locupletari cum aliena iactura, ex quo alios priuabat ille vniuersali communione: & per hoc dicebatur contra ius naturale venire. ed ex alio fortius reprobatur ed primum exemplum. quia non est commune brutis & ets non conuenit,cum brutis non posset appropriari iste locupletatio cum aliena i ctura. ergo istud primum exemplum non poterit dici de iure naturali. Aduerte etiam ad aliud circa hanc glo. quia videtur multum absurde locutus dicit de susceptione & propagatione m ris,qui e illa non sunt p ecepte,sed quædam dispositiones, nisi dicas istud præcipi à iure. Cuius dispositione quando disponendo ita præcipit, vel melius intellige præceptis,id est,ex regulis.Ias.May.

Secundò colligite quòd propulsare iniuriam sibi illatam
a est de iure ª gentium. † Sed contra hoc opp.& imo videtur sit
10 de iure naturali primæuo. Nam propulsare iniuriam competit omnibus animalibus, etiam irrationabilibus. l. j. §. cum arietes. ff. si qua.pau.fe. dica. ergo de iure naturali primæuo. Secundò opp. & imo videtur quòd sit de iure ciuili. Nam in propulsanda iniuria sibi illata exquiritur forma: vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ: & illa forma est de iure ciuili. l. j. C. vnde vi. ergo iniuriam propulsare est de iure ciuili. Sol. pro concor. distingue. Aliquando quis dicitur propulsare violentiam iniuriosã, & hoc est de iure gent. quia solùm conuenit gentibus quæ iniuriam passæ sunt. l. vt vim.ff.eod. Aliquando & secundo dicitur quis propulsare violentiam non iniuriosam, sed offensibilem ex quodam instinctu naturæ, & tunc dicitur de iure naturali primæuo: animalia enim irrationabilia non dicuntur iniuriam pati: quia mente carent: sed solummodo quandam corporum læsionem. l.j.§. arietes.ff. si quadru.pau.fe. di. Aliquando & tertio consideratur ista propulsatio quo ad formam defendendi, & tunc est de iure ciuili: & ita loquitur. l.j.C. vnde vi.

b Glo.in verb.Romanæ.ᵇ

ADDITIONES

a Integentium.† An propulsare iniuriã sit de iure naturali (vide in elem. 11 pastorelis.& ibi doct. de re iudi.& per Abb.in c.di'ecti.de exce. Ange in l.vt vim.in ij. col ff.de iusti.& iur.) an verò de iure ciuili, dic vt per illum. An autem liceat sibi defensare amicum vel consanguineum, dic quod sic, vt per Bald.in.l. vt vim.ff. de iustit.& iur. Et an quis debeat fugere si potest & non se defendere, vide infra tit.seq. n. §.ius autem.[Et en quis debeat fugere si potest. Adde doctio.10 s.significasti. el ii. de homi.& i c'em, 12 si furiosus & ibi doct. eod.titu.] † In gl.super verb.bella.adde quod in dubio,eo ipso quod quis incontinenti se defendit & alium percutit, quod dicitur hoc facere ad sui defensionem, vt not. & vide tur text.in l. si ex plagijs §.tabernarius. ff.ad leg. aquil. alias autem si ille reperciatur eum a intervallo, dicitur hoc fec. esse ad vindictam, & venit puniendus, vt not. in gl. in ve bo repelle.... sign ficasti. de homi. Quid autem re quiritur ad h e vt aliquid fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ: dicit gl. in l. j. C. vnde vi. quod ma. Primò quod fiat cum eisdem armis. Item quod incontinenti, Item quod ob defensionem & ibi vide plura, & scribam infra in. §. ius autem.Ias.May.

b † In gl.in ver.rei Romanæ bo.gi ius publicũ consistit in sacerdotibus & 13 magistratib' reipubli.nam interest esse sacerdotes.& magistratus iura reddentes Et sic patet quòd sacerdos est persona publica, & i leo potest alteri stipulari, & omnibus quorũ interest in casu ad se spectante & in restitutio ne minorum, extra de v...e.quan'poa.lib vj sed in casu ad se non spectante non potest, cum non sit de personis publica s quæ, officium alteri stipulari, enumerat.s per glo.in fin.de inuti stip. §.si quis alij,hæc facere dos possit esse tabellio,tamen postquam est in sacris, debet sibi interdici officium tabellionatus.extra. ne clerici vel monachi & si tu.fi tamen postea post interdictionem conficeret instrumentum, tenet: nec esset excommunicatus sec indum Host.ibi.Similiter & magistratus cum sit persona publica potest alteri stipulari in h.s quæ spectant ad eius officium,& acquirit vi lem actionẽ

et cui

ei cui stipulatur.l.j.§.exigere.de magi.conue Ia. May.
Adde præterea ad glo hic in verbo romane que alleg.ti multa iura:& ma. xime.§.quia vero.Sed qualiter omnia iura inducatur,vide per Azo.in summa huius tit.Ias.May.

De iure natu.gen.& ciui. Rub.

Hæc rubrica continuatur ad precedentẽ hoc ordine. Supra visum est de iusti.& iure.verùm quia ius constat aut ex naturalibus præceptis,aut gẽtiũ,aut ciuilibus.§.fi.supra tit.j.ideo de his tractaturus Imperator intitulauit de iure natu.gen.& ciui.Et proposuit de naturali vt de vetustiori,& sic digniore, postea de singulis.

1 *Ius naturale quid sit.*
2 *Liberorum procreatio & educatio à naturali iure traxit originem.*
3 *Ius naturale quot modis sumatur.*
4 *Bannitus à territorio, an possit super arbore detineri uel occidi.*
5 *Illicita maris atque feminæ cõiunctio,an sit de iure naturali.*
6 *Iuris naturalis auctoritate,in testamento ueteri permittebatur se immiscere sorori.*
7 *Matrimonium quòd sit de iure diuino,naturali & gentium.*
8 *Liberorum educatio an sit de iure naturali.*
9 *Pater an & quando filium suum alere teneatur.*
Matres tenentur filios suos usque ad triennium lactare.
Filio alimẽta denegãtur ex eadẽ causa ex qua exhæredatur.
10 *Parentum educatio facienda à liberis an sit de iure naturali.*
11 *Alimenta percipiens,danti debet operas.*
12 *Patrem & filios egenos habens,& uni tantum potest subuenire,utrum patri,uel filio subuenire teneatur.*
13 *Ali à quo debeat habens filium & patrem diuitem.*
14 *Filium ex nephario coitu natum,non tenetur pater de iure ciuili alere.*
15 *Frater an sororem uel fratrem alere teneatur.*
16 *Peccat in animus sit cognoscere pulchram quam deformem.*

IVS NATVRALE.Non summatur quia diffinitiuè procedit & diuiditur in duas partes. Nã in prima tractat de iure naturali In secũda de iure gẽ.& ciui. Secũda ibi[ius autem ciuile.]Itẽ prima subdiuiditur in tres. Nã in prima diffinit ius naturale.In secũda diffinitionẽ probat per quandam conuenientiam. In tertia declarat per exempla. Secunda ibi [nam ius istud] Tertia ibi [hic descendit.] Item secunda principalis subdiuiditur in quinque. Nam in prima tradit modum cognoscendi ius gentium a iure ciuili. In secunda ponit quid sit ius ciuile. In tertia ponit quid sit ius gentium. In quarta determinat incidentem quæstionẽ. In quinta & vltima repetit quod dixerat de iure gen. vt aliqd addat. Secũda ibi [nã quod vnusquisque] Tertia ibi. [quod verò]. Quarta ibi [sed quoties] Quinta ibi:[ius autẽ.]No.
1 primò dicit†ius naturale quod natura omnia docuit animalia,id est,quod omnibus animantibus rectè cõuenit. concor. l.j.§.ius naturale.ff.de iusti.& iur.c.ius naturale.dist j Secundò no.ꝙ animalia aut nascuntur in cœlo,aut in terra , aut in
2 mari.cõcor.iura.supra alleg.†Item no.[a] ꝙ procreatio & edu
a catio liberorum sunt de iure naturali: vt in princip. d[illegible]o.

ADDITIO.

a Item nota.No.etiã ex versi.videmus tamen cætera animalia,quod verbum,video,non refertur ad oculum corporeum,quia non omnia animalia cum oculo corporali actualiter vident, sed videndo aliqua intelligunt alia.arg.c.de tapt.x viij.q.j. Quod facit ad dictum testis qui dicit se vidisse aliquem semper possidere,licet singulis diebus non viderit:tamen ex eo,quia vidit illum multoties,potuit intelligere idem esse in aliis temporibus,vt valeat eius depositio & sustineatur,secundum Bal.i auth.quas actiones C.de sacros.eccle.& in proœ.C.circa fi.& per Bart.in.l.j.ff.de manumi.& vide Bartol.in.l.prima.ff de aqua quoti.& æsti.Ias.May.

a In gl.ius naturale.[a]Contra op & imo videtur ꝙ illud quod habetur in.l.mosayca nõ appellatur ius naturale:nã ius naturale est immutabile.§.sed naturalia.infra eo. At illud quod habetur i.l mosayca est mutabile.c.ius naturale. dist.v.ergo.&c.Sol.pręceptorũ que habẽtur in l.mosayca,quędam sunt moralia;puta,non occides,non fœneraberis, & huiusmodi ius est naturale & immutabile:& ita loquitur hic.Quædam aũt sunt pręcepta mixta ,id est , figuratiua puta,non arabis cũ boue & asino.non indues vestem filo lanaque contexam: & huiusmodi pręcepta sunt mutabilia.probatur hoc in ca. non est peccatum §.j.vj.dist.

ADDITIO.

a Ius naturale. Adde, ꝙ quemadmodum ius naturale potest assumi
3 †quinque modis,vt in ea,ita & obligatio naturalis.Prima tamẽ appellatur obligatio naturalis,id est,quidam instinctus naturæ qui ad instar obligationis nos compellit ad liberos educandos,vt hic.Secunda est obligatio quæ non prouenit ex solo instinctu,sed ex beneficio recepto,vt sic benefacienti &c.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de pet.hær.& ista appellatur ad antidora. Tertia est quę descendit ex quadam æquitate rationis,quæ insita est homini ex eo ꝙ est animal rationale.& ista est ex qua immediatè obseruantur pacta,quia nihil magis cõgruit fidei quam pacta seruari.l.j.ff de pact & ista obligatione seruus naturaliter obligatur,cum sit animal rationale.l natura liter.ff.de condi.indeb.Quarta est obligatio quę descendit ex eadem æquitate restricta tamen a iure gen.& ex vsu gen.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.& infra de rerum diui.§.singulorum & iste seruus non obligatur quia istorum iure seruus est nullus sicut iure ciuili.l.si id quod.de cond.inde.& ibi Bar.Quinta est quæ descendit ex eadem æquitate restricta de iure ciuili. & ista non cadit in seruum l.quod attinet.ff.de regu.iur.per Bar.in l.ex hoc iure & in.d.l.si id quod.Ias.May.

In fi.glo.dicatis aliter ꝙ hoc secundum quod, erit accusatiui casus:& verbum,natura,erit nominatiui. Nam hoc verbum docuit,potest regere duos accusatiuos diuersos vt habetur in libro Alexandri de regimine casuum,& est glo.or.in l.successores.C.ad.l.fal.& habetur io.l.eam quam.C.de fideicom.
4 †In gl fi.in ver.cœlo.colligunt qui dã,ꝙ si aliquis bannitus repertatur sup arbore,nõ dicitur reperiri super territorio a quo bãnit[a] est,& ideo nõ poterit detineri aut occidi.Quod
a facit ad questionem Guinellę[a] ꝙ nõ debuerit decapitari,quia supra currum intrauerat territorium Marchionis Ferrariæ. Sed hæc opi est falsa per.l.qui sella.ff. de serui.rusti prædi. & ibi Ang.determinat contra Guinellam. Non obst. hæc litera iuncta cum glos.quia loquitur in auibus quæ a sui origine super arboribus nascuntur,quæ etiam arbore sublata viuerent absque illa terra:at nos loquimur in homine,qui a sui origine nascitur super terram,& remota arbore caderet in terram, itaꝙ propter eius ponderositatem dicitur sustineri à terra. Aues verò propter eorum leuitatem dicuntur ab aëre sustineri. In fi.glo.in verbo matrimonium.pro intellectu literę & ma
5 terię est primò sciendum,† an illicita maris & feminæ coniũctio sit de iure naturali.Circa quod dixit gl in l.j.§ ius naturale.ff.de iusti.et iu. ꝙ in ea copula duo sunt consideranda. Primum primus motus quo mouetur masculus ad fœminã, et iste est de iure naturali,quia ad illum motum omnia animalia instigantur.Secundò est considerandum oblectamen subsequens,et illud non est de iure naturali quia de iure natura
6 li permittebatur fratri immiscere†se sorori,vt legitur in testamento veteri.Circa secundum,de cõiunctione licita,hoc est,
7 matrimoniali,considerandum est † ꝙ matrimonium quo ad
b originem est de iure diuino[b]:quia a Deo inuentum est in paradiso terrestri,quo autem ad instinctum naturæ dicitur de iure naturali, vt hic:quo autem ad substantiam,consensus dicitur de iure gentium.in.l.cum amplius.§.is natura debet.de
c reg iur.quo autem ad formam verborum[c] dicitur de iure canonico.c.cum apud.& c cum [illegible].extra de spon.Quo autem ad prohibitionem graduum lineę ascendentis & descendentis,vel etiam collateralis in primo gradu,vel transuersalis in secunda linea inæquali,dicitur de iure diuino.c.literas. extra.de resti.spo. Quo autem ad prohibitionem cæterorum graduum, vel cæterarum personarum ,dicitur de iure canonico & ciuili.c.non debet.extra.de consan.& affi. & infra de nupt. per totum. Quo autem ad causam finalem , dicitur de iure naturali, quia nihil est tam naturale quam vnum quodque producere sibi simile.c. ius naturale. j.,distinct. & vnum quodque ens naturaliter quærit conseruationem sui , vnde cum homo non possit se perpetuo conseruare , per genituram filiorum quærit conseruari. l.liberorum. §. fina. de verbor.signifi.

ADDITIO.

a Guinelle. Adde Barba.in c.ad nostram.de emp. & ven.in.j.colum.ver.tu adde primo tex.

b De iure diuino. Adde tex in c.sicut non omnis xxxij.q.ij.tex.in c.j.de voto. lib.vj gl summę.xxvij.q.j.Card.Zaba.in c.præterea.in fi.de spon.Abb in c. tuę.co.ij. Card.Zaba.in c.fi.in ij.no.de fri. Card.Alexan.in c.ius naturale.in primo na.j.dis.originaliter Genesis.ij.

c Forma verborum. Quis autē debeat prius interrogari,an sponsus,an sponsa,habetur in l.iij.de adop. & est text.in c.si inter virum. extra. de sponsa. Ias. May.

8 Ex fi.glo.educatio vero.† No.ꝙ educatio liberorum est de iu
a re naturali.[a]

ADDITIO.

a Liberorum. An pater teneatur alere filium,etiam suum dilapidantem vide Bal.in.§.ius naturale & Ias.dn Are.in.l.libertus qui.ff.de ope.liber. Ias. May.

Sed contra opp.& videtur ꝙ imo sit de iure ciuili.l.si quis a liberis.§.vel parens.de lib.agno.Sol.aut huiusmodi educatio consideratur quo ad instinctum naturæ,quo mouetur parens
a ad educandum liberos,& tunc est de iure naturali, [a] & ita loquitur hic: Aut quo ad necessitatem impositam parentibus vt filios alant, & dicitur de iure ciuili: & ita loquitur contrarium.

ADDITIO.

9 Iure naturali.† Dum hic habetur quòd pater tenetur alere filium,limita esse verum supra triennium, nam infra triennium est mater quæ tenetur ipsum lactare.tex.est in l.pen.in ver.triennii.& ibi glo.declarat.C.de pa.po. & ibi dixi post Bar.Item limita,nisi filius commisisset aliquam causam ingratitudinis,per quā posset exhæredari,quia ex eadem causa possent denegari alimenta filio.glo.est notabilis in.l.si quis à liberis.§.iudex.in versi.de tulerat ff.de libe.agno.& ibi.Bar.& ibi dixi post eum.Item limita nisi filius posset se ex suis opibus alere.tex.est in.d.l.si quis à liberis.§. sed si filius.& ibi glo.& Bar.& ibi dixi post Bar.& glo.ponit istam tertiam fallentiam in l. j. §. ius naturale.in verbo educatio. ff.de iusti. & iure.Ias.May.

Adde Car.Zab.& Card.Alex.in d.c.si inter.ꝙ in his standum est consuetudini patriæ.

Adde in quibus casibus pater non tenetur:vide gl.fi.et ibi Ap. qui ennumerat sex casus in c.cum haberet,de eo qui dux.in ma & per Bart.in tract.de alimentis. Et ad id quod dictum ꝙ mater tenetur filium primo triennio lactare. Adde c.fi.de conuer.coniuga.& in c.cum haberet. de eo qui dux.in mat.& ibi est glo.magistra.

10 Sed dubitatur quid econtra an† educatio parentum [a] fienda
a à liberis sit de iure naturali,& videtur ꝙ sic,per l.fi.§.ipsum autem.C.de bonis quæ lib.

ADDITIO.

a Parentū.Vide de hoc Bald.in l.j.§.ius naturale.ff.eo.vbi determinat ꝙ non,sic distinguens ꝙ homo potest considerari dupliciter. Primo modo vt animal.& tunc non est de iure naturali. Nec obst.hoc quod hic dicitur de primo animali,quia respondet Bald.ꝙ non obstat,quia vna hirundo non facit ver.nec vnum singulare facit genus.Aliquando consideramus hominem prout est ratio.& cum ratione,& tunc potest dici ꝙ naturali et ratione naturali tenetur:quia licet ius naturale hæc non dicet,tamē ratio naturalis hæc dictat:scilicet,vt genitus nō deserat genitorem,à quo habet esse,quia benefacienti benefacere debemus,ar.l.sed & si lege.§.consuluit.de peti.hære.& hoc mihi placet.Ias.May.

Secundo,quia huiusmodi educatio non solùm conuenit hominibus,verum etiam & cæteris animalibus , ergo est de iure naturali, vt hic probatur assumptum. Nam legitur in libro animalium,de quadam aue quæ appellatur epopus. Nam hęc cum videt parentes plumis destitutos & oculis caligatos,reficit,& calefaciendo renouat. Similiter legitur de quadam aue quæ appellatur agama,hęc cum parentes sui pennas senio cogente relaxāt,nec amplius sunt idonei ad proprios cibos quærendos frigida membra fouentes calefaciunt, & pia vicissitudine reddunt quod à parentibus parui susceperūt. Veritas est in contrarium,quia ꝙ parentes aluntur a liberis, hoc prouenit ex accidentia paupertatis . Item prouenit turbato naturæ
a ordine ergo non est de iure naturali. al.nam & si parentibus, de inoffi testa.iuncto.§.fi.infra co.Non ob.§.ipsum aūt , quia fateor ꝙ educatio parentum dicitur de iure naturali secundario,quo mouemur ex quodam instinctu benefacientib[a] benefacere.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hære.sed de iure naturali primæuo nequaquam. Non ob. quod legitur de his auibus,quia illud non est regulare in cæteris animalibus,ergo co-
rum natura non est inspicienda.l.nam ad ea.ff.de leg.

ADDITIO.

11 Iure naturali.† Adde licet extrauagantur,ꝙ quando aliquis tenetur ad
a alimenta præstanda al cui iure naturæ,quòd ille cui veniunt præstanda alimenta,debet operari illi qui dat alimenta,alias ille non tenetur dare alimē ta:allegatur gl.in.l.sicut patronus ff. de ope.lib. & no. Bar.in.l.caio.§. Imperator.ff.de ali.& cib.le. Ang.in.l.assiduus.ff.qui po.in pig.ha.& Bal.in.l.cū oportet.in tertia.col.& in l.fi.§.ipsum autem.C.de bo.quæ lib.& in l.vnica. §.ex actio.de rei vxo.act.& Bal.in l.j.C.de leg.Ias.May.

12 † Sed quæritur finaliter de duobus. Primum, filius habet pa
a trem,[a]habet & filium egentem, vni soli potest subuenire,cui teneatur,an patri,an vero filio?dicite vt p Cy.in.l.ij C.de pa
b tri.qui fi.distra. Arbitrarer tamen potius filio [b]esse subueniendum,quia per filium conseruatur memoria paterna, non au-
c tem per patrem.l.liberorum ff.de ver.b.sig. Et prima charitas
d incipit a seipso[c].l.præses.C.de ser.& aqua.[d]

ADDITIONES.

a Habet patrem. An filius habeat patrem & filium egenos.& vni soli possit præstare alimenta, cui venient præstanda,an patri, an filio?vide etiam e-
13 contra,† quid si pater habet patrem diuitem , & similiter filium diuitem , à quo potius debet capere alimenta,an à patre,an à filio,dicit Bar.quòd à patre potius quàm à filio,& etiam prius quàm ab auo,quia pater habet pro pignore sanguinem.ita Bar.in l.quem admodum ff de li.agno.Ias.May.

Adde quid de filio qui habet patrem egentem infidelem & æqualiter indiget eum fideli cui potius tenetur subuenire.vide gl. in ver.in domesticos.in c non satis.lxxvi.dis.gl.j.in c.j.xxx.dist.glo.in ver.postu.& ibi In.de santu.& Domi.in c.quæ escamas.xlij.di.gl.in c.sicut.el.j.xij.q.ij.Abb.in c.si quis.in primo no.de bap.Card.Zab.in c.cum haberet.de eo qui dux.in mat quam pol.per adult. Troilum Malueccium in tract.de obla.in ij dubio Sane. Tho. ij.ij.q6.xxxj.ar.iij.Ho.in sum.ti.de tem.ord.in §.& cui.ver.quid si pater. Spe. ti.qui fi.sint leg.in §.j.versicu.quid si pater meus.& Petrum manducatorem vocat hanc,q tenebrosam aquam in nubibus aëris secundū d.glos.in d.ca.non satis.

b Potius filio.† An autem pater teneatur alere filium bastardum,dic,quòd
14 non de iure ciuili.Quia natus ex nefario coitu,auth.ex cōplexu.C. de incest.nup.sed de iure canonico sic.c.cum haberet.extra.de eo qui duxit in ma. quam polluit per adulterium. Alium naturalem tantum bene cogitur alere. d.l.si quis à liberis.§.si filius.alleg.per Io.de Pla.Ias.May.

Adde Cy.in l.si competenti.C.de alen.liberis.doc in auth.quib.mo.naturales efficiuntur legi.in §.pen.& per Io.de Imo.in l.ex facto.in §.si quis rogatus. ff.ad treb.& Spe.in ti.qui fi.sint le.ver.quid de natis.& per Bar. in tract. de alimen.in ij.col.

c A seipso. Adde Bar.in l.pupillum.ff.de excu tu.c.nisi specialis in fi.de au to.& vsu pal glo.fin.in c.ex parte.el ij.de ele.non resi.gl.in c.petitio vestra. de iureiur.Doc in c.j.de supplen.negli.præla.

d Et aqua. Circa finē huius.§ posset quæri vt quærit Bal.in §.ius naturale.vi
15 delicet† an frater teneatur alere sororem,& econtra . de quo in l qui filium. ff.vbi pu.educ.de admini.tu.& vide supra,quærentem etiam ibi an legitima sit debita filio naturali, et uno ibi per eum & in l.iij. C.de tut.& fac.ign. in glo.& in l.cum ratio.C.de bonis damnatorum.& est tex.quod frater tenetur alere fratrem in l.mutus.§ j ff.de iure do.Ias.May.

Finaliter queritur,quia sumus in materia iuris naturalis , ꝙ
16 † minus peccatum sit cognoscere pulcham quàm deformen, dicite vt per glo.in c.fur.xiiij q.v.

Finaliter opp.dicitur hic quòd procreatio liberorum est de iure naturali.Sed contra opp.& imo videtur quòd non sit de iure naturali,quia non conuenit omnibus animalibus: non enim conuenit vermibus qui nascuntur ex putrefactione terrę,ergo &c.Sol.hic Imperator refert genera singulorum, nō autem singula generum. Et si dixeritis, nonne vermis est genus [illegible]malium? fateor , sed respondetur ꝙ relatio non fit ad ve[illegible] animalia,sed ad alia verba quę cœlo,terra , marique &c.q.d.animalia quę nascuntur ex coniunctione maris & fœminæ,non tamen omnia.

1 *Relatiuum qui,quando declaratiuè uel restrictiuè ponatur.*
2 *Omnes populi iurisdictionem habentes,possunt statuta condere.*
3 *Ius ciuile quod sit & quod ius gentium.*
4 *Iuris ciuilis appellatione,de iure ciuili Romanorum intelligitur.*
5 *Verborum æquiuocum in digniorem partem accipi debet.*
6 *Bella,captiuitates,seruitutes,& omnes quasi contractus de iure gentium sunt.*
7 *Differentia inter religionem,pietatem , obsequium & humanæ naturæ, officium.*
8 *Bellum duplex,& quando sit licitum & quo iure inuentum num.10.*
9 *Iniuriarum propulsatio,an sit de iure naturali uel gentium.*

11 *Captus in bello licite, fugiendo mortaliter peccat.*
12 *Contractus stipulationis est de iure ciuili.*
13 *Forma dat esse rei.*
14 *Literarum obligatio est contractus iuris ciuilis.*
15 *Circa contractus tria considerantur.*
16 *Omnes obligationes ex maleficio prouenientes, sunt de iuregentium.*

§. Ius autem ciuile. ADD. Ius autē hoc dictat, cuilibet populo iurisdictionē habēti permissum est sibi ius proprium constituere, quod ius ciuile & ius statutarium illius ciuitatis vocatur, quod autem ab omni gente qualiter custoditur, iusgentium appellatur. Et ius gentium quod est humano generi commune est, quo gentes humanę vtuntur, & sibi constituerunt. & ex hoc iuregentium introducta sunt bella: captiuitates ortæ, & quasi omnes contractus. h. d. vsque ad. §. constat. † No. primo ibi, omnes populi qui, quando qualitas adiecta per hoc relatiuum, qui, competit cuilibet de genere siue de populo tunc relatiuum, qui, ponitur declaratiuè vt hic & l. omnes populi ff. eo. Sed si qualitas non competit cuilibet de genere, tūc si relatiuum adiunctum certæ generalitati ponitur sine copula, restringit: sed si cum copula ponitur augmentatiuè. l. ea tamen a lectio de leg. iij † No. secūdò licitum esse cuilibet populo iurisdictionem habenti sibi cō[n]dere statuta: & sic patet quòd statuta iusta approbatur de iure ciuili, & vocantur statuta ius ciuile, idest, ius municipale illius loci, aliter simpliciter loquēdo appellatione iuris ciuilis intelligitur de iure ciuili Romanorum. Ias May.

3 † Not. illud appellari ius ciuile. quod constituitur ab vnaquaque ciuitate. Not. secundò illud appellari iusgentium. quod naturali ratione introductum conuenit omnibus hominibus. Item not. in versicu. que singula. quòd materiæ tractatuum sunt situandæ in locum opportunis. l. Imperatorem. ff de in di. adiec. † Item not. q appellatione iuris ciuilis[a] in dubio intelligitur de iure ciuili Romanorum. Ex quo aliud colligitur, q † verbum æquiuocum in dubio sumitur in partem digniorem & potentiorem concor. l. j §. qui in perpetuum. ff. si ager vec. & l queritur ff de sta. homi. Finaliter no. † ex iure gentium esse introducta bella, captiuitates, seruitutes, & omnes quasi contractus. concor. l. ex hoc iure. de iusti. & iur.

b In glo in verbo ius ciuile.[b] dum dicitur quod iuri naturali detrahitur per vsucapionem, dic q glo, illa reprehenditur in hoc per Iaco. de Are. Albe. & Bal. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. quia præsupponit quod de iure naturali primæuo esset dare meum & tuum, quod est falsum, quia distictio dominiorum est de iuregētiū l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. Salua tu gl. quòd imo per vsucapio. detrahitur iuri naturali primæuo in hoc: cum enim eo iure nulla essent communia, detrahitur illi solùm per vsucapionem: Potes tamen secundùm præfatos docto. magis expeditè exemplificare in educatione liberorū, quæ inest de iure naturali primæuo, quo iure educatio erat indifferens, quia illi detrahitur per ius ciuile, vt filium, si parentes idonei sint, alimentare cogantur. argum. l. si quis à liberis, §. sed si filius. cum concor. ff de lib. agno. In glos. vtuntur, ibi, & patrię. Not. † q veneratio qua Deo tenemur, appellatur religio. Quæ est inter patrem & filiū, appellatur pietas. Quæ vero est inter liberum & patronum, appellatur obsequium. Illa autem quæ est inter hominem & hominem, appellatur officium humanæ naturæ. hæc est gloss. ordin. in l. osequio. C. de neg. gest.

ADDITIONES.

a Iuris ciuilis. Adde quod comprehenditur lex secularis secundùm Car. Alex. in cap. omnes. in j. not. in ij. distinct.

b Ius ciuile In gl. in Verb. ius ciuile dum dicitur quòd iuri naturali detrahitur per vsucapionem. dic quòd illa glo. reprehenditur in hoc per Iac. de Are. Alber. et Bald. in l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure. quia præsupponit, quòd de iure naturali primęuo esset dare meum et tuum, quod est falsum, quia distinctio dominiorum est de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. et iure. Saluatu gl. qd imo per vsucapionem detrahitur iuri naturali primęuo in hoc. cum enim eo iure omnia essent communia, detrahitur illi solum per vsucapionem. Potes tamen secundum pręfatos doctores magis expeditè exemplificare in educatione liberorū, que inest de iure naturali primæuo, quo iure educatio erat indifferēs. quia illi detrahitur per ius ciuile: vt filium, si parentes idonei sint, alimentare cogantur. arg. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de lib. agnosc. cum concordan.

c Ibi, & patrię. Eidum glo. dicit quòd parendum est parentibus & patriæ, adde tex. illum not. in l. j. §. generaliter. ff. de ven. in pos mit. quem reputat sing Bal. in l. matres in ij. col. C. ad se. consul. tertul. Ias. May.

In glo. bella. ibi, vnde vi. dicite q duplex est bellum: publi-
8 cum, & hoc regulariter improbatur. † Fallit si inducatur authoritate imperij, qua est translata potestas manus regiæ. l hostes. ff. de capti. iuncta. l j. ff. de consti princip. Quoddam est bellum priuatum quod infertur à persona personæ, & hoc regulariter est probibitum. l extat. ff. quod met. caus. l si quis in tantam. C. vnde vi. Hoc fallit si fiat ob tutelam corporis sui cum moderamine tamen inculpatę tutelæ: in quo tria sunt consideranda. Primùm, qualitas qua quis se defendit, nam si verberares me pugno, non debeo me defendere ense, vel gladio. Secundum qualitas temporis nam si tu verberasti hodie me cultello, non debeo cras te aggredi cum gladio, quia hoc fieret ad vindictam, non defensam. Tertiùm, quòd hoc bellū inferatur ob defensam, non autem ad vindictam: nam si tu me
a aggrediaris, & possum fugere,[a] vel tu sis persona de qua verisimiliter non possum dubitare, non deben te occidere, sed aliter euadere. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. & glo.
b ordi. in l. j. C. vnde vi.[b]

ADDITIONES.

a Possum fugere. Adde etiam quod quis non debet fugere si est homo inquantum esset ei verecunda. Bar in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & in l. j. C. vnde vi. in hac repulsione cum moderamine, tria considera quæ habentur in d. glo. l. j. Ias May.

9 b. C. vnde vi. † Adde etiam quòd propulsare iniuriam est de iure gen. quod sane intellige, quia ipsa propulsatio, & sic defensio, est de iure naturali quia competit etiam brutis l. j. §. cum arietes. ff. si qua. pau. fe di l. iiij. ad l. Aqui. sed defensio & repulsio cum moderamine inculpatæ tutelæ, & sic forma ipsa est de iuregen. quæ forma dat esse rei. ideo &c. l. iul. §. si quis. ff. ad exiben. Ias. May.

Adde cle. pastora. de re iudi. Abb. in c. dilec. de excep. Ang. in l. vt item. in ij. col. ff. de iusti & iu.

Finaliter fallit in casu. l. presor. §. sciendum. ff quæ in frau.
10 credi. Sed opponitur, & † imo videtur q bella illicita inuenta fuerunt de iuregentium. Nam eo iure inuenta fuit distinctio dominiorum. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & propter illas insurrexere postea bella. igitur &c. So. dixerunt Doc. q bella non fuerunt inuenta de iuregen. dispositiuè, ita quòd per iusgen. bella disposita & statuta fuerint, sed fuerunt inuenta occasiōaliter: nam ex quo ius gentium inuenit distinctionem dominiorū, insurrexere postea bella. Et ideo si meum & tuum de medio sollerentur, homines mundi quietè viuerent. An postliminium sit de iuregen. an ciuili. dicite quòd est de iure gen. occasionaliter, quia propter bella fuit inuentum. c. iusgen distin. j. sed dispositiue fuit inuentum à iure ciuili. l. post-
11 liminium ff. de cap. Addite prędictis, † q captus ab hostibus in bello licito, si fugiat peccat mortaliter, in bello non licito laudatur, hæc est gl. ordi. in c. ius gen. dist. j.

In glo. ab initio. in fi dicite vt dicam in. §. serui. In glo. pene.
12 Sed opp. & imo videtur q † contractus stipulationis sit de iuregen. Nam causatur ex consensu, vt. l. j. ff. de verbo. obliga. ergo est de iuregen. l. cum amplius. § is natura debet. ff. de regu. iur. Sol. licet causetur ex consensu, tamen quia lex ciuilis tribuit formam huic contractui, sumpta denominatione a for-
13 ma, appellatur de iure ciuili, † quia forma dat esse rei. l. Iulianus §. sed & si quis. ff. ad exiben. Ibi, de literarum obliga. ideo
14 hic † contractus appellatur de iure ciuili, quia celebratur ex conscripto cōsensu cōfitentis. vt videbitis infra de literarum oblig §. j. & ibi dicam. Sed contra oppo. q nullus contractus sit de iure gen. imo facti sit, & in facto versetur. l. consilio. §. fi.
15 ff. de cura. furio. Solu. † circa contractum sunt tria consideranda. Primùm est facultas ineundi contractum à iure tributa, & hoc respectu dicitur contractus de iure gen. quia eo iure est inuenta distinctio dominiorum super quibus contractus celebrantur. Secundò consideratur contractus quo ad ipsum modum ineundi contractum, & quo ad contractum in se. & hoc modo dicitur contractus facti, & in facto versari, vt loquitur dicta. l consilio. Aliquando consideramus contractus quo ad effectus qui oriuntur ex ipso contractu, qui sunt obligatio & actio, & tunc dicitur quo ad obligationem de iuregen quo ad actionem de iure ciuili: dicam infra de actio. in prin. Sed iterum oppon. & imo videtur q contractus emptionis non sit de iuregen. vt concludit litera. Nam huiusmodi contractus non potest celebrari nisi interuentu pecuniæ numeratæ. §. item pretium. infra de emp et vendi. in l. ij. §.

j.ff.eo. Sed ita eſt q̃ fabricatio pecuniæ & illa impreſsio cha. eacteris que funditur in ęre, fit anctoritate principis, & ſic de iure ciuili.l. j.in prin. de cõtrahen.emp. ergo ipſe contractus emptionis erit de iure ciuili. Sol. dicunt Doc. quòd licet forma pecuniæ ſit inuenta auctoritate principum, tamen quia ſubſtantia contractus, hoc eſt, partium conſenſus, quo ſolo contractus perficitur, eſt de iure gen. d.l. amplius.§.is natura debet. de reg. iur. appellatus eſt contractus de iure gẽ. Præter ea nonne antequam foret excuſſa pecunia, ſiue pecuniæ forma, emptio contrahebatur, certe ſic.d l. ſupra alle. ergo &c.

16 In fine glo. inquantum. gloſ. concludit† omnes obligationes ex maleficio prouenientes non eſſe de iure gen. reprehenditur a maioribus. per.l.j.ff.de fur. & habetur in §.j. de obliga. quę ex delic. naſ. Inquantum concludit obligationem ex quaſi maleficio prouenientem, de iure gen. non eſſe, approbatur. quia in his cõtingit aliqnem obligari facto alieno, quod ius gen. non conſiderauit, de quo dicam infra de obli. quæ ex quaſi delic. naſcun. in prin.

ADDITIO.

a Io bello iicito. Adda Abba. in c. ſicut. de iureiur.

1 ☞ *Ius ſcriptum quot partibus conſiſtat.*
2 *Argumentum de ſpecie ad genus affirmatiuè ualet.*
3 *Pleps & populus quomodo differant, & qui plebis & populi appellatione ueniant.*
4 *Lex quid ſit.*
5 *Scriptura an ſit neceſſaria ad ſubſtantiam legis, & numero.6.7.& 8.*
6 *Sententia in ſcriptis neceſſariò eſt ferenda.*
9 *Conſuetudo ex actuum frequentia inducitur.*
10 *Lex à ligo ligas dicitur.*

§.Conſtat autem. ADDI. Ius ſcriptum conſiſtit in vj. partibus hic nominatis. hoc.d. vſque ad.§.ex non ſcripto. Iaſ. May.

Non ſummatur, quia diuidendo & diffiniendo procedit. Sed diuiditur in duas. Nam in prima diuidit ius ciuile. In ſecunda diuiſionis membra proſequitur, ſecunda ibi, [ſcriptũ] Illa ſecunda habet plures partes quæ de ſe notæ ſunt. Ideo aliter non diuido Ibi, apud græcos, qui vtebantur iure ſcripto, & non ſcripto. Ibi placuit, id eſt, animo condendæ legis. Ibi indulſit, id eſt, remiſit, Ibi ius honorarium, id eſt ius prætorium. Not.† primò, conſtare ius noſtrum ex ſcripto. con. cor.l. de quibus.ff. de legi. No. ſecundo, quòd ſex ſunt particulæ quæ clauduntur ſub iure ſcripto, vt eſt lex, plebiſcita, ſenatuſconſ. principium placita &c. Item no. quid ſit lex, quid ſint plebiſcita, quid ſenatuſconſ. vt ex litera colligitur. Item no. quòd plebs differt a populo, tanquam ſpecies à genere,[a] & tanquam pars ſub toto, ita plebs clauditur ſub populo[b] tanquam ſub vno toto.

ADDITIONES.

a Species à genere† An autẽ bonũ ſit argumẽtũ de ſpecie ad genus, vt ſicut poſita ſpecie ponatur genus? dic quòd ſic.l.ij.§.duli.& ibi Bart.ff.vi bo.ra. & hoc affirmatiuè, ſed negatiuè nõ.l.duob°.§.ſi quis iuraueris.ff de iur.& cũ præcedenti dictũ cõcor. Bar. in l.ius gentiũ.§.ſed fraudandi.ff.de pact. licet argumentum à genere ad ſpeciem affirmatiuè non procedat. Iaſ. May.

b 3 †Populo. In hoc differunt plebs & populus: quia appellatione populi continentur ſiue exiſtentes in dignitate, ſiue non: appellatione plebis continẽtur ſolummodo vulgares homines. quod primum limita, vt limitat Panor. in c.j. extra, de vita & ho. cle. vt videlicet appellatione populi contineãtur exiſtentes in dignitate, exceptis clericis, quia illi ſub populo nõ intelliguntur, vbi de eorum præiudicio agitur, vt ibi dicit Panor. alle. no. per Bal. in l. j.ff ad muni. vide tamen de hoc Bal. in.l.j.§.huius ſtudij ff.eo. qui dicit q̃ ſacerdotes ſunt pars reipu. & ſunt de diſtrictu ciuitatis, & alla. no. in c.ſi. de ſeſcrip in vj. Iaſ. May.

[Appellatione populi. Adde an appellatione populi veniant foreſes: vide per Bal. in c. Rodulphus. in c.ij. col. da reſcr. Et veniat clerus: vide Car. Alexan. in c. de his.xxj. diſt. Et an veniant iudęi vide ſing. in verbo ius quiritum.j. diſt. quã alle. ſing. Barba. in tract. de Cardinalibus. in j. q. Baſili. in viij col. Barb. conſi.xliij. inci. licet in medium in ij col. in iiij. vol. Et an veniant ſerui, vide per Barb in rub. de re. eccle non alie. in repet. in xxxij. colum Et an veniant homines diuerſæ ſectæ, vide per Barb conſ xxx. illud in medium in vij col. in iij volu.]

4 †In fi. gloſſ. in verbo lex, licet Doct. ita pertranſeant, ego non arbitror hic & ibi legem diffiniri,[a] nam licet hic lex diffiniatur per cauſas efficientes & in eſſe legem producentes: declarat enim qualiter & à quibus in eſſe lex producitur, ſed in l.j. diffinit legem per quidditatem & ſubſtantiam legis, & per effectus qui ex ea ſequuntur, nam aliquando aliquid diffinitur per cauſas efficientes vt hic. aliquando per quidditates & ſubſtantiam rei, vt d.l.j. aliquando per effectus ex iure inſurgentes. vt l. libertas. ff. de ſta. ho. & infra de iure perſo.§ j.

ADDITIO.

a Legem diffiniri. Et quid ſi lex vide Bal. aliis duobus modis diffinitam in §.ſi. qui incipit, in huius operis. in n de pa. conſtan. Iaſ. May.

5 Sed hic dubitatur, an† ſcriptura ſit neceſſaria ad ſubſtantiam legis, & arguitur quòd ſic. Primò per iſtum tex. nam lex concluditur ſub iure ſcripto, ergo neceſſaria eſt ſcriptura. Secundò hoc probatur in l. humanum. C. de legi. in verbo dictari.[a] quod exponitur. i. ſcribi.

ADDITIO.

a Verb. dictari. Sed quòd dictari non capiatur pro ſcribi, habes tex. in l. dictantibus. C. de teſta. Iaſ. May.

6 Tertio probatur,† in ſententia iudicum requiritur ſcriptura.[a] l. hac lege. & l. ſi. C. de ſenten. ex breui. reci. ergo & in lege, quæ eſt ſententia principum.

ADDITIO.

a Scriptura. Sed reſponde ad hoc tertium, vt ideo ſit in ſententia neceſſaria ſcriptura ne iudici detur materia mutandi, & corrigẽdi.l: ad dicit tex. in d la.l. ij. C. de ſent. ex breui. ra. quæ ratio ceſſat in legibus que ſiunt in publico. Iaſ. May.

7 †Quartò quia ſi non requireretur ſcriptura, iam nulla eſſet differentia inter legem & conſuetudinem à populo Ro. approbatam, quod eſt falſum. vt hic, iũcto.§.ex non ſcripto. infra eo. & l. de quibus. ff de legi. Denique lex dicitur à lego legis, ideo eſt neceſſaria ſcriptura. Contraria opi. eſt verior, & de iure approbatior, quia primũ in diffinitiõe dicuntur claudi omnia requiſita & ſubſtantia ad diffinionem legis. l. omnis bona diffinitio. ff. de regu. iur. Sed ita eſt, quòd in nulla diffinitione legi attributa, reperitur mẽtio ſcripture, igitur &c. Secundò inducitur iſte §. lex.[a] Tertiò allego tex. ad literam vltra alios. infra de re di.§. ſingulorum. verſi. ciuilia. ibi. & leges ſcribi.

8 † Ex quo not. quòd ante erant leges, quàm ſcriberentur. Non ob. quòd claudat ſub iure ſcripto, quia lex appellatur ius ſcriptum, non quòd ſcriptura ſit de ſubſtantia legis, ſed quia emanat ad probationem legis, probatur in l. contrahitur ff. de pigno. Eodem modo reſpondetur ad. l. humanum. quòd leges dictantur, & diſtribuuntur non ad ſubſtantiandum ipſas leges, ſed ad probandum eas ita latas. Non ob. quòd non eſſet differentia inter legem & conſuetudinem, quia reſpondetur, nequaquam. quia lex inducitur ſolo conſenſu populi, vel ſacratiſſimi imperatoris. l. j. ff. de conſti. princip.

9 † Conſuetudo autem inducitur ex frequentia actuum. l. 10 de quibus. ff. de legi. † Non ob. quòd dicatur lex a lego legis, quia imo dicitur a ligo ligas. vt. C. de legi. l. leges ſacratiſſimæ.

ADDITIO.

a §. Lex. Verum tamen not. quòd ex text. in Senatuſconſultum eſt. ibi, equũ viſum eſt, ſenatum vice populi. infra eo. & ex. l. ij. §. ex actis. de ori. iur. ſumpta eſt practica, & bona eſt practica, in eligendo plures homines qui ſunt de conſilio, vt habeant eandem anctoritatem quam habet populus totus in ſtatutis & reformationibus condendis, & aliis oportunis, vt vult gl. ſuper rubr. quæ ſit long. conſue. & iſti conſiliarij hodie ſunt loco decurionum, qui olim erant. vt dicit glo. in. l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. ad alium locum conſuetum. vt. l. ij. C. de decu. lib. x. & l. ſi quidem. C. da ie. lib. x. & debent adeſſe duæ partes ad minus, alias non valeret quod fieret. l. nominationes. C. de decurio. & no. gl. in. l. nulli. ff q̃ cuiuſque vniuerſitatis. Iaſ. May.

1 ☞ *Lex non eſt omne quod principi placet.*
2 *Sententia contra ſententiam principis non ualet.*
3 *Placita principium regulariter pro lege generali habe itur.*
4 *Imperatoris epiſtola, ut pro lege ſeruetur, ex quibus cognoſcatur.*

5 *Priuilegium personale, an & quando personam egrediatur, & ad aliam transeat. & nu.28.*
6 *Priuilegiatus nemo presumitur, nisi se præsenti priuilegio munitum videat.*
7 *Paupertate cessante, cessat priuilegium ob eam concessum.*
8 *Edicta prætorum uim legis habent.*
9 *Pretores qui sint, & quod eorum sit officium, & quot nominibus appellantur.*
10 *Populus Romanus an possit hodie legem generalem condere.*
11 *Legis condendæ potestas à iurisdictione dependet.*
12 *Imperatoris electio à quibus fiat, & confirmetur.*
13 *Præfectus pretorio cardinali æquiparatur.*
14 *Populus Romanus generalem consuetudinem inducere potest.*
15 *Verbum concedere quid significet.*
16 *Iurisdictio per populum Romanum, Imperatori concessa, an eo mortuo transeat in successorem.*
17 *Verba preteriti temporis sunt abnegatiua præsentis.*
18 *Populus qualis possit statuta condere.*
19 *Collegium quale possit condere statuta. & nu.22.*
20 *Collegia omnia nisi approbata reperiantur, reprobata, & illicita præsumuntur.*
21 *Collegium quale approbatum præsumatur.*
22 *Mercatores suo collegio statuta condere possint.*
23 *Iudices quales possunt condere statuta. & nu 24.*
24 *Cardinales æquiparantur prefecti pretorio.*
25 *Doctores habentes iurisdictionem in scholares, non possunt statum pœnalia condere.*
26 *Statuta an & quomodo ligent ignorantem.*
27 *Lex an generalis sit, quatuor signis cognoscitur.*
28 *Priuilegium concessum tempore Diui Ambrosii in primis diebus quadragesimæ uescendi carnes, ad quos extendatur.*

1 §. Sed & quod principi. †Nota id quòd placet principi haberi pro lege, [a] quòd verum intelligite, quòd sibi placet animo legis condendæ. Nam non omne quod placet principi, habetur pro lege. l. ex stipulatione. C. de senten. nam si ei placet comedere, hoc non esset lex. Ex quo aliud intelligitis, quòd verba generaliter prolata debent restringi, ne incidamus in absurditatem. cócor. §. si quis in aliena. infra de rerum diui.

ADDITIO.

a Pro lege. Limita dummodo sit iustum, vt hic per Ang. de Are. Item limita dummodo illud sit honestum, per id quod pulchrè voli Bal. in. l. quòd ex liberta. C. pe ope liber. Ia. May.

Secundò not. quòd hæc potestas principi concessa quòd possit condere legem, fuit postquam lex regia ab Hortensio lata, vis imperij in principem fuit translata. cócor. l. j. de consti. princ. Item not. quòd quicquid imperator constituit per epistolam, vel cognoscens, decreuit, vel edicto præcepit habetur pro lege.

ADDITIO.

a Vel cognoscens. Item no. †in verbo vel cognoscens decreuit. quòd scientia principis habetur pro lege. ex quo infertur illud valde notabile, quòd pono post Bar. in l. fi. C. de lega. §. j. vbi vide multa pulchra, videlicet quòd liceat sententia contra sententiam valeat aliquando, vt est tex. in l. j. C. quando prouo. non est oe. & ibi not. adde. l. j. C. quando prouo. non est necess. & l. duobus. ff. de excep. rei iudi. tamen secus est si feratur contra sententiam principis. Ias. May.

Item not. quòd placita principum habentur regulariter pro lege generali. [a] hoc fallit tribus casibus. Primus, quando imperator ob meritum aliquid alicui tribuit. Secundus, quando ob gratiam alicui pœnam remittit. Tertius, quando ob pietatem alicui subuenit. concor. l. j. ff. de consti. prin.

ADDITIONES.

a Pro l. generali. †No. ex. §. sed & q prenci. q quatuor signis cognoscitur an 4 imperatoris epistola sit facta vt obseruetur pro l. generali. Primo, si in ea dica 5 tur hac edictali & c. prout infra in gl. Nu. secundo ibi planè q †priuilegiũ personale personam non egreditur. contra. l. j. ff. de consti. prin. l. Gallus. §. nunc de lege, de libe. & postu. & per Dy. in regula iuris, quia personale da regu. iur. in vj. Fallit hoc primo, si priuilegium esset concessum propter naturalem & sufficientem rationem, vt in beneficio restitutionis minoris concesso per læsionem, quòd transit ad hæredem. l. interdum. ff. de mino. l. ea quæ. ff. pe tempo. in integ. resti. peten. Secundò fallit, in beneficio concesso marito ne exigatur in plus quàm facere potest, quod transit ad hæredem, & communem filium. l. etiam. ff. solo. mat. Tertio fallit, in priuilegio prælationis dotis concessæ mulieri, quod transit ad hæredem filiam eiusdem matrimonij. l. assiduis. §. exceptiones. C. qui po. in pigno. ha. Quartò fallit, si de hæredibus in plurali in priuile. est facta mentio, quia tunc transit ad hæredem hæredis. l. scien. ff de ver. signi. Secus si de eis esset facta mentio in singulari, quia tunc non transit nisi ad primum hæredem, si sit talis res quæ de sui natura non transit ad hæredem. l. antiquitas. C. de vsufruct. Ias. May.

b De Const. princip. †Adde etiam huic. §. sed & quòd principi. quòd ne- 6 mo præsumitur priuilegiatus, nisi ostendatur priuilegium. †Item quòd pri 7 uilegium concessum propter paupertatem, extinguitur auctis facultatibus. l. non tamen. §. eos. ff. de excu. tu. & l. cura. §. deficientibus. ff. de mu. & hono. Ias. May.

a Ex. §. pretorum. not. †quòd edicta prætorum [a] tantam ob- 8 tinent iuris auctoritatem, vt vim legis habere censeantur. Not. ius prætorium appellari honorarium. Item nota ibi. quòd alludendum est vocabulo, videbitis infra de tutel. in. §. j.

ADDITIO.

a Pretorum. Adde †quòd prætores propriè sunt præsides prouinciæ, & defen 9 sores ciuitatum sunt, vt potestates seu vicarij, & etiã priores & antiani. Item episcopi, & quanto tempore præscribatur actionibus introductis ab eis, vide Bar. in. l. v. ff. de ver. oblig. & l. j. de bo. pos. Item consiliarij ciuitatem decuriones vocantur, vt vult glos. in rub de decur. lib. x. qui repræsentant populum, vt no. glo. in l. aliud. §. refertur. de reg. iur. & in rub. C. quæ sit lon. consue. Ias. May.

No. §. responsa. prudentum responsa tantam vim ac potestatem obtinere, vt iudicibus nullo pacto ab eis recedere li- 10 ceat. In fin. gl. in verbo concess. †colligitis dublicem opp. primam, quòd populus Romanus hodie non possit concedere legem generalem, & hanc sententiam tenuit glo. in l. non ambigitur. ff. de legi. quam opio. sequitur Bart. & commun. doc. citra monta. Primò per. l. fi. C. de legi. Secundò ratione. quia abdicata est à populo iurisdictio, & in principem trãslata, vt in l. j. §. sed hoc studiosum. C. de re. in enucle. l. j. §. regimentis. ff. de offi. præfec. pretori. l. ij. §. nouissime. ff. de ori. iu. ergo non 11 potuit legem condere. †quia potestas l. condendæ à iurisdictione dependet. probatur in l. j. cum glo. sua. ff de iu. om. iu. 12 Tertiò, †quia licet olim Imperator eligeretur à populo Romano, hodie tantùm eligeretur ab illustribus & reuerendissimis viris Alemaniæ, [a] & sunt tres Archiepiscopi, vnus Rex, vnus Marchio, vnus Dux, vnus Comes, de quibus in cap. ad apostolicæ. de sen. & re iudi, li. vj. ergo non poterit populus hanc potestatem ab electoribus tributam reuocare, regulá iuris. ius nostrum. Quartò, quia quem papa confirmat, nemo infirmat. c. ij. de maio. & obe. Sed Papa confirmat Imperatorem electum. ea. per venerabilem. extra. de ele. ergo populus Romanus non potest infirmare. Finaliter ego allego tex in. §. lex. supra eod. vbi dicitur quòd lex est quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante veluti Consule constituebat: quòd verbum, constituebat, tanquam verbum præteriti temporis, est abnegatiuum præsentis: glo. est ordi in. l. iiij. §. lex iul. ff. de testi. in verbo, [illegible] alias. in. l. j. C. de rap. vir. Contrariam sententiam, scilicet quòd populus Romanus hodie possit condere legem generalem, videtur hic tenere gloss. & [illegible] in l. fi. C. de legi. & hanc sententiam tenuerunt [illegible] ramon. quorum opin. mihi placere consueuit, & in ea ego sum proclitior. Primò, per tex. rotundum. in. l. non ambigi- b tur. ff. de legi. [b]

ADDITIONES.

a Alemaniæ. De istis electoribus commemorat. Io. Pa. in præ. institutionũ, & per Cardi. in c'a. j. in. ij. nota. de iureiuran.

b ff. de leg. Dic quòd loquitur cum auctoritate superioris per. l. fi. C. de legib. alias bene esset dubitabile, et tex. dicit non ambigitur. Ad l. formã quam max. citat, dic notabiliter, quòd posit facere. l. sed nõ generalem, hoc probo 13 inconuincibiliter †præfectus prætorio in totum æquiparatur cardinali, vt est glo. approbata per omnes in. l. j. in fi. de offi. præfec. sed cardinalis non possit facere. l. generalem. clemen. ne Roma. §. j. de elec. Ias. May.

Secundò, per l. formam. C. de offi. præfec. præto. Tertiò ratio 14 ne, †nam populus Roma. potest inducere consuetudinem generalem. l. de quibus. ff. de legi. ergo & statuere legem generalem. ar. l. cum quid. ff. si cert. pet. Quartò, quia populus Romanus non transtulit omnimodam iurisdictionem in Imperato, rem

ratorem, sed illam sibi concessi, vt in d.l.j.ff.de consti.princ. 15 quòd verbum, concessit, significat tantùm translationem vsus, non dominium.l.arboribus.§.vsufructuarius.ff. de vsufruc.ergo potest quandocunque reuocare.l.iudicium soluitur ff.de iu. 16 † Denique, quia licet populus Romanus concesserit primo Imperatori iurisdictionem, eo mortuo non est a acquisitum ius suo accessori.§.alteri.Insti.de inut.stip.l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.oblig.

ADDITIO.

a Non est acquisitum ius. Dic quòd imò acquiritur successori.text.est in l.sed & quod prin.ff.de leg.ij.& notatur in d.§.si quis alij.dum glo.dicit ibi, quod notarius, iudex.& aliæ publicæ personæ possunt alij stipulando acquirere.sed Imperator est publica persona, imò quilibet officialis est publicus secundùm Ang.de Are.in §.j.supra tit.j.& Doct.in l.j.§.ius publicum.ff.de iusti.& iure.Ias.May.

Non ob.l.fi.C.de leg.quia ibi excludit singula generum, non genera singulorum, vel respondetur vt in gloss. Non obstat quòd populus transtulerit, quia respondeo quòd illa verba sunt anteponenda, id est, concessit, per hunc tex.in l.j de consti.principi.& probatur hæc solutio in l.j.in fin.ff. de offic.eius. Non obstat quod eligatur à dominis de Alemania, & confirmetur per Papam, quia huiusmodi electio, et Papæ confirmatio facta in iure communi, non videtur tollere ius alterius. xij.dist c.præceptis, vnde non videtur tollere ius populi Romani reuocandi Imperatorem. Non ob.§.lex.quia respondetur 17 quòd verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis, secundùm qualitatẽ quam referunt. Vnde est sensus quòd lex est &c.quam populus Romanus constituebat, quæ verba notant actum constituendi, vnde bene sequitur quòd negant actum, quia hodie non constituit, non tamen negant potentiam constituendi de præsenti, quia nec illam de præterito amiserant. Si enim dixisset, lex est quam ponit Roma. inducere poterat, & sic notarent potentiam, bene negarent a- 18 ctum de præsenti: & ita loquuntur contraria. † Videamus breuiter quis possit condere statuta. Circa quod dicite breuiter. Aut talis populus habet iurisdictionem sibi tributam à principe, vel consuetudine præscripta, & potest condere statuta.l.fina.ff. de priui.credi. Aut nullam habet iurisdictionem, & tunc si vult condere statuta ad causarum decisionem non potest, sine auctoritate superioris, vt.l. quoties.et l.si quid ordinarium.C.de alleg. lib.x. Aut condere statuta quoad commoda vniuersalia, vt pecunia populi expendatur, & 19 similia, & tunc potest.l.ij.ff.de decre.ab ordi .fa. † Quid autem a in collegio? dicite, aut tale collegium est, approbatum, b & dicite vt supra in l.si.C de iuris.om.iudi.l.ij.de consti pen. Aut collegium non est approbatum, & non potest. In dubio 20 tamen omnia † collegia præsumuntur reprobata & illicita, nisi approbata repeₓiantur.l.iij §.j.ff.de coll.illici. & est gl. or.in rub.de statutis.

ADDITIONES.

a Collegium. Adde quòd † omne collegium quod fit ad [illegible] actum, est 21 approbatum, vt inquit Bar.in l.cum senatus.ff.de rebus dub.alleg.not.in l. j.circa princi.ff quod cuiusque vni. & dicit quòd collegium verberatorũ. est approbatum sub iudice seculari, nisi in eo sint aliqui clerici.vide ibi.Ias. May.[Adde glo. in cap.si quis episcoporum.xij.q.ij.Paul.de Ca.in l.collegium.C.de hære.ioth.idem Pau.in l.j.in j.col.C.de hæredi.decuri.]

b Approbatum. † An collegium possit condere statuta vel ne, puta colle- 22 gium mercatorum.dicitur in d.l.ij.in glos.C.de consti.pe.quòd sic, dummodo non concernat præiudicium tertij, nam tunc non valent nisi sint confirmata à principe, vt vult Bart. in l.j.ff.de colleg.illici.facit.§. iorerim. in auth.de defenso.ci.& quod no.Bart. in l.priuatorum.C.de iurisd.om.iudi. Ias.May. Adde Baldum in cap.fi.de re iudica.

23 † An iudices possunt condere statuta? dicite, aut sunt principes, senatores, & præfecti prætorio illustres, vt est illustrissimus dux Mediolani, & tunc possunt Romanum. C.de offic. præfect. præto. aut sunt mediocres, & tunc aut habent iurisdictionem perpetuam, vt marchiones, episcoa pi, archiepiscopi, a & simi.& possunt in dioecesi sua.cap. vt animarum.de consti.libr.vj.alias secus.

ADDITIO.

a Archiepiscopi. Adde † quod pro hoc etiam facit text. in l.formam.C.de 24 offi.præfec.præto.& not.in l.non ambigitur. C.de lega. & idem dicas in Cardinalibus, qui æquiparantur præfectis prætorio, licet non æquiparentur ad tenendas mulieres, vt dicit glo.in l.vnica.in.§.pe.ff. de offi.præfec. præto. [Adde an tales equiparãtur senatui: vide Arch in.c.vt constitueretur. ad fi.l.di & diffuse per Car.Alex.in ca.absit.l.j.no. ea. di. Item Cardinales legati æquiparantur constellationibus siue planetis qui mouentur motu proprio & nutu Dei: ita legati nutu Papæ, & quicquid faciunt præsumuntur facere nutu Papæ de quo per Bal.in c.bonæ memoriæ. el.j.in ij. col.de postu. prælato. Item Cardinales possunt dici senatores, vt in c.Constantinus.xcvj. dist & per Phi.de Franchis in c.j.vlti.not de offi.leg li.vj.] Et idem in legatis sedis Apostolicæ, quia eorum statuta facta in legationibus valent & durant, etiam finita legatione, vt c.si extra de offi.leg Ias.May.[Adde cap. j.& ibi Doct. de Io.Are.in §.j.iij.di.Car.Zab.in c. communes.in pen col. de consti.vel xl.quæsto.Phili.& Bened.Capra in ca.vt animarum in.§.statuto.de consti.lib.vj.Fed.de Sen.consi.avj.inci.capitulum ecclesiæ.]

a Aut sunt iudices inferiores, vt sunt potestates terrarum, & non possunt sine consensu populi, vt in rubr.C.communia. vel episto & habetur.in l.j.ff.de legib.

ADDITIO.

Adde tamen, quòd licet potestas nihil possit statuere nisi congregato consilio, vt supra. tamen potest facere per se ordinamenta & prouisiones pro tota tempore sui officij secundùm exigentiam factorum, vt quòd nullus portet arma toto tempore sui officij, nec quòd vadat de nocte, vel quòd portans frumentum ad ciuitatem tempore caristiæ habeat tantum.l.j.§.de officio præfec.vrb.& l cum nauarcorum. C. de nauicularijs. lib.xj Ias. May.

25 Hinc est quod dicit Bart. † quòd licet nostri Doctores habeant iurisdictionem approbatam in scholares, vt habetur in proœmio ff.orum.§ j & in authent.habita. C.ne fil. pro pa. & habeant etiam correctionem morum.l. item quæritur. §. iulia ff.commo.l.sed si quantum §.fi.ad.l Aquil.non tamen possunt facere statuta pœnalia, vt puta, si quis attulerit vitiosum latinum puniatur in denario, quia non valet, cum ob mores instruendos exactio pecuniæ fieri non debet.l. vnica.§. placuit.C.de rei van.acti. Pœna tamen corporalis imponi potest non volenti obedire.gloss.ordina.in l.liberto.ff.de ob-26 sequijs. † Quæritur an statuta obligent ignorantem? dicite, aut statutum punit factum iam damnatum à lege vel natura, & tunc ligat ignorantem l.vulgaris.§. si quis sex.ff.de furt l.non solum.§ j ff.de iniur. Ratio, quia culpa est attentando rem illicitam.l.si mulier.in princip.ff.quod met. cau. Aliquando statutum punit factum à.l. non damnatum, & tunc non ligat ignorantem.l.fina ff.de decre.ab ordi.fac. & est gloss.ordin.in cap ex nobis.extra de senten.excom. Cætera autem pertinentia ad hanc materiam dicite vt per Bart.in repet l.omnes populi ff. de iusti.& iure & Bald. in l cunctos populos. C.de sum.trini & fide catho. In fin.gloss.in verbo plures, dicite.facit.l. metum.§. sed quod prætor ait.ff. quod 27 met.caus.in gloss.in verbo, subuenit, dicite quòd † quatuor sunt signa cognoscendi an lex sit generalis vel non. Primùm, quando Imperator vtitur hoc verbo, hac generali lege statuimus. Secundò, quando vtitur hac edictali.l. decernimus. Tertiò, quando vtitur hoc verbo, vnam volumus esse generalem. Quartò, quando scribit per vniuersum orbem, quæ omnia probantur in l leges.C.de legibus.

28 In fin.glo.in verbo transgreditur.si quæratur † an beneficium personæ tributum ad aliam personam extendatur, dicite, aut hoc priuilegium tribuitur à lege aut à principe. Primo casu, aut tribuitur inspecta quadam naturali æquitate, & tunc egreditur personam, & ad hæredem transmittitur.l. hæredes.C ad velleia.l.non solum.§ minores ff. de minor. Aliquando lex tribuit priuilegium ex reuerentia personali, & hoc personam non egreditur, nec ad hæredem transmittitur. l.& si fideiussor.& l.si cum vxore.ff de re iudica. Aut secundo priuilegium tribuitur à principe, & hoc aliquando tribuitur personæ, & aliquando tribuitur rei. aliquando tribuitur generi siue posteritati, aliquando tribuitur loco. Si tribuitur personæ, pone regulam negatiuam, quòd personam non egreditur, vt hic. & ff.de consti.princ. Hæc regula primo fal

lit

tur generi siue posteritati, aliquando tribuitur loco. Si tribuitur personæ, pone regulam negatiuam, quòd personam non egreditur, vt hic. &. ff. de constituti. principum. Hæc regula primò fallit, quando hoc priuilegium esset attributum ad petitionem partis. lege prima. ff. quod quisque iuris. Ratio, quia quod æquum putat iste petens in persona sua, æquum debet arbitrari in aliena. vt de legatis. lege prima. Secundò fallit, in casu legis primæ. C de fruct. & lit. expen. vbi prodest aduersario litiganti. Ratio, quia æquitas in iudicijs ex vtraque parte partium litigantium versari debet. d. l. fi.[a]

ADDITIO.

[a] d. lege fin. Aduerte ad secundam fallentiam supra datam. dum assignat rationem ad legem fin. C. de fruct. & lit. expen. & dicit quòd ibi est speciale propter æquitatem iudiciorum, cum qua soluit. transit simpliciter Barto. in lege prima. ff. de consti. principū. Multum videtur mihi obstare. lege tertia. §. primo. ff. quod quisque iuris. ad illam. l. final. Nam si verum est quòd æquitas in iudicijs sit seruanda, ergo videretur quòd etiam si motu proprio princeps concessisset priuilegium, vel ius iniquum alicui, quòd aduersarius possit vti eodem iure propter æqualitatem iudiciorum. Secundò & multum fortiter in casu d. l. fina. erat illud priuilegium concessum motu proprio & sine postulatione, vt text. dicit ibi in principio ibi, per leges sacrasque constitutiones & ibi ponderat Bart. Item erat ius iniquum nam quòd victus non condemnetur in expensis, est iniquum, [Leum quem temere. ff. de iud. & in authentica. de iu. iu. § oportet. de cap. finem litibus de dolo & contu. & in cap. calum. etiam de pœnis.] & tamen illud ius iniquum obtentum sine postulatione transit ad aduersarium. Cogita. quia non bene video quomodo illa benedicta inter concordentur, nisi teneas secundum intellectum gloss. & Bar. ibi, & omnia cessabant. Ias. May.

Tertiò fallit quando princeps mentionem facit de hæredibus in plurali, quia tunc transmittit ad hæredes lege. sciendum. ff. de verborum significationibus. lege cum antiquitas. C. de vsufructu. Si autem tribuatur rei, tunc comitatur quemcunque ad quem res ipsa transferatur. lege tertia. ff. de censi. lege sordidorum. C. de excusa. muni. patri. Si verò attribuatur generi vel posteritati, transmittitur ad quoscunque successores. lege prima in fin. ff. de iure muni. Hoc priuilegium non solùm competit illis de illo loco, sed quibuscunque qui vadunt ad illum locum. l. ege si non speciali. C. de testamentis. lege prima. C. quemadmodum testamenta aperiantur. lege si fundus. ff. de euictionibus. Illis autem de loco competit si locum exierunt. In dubio [a] tamen non præsumitur priuilegium loco attributum, ita not. Baldus in lege si non speciali. C. de testamentis. & fa. lege fina ff de constitutionibus princi. Ex quibus infertur ad quæstionem bimembrem. Pone quòd Papiensis reperiat se in ciuitate Mediolani tempore quo ex priuilegio sancti Ambrosij Mediolanenses vescuntur carnibus, & ipse quoque Papiensis poterit vesci & comedere. Eodem modo econtra pone quòd eo tempore scholaris Mediolanensis reperiat se in studio, an poterit carnes comedere. Ex his est distinguendum. Aut priuilegium beati Ambrosij est tributum loco, hoc est, ciuitati Mediolani, & tunc Papiensis ibi existens poterit comedere, Mediolanensis alibi existens non. Aut fuit tributum personæ, hoc est, ciuibus Mediolani, & tunc Mediolonensis quocunque vadat poterit comedere, forensis autem ibi existens non. In dubio verò est coniecturę locus quòd solùm loco tributum fuerit. quod fict vt Mediolanenses alibi existentes comedere non poterunt, forensis autem ibi existens comedere poterit.

ADDITIO.

[a] In dubio cui censeatur tributum priuilegium, an personæ, vel rei, vel loco. vide pulchre per Bellonum consilio. xx. numero. 7. cum sequenti.

1 ☞ *Consuetudo quid sit.*
2 *Consuetudo legem imitatur.*
3 *Origo rei spectanda est.*
4 *Ius scriptum & non scriptum unde originem habuerit.*
5 *Diu decem annorum spacium dicitur.*
Consuetudo an decem annis inducitur.
6 *Longæuum tempus, an de decem, uel centum annis appellatur.*
7 *Verba sunt intelligenda secundum qualitatem subiecti ad quod referenda sunt.*
8 *Ad inducendam consuetudinem, an binus actus sufficiat. & numero. 9.*
10 *Consuetudo in quo ab usu differat.*
11 *Quæ necessaria sunt ad inducendam consuetudinem.*
12 *Scientia non, sed superbia à scientia exiliens homines inflamere censetur.*
13 *Consuetudo duplex.*
14 *Consuetudo qualiter probetur.*
15 *Consuetudo in quo differat à præscriptione.*
16 *Error an possit consuetudinem impedire.*
17 *Consuetudo induci non potest ab uniuersitate potenti statutum condere.*
18 *Consuetudo contra legem superioris an ualeat.*
19 *Consuetudo generalis uincit legem.*
20 *Consuetudo inducitur à populis qui subsunt Imperatori.*
21 *Intellectus ad l. uenditor. §. si constat. ff. commu. prædio. Intellectus ad l. ij. C. quæ sit long. consue. & nu. 22.*
23 *Princeps qui legem statuit, non uidetur tollere legem quam ignorat.*
24 *Consuetudo in scriptis redacta, an nomen suum amittat.*
25 *Lex expresso, consuetudo uerò tacito consensu inducitur.*

§. EX NON SCRIPTO. Consuetudo est ius moribus introductum, quæ pro lege seruatur, vbi lex scripta non reperitur. hoc dicit. Diuiditur in quatuor partes Primò ponit quid sit ius non scriptum. secundò respondet tacitæ questioni. Tertiò remouet quoddam dubium. Quartò describit de quibus ius pertractare babeat. Secunda ibi, [& non eleganter.] Tertia ibi, [sed naturalia.] Quarta ibi, [omne autem ius.] Not. primo, quòd † consuetudo est ius non scriptum, moribus populi introductum. capit. consuetudo dist. j. lege de quibus. ff. de legi. Item not. quòd † consuetudo legem imitatur. quòd verum intellige quo ad effectus: nam sicut ius legis est imperare, permittere, & punire. lege legis virtus. ff. de legatis. ita vis consuetudinis eadem est. Quo autem ad originem & modum in esse deducendi non immitatur legem, quia lex vnico expresso consensu populi constituitur. l. lex. supra e. Consuetudo verò dicitur ex frequentato actu [illegible] tacito consensu populi, vt hic. & in d. lege de quibus. & lege. ij. quæ sit longa consuetudo. item not. † quòd origo rei est inspicienda. concor. lege prima. ff. de contrahen. emp. lege prima. ff. de orig. iur. & facit quòd habetur in simili in lege quòd si nolit. §. qui mancipia ff. de edil. edicto. Item not. quòd illud dicitur eleganter fieri, quod sumit originem ab optimis constitutionibus. Item not. quòd † distinctio iur. scripti vel non scripti traxit originem ab illustri ciuitate Athenarū & Laecedemoniorum: quia Athenæ vtebantur legibus, & sic iure scripto. Laecede. autem vtebantur iure seu consuetudine, & sic iure non scripto. Gloss. diuturni. Diuiditur in tres. Nam primò tractat quanto tempore consuetudo inducatur. secundò tractat quot actus requirantur ad inducendam consuetudinē. In tertia opponit & soluit Secunda ibi, [sed nunquid] Tertia ibi, [nunquid ergo.] In ead. ibi. §. Aristo. Venit per hunc modum. Nam ibi dicitur, quòd † diu appellatur spacium. x. annorum, & quod diuturni mores consuetudinem inducunt, ergo consuetudo inducitur spacio. x. annorum. & hæc est communis opi. Sed contra opponitur, & imo videtur quòd longius tempus requiratur. l. ij. C quæ sit long.

consue. Vbi habetur quòd consuetudo habetur ex longo tempore, † longæuum autem tempus appellatur cursus centum anno.lege finali. C. de sacro sanctis ecclesi. lege si vsusfructus.ff.de vsufruct.lega.ergo requiritur tempus centum annorum. Solutio, aut tempus refertur ad personam hominis, & tunc longæuum appellatur tempus centum annorum, & loquuntur contraria, aut refertur ad consuetudinem, & tunc appellatur cursus decem annorum, & loquitur hæc gloss. † Secundùm enim qualitatem subiecti ad quod verba referuntur, intelligenda sunt.l.quoties.ff.de verborum significa.l.si vno.ff locati.[a]

ADDITIO.

a ff.locati. vide Bald.& alios Doct. facientes hanc distin.& not. loquentes in lege.j.C.de episco audi.& in cap.cum eccle.Sutri.extra de cau.possess.& proprie.vide etiam in l.de quibus.& lege.ij.C.de seru.& aqua.Ias. May.

In ea.ibl.de consuetudine, [a] ex hac gloss. colliguntur duo. † Primò, quòd ad inducendam consuetudinem requiritur [b] saltem binus actus, cum transcursu decennij. Sed contra opponitur & imò videtur quòd plures quàm duo actus requirantur, vnde opponi d.l.ij.& iij.C.quæ sit longa consue. Solu.dicunt Doct. aliquando isti duo actus sunt notorij populo, puta tenere pontem in strata publica, & tunc ex his inducitur consuetudo. Ratio, quia ex quo isti actus sunt notorij populo, facile præsumitur ex his populum consentire.lege.j.§.tractatum.ff.de aqua quoti.& æsti.l.fina.ff.de flumi. Aut isti actus non sunt notorij populo, & tunc est in arbitrio iudicis examinare quot actus requirantur ex quibus consuetudo inducatur argumentum in lege.j de iure deli. Secundò ex gloss.colligitur, quòd † ad inducendam consuetudinem requiruntur [d] duo actus iudiciarij, & idem videtur in lege de quibus ff.de legat. & in rubrica.C.quæ sit longa consuet. Sed Doc.tenent communiter contrarium, per legē cum de consuetudine.in verbo etiam.ff. de legi. concludentes quòd non solùm per actus iudiciarios, sed etiam per extraiudiciarios consuetudo inducatur. Placet hæc opinio ea ratione. Nam consuetudo obtinet vim & potestatem ex tacito iudicio populi, quod iudicium ita declaratur ex actu extraiudiciali, sicut ex actu iudiciali.d.l. de quibus. ergo consuetudo ex actu extraiudiciali potestatem obtineret.

ADDITIO.

a De consuetudine. † In quo differat consuetudo ab vsu, dic quòd vsus & mores sonant factum ex quo descendit consuetudo, id est, ius non scriptum, secundum Bartolum. in lege de quibus. Quid autem si formaat libellum super consuetudine, & in veritate erat statutum & consuetudo dic quòd propter ineptam propositionem reus debet absolui, sicut per ineptam actionem propositam lege.j.§.j.ff.[illegible] fals.mo.dixer. & lege Bebius Marcellus.ff.de pact.dot. Item an consuetudo liget minorem? dic vt in lege tuto.§.Lucius.ff.de ad min ma. & ibi per Bart. cetera ad materiam pertinentia vide in d.l.de quibus. [In quo differat consuetudo ab vsu, adde Cyn.in l.j.C.quæ sit long.consue.Bart. in lege de quibus.ff de leg.Io.An.in capitulo fin de consue.& in quo differat consuetudo à iure scripto: vide Cardinalium Zabe.in capitulo fina.in §.licet. versic. quarto quæro circa hoc.]

b ¶ Requiritur. est tamen quædam consuetudo interpretatiua, quæ non requirit hæc omnia, vt per Bello.consi.j.

c ¶ Binus actus. Adde Ludo.Roma in sing.xliij.incip.an sicut sententia & Fran.Cremen.in sing.cj.incip.tu scis quòd binus actus. Cardi.Parisi.in consi.31.numero.44.in iiij.vol.Io.Bap.Zilettus.

d Requiruntur. Adde quòd † quinque sunt necessaria ad inducendam consuetudinem. Primò, quòd moribus vtentium vel populi, id est, tacito consensu eorum sit introducta, vt hic, vel maioris partis populi.lege si quis à filio.§.fin.de leg.j.l.quod maior.ff.ad municip. Et dicitur ille tacitus consensus ex moribus populi vel maioris partis, quia continuè sic est obtentum sine contradictione. vel si est contradictum, & hoc in contradictorio iudicio, conuocato consilio populi per tubam vel campanam vt inquit glo.in l aliud.§.referri.ff de regu.iur. fuit obtentum, vt in glo. in l.diuina.ff.de legi. Secundò requiritur quòd sit continuata per diuturnitate temporis, scilicet decem annorum, vt in glo.in.d.l.de quibus. in verbo inueterata. Tertiò requiritur frequentia actuum.l.an in totum.C. de ædific.priuatis.& aliquando duo actus requiruntur si sunt notorij, vt hic in glos.a appacet in hac columna, nec est necesse quòd sint iudiciarij, & sic reprobatur in hoc glos. vt hic vides, alias si actus non sunt notorij, debet interuenire frequentia actuum, vt dixi, & quot actus sint sufficientes, relinquitur arbitrio iudicis, argumen.lege.j.ff.de iure deli. Quartò requiritur quòd hæc consuetudo sit introducta non errore, sed cum ratione, alias est corruptela.capitulo fina. extra de consue. lege quod non ratione.ff.de lega. Quintò, quòd sit ius non scriptum, nisi esset scriptum ad memoriam, vt lege contrahitur.ff de pigno. an si redigitur ad scripturam, perdat nomen consuetudinis, vide infra. in finem.§.Iasu. May.

In gloss.dicite esse simile quod habetur in lege licet. per gloss. C.de acquirend poss. † Nam dicitur quòd scientia inflammat hominem, & tamen scientia non inflammat, sed superbia quæ prouenit ex scientia, vt in gloss. dicitur. In gloss.consensu. ibi, est communis consuetudo. colligitur eymologia consuetudinis, quia consuetudo dicitur communis assuetudo. Sed contra hoc opponitur, & imo videtur quòd consuetudo non dicatur communis assuetudo, vnde opponi. de lege vel vniuersorum ff. de pign. acc.& c.ad nostram, de contrahen.emp.Solu. † Duplex est consuetudo, quædam est consuetudo vnius hominis, vt quando dicitur talis consueuit ita facere, vt puta fœnerari, furari, studere, & ista non est propriè consuetudo, sed appellatur assuetudo, & ita loquuntur contraria. Quædam est consuetudo plurium personarum, puta vnius ciuitatis, vel populi, vel vniuersitatis, & hæc proprie appellatur consuetudo, ita glo. loquitur.

ADDITIO.

† Qualiter autem probetur consuetudo, dic quòd debet probari plenè, cum sit facti, & per consequens possit esse certum & dubium. lege ij.de iur.& fac.igno. Nec ob. quòd ius non probetur, nec admittantur positiones iuris, vt no in lege.ij.§.quòd obseruari.C de iura.calum & consuetudo est ius, vt hic, ergo non probatur, quia istud est verum in iure scripto, nam ll.generales ab omnibus sciri debent.l.leges.C.de legi. Secus in iure consuetudinario non scripto.secundùm Barto.in d.l.de quibus & potest probari per testes & instrumenta, vt in l.in exercendis.C.de fid. instru.vel per instrumenta actorum in quibus inueniuntur duę sententię infra.x.annos latę, vel vna contra negantes consuetudinem in contradictorio iudicio obtentam, vt volunt Doct.in d.l.quibus: & sufficit in libello asserere ita consuetudinem esse, & postea in capitulis debent deduci ea quæ sunt ad subaudiendam consuetudinem, scilicet quòd a decem annis citra fuit obtentum & consuetum per maiorem partem populi sic fieri, vel etiam in contradictorio iudicio sic iudicatum: & econtra volens reprobare consuetudinem debet capitulare. & de opposito probare, & vide in l.iij.de epi.audi.& in d.l.de quibus. Ias.May. Qualiter consuetudo probetur, adde Do.in l.si mulier.C. ad velle.ia.Do.in tu. de consue Do. in c. bone.de postu.præla. Doc.in capitulo.conquęrente.de offi.ordina Doc. in ca.ij.de capel.mon.

¶ ADDE Abb. Panor.in consilio.liij.incip.in prædicta causa.col.fi. in ij.vol Fran.Cur.iunioe in consilio.clxx.iiij. incip. præsupponitur in facto col.penul.nu.in Cardi.Parisi. in consilio.27. num 35.36.37 47.& 48.in j.volu.& ex celleotiss. D.Aymo.Grauet in consilio.134.inci. scripsi alias pro magistro Michaele.nu.6.& 5.in j.vol.

Sed diceret quispiam secundùm hoc, † quid differt consuetudo à pręscriptione, quæ etiam causam ex longo vsu. Solu.consuetudo differt in hoc, quia in his procedit quæ non posset populus vno expresso consensu inducere. Pręscriptio verò procedit in his quæ non posset populus vno expresso consensu inducere, sed requiritur possessio & temporis diuturnitas, vt videbitis infra de vsucapione. in principio. In fina. gloss.not. † errorem impedire consuetudinem [a], sed contra facere videtur, lege in gloss.allegata. pro cuius intelligentia proponitur, & imo videtur quòd consuetudo nihil operari posit. Nam aut ista consuetudo erit consona legi, & disponit idem quod lex, & tunc non appellatur consuetudo, sed legis obseruantia. not. in simili in capitulo primo.de constitu libr.sexto. in capitulo. licet. extra. de officio.ordinari. in l.sæpe.ff. de officio. præsidis. per Baldum, in lege iij.ff.de legatis, primo. Aut ista consuetudo erit aduersa legi, & tunc non videtur tenere. nam cum lex nitatur ex ratione, consuetudo contraria erit irrationabilis, ergo non consuetudo, sed corruptela appel

la appellatur. capitulo final. extra. de consuetud. Solutio aliquando consuetudo est secúdùm legem, & disponit idem quod lex, & tunc fateor quòd appellatur obseruantia legis. Aliquando est præter legem, & tunc propriè appellatur consuetudo. Aliquando est contra legem, & dic, aut talis consuetudo habet inserationem vel æquitatem, & erit valida, aut non habet rationem nec æquitatem, & tunc si populus errorem induxerit non erit obseruantia, sed corruptela appellatur d.cap.fin, aut populus ex certa scientia induxit, & tunc obseruabitur in illo casu, sed ad similia non extenditur, veluti rigorosa: & ita intelligitur lege in ratione.

ADDITIO.

a Consuetudinem. † Not. aliquas conclusiones circa materiam consuetudinis. Prima est, quòd vniuersitas quæ non potest statuere, id est, statutum condere, non potest consuetudinem inducere, vt probatur in d.l. de quibus. versicu. nam cum. contrariæ enim sunt lex statutaria & consuetudo, sicut tacitum & expressum, & sic quod non potest fieri tacitè nec expressè. Et ideo si est statutum quòd syndici villarum teneantur denunciare maleficia, & quædam villa per centum annos habuit consuetudinem non denunciandi, tamen hæc consuetudo non est temporis diuturnitate roborata, cum de hoc non habuit potestatem statuendi, nisi hæc consuetudo esset expressè approbata per superiorem, vt lege fina. C. de testamen-

39 tis. Secunda conclusio est † quòd vbi consuetudo est contra auctoritatem legis superioris, quod est vbicunque Imperator prohibet consuetudinem: vt C. de fur. authen. contra. omnes peregrini. C. communia de successionibus. authentica. cessa. C. de sacrosan. eccles. non valet consuetudo quia minor consuetudo non tollit maiorem. capitulo cum inferior. de maior. & obedi. Secus si sit disposita, aliàs non tenet contra auctoritatem legis. vt, cum ius commune disponit quòd furiosus succedat, consuetudo potest disponere oppositum, & ita in similibus. & sic contra. l. stipulationis ista. §. alteri. de verborum oblig. Ias. May.

In gloss. imitantur ibi, in fin. colligitur ex gloss. quòd

19 † consuetudo generalis vincit legem generalem.[a] Sed contra

a opponitur & videtur quòd lex sit maioris potestatis ipsa consuetudine, vnde opponitur de l. ij. C. quæ sit long. consue. Solu. si quæratur an lex vincatur à consuetudine vel econtra, quænam ipsarum sit maioris potestatis, distingue. Aut consideramus consuetudinem & legem ex parte constituentis, & tunc lex appellatur maioris potestatis, quia producitur ab imperatore, qui est hodie quibuscunque popu-

20 lis superior. † Consuetudo verò inducitur à populis qui subsunt Imperatori. Aut consideramus consuetudinem & legem ex parte constituti, hoc est, ipsius legis & consuetudinis, & tunc dico quòd consuetudo non tollit radicitus legem, sed tollit obseruationem legis in illo casu.

ADDITIO.

a Legem generalem. In hac materia, quæ videtur mihi summè periculosa, & in qua video textos multum contrarios, quicquid dicant alij, puto sic concludendum. Cum quæritur an consuetudo tollat legem facti vel econtra, facias duos casus principales. Aliquando consuetudo sequitur legem, & tunc si consuetudo est generalis, tollit legem etiam generalem. lege de quibus. in fin. ff. de legi. Aut consuetudo est specialis, & lex

21 generalis, & tunc in loco speciali municipij vincit. † ita intelligo legem venditor. §. si constat. licet Barto. in lege, de quibus. in iij. colum. intelligat illum §. vt loquatur in lege speciali, quod mihi non satisfacit, & ita, prout ego intelligo, intelligit etiam gloss. hic & vbique. In alio autem loco consuetudo specialis non vincit legem generalem, & ita intelligo legem secundam. C. quæ sit long. consuetudo. licet ad eam fiat aliqualis restrictio, tamen vt concor. cum lege de quibus necesse est ita intelligere. Item sit alia violentia de restringendo illam legé. ij. in alio loco, non in loco speciali. Est verum quòd text. in capitulo fina. de consue. ponens totam illam legem. ij. videtur eam intelligere, vt consuetudo non tollat legem, quod est verum, nisi sit rationabilis & legitimè præscripta. Secundus casus principalis est, quando consuetudo præcedit legem, & in isto casu duo iura multum videntur contraria, nam textus in lege. ij. §. diuus. ff. de sepul. vio. videtur velle quòd lex sequens tollat consuetudinem, & sic intelligunt illum §. diuus. quòd ibi lex esset facta post consuetudinem, & colligunt ex textu ibi, post scri-

pta principalia, ita intelligit Bar. vbique & vbique gl. licet tex. ille iudicio meo sentiat contrarium. Et in istis etiam terminis intelligunt legem fina. C. de testamentis. quòd illa consuetudo rusticana esset ante legem, licet secundùm Bartolum. in §. diuus. sit magna violentia ad illam legem fina. & ille. §. diuus. loquitur de statuto non consuetudinario. Istis. ll. multum ob. capitulum. j. de consti. libr. vj. communiter respondent Cano. ibi, & Barto. in d. §. diuus. & in reper. legis de quibus. in iiij. colum. quòd in illis. ll. imperator fecit mentionem de illis statutis, quæ est magna diuinatio. Alij quos refert Barto. in d. repe. l. de quibus. in iiij. colum. dicunt, quòd si primo fuit lex, postea consuetudo, deinde etiam lex, tunc bene tollit consuetudinem, quia de facili reditur ad pristinum ius, ita loquitur d. §. diuus. Quæ solu. primò est contra rationem. d. cap. j. vt dicit Barto. Secundò diuinat multum, & maximè ad legé. fina. Alij soluunt vt Bal. & ista hic refert quòd in d. §. diuus. esset imposita pœna contrafacienti, quod est somniare. Imò & secundo fortius non ob. l. fin. C. de testa. quia in l. hac consultissima. quæ sequitur illam consuetudinem rusticanam, non erat aliqua pœna. Tene communem solu. pro minus periculosa, nescio quid aliud possit dici in hac materia, de qua Ang. hic nullum verbum facit. Ias. May.

22 Ex quo infertur, † quòd illa poterit induci in argumentum ad alios casus, & ita loquitur lex. ij. C. quæ sit long. consuetudo. & facit quod not. gloss. in lege j. ff. de connundictionibus cum emancipationibus. lib. ibi diuisio. concludit ergo gloss. quod lex speci. lis emanata post consuetudinem specialem, habet tollere illam consuetudinem. Sed hæc opinio. reprobatur primò per d. legem. iij. in gloss. allegata. in §. diuus. Secundò per capitulum. j. de consti. libro. vj. Tertiò ratione. Nam consuetudo est facti, & ea quæ sunt facti probabiliter ignorantur. lege de

23 quibus. ff. de legi. iuncto capitulo. j. supra allegato. † Ergo princeps qui statuit legem, non videtur tollere consuetudinem quam ignorat lege tres fratres. ff. de pact. Vnde distingue, aut constat quòd princeps vult tollere consuetudinem, & tunc res est clara quòd tollitur, authentica nauigia. C. de furt. Aut constat quòd princeps vult tollere consuetudinem, & tunc res est clara quòd non tollitur. Aut sumus in dubio, vt hic, & tunc aut consuetudo sequitur legem, & tunc lex tollitur. Ratio, quia illi qui inducunt consuetudinem. præsumuntur habere notitiam legis, quæ iuris est, & ab omnibus sciri debet lege leges. C. de legat. Aut econtra lex sequitur consuetudinem, & tunc lex non tollit consuetudinem, quia consuetudo est facti, & probabiliter ignorari potest. Fallit vno casu, videlicet quando lex quæ sequitur consuetudinem, imponit pœnam facienti contra illam legem, quia tunc videtur tollere consuetudinem. iste est textus secundùm Baldum in d. l. §. diuus. Ratio vltra Bald. Nam quando lex imponit pœnam, non videtur tollere consuetudinem, non ex eo quia præsumitur habere notitiam consuetudinis, sed quia imponendo pœnam damnat factum: vnde consuetudo, contraria tanquã emanans super facto dãnato nõ est cõsuetudo, sed corruptela appellatur. d. capitu. final. de consuetudine. in fin. glossæ dicite vt supra dixi. Finaliter quo ad hanc materiam

24 pone † quòd consuetudo redigatur in scriptis, an perdat nomen consuetudinis. videtur quòd sic, per istum textum, in quo ponitur consuetudo sub iure non scripto. Secundò, quia nulla esset differentia inter legem & consuetudinem. in contrarium est veritas per legem imo magne. ff. de legatis. Secundò, quia feuda licet sint in scriptis redacta, nihilominus appellantur consuetudines. in rubri. prima libri feudorum. Tertiò, quia in diffinitione consuetudinis non ponitur scriptura. capitulo consuetudo. distinctio. j. Non obst. iste text. qui denotat communem accidentiam facti, quia consuetudo non consueuit in scriptis redigi. † Nec

25 ob. quòd non esset differentia inter legem & consuetudinem, quia respondetur quòd imo lex inducitur expresso consensu, consuetudo autem ex tacito consensu, quia præsumitur ex diuturnitate temporis & actuum frequentia.

s ☞ Personæ quibuscunque rebus sunt digniores.

a Ius natur. de qualiter tolli possit.

3 R. præsidis concessit contra florentinos, non capitur florentinus qui in

terra naturali non moratur.

a §. SED NATVRALIA. Not. quòd iura naturalia sunt immutabilia, a ciuilia autem mutari solent. Item not. quòd ius aut de personis, aut de rebus, aut de actionibus tractat, concor. l. j. ff. de sta. ho. Item not. à dignioribus esse inchoandum. concor. §. singulorum. infra de re. di. Item 1 not. † personas quibuscunque rebus digniores esse. gloss. allegat pro concor. versus Ouidij primo Metamorphoseos. Pronàque cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit, cœlumque videre. Iussit & erectos ad sydera tollere vultus. In gloss. sed naturalia. in fin. tenete pri-2 mam solu. quia † ius naturale quo ad effectus extrinsecos tolli potest, quo verò ad essentiam minimè in sui totalitate b [b]potest tolli: & vide de hoc gloss. in capit. à nobis. extra. de c deci.

ADDITIONES.

a Immutabilia. Adde. §. vlt. infra eodem. & per Io. Andr. in capi. fin. de consue.

b Totalitate. Adde dum dicit in sua totalitate. Contra hoc facere videtur. §. manus ergo iuris. infra de hære. quæ ab intesta. vbi etiam in partem non potest tolli ius naturale, ad idem posset allegari. l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. iuncto. §. quod autem. infra de cap. dimi. Sed dic secundùm gl. in d. cap. à nobis. quòd etiam vna pars in totum non posset tolli. puta vnum capitulum vel vnum præceptum, sed nec etiam pars vnius capituli vel præcepti. puta, de iure diuino est vnum præceptum. non occides. illud non posset in toto tolli, sed bene in aliqua parte. puta, occidens occidatur. Ias. May.

[Adde dum glossa ista opponitur de. §. quòd autem. illud contrarium venit hoc modo, nam cognatio est de iure naturali. l. vt videtur. in fi. ff. de iu. & iure. & tamen tollitur d. §. quòd autem. Ias. May. Adde. xx. casus in quibus cognatio spiritualis impedit & dirimit: de quibus enumerat Cat. Alex. in rub. de cogna. spiri. in vi.

c Ext. de decim. Adde quòd eodem modo, ea quæ sunt de necessitate naturæ non mutantur, sed ea quæ sunt de præsumptione naturæ sic, puta quòd leo præsumatur ferus, & homo mansuetus, mutari potest. l. j. §. bestias. ff. de posti. & ibi Bartol. & Dyn. in regula iuris. semel malus. de regu. iur. in vj. Et in istis quæ præsumptione naturæ dicũtur, magis inspicitur accidens quàm 3 natura. † Et ideo si sunt concessæ repressaliæ contra florentinos, non capitur floren. qui non moratur in terra naturali, de quo vide. l. j. ff. de statu hominum. Bartol. in tractat. repressa. in. Ias. May.

[Adde. Contra istũ. §. sed naturalia. dum dicit quòd omne ius quo vtimur &c. opponit glo. in l. j. ff. de sta. homi. arguendo superfluitatem, cum appellatione rei veniant actiones. l. rei appel. & l. appellatione ff. de verbo. signi fica. & ibi respondet glos. quòd illud fecit, vt melius quod intendebat, exprimeret. Puto, licet omnes ibi, & Ange. hic, sic transeant, posse sic dici, quòd Imperator voluit hic diuidere ius per tractatus, hoc est, aut ad personas, aut ad res &c. & quia diuersi sunt tractatus rerum & actionum, ideò hic diuisim ponit. Et si diceres, ergo debuisset etiam dicere de obligationibus. Respondeo quòd in ff. non est diuersus tractatus actionum, & obligationum. imo vnus, licet hic propter iuuenes aliter factum sit. Cogita.

De iure personarum. Rubrica.

Hæc rubrica continuatur ad præcedentes, hoc ordine, quia omne ius quo vtimur, aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones pertinet, l. j. ff. de sta. ho. §. j supra titu. j. Cum igitur personæ quibuscunque rebus sint digniores. lege iustissime. ff. de ædili. edic. lege in seruorum. ff. de pœn. Ideo ab eis exordium facturus Imperator intitulauit de iure personarum.

1 ☞ *Libertas ab Imperatore per effectus diffinitur, seruitus verò per essentiam.*
2 *Seruus à seruando dicitur.*
3 *Tabellio dicitur seruus publicus.*
4 *Tabellio stipulando an alteri acquirat.*
5 *Capti ab hostibus capi ntium efficiuntur duobus concurrentibus.*
6 *Seruitus à iure gentium vel ciuili procedit, & nu. 13. & 17.*
7 *Omnis dictio, quomodo sumatur.*
8 *Oratio pluralis nonori, an in suas singularitates conuertatur.*
9 *Substitutione facta pluribus, an uno moriente, an verò omnibus admittatur substitutus.*
10 *Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi.*
11 *Ius accrescendi non habet locum post emolumentum quæsitum.*
12 *Singularitas utrum in pluralitatem resoluatur.*
13 *Stipulatio non præcedente interrogatione & responsione, nulla est.*
14 *Statuliberi quo ad quedam sunt serui, quo ad quedam liberi.*
15 *Censiti qui dicantur, & qui adscriptitij serui.*
16 *Clerici & monachi testes esse possunt.*
18 *Libertas quo ad essentiam, que in bono & æquo consistit, tolli non potest.*
19 *Liber homo quomodo fieri possit ut vendatur. & nu. 22.*
20 *Venditus ad pretium participandum, an ad ingenuitatem prouocare possit, si emptori volenti pretium reddit.*
21 *Existens in ultimo vitæ spiritu, dicitur viuens mori.*
22 *Debitor deceptus in dimidia iusti pretij parte, contractum rescindere potest.*
24 *Restitutio in integrum an detur minori vendente ad pretium participandum.*
25 *Res facilius impeditur in esse produci, quàm producta tollatur.*
26 *Duo aliquando multa dicuntur.*

SVMMA. Non summatur breuius, quia diffiniendo & diuidendo procedit. Sed diuiditur in quinque partes. Nam in prima diuidit ius personarum. In secunda diffinit libertatem. In tertia diffinit seruitutem. In quarta ponit etymologiam verbi, mancipia. In quinta ponit conditionem seruorum. Secunda ibi, [& libertas.] Tertia ibi, [seruitus.] Quarta ibi, a [serui.] Quinta ibi, [in seruorum.] Not. primò [a] diuisionem personarum: quæ talis est, quia omnes homines aut sunt liberi, aut sunt serui.

ADDITIO.

a Not. primo. Contra hunc text. in isto notabili videtur facere text. infra de libertinis. in principio. vbi dicitur quòd imo sunt tria genera hominum, sed dic quòd hic ponitur prima diuisio, alia subdiuisio ponitur in fin huius titu. dum dicitur quòd liberorum hominum quidam sunt ingenui, quidam libertini: si istas duas diuisiones simul ponas constituentur tria genera hominum. scilicet liberi, serui, & libertini: quod ergo hic ponitur diuisim, ibi ponitur collectiuè. Ias. May.

2 † Not. secundò diffinitionem libertatis, ac etiam diffinitionem seruitutis, & dicebat domi. Petrus quòd hic Imperator diffiniebat libertatem per effectus, seruitutem autem essentialiter diffiniebat. Probabat ipse, nam facere aliquid quòd alicui libet, est effectus libertatis: ergo hic diffinitur libertas per effectus suos. Eodem modo in seruitute. Nam quem subijci alterius dominio, est de essentia seruitutis, ergo seruitus essentialiter diffinitur. Ego verò arbitror vtranque, scilicet libertatem & seruitutem essentialiter diffiniri. Nam cum in diffinitione libertatis dicitur quòd est naturalis facultas, apertè demonstratur essentia & quidditas libertatis, quæ in libera facultate consistit. Illa autem verba quæ subijciuntur, Eius quodcunque &c. ponuntur ad declarandum & qualificandum essentiam libertatis, hoc est, circa quæ illa facultas versetur, non autem ponuntur ad demonstrandum effectus libertatis. Effectus enim libertatis sunt, vt actus liberi hominis valeant, puta testamenta, contractus, quasi contractus, & similia: nec enim credendum est quòd hic Imperator voluerit essentiam diffinire, attingere, & declarare. Similiter & Iuris. in l. libertas. ff. de sta. ho. Idem dico de diffinitione seruitutis. Nam in ea denotantur duæ causæ. Prima, causa efficiens, cum dixit constitutio iurisgen. Secunda, causa essentialis, siue naturalis, cum dixit, qua quis

a quis alieno dominio contra naturam subijcitur. Effectus autem seruitutis sunt hi, vt quicquid acquirat seruus, a domino acquiret, lege placet. de acqui. hæredi. Et similes non ponuntur in hac diffinitione. Item no† quòd serui sunt appellati à seruando, non autem a seruiendo, eo quòd Imperatores captiuos potius seruari & venundari iusserunt quàm occidi.b

b

ADDITIONES.

c Seruus. Adde in sti.l. per quas perso. nobis acquiritur in princip. & Alb. in c. cum ad monasterium. qui sta. mo Abb. in c. j. & ij. de coniu. seruo.

b Occidi. Et sic habes quòd etymologia seu allusio vocabuli sumitur ex eo quod fieri solet, & diffinitio sit ab essentia, denunciatio sit concreti ab extracto vel econtra, vt ab albo, vt not. Cyn. in l. j. de iosti. & iu. & adde quòd dicit hic glo. in ver. seruare: quòd licet seruus dicatur à seruando, † tabellio dicitur seruus publicus à seruiendo, vt l. non enim. ff. de adu.] Adde glo. in cap. quanquam. in verb. seruo publico. de vsur. lib vj.] & † sicut per seruum acquiritur domino, ita per tabellionem acquiritur alteri. d. l. non enim. & acquirit vtilem actionem facta cessione, directam verò cessione, & hoc in iudicialibus: in conuentionalibus autem dic idem, vt voluit Bar. in l. ij. ff. rem pu. sal. fo. & in d. l. nec. & debet stipulari sibi tanquam publicæ personæ. quòd in dubio intelligitur facere si stipuletur sibi tanquã notarius. Ias. Mey.

5 Ea elio verb. not. quòd † capti ab hostibus efficiuntur a capientium, a quòd verum intelligite duobus concurrentibus. Primò, quòd capti fuerint in iusto bello. l. si quis in bello. §. penu. ff. de capti. Secundò, si talia bona erant proprie hostium, non autem ab ipsis capte. l. si captiuis. §. j. ff. eodem. Item not, seruos quoque mancipia, quasi manucepta, b & hic est figura quæ appellatur pleonasmos, b manu capta, non pede. Sic alibi habetur. Non audiet Iudea auribus, in lege si extraneus. ff. de iure dot. Et alibi. Sic ost ore locuta. Item not, in versic. serui, in verbo nascuntur, iuncto versic. filij quòd ea quæ nascuntur, non dicuntur fieri, sed generari. Item not. † quòd serui aut efficiuntur iure gentium, aut iure ciuili. iure gentium vno modo tantùm, cum ab hostibus capiuntur, iure ciuili duplici modo. Primò modo, cum nascuntur ex ancillis, secundo, cum homo liber maior. xx. annis patitur se venundari, quod qualiter intelligatur dicam statim in gloss. Item not, quod seruorum vna est conditio, libertorum autem multæ: quia quidam sunt ingenui, quidam libertini, ex quo aliud colligitis, quòd duo appellantur multæ in gloss. summa. in principio. ibi. §. singulorum. Hæc non bona, quia seruitus nedum causatur ex ipso iure gentium, verum etiam formaliter à iure ciuili: vt c in. §. serui, infra eodem. c

ADDITIONES.

a Capientium. Adde Bar. in l. hostes. ff. de capti. Doct. in cap. olim. de restit. spo. Host. in c. quòd super his de vo. idem Host. in summa tit. de pe. m. §. quibus. ver. quid de rapina. & ver. se.

b Pleonasmos. Adde glo. in verbo parte ablata. in capitulo forus. de verbo. significationibus.

c Infra eod. Vide pro hoc quæ habentur in l. j. ff. de re. di. & in l. ij. ff. de exce. do. & in l. in summa. ff. de condi. inde. & in l. quòd si Ephesi. §. fina. ff. de eo q. ces. loco. & quando in delictis plurale resoluitur in singula, vide Bar. in l. ij. § homines. ff. vi bo. rap. Ias. Mey.

In fin. gloss. & hæc bona, quia breuior esse non potest quàm bimembris. vel tenebitis primam, quia vtraque placet, & communiter approbatur. In gloss. nam omnes, ibi, non est. licet hæc ratio pluralis numeri, omnes homines, conuertatur in hanc, omnis homo. tamen erit vtique falsa, 7 quòd omnis homo: aut sit liber aut sit seruus. † quia hec dictio vniuersalis, omnis, quemcunque hominem complectitur, argumentum in l. Iulianus. ff. de legatis iij. Vnde dicite quòd formaliter text. bene stat vt iacet. Ad ar. respondebitis quòd omnia, aliquando stat collectiue, puta, omnes apostoli sunt. xij. in sensu proprio, & argumentum procederet. Aliquando stat distributiue, & tunc sumitur pro quolibet, & a ar. tunc non concludit. a

ADDITIO.

a Concludit. Contrarium expressa tenet Bar. in l. hoc articulo. in ij. col. ff. de hæred. insti. Et pro expeditione huius gloss. oppone, vt iacit Nico. de Neap. hic contra text. hoc modo. Vbicunque aliquid vniuersaliter proponitur, si pars vniuersalis est falsa, tota oratio redditur falsa, vt est tex. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de re. du. vbi. inquit vniuersaliter Iurisconsultus quòd quotiescunque significatio sumitur ex vniuerso, si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit. Si autem significatio sumeretur nõ ex vniuerso, sed ex aliquo particulari, si veri aliquid ibi sit, totã orationẽ verã efficit. Modo ad propositũ text. iste dicit, quòd omnes homines aut liberi sunt, aut serui, ecca qualiter &c. & ista est nebulis expeditio glo. præsentis, modo oportet in text. quòd vna pars alteroutrũ vniuersaliter sit vera, quod est falsum. ergo tex. falsus. Ias. May.

8 In fi. glo † si quæratur an oratio pluralis numeri conuertatur in suas singularitates, & econtra, dicite quòd oratio pluralis numeri resoluitur in suas singularitates, vt hic, & l. falsa. §. fin. ff de condi. & demon. Hoc primò fallit, nisi pro forma, pluralitatis esset requisita. l. iij. §. hoc. ff. quod vi aut clam. Secundò fallit. si pro essentia rei pluralitatis esset requisita l. vbi numerus. ff. de testi.

ADDITIO.

a In suas singularitates. Circa hoc an pluralis locutio resoluatur in singulares, dic, quòd quando pluralis locutio in suo simplici sumpta est falsa, tunc resoluitur, vt hic: vbi aũt ex tali resolutione resultaret diuersitas personarum tunc non resoluitur in singulariter. [Adde. l. j. ff. de postu. & in l. non sine liberis. ff. de verbo. signi.] Vnde si duobus substituitur, quorum vnus est pupillus, alter maior, non resoluitur nisi in casu qui potest vtrique conuenire, vnde resoluitur solùm in vulgari substitutione, non autem intelligitur ille esse substitutus in pupillari. l. quamuis. C. de impu. & 9 alijs substi.] Quid autem si substitutio est facta pluribus à testatore, an vno moriente, an verò omnibus morientibus admittitur substitutus? Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. dicit, quòd si substitutio est facta cum adiectione nominis collectiui, puta, si ambo, vel omnes, vel vterque nõ erunt hæredes, substituto talem, secundum propriam significationem vocabuli excluderetur substitutus, vbi in persona omnium extiterit conditio, sed secundum præsumptam voluntatem defuncti admittetur substitutio, 10 nisi alter hæres institutus sit. † An si concessa est res ecclesiastica duobus, ita quòd ipsis morientibus sine liberis res reuertatur, si vnus moriatur sine liberis, an reuertatur, an verò illa pars accrescat alteri socio. Spec. tamen quòd accrescet alteri, & ita tenet in titu. de loca. §. nunc aliqua. versiculo. lxviij. Bert. tenet contrarium in l. si mihi & Titio ff. de verborum obliga- 11 tionibus scilicet quòd imò reuertatur ad ecclesiam: quia post emolumentum quæsitum, non est locus iuri accrescendi per textum. & gloss in l. j. iuxta fin. ff. de vsufr. accre. & per tex in c. j. de duobus frat. de nouo benefi. inua. in vsi. feu. colla e. Ias. Mey. [Ad id quod dictum est, quòd imo reuertatur ad ecclesiam, ad le Bal. in l. j. C. quan. non peteo. par. Pet. de Ancha. in consil. ccxlv. incip. ideo prima dubia, in princip. Alexand. in l. si mihi & Titio. col. iij. versicu. & prædicta inducuntur vtiliter. ff. de verborum obligationibus. & Ias. May. ibi col. iiij. versicu. prædicta inducit Barto. Io. Bap. Ziletus.]

12 Circa secundum, † vtrum singularitas conuertatur in pluralitatem, dicite quòd conuertitur in casu fauorabili, non autem in casu odioso. lege si quis ita. §. j. ff. de testamento tut. Ex hoc infertur ad notabilem quæstionem. Titius instituit Caium & Sempronium eius hæredes, & si vterque sine liberis decesserit, substituit Titium, moriuntur ambo, vnus relicto filio, alius nullo relicto, an substitutus vocabitur ad partem eius qui nullum reliquit filium. Videtur quòd non, quia dixit, si vterque, tamen quia illud verbum, vterque, resoluitur in singularitatem, hoc est, si eorum alter, decesserit, vocabitur ad partem suam. Iste est casus in lege hæredes mei. §. j. ff. ad trebellianum. In gloss. liberta a tas a ibi, & diffinitione. Hæc non est bona, nam illa verba non sunt de substantia diffinitionis, sed solùm effectum quendam libertatis demonstrant. Nam Iurisconsultus, qui diffinit libertatem in. l. libertas. ff. de sta. ho. non apposuit illa verba. ex qua liberi &c. ergo non sunt de substantia diffinitionis.

ADDITIO.

a Libertas. Pro expeditione glo. in verbo, libertas, ab extra appono contra diffinitionem. Nam illa diffinitio competit, & seruis &c. patet de sa. Item oppono de superfluitate illorum verborum, ex quo liberi vocantur, quæ non sunt in diffinitione. l. libertas hic alle. Ias. May.

Cogita quare prior additio velit, quòd intelligendo secundùm primum intellectum, diffiniatur libertas etiã seruorum, cum illa verba, ex qua liberi vocantur, nõ sint potius de diffinitione, sed effectum quendam libertatis demonstrant, quare ergo sunt potius de diffinitione, secundùm primum intellectum quàm secundum vltimum? Cogita. Ias. May.

Et circa ea quæ tanguntur in d. gl. in verbo libertas. dum tangit hic gl. an seruus possit dici aliqua libertate liber, vide latè istum iosta da liber in prin. per quem poteris teuere primum intellectum glos. Ias. May.

In glo. iuris gen. videtur per hanc glo. dicendum quòd seruitus debet esse de iure ciuili, cum forma sit illa quæ dat esse
13 rei, & ab ea debet fieri denominatio. † Sed dic hoc procedere quando actus non posset esse sine illa forma. vt stipulatio sine interrogatione, et responsione, sed seruitus bene posset esse sine ista forma iuris ciuilis &c. Et dum gloss. dicit, quòd quoties aliquid additur, efficitur ius ciuile. Responde notabiliter quod illud quòd additur efficitur ius ciuile, non autem illud cui additur.

14 In glo. serui ibi. statu liberi, quo † ad quædam habetur pro libero, quo vero ad quædam habetur pro seruo. vt oo. in l. fi. si ex nox cau. aga.

15 In ea glo. ibi. censito. † appellantur enim censiti illi qui sunt adscripti territorio, nec possunt sine territorio alienari, & præstant certam pensionem, sed adscriptitæ incertam, puta ad quartam, vel quintam partem fructuum qui producuntur ex tali territorio. ita no glo. C. in qoi. caus col. lib. xi. l. ij. Ibi censu huic gloss concor. quod not. in l. ij. §. j. de ori. iur. vbi rustici appellant agrum suum quem colunt: quod verbum est quo ad culturam, non quo ad dominium.

ADDITIO.

Qui dicantur adscriptitij, Dic quòd adscriptitius reddit medietatem fructuum domino, sed censitus non, sed reddit certum censum, vt vult glo. in d. l. ij. Ias. May. (An adscriptitij possint condere testamentum. vide per Specu. in ti. de instru. edi. in. §. compendiose. versi. v. & versic. seq. & per Io. da Ana. in capi. multorum. de in.)

16 In gl fin. dicite seruos, † quo ad matrimonium, quod contrahere nõ possunt, haberi pro mortuis. Sed singulariter colligitis ex hac glo. clericos & monachos testimonium ferre posse, cui consona est gloss. in §. cogitandum. in authentic. de mona.

17 In fin. glo. in verbo seruitus, † not. seruitutem quo ad eius originem appellari de iure gen. quo autem ad formam, appellari de iure ciuili, & ad hoc facit quod supra. not glo. de iure natura. in princip. Sed dixerit quispiam quo pacto potuit ius gen. aut ciuile derogare libertati, quæ omnibus ani-
18 malibus ab exordio rationalis creaturę imposita est. † Solu. libertas quo ad essentiam quæ in bono et ęquo & consistit, tolli non potest, nec etiam seruitus tollitur, quia etiã in ea essentia libertas est bonum & ęquum. Item reperitur longe melius & vtique ęquius homines captos in seruitutem capi, quàm mortalitatem incurrere. Hæc ratio probatur hic, ibi, qui etiam mancipia, quo autem ad effectus extrinsecos, hoc est exercitium libertatis, bene tolli potest, faciunt quæ habentur in l. vnica. in prin. C. de cadu. tol. in fin. glos. in verbo, iure ciuili. dicite, quòd etiam hi duo modi, sunt de iure ciuili, nec text. iste duos alios modos denegauit, sed solùm quædam exempla posuit quæ regulam non restringunt.
a l. damni infecti stipu. pertinet. ff. de dam. infec.[a]

ADDITIO.

a ff. de dam. infect. Vide alios modos post Bar. in l. & seruorum. ff. de sta. ho. & quæ pulchrè dixi post Bar. in l. in his folio. C. de reuo. do. & dum glos. dicit de reuocatione in seruitutem propter ingratitudinẽ, vide text. illum not. in l. ij. in fine. C. de li. & eorum libe. & quòd ibi pulchrè Bald. in fin. Ias. May.

a In gl. in verb. maior, ibi. l. j. a

Sed dicet aliquis, quomodo hic potest venundari, & participare vere de pretio, cum statim, atque seruus factus est, hoc pretium acquisitum cedit lucro domini. l. plac. t. de acqui. hæredi. Solu. arbitrarer hoc casu pretium non acquiri domino, nam ex quo voluit lex hunc participare de pretio, intelligendum est quòd voluit cum effectu. l. j. ff si ager vecti. vel emphy. pe.

a Ibi. l. j. Ista gl diuiditur in quatuor partes. In prima ponit † quæ & quot
19 requirantur vt homo liber possit venundari ad pretium participandum. In secunda ponit, quid sequatur si illa requisita non interueniant. In tertia formas. q. in quarta aliam. Ias. May. Et dum glos. ista in quinto requisito allegat. l. ij. ff. si quis ingenu. esse d. ca. glos. in l. & seruorum. ff. de statu ho. allegat melius. ff. qui. ad li. procla. non licet. l. pe. Et aduerte quòd secundum requisitum est idem cum primo. Et dum dicitur de maiore. xx v. annis ob. l. benignius. ff. de lib. cau. Ias. May.

Item dum ista glo. mag. in verbo maior. circa medium, dicit quòd emptor nõ cogitur accipere premium, cogita per l. ij. C. de pa. qui fi. di. Et fortius per. §. dominus noxali. & ibi gl. videtur contrarium tenere, du o ita intelligit d. l. ij in pe in ff si libertus inge. esse dicatur hic allegatam in gla. Sed potes respondere ad d. §. dominus noxa. vt respondet gloss. in d. l. ij. in prin. & ad. l. ij. C. de par. qui fil. di. quòd loquitur quando ex necessitate quis processit in seruitutem, hic quando ex voluntate. Ias. May.

20 Item aduerte dum gl. ista in verbo maior. vult, † quòd venditus ad pretium participandum possit prouocare ad ingenuitatem, si reddit pretium emptori volenti. Ego dubito, licet nemo hic aut alibi tangat an illa gl. bene dicat. Et credo quòd non per illam. l. homo liber. ff. de stato ho. Nec in contrarium facit. l. ij. in princi. ff. si libertus inge. esse di. hic allegata in gl. quia dicitur, quòd si pretium sit restitutum, quòd possit cõtendere de libertate, sed de ingenuitate verborum nullum dicitur, nisi caperes ibi libertatem pro ingenuitate. prout capitur in l. cum pacto. ff. de lib. cau. posses forte saluare hanc gl. in hoc per text. in l. facta. ff. de ædi. edic. & quod ibi dicit gl. & sentit Ni. de Neapo. hic allegando dictam legem facta. Ias. May.

Non obst. l. placet. quia intelligitur in his quæ quis seruus factus requisitos, sed hoc pretium acquirit non postquã est seruus factus, sed acquirit tempore quo est liber, & ad ser-
21 uitutem progreditur. † Simile dicitur, quòd cum quis est in vltimo vitæ spiritu dicitur viuens mori, not. glo. infra de le. fal. ca. in verbo morientibus. quæ dicit, id est, ad mortem tendentibus.

22 In ea glo. ibi libertatem sed dixerit aliquis. † quomodo potetit venditio liberi hominis fieri etiam absernata ista solennitate? & quod fieri non possit arguo sic, & primò, nam liber homo non est in commercio nostro, ergo non potest in commercium adduci. l. liber homo. l. inter stipulantem. § sacram. de verbo. oblig §. j. infra de inuri. stipu. Præterea liber
a homo nõ est dominus membrorum suorum. [a] l. liber homo. ff. ad l. aquil. ergo venditio facta à domino, non tenuit effectum. l. rem alienam. ff. de contrahend emptio.

23 † Præterea venditor deceptus in dimidia iusti pretij potest rescindere contractum. l. ij. C. de rescin. ven. Sed hic est deceptus in pluri quam dimidia, quia liberum corpus æstimationem non recipit. l. fin. ff. de his qui deie vel effu. Potest respondere, quòd hæc venditio sustinetur in virtute auctoritate legis, quæ lex est domina membrorum humanorum, not Barto. l. Titio centum. ff. de condit. & demon. Non ob. quòd liber homo non sit in commercio nostro, quia hoc sustinetur propter iustam ignorantiam emptoris, & tantam solennitatem exquisitam in hoc contractu. argu. in l. diuus. ff. de in integ. rest. Ex quibus dicit Dyn. quòd licet quis non possit per pactum se obligare ad carcerem, quia non est dominus membrorum suorum, potest tamen obligari ex forma statuti, quia edictum à republica, quæ domina est membrorum humanorum. Sed inferunt quòd isti famuli vestri non possunt se obligare perpetuo ad seruiendũ, quia huiusmodi promissio sapit naturam seruitutis. l. ij ff. de libe hom. exhi. & hoc tenuit glo. in l. post certi. C. de libe causa. Contrarium tenuit in l. iij ff. de furtis. in l. eum antiquitas. C. eo. Dic vt ibi in fine. Non obstant hæc iura, quia loquuntur quando dominus ac etiam emptor à venditore sua sponte pretium accipit.

ADDITIONES.

a Suorum. Adda. l. sed & si in §. si ipse seruus. ff. de pœn. glo. in c. ex parte de corpo. vitia.

Et dum d. glo. in verb. maior ante fin. dicit quòd compeiit vrbs rei vendicatio, dic quòd imò est directa, ita de directa. probat illa lex j §. j. ff de
24 rei vend. in verbo, per hanc. Et aduerte, † quòd licet glo. ista cum qua cæteri transeunt, teneat quòd iste non possit restitui, vel reuocari, postquam mutauit statum, ta tene contrarium, per casum clarum in l. iij. in princ. ff de

de lib.cau.Nec obst.l.mulas §. si libertate. quæ lex facit errare glo. quia ibi dicitur quòd nulli restitutioni locus est,verum est ex illo edicto de capi.di.per rationem illius text.& ibi Bart.in summario. Sed bene potest reuocari ex alijs remedijs,de quibus hic. Pro hac etiam conclusione est casus clarus in l.ij.ff.si liber.inge.esse di.in princip. Et licet Ange.hic limitet istam meam conclusionem , nisi pater fuisset sciens , puto contrarium per text.in l.iij.in fin.iuncta.l.fe.ff.de lib.cau.nam exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis. Cum ergo in illa. l. iij. solum excipiatur scientia patroni, ergo in alijs etiam scientibus stabit firma regula. Et est ratio diuersitatis,quia non est tantus dolor vel iniuria patroni,sicut patris, & aliorum affinium. Et si dicas si possunt reuocare, ergo iste contractus erit sine effectu.Respondeo negando,per tex.in simili notabilem in l.ij.C.de pac. inter emptio. & vendi. Et ita alias sustinui conclusionem istam publicè. Ias.May.

25 In fine glo. pro hoc facit, † quia facilius res impeditur in esse produci, quàm producta tollatur: vnde, Turpius ejicitur quàm non admittitur hospes. ea. quemadmodum.extra de iureiur.l.patre.ff.de his qui,sunt sui vel alie.iur. Glo. si. in fin. respondet huic text. & non bene loquitur : vnde dicite quòd duæ tantum sunt conditiones liberorum. Nam,latini

26 & dedititij sunt hodie sublati.Item dicite,† quòd duo appel-

a lantur modica, & multa [a] secundùm qualitatem personarũ

b & materiæ.l.sed si susceperit ff.de iud.[b]

ADDITIONES.

a Et multa. Adde c.christiano.xxxiij.distinct.& in c.ij. & ibi Do. de fil. presby.lib.vj.

b ff.de iudic. Et ibi glo.Et dum glo. ista vltima allegat infra vi bonorum rapt.nihil facit. Dum postea allegat.ff.eo.l.iiij.§.j.& ij.non intelligas.ff. eod.scilicet de stat. homi. quia nihil facit.sed ff.eod.t.vi bono.rapto.& ibi vide gloss.

De ingenuis. Rubrica.

Hæc rubrica continuatur ad præcedentes, hoc ordine. Supra titu.primo visum est de iure personarum, qualiter quædam sunt seruæ,quædam liberæ.Liberorum autem hominum quidam sunt ingenui,quidam libertini.Ideo de his tractaturus exordium facit ab ingenuis,tanquam à nobilioribus.&c.

1 *Ad consequendam ingenuitatem matris conditio inspicitur.*
2 *Vbi certitudo personæ non requiritur, si illa minus legitimè interueniat, actus vitiatur.*
3 *Partui concepto à matre libera,ius ingenuitatis succurrit , nec aliquod ex matris calamitate sufficere debet.*
4 *Manumißio de facto facta , non facit libertinum qui aliàs ingenuus fuerat.*
5 *Filius in quibus sequatur patrem,& in quibus matrem.*
6 *Pater de partu incertus est,mater uerò certa.*
7 *Quare potius matrimonium quàm patrimonium dicitur.*
8 *Mater plus filio prodesse potest quàm pater.*
9 *Sancti cum moriuntur dicuntur uiuere.*

1 INGENVVS. Is est ingenuus appellandus,qui ex duobus libertinis vel altero libero nascitur. Et † quo ad ingenuitatem matris consequendam specta tur conditio matris, quam sufficit fuisse liberam , vel tempore conceptionis, vel tempore medio , vel tempore partus. h. d. Diuiditur in duas partes. Nam in prima tractat qualiter quis nascitur ingenuus. In secunda tractat qualiter ingenuitas perditur. Secunda ibi[cum autem.] Prima subdiuiditur in quinque. Nam in prima parte ponitur dictum, in secunda illud declaratur. In tertia respondetur tacitæ quæstioni. in quarta alteri quæstioni respondetur. In quinta pa te deciditur incidens quæstio. Secunda ibi, [siue ex duobus] Tertia ibi, [& siquis] Quarta ibi, [& econtrario] Quinta ibi, [ex his autem.] Not. summarium. Secundo not. paria esse quo ad ingenuitatem nasci vulgo,ex parte seruo. Ex quo

2 singulariter colligitis , quòd † vbi non requiritur certitudo personæ, si persona minus legitime interueniat , actum non vitiat, facit quod not.glo.singu.in l. qui testamento.§.j.ff.de

3 testa.& in l.vnica in princ.C.de rei vxo.act. Item not.† calamitatem matris non debere nocere ei qui conceptus est matre existente libera. Ratio , quia huic partui concepto iam est quæsitum ius ingenuitatis,quod non debet ex calamita-

a te matris tolli,regula iuris quod nostrum.[a]

ADDITIO.

a Nostrum. Et dum Ange. hic ex mente Ioan.Fabr ponit vnum casum in quo natus ex ancilla est liber.in l.cum inter. C. de fideicomm.li. adde tu aliam valde notabilem in l.cum Syllanianum.C.de his qui vt indig. & ille text.est sing.ad tria secundùm Bart.ibi Ias.May.

4 Item not.† quòd manumissio emanata de facto, non facit quem libertinum, imo ingenuus est. Et fuit ratio dubitandi. Nam huiusmodi manumissio tanquam priuata seruitus, videbatur seruitutem tanquam habitum præsupponere.l.manumissiones.ff de iusti.& iur l.decem.de verbo.obligat. Ergo manumissus erit libertinus.vt infra tit. j. in princ. Ratio decidendi fuit,quia licet manumissio interuenerit,tamen ex quo interuenit de facto, præsupponit seruitutem fuisse de facto.Ideoque ingenuitati non potest de facto præiudicare, vt hic. In glo. nascitur, ibi l. fina. istud est receptum in fetuis reipublicæ,ratione pub.vtilitatis.Ibi,quia, hoc etiam est speciale fauore reipublicæ, In fin. glo. opp. contra text.&

5 glo.† quòd partus non sequatur conditionem ventris, [a] hoc

a est, matris, sed sequatur conditionem patris. vnde oppo. de l.cum legitime.& de l.naturæ.ff.de statu.ho & l.j.ff. ad municipa. Sol. dicite si quæratur cuius conditionem, aut patris,

t aut matris partus sequatur, aut iste partus est editus ex legitimo matrimonio, & tunc sequitur conditionem patris. Primò,quo ad familiam, & appellatur de familia. & patris parentela. Secundò, quo ad originem ciuitatis, Item quo ad dignitatem, & honores & loquuntur iura contraria. Quo ad ingenuitatem contrahendam, vel seruitutem incurrendam

b consideratur conditio matris vt hic, & l.& seruorum [b] ff.de statu.ho.aut iste partus non est editus ex legitimo matrimonio,& tunc quo ad omnia supradicta sectatur conditionem

c matris l.vulgo.[c] ff.de sta.ho.

ADDITIONES.

a Ventris.Adde l.fina.& ibi Bald.C.de ser.fugi.

b L.& seruorum. Adde dum hic allegatur.l.& seruorum.quòd est in ver. nec interest an iustis nuptijs. Sed non video vllo modo quare isto casu quæratur de statu matris,cum in matrimonio legitimo non possit esse nisi libera.& vide Ias May.

c Vulgo.Vide Bart.not.in l.exemplo.C.de decur.libr. x. & l.ij.§.in filijs. ff.de decu.& in l.imperialis.§.in illud. C. de nup.& quod ibi in glo.& per Doct.traditur de filio nato antequam pater efficiatur rex. Ia.May.

Sed dixerit quispiam,quænam potuit esse ratio quòd partus editus ex legitimo matrimonio, sectatur conditionem matris, quo ad ingenuitatem vel seruitutem: nam videtur quòd lex fecerit contra dictamen rectæ rationis , ita statuendo,cum potius conditionem patris veluti nobiliorem imitari debuisset.l.in finalibus.ff.si.regu.§. singulorum infra de re

6 di.† Solu.quidam dixere , quòd ideo inspicitur conditio matris,quia pater incertus est,mater vero certa.l.quia semper.ff. de in ius vocan. Sed hæc ratio non est bona, quia non procedit in partu edito ex legitimo matrimonio, quo casu is pater est quem nuptiæ demonstrant.d.l.quia semper.§.j.Vnde alij dixere ,quia mater sustinet plura onera ipso patre, quia filius est matri onerosus ante partum , dolorosus in par-

7 tu , & laboriosus post partum . † Qua ratione coniunctio matris , & feminæ potius matrimonium quàm patrimo-

a nium , appellatur.cap ex literis. extra de conuer infide. Sed hæc ratio non est bona, quia ea attenta debuisset quo ad omnia conditionem matris imitari , quod est falsum, vt supra dixi. Quare cogitaui duas rationes. Prima est, quòd ideo se

8 quitur conditionem matris, † quia mater pluribus temporibus potest prodesse filio , quo ad ingenuitatem consequen

dam. Nam sufficit eam fuisse liberam, vel partus tempore, vel tempore conceptionis, vel medio tempore. Si autem inspiceretur conditio patris solùm inspiceretur tempus generationis. Proinde est statutum fauore libertatis, vt conditio matris consideretur, quia pluribus temporibus filio potest prodesse quàm pater, vt hoc text. Secunda ratio: nam licet partus nascatur ex semine viri, tamen debet attribui loco, & personæ ex qua nascitur. l. ratione. ff. de acquirend. rer. domi. §. qua ratione. infra de rerum diui. vnde si mater est serua, partus qui editus est, erit in dominio domini matris: si verò ipsa est libera, ipse erit vtique liber. In glo. fin. oppo ab extra. Dicitur hic in text. quòd manumissio de facto nihil operatur. Sed contra opponitur, & imo videtur quòd sufficiat quid de facto fieri. l. fin. C. si mancipium ita fue. alie. Solu. illud est verum quo ad pœnam euitandam, quo casu licitum est parere mandatis qualitercunque fieri potest, & dicatis vt ibi.

ADDITIONES.

a Patrimonium. Adde Docto. in rubri. ibi spon. & ibi Car. Al. Ista glo. fin. 9 alle. quòd † sancti cum moriuntur dicuntur viuere. cui adde aliam gl. concor. quæ est de glossis singularibus domini Lud. de ro. in l. cum quidam. ff. de annuis leg. Ias. May. [Adde Lud. Roma. in sing. xxxiij. incip. quia etas. Abba Panor. in c. licet. in ij. not. extra de ferijs quos citat Antho. Corset. in not. suo in ver. istum incip. sanctorum festa. & Franc. Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita, col. ij. ff. ad trebel. Ioan. Bapt. Zilettus Venetus]

De libertinis. Rubrica.

Continuatur ad precedentes, hoc ordine. Supra visum est de ingenuis, verùm quia liberorum quidam sunt ingenui, & quidam libertini, vnde viso de ingenuis sequebatur ordine competenti videre de libertinis.

1 *Libertinus quis dicatur.*
2 *Manumissio quid sit, & nu. 5. & 6.*
3 *Manumissio de iure gentium est inuenta.*
4 *Priuatio presupponit habitum.*
5 *A proprio uerborum significatu non recedendum.*
6 *Libertas quid sit, & quid seruitus.*
7 *Nemo dat quod non habet.*
8 *Dominus dando seruo libertatem quam habebat, eam non perdit, n.o porrigens alteri claritatem, perdit lumen. nu. 9.*
10 *Numerus precedens an in sequenti repetitus intelligitur. & nu. 12.*
11 *Locatio transfert dominium.*
13 *Dictio cum, & actio, & quandoque copulant, quandoque agregant, & nu. 15.*
14 *Contractus uerba dubia, contra stipulatorem interpretantur.*

1 LIBERTINI SVNT. † iure manumissus libertinus appellatus: & manumissio, quæ libertatis datio est, à iure gentium originem trahit, h. d. Diuiditur in iiij. Nam in prima parte determinat qui sint libertini. In secunda, quid sit manumissio. In tertia, manomissionem declarat. In quarta, tradit quo iure inuenta fuit manumissio. Secũda ibi, [manumissio] Tertia ibi [namq; diu]. Quarta ibi, [quæ res.] Not. primò eos appellari libertinos qui ex iusta seruitute sunt manumissi. Item not. † manumissionem appellari dationem libertatis [a]

ADDITIO.

a Libertatis. Contra hoc opponitur. nam pater manumittit filium, vt in rub. ff. si quis à parente fuerit manu. & tamen dat sibi libertatem, cum sit liber, nec detegit. Sed dic quòd in d. rub. exponitur manumissus, id est, emãcipatus, vt ibi dicit glo. per tex. expressum in l. j. §. alienatio. ff. quãdo actio de pec. est annalis. Sed contra istam sol. facit text. in l. Pautonius. in princ. ff. si quis à parente fue. ma. vbi tex. dicit, emancipatus, & manumissus. Ego puto quòd ista sit veritas, scilicet quòd de iure ciuium filius in emancipatione dicitur manumitti: & sibi dari libertas. quia vt dicit text. j. l. liberos. §. j. ff. de capit. dimi. de iure ciuium non poterat fieri emancipatio, nisi intercedente venditione, & manomissione, nam pater volens emancipare filium vendebat eum vni, qui postea eum manumittebat, & hoc modo liberabat à patria potestate. vt est text. & ibi glo. declarat in §. præterea. infra quib. mod. ius pa. po. sol. quia ergo filius in emancipatione vendebatur, & postea manumittebatur, dico quòd sibi dabatur libertas, cum non esset liber, verùm quia hodie ista forma emancipationis est sublata per dict. §. præterea. & l. fin. C. de emanci. lib. hodie filius non dicitur manomitti, nisi impropriè in emancipatione. Ias. May.

3 Tertiò not. † quòd manumissio fuit inuenta de iure gentium, quod verum intelligite occasionaliter, non autem dispositiue. Nam ex quo ius gentium adinuenit seruitutem, fuit data occasio iuri ciuili reperiendi manumissionem, quæ manumissio de iure ciuili appellatur. §. multis autem infra eo. quod ius ciuile licet disponat circa modos manumittendi, non tamen disponit circa libertatem, sed eam iure naturali tributam conseruat & custodit, argu. in l. filio. ff de libe. & 4 & posth. in l. si vnus §. pactus. ff. de pac. † Item not. quòd om- a nis priuatio habitum[a] prius in esse productum præsupponit concor. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. l. decem. de verb. obliga. Finaliter not. quòd licet olim ab exordio rationalis creaturæ vno nomine omnes appellarentur, scilicet liberi. hodie tamen triplici nomine nuncupantur, aut liberi, aut serui, aut libertini. In glo. libertini. ibi, prima vera. & hæc est bona. Nam si manumissio fuisset facta siue emanata de facto, non diceretur manumissus libertinus, sed ingenuus, vt supra tit. j §. fi. ibi manumitti. hæc non est bona. Nam licet quis fuerit manumissus non sui merito, sed benignitate domini, tamen libertatem consequitur, vt dicto §. semel. In fin. hæc non est bona. quia nedum seruitus causatur à iure gentium, sed etiam causatur à iure ciuili, vt supra de iure perso. §. serui. vnde tenere primam Vel expone iusta id est, iuridica, & non de facto in glo. datio. ibi. idest, detectio. hanc expositionem Doctor. communiter consueuerunt reprehendere, 5 † quia à proprio significatu verborum non est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iij. Secundò, quia hæc expositio præsupponit quòd seruus inspecto iure primæuo etiam hodie liber est: sepius libertas fit seruitute non sublata, sed obfuscata, hoc est falsum, vt in §. serui. supra de iure person. Ego puto 6 glo. sentire veritatem. Moueor primò, † Nam libertas est ius insitum hominibus de necessitate ab exordio rationalis creaturæ. Seruitus autem est accidentalis actus iniunctus hominibus à casu, & à fortuna: ergo per eum non potest tolli libertas. Secundò ego allego casum ad literam in l. si id quod dominus. ff. de condi. indebi. Item allego casum in l. hos accusare. §. omnibus. in ver. communis natura. ff. de accu. Præterea hoc demonstratur Nam seruus obligatur ea consensu naturaliter. l. quibus diebus. § dominus. ff. de conditi. & demonstra. ergo in eo est libertas circa consensum. l. cum amplius. §. is natura dum. ff. de regul. iur. Finaliter nonne liberũ arbitrium est tributum de iure diuino ea naturæ, ergo radicitus tolli non potest aliquo iure §. sed naturalia supra de iure naturali. Non obst. iste text. quia debet intelligi datio. i. dutectio. Ille autem qui detegit non dicitur aliquid de nouo creare. Sicut remotio nebularum non facit esse serenum, ita nec remotio seruitutis facit quem esse liberum, sed illa nubecula seruitutis tollitur, qua sublata libertas seruatur. Similẽ videmus in l. adeo § cum quis alle. in glo. Et quòd iste fuerit intellectus literæ probo. Nam cum Imperator dixerit quòd manumissio est datio libertatis, statim posuit in versic. nam quãdiu. qualiter potest declarari libertas quæ non est essentialiter sublata: Et respondet. Nam quamdiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, & manumissus, liberatur. quasi dicat, licet verè esset liber, tamen quia illa libertas erat supposita manui alterius, & sic obfuscata, talis obfuscatio tollitur per manumissionem effectus. Non obst. §. serui. quia responderur quòd quo effectus iuris ciuilis, seruus nullo iure appellatur liber. l. placet de acquirend. hære. quo autem ad effectus iuris naturalis appellatur liber. d. l. quibus. §. dominus. l. Nensennius. ff. de pecu. In fin. glo. Hæc 7 sol. non videtur bona, propter regulam qua dicitur, † neminem dare quod non habet. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. Non obst. ll allegatæ in glo. quia includunt casus speciales, qui non sunt in consequentiam deducendi. l. quod vero cõ- 8 tra. ff de legi † Vnde Barto in antiqua lec dixit, quòd dominus manumittendo seruum dat illam libertatem quam habet seruo. Ad arg ergo quòd ipse remanet seruus. respondet, nequaquam: nam bonum virtutis in se diuisum recipit incrementum. l. legatis. §. ornatricibus ff. de leg. iij Exemplum,

nam

nam si quis doceat alium, non admittit ipse scientiam, sed & ipse doctior efficitur.† Eodem modo si quis habeat lumē, & alij porrigat, claritatem non admittit. Ita in proposito. Hæc non est bona consequentia, quia verum est quòd bonum vniuersale distributum suscipit incrementum. Vnde finaliter Barto. in noua lect. tenet glo. videlicet quòd dominus manumittēdo seruum, dat seruo libertatem quam ipse habebat in potentia, & illam deducit ad actum. Tolle exemplum: Tu mihi es obligatus ad mille, liberationem tuam non habeo in actu, sed habeo in potentia, quia possum facere pactum de non petendo, & liberare per acceptilationem, & sic deducere ad actum. Et sic in proposito libertatem serui habet dominus in potentia deducendi, quam ex manumissione deducit ad actum, & ita vult ver. quamdiu. Tolle exemplum in l. id quod nostrum. de vsufru. in l. si ædes. §. libertas. de serui. rustic. prædio.

In fine glo. in verbo tria, Docto. inducunt hanc gloss. ad quæstionem, & præsertim. Bart. in d. l. manumissiones.† Pone, commodaui tibi duos equos, cum duobus equis quos tibi commodaui, promitto commodare quinque, an tenebor iterum commodare quinque, an verò tres? & dixit quòd solùm tres, quia cum illis tribus illi duo primi commodati dicuntur connumerati. Finaliter facit iste text. in verbo manu, quòd si trado tibi domum ea lege ne exeat[b] manus tuas, quòd potes eam locare,† quia locatio non transfert dominium verbum manus, debet intelligi, id est dominium locatio. ff. loca. de quo per glo. & doct. in l. codicillis. §. instituto. de le. ij.

ADDITIONES.

a Habitum. Adde text. in §. seruus autem. infra de capit. dimi. & text. infra quibus mod. test. infir. in princ. & in c. ad dissoluendum. extra de sponsali. Franc. Curti. iunior. in consil lx. incip. Illustrissimus quondam bonæ memoriæ. nom. 13. Maria. Sozin. iunior. in consi. cxx ij. incip. quantum ad primum quæsitum nu. 22. in j. vol. & in consi. cxxxj. incip. quæstio proposita. nu. 76. eo vol. & in consi. clxxij. incip. de duobus in præsenti consultatione. nu. 4. in ij. volu. D. Hippoly. Rimivaldus in l. j. nu. 545. C. qui admi. & in l. precibus. nu. 128. C. de imp. & alijs subst. Ioan. Bapt. Zilettus.

* Aliquando tamen priuatio non præsupponit habitum. Bellon. libr. ij. supputa. c. xvij.

b Ne exeat. Vide Bald. formantem hanc quæstionem in castro concesso, ita vt non exeat manus illius cui conceditur in l. manumissiones. ff. de iust. & iure. dicens ibi Bal. quòd in casu prædicto, si quis locaret alicui potenti domum, vel castrum sine spe recuperationis quòd tunc diceretur exire manum, nec obseruare promissa: ad hoc alleg. text. in l. qui habebat. de lega. iij. Ias. May.

Et dixit circa primum Barto.† quòd si tibi commodaui duos equos, & postea dixerim. cum duobus equis, quos tibi commodaui, promitto commodare quinque. quòd solum quinque, non autem septem erunt commodandi. Sed contra Barto. allego text. in l. si is qui ducenta. in princ. ff. de re. du. Secundò contra Barto. arg. sic.† Nam dictio cum, & dictio &, habent parem potestatem copulandi. l. Titio. §. nihil, de lega. j. l. illi cum illo. ff. de vsufruc. lega. Sed si dixissem, promitto tibi accommodare cum illis duobus quos tibi commodaui, tres vel quinque, septem intelliguntur ergo eodem modo si promisit sine copula, sed solùm cum copula cum. Ego tamē puto Bart. bene loqui, fretus ratione duplici. Nam vbi† verba contractus sunt dubia debet fieri interpretatio contra stipulatorem l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. de verbo. oblig. Cum ergo hic verba sint dubia, fiet interpretatio contra stipulantem. Secundò, quia tibi sufficere debet, &c. si cui vel in paucis, l. tutori. C. de nego. gest. l. tutores. ff. de admi. tut. Non obst. text. in l. si is qui ducēta. quia ibi copula non respiciebat duo verba eundem actum importantia, & ita tenuit Barto. in noua lectura quæ communiter non habetur.† Non obst. quòd dictio cum, stet copulatiuè, quia respondetur, aut dictio cum, ponitur inter diuersas res & personas, & tunc dictio cum, stat copulatiuè, & ita loquuntur contraria. Aliquando ponitur inter res eiusdē speciei, & tunc stat aggregatiue. non sunt hic alia.

1 Manumißio tam inter viuos, quàm in ultima uoluntate, & ubi libet concedi potest.
2 Contractus in ecclesia fieri nequit.
3 Manumißio per epistolam & per nuncium fieri potest, non per procuratorem.
4 Adoptio nec arrogatio non fit per procuratorem.
5 Nec emancipatio.
6 Nec ueniæ ætatis impetratio.
7 Legitimatio per procuratorem permittitur.
8 Item desponsatio.
9 Manumißio potest fieri apud iudicem extraordinarium.
10 Libertinorum status olim tripartitus, nunc unus.
11 Manumißio an plenam causæ cognitionem requirat.
12 Iudex in requirentibus plenam causæ cognitionem, pro tribunali sedere debet.
13 Manumißio facta in testamento minus solenni, ualet tanquam facta inter uiuos.
14 Seruus potest inuitus manumitti.
15 Quod uni prodest, & alteri non nocet de facili concedendum est.
16 Filiusfamilias inuitus non potest emancipari.
17 Filijfamilias quemadmodum emancipati ad honores prouocantur.
18 Quæ sine prætore fieri possunt, coram eo extraiudicialiter facta tenent.
19 Differentia inter ea quæ sunt contentiosæ & uoluntariæ iurisdictionis.
20 Reddita in inuitum an sint contentiosæ iurisdictionis.
21 Seruitutis reuocatio, non est hodie sublata.
22 Legis uerba licet sint generalia, per aliam legem specialiter loquentem restringi debent.
23 Serui quot modis liberi efficiuntur.

MVLTIS AVTEM MODIS. † Manumissio potest fieri tam inter viuos, quàm in vltima volūtate, & quo ad actus voluntariæ iurisdictionis exercendæ omnis locus honestius iuridicus appellatur. h. d.

Diuiditur in tres partes. Nam in prima parte ponit quot modis manumissio fieri potest. In secunda, quot sunt libertinorum status de iure antiquo. In tertia, refert ius nouissima. Secunda ibi, [libertinorum] Tertia ibi, [ideoque nostra.]

Not summarium. Secundò not. in verbo, multis. quòd tres appellantur multa, vt dixi supra de iure persona. §. fina. Item not.[a] seruos posse manumitti, nedum in vltima voluntate, verum etiam inter viuos.[b]

ADDITIONES.

a Item no. Nat. etiam quòd manumissio potest fieri nedum in loco profano, sed etiam in ecclesia, quia est actus voluntarius.† An autem alij contractus voluntarij possint fieri in ecclesia? dic regulariter quòd non, quia ecclesia attinnentes ad celebrandum diuina officia. c. licet. extra de immu. eccle. in vj. Fallit, nisi iste contractus esset ex causa pia, & etiam in legitimatione, vt d. §. quantum. qui. mod. na. effi. legi. & l. ij. C. de his qui in eccle. manu. Fallit secundò, vbi alter istorum contrahentium non auderet exire. Ias. May.

b Viuos. Adde tamen,† quòd licet manumissio possit fieri per epistolam, vt hic, non tamen potest fieri per procuratorem. Reuocatio tamen in seruitutem potest fieri per procuratorem. ff. de obse. l. sed & hæc. § j. ff. de procura. glo. in l. pe. C. de liber. & eorum libe. Et cogita de ratione diuersitatis. Et aduerte, quòd sicut manumissio potest fieri per epistolam, ita per nuncium. Et ratio diuersitatis inter nuncium, & procuratorem est secundùm Ange. de Are. hic, quia ille qui manumittit debet esse actualiter dominus. l. si pater. in princip. ff. de ma. vin. quod non est in procuratore, sed nuncius potest quia non facit nomine suo, sed nomine domini. l. quod ante. §. fi. ff. de consti. pecu. & glo. not. in l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. Ego puto quòd ratio, quia procurator non possit manumittere, sit illa quæ est Iurisconsulti in l. seruus furiosi. ff. de manumis. & in l. fin. ff. de cor. fur. iuncta. l. j. in princ. ff. de procu. per quam rationem potes cogitare rationem diuersitatis, quare possit reuocare in seruitutem, quia concernit commodum pecuniarium. & sic administrationem, secundùm gloss. in d. l. sed & hæc. §. ij. & ibi Barto in summario, & gl. in d. l. procuratorem. & l. nec mulier cui. C. de ma. vin. † Similiter nec adoptio, nec arrogatio potest fieri per procuratorem. l. nec absens. & l. post mortē. §. fi. ff. de adop. Similiter † nec emancipatio potest fieri. l. iubemus. C. de emancipa. libr. vj. ibi precibus à semet &c. Similiter † nec impetratio veniæ ætatis l. omnes. C. de his qui ve. æta. impe. † Legitimatio autem bene potest fieri per procuratorem, vel filij legiti, vel parentis, de quo per Bartolum in l. Gallus. §. forsitan. ff. de liberis & posthumis & l. ex ecutore. ff. de excusationibus tutorum. [† Item desponsatio potest fieri per procuratorem, vt l. finali. ff. de sponsation. & ea. sio de procur. in vj. per Barto. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de damn. infect. † Item adde quòd manumissio potest fieri etiam apud iudicem extraordinarium. l. fina. de ma. vin. & vide de epistola in l. non epist. C. de proba. & in l. iubemus. C. de lib. cau. Ias. May.

Item not. quod licet olim triplex esset status libertinorū, hodie tamen vnus est, quia omnes plena libertate vtuntur.

a In glo.vindicta.a ibi initio.& hæc bona.

ADDITIO.

a Vindicta. Aduerte ad gl.in verbo vindicta.in prin.† dū dicit,id est,causa 11 cognita.licet Doct.ita transeant,tutē quòd gl. non benè dicit, quia ista manumissio potest fieri prætore non sedente pro tribunali. l. nec est.ff.de 12 ma vin.† Sed ea quæ requirunt causæ cognitionem, non possunt expediri nisi à iudice sedente pro tribunali.l.ij.§.dies.ff.quis or. in bo. pos.ser.l.nec quicunque.§.vbi decretum.ff.de offi.procon.& l.ij.§.si causa.ff.de bono. pos.Nisi dicas quòd illud sit verum si requiritur plena cognitio, ita sentit glo.in d.§.vbi decretum.glo.expressa in l. volunt. ff. de inter.act. Sed hic non requiritur plena per l.an apud ce.l.ff.de ma. vin. & nisi fortè in minore.ita saltem glo.infra in verbo in transitu.vbi ita expressè tenet Ange. per rationem quam ibi vide.Ias.May.

13 In glo.in verbo quolibet-dicite, † quòd manumissio facta in testamento minus solenni, valet vt facta inter viuos, non autem vt facta in testamento,& ita tenuit gloss. in l. j.§ j.C.
14 de lati.liber.tol. In glo.serui.in fin.not.† seruum etiam inuitum manumitti posse. quod potest ratione suaderi. Nam vnusquisque nascitur liber.l.j.in fi.ff. de ven.inspi. vnde cum interfit reipub.subditos habere liberos. nimirum si possunt inuiti manumitti. Præterea nullum eis præiudicium affer-
15 tur,sed reip.commodum.† quod ergo tibi non nocet & alteri prodest, facile concedi potest.l.si quod ad te.ff. de euic.l.
16 ij.§.idem Neratius. de aqua plu.arcend. Item not.† nec filios posse inuitos emancipari. Ratio, quia hic non tractatur
17 de commodo vel de incommodo reipu.† Ita enim possunt filijfa.ad honores prouocari, quemadmodum filij emancipati,facit l. filiusfa. ff. de procu. In glo. transire ibi,poterat.
a not.a† quòd ea quæ possunt fieri sine prætore, facta coram
18 eo etiā extra iudicium, valent & tenent, singularis est glo in l, qui testamento.§ j.ff.de testa.

ADDITIO.

a Not.quòd ea. Et istam glo.dicit esse singularem Bal.in l.eos sententiarum. C quomodo & quando iud.in v. col. allegat Bald. in c.j.§.si quis verò.de pa.iura.fir.& Bald.in l.ij.in iij.col.C.de iure emphy.Ias.May.

19 In fin glo.not.† quòd ea quæ sunt contentiosæ a iurisdi-
a ctionis,non possunt exerceri,nisi in figura iudicij iudice pro tribunali sedente,ea autem quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt exerceri coram prætore extra iudicium.facit l. ij.ff.de offi.procon.& leg.

ADDITIO.

a Contentiosæ. Et licet communiter dicatur,quòd † ea quæ redduntur in 20 initum sint contentiosæ iurisdictionis,puto non bene dici,quia manumissio etiam redditur in inuitum.l. fin. §. si. C.de test.manu. Et si dicas quòd etiam sit in volentem, dico illud esse in iudicijs.ita est text.in l.ij.ff.de offic.procon.& ibi etiam Bal.Ias.May.

a In fin.a glo.in verbo, libertinus, si quæratur, quare possunt libertini in seruitutem reuocari,dic vt not.per glo.ordi.in l. manumissus.C.de liber.& eorum lib.

ADDITIO.

a In fin.glo.Dum glo.dicit,& alia multa,quæ sint ista vide glo.fin.in l.si. 21 C.de bono.liber. Et aduerte, † quòd dum glo. ista dicit, quod omnia ista tolluntur præterea quæ debentur natura, non benè dicit, quia reuocatio in seruitutem non est hodie sublata in d.§.j.in autheo.vt liber.decreto &c. & tamen non debetur natura. Item non est verum quòd omnis illa per. dantur,nisi expressè renunciauerit,vt hic per Ange. de Are. Et ideò glo.in d.l.ij.§.si causa cognita.ff. de bo.pos.dicit contrarium eius quod hic.l.ma numissio potest fieri de plano.Ias.May.

22 In fin.glo.super verbo discrimine.not.quòd † licet verba sint generalia, restringi tamen possunt, & debent per aliam legem specialiter loquentem,concor.l.quamuis ff. de in ius vocan.l.vt gradatim.§ sed si lege.ff.de mu. & ho. per Barto. in l.j.ff quod vi aut clam. per Cano. in c. item cum quis,extra. de resti. spo. & ideo si statutum dictauerit quòd contra instrumentum publicum nulla possit opponi exceptio, po-
a test tamen opponi si alio statuto permittatur.Glo.a in verb. antequam.

ADDITIO.

a Glo.Aduerte hic ad vnam glossellam in verbo antea, quid velit dicere, & puto quòd velit dicere, ista praua conditio,scilicet eorum latinorum & dedaticiorum.Cogita.

23 In glo.in ver.additis.† & est ratio, quia dominus derelinquendo seruum ægrotantem, videtur ipsum habere pro derelicto.l.ij.ff.de infami.l.serui thetidis.ff.pro derelicto.vnde ipsi occupanti conceditur §.quod in nullius.infra de re.diu. Ibi prostrauit.& hoc pronenit propter odiū prauæ adeo mercantiæ humanæ carnis, vt habetur in d l. vnica. Ibi præesserunt,& est ratio, ne quis defraudatur testimonio publico.& per illum text.consuluit Bal. tempore schismatis pro Papa prius electo. ne populus defraudetur de testimonio
a publico,quia publicè pro Papa tenebatur.Ibi, octauus, a &c.

ADDITIO.

a Octauus. Et ad octauum casum glo. adde text.in §. fin. infra de adopt, & ibi potest colligi alius casus.& vide in proposito text.valde not. in auth. item si quis.la.ij.C.de natu.liber.& in corpore vnde sumitur. Adde alium casum in l.ij.C.de mulie.quæ proprijs seruis se immiscuerunt. Item domi nus instituendo seruum videtur ei dare libertatem infra tit.j.in princ.& infra de hæredi.insti.§.j.Item dando eum tutorem infra qui da.tu.possessin princ.scilicet dati in testamento.vt ibi.Ias.May.

Quibus ex cau.ma.non lic. Rub.

Hæc rubrica continuatur ad præcedentes, hoc ordine. Supra visum est de libertinis, & de varijs modis manumittendi, verùm quia non omnibus manumittere licet, nec ex omnibus causis,ideò de his tractaturus Imperator sacratissimus intitulauit, Quibus ex causis &c.

1 *Libertas data in fraudem creditorum non valet, & numer. 3. 4. & 10.*
2 *Legis voluntas pro ratione allegari potest.*
4 *Paupertati in quibus casibus sit fauendum, & nu. 18 19. 20. & 21.*
5 *Legatum annuum factum pauperi ad alimenta censetur.*
6 *Procurator pauper non tenetur pro domino appellare.*
7 *Testi pauperi an sit præstanda fides.*
8 *Fraudare alterum, an pauperi liceat.*
9 *Lex pluri facit honorem defunctorum, vtilitati creditorum.* *Iura defuncto inferri potest.*
11 *Paria sunt quem hæredem institutum non esse,vel adire nolle.*
12 *Seruo hærede instituto,libertas relicta censetur.*
13 *Quoties aliquid conceditur, videtur concessum esse omne illud, sine quo concessio non valeret.*
14 *Contractus in testamento celebrari possunt, & licet testamentum sit reuocabile,contractus tamen reuocari non possunt.*
15 *Testamentum quandoque irreuocabile fieri potest.*
16 *Turpitudinem suam allegans, non est audiendus.*
17 *Pœna apposita contrafacientes,locum habet in contractu nullo.*
18 *Limitatio ad l.non dubium.C.de legibus.*
19 *Pauper quis dicatur, & nu.24.*
21 *Intellectus ad l. spadonem.§.fin.ff.de excu.tuto.*
22 *Intellectus ad l. cum ij.§.si autem.ff.de transact.*
23 *Intellectus ad §.sciendum.in authen de testib.& l.iij.ff.eo.tit.*
25 *Paupertatem quis probare habeat.*
26 *Verba quæ in præsenti verificari non possunt,verificanda sunt in præteritum,per subauditum intellectum verbi, quondam.*
26 *Verbum, quondam, quid importet.*
23 *Pacto apposito de bonis retinendis per ingredientem monasterium, ingressus vitiatur.*
29 *Institutus in vna re, & prohibitus amplius non petere non est hæres in solidum.*

NON TAMEN. Non licet domino actu inter viuos quempiam seruorum in fraudem creditorum manumittere. In vltima autē voluntate vnum hæredē instituēdo liberū efficere potest: quod formaliter introductū est, ne defunctus sine hærede decedens iniuria afficiatur, & qui vult consequēs, intelligitur velle omne necessariū ei antecedēs.h.d Diuiditur in tres partes. In prima parte ponit dictum.In secunda declaratur dictū.In tertia limitat.Secunda ibi,[nam his]Tertia ibi,[licet.]Ibi vero tamen.q.d.licet dixi supra quemlibet posse manumittere, & licet

& licet multos modicos manumittendi tradiderim, non tamen licet cuique manumittere. Not. primò, † nemini inter viuos licere manumittere seruum in fraud.cred.concor.l. in fraudem. ff. quib. & à qui. Secundò no. rationem, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. Et sic colligitis, † quòd legis voluntas pro ratione allegari potest, concor. §. furtiuæ. infra de vsuc. Hæc tamē lex potuit fundari ea ratione. Nam licet visus libertatis sit fauorabilis. l. inter pares. ff. de sen. & re iudi. l. Paulus. ff. de fideicom. lib. non tamen debet esse adeo fauorabilis vt tollatur ius creditorum. l. ij. §. si quis à principe. & § merito. ff. ne quid in loco publico. Species enim furti est de alieno largiri. l. si pignore. §. j. ff. de fur.

ADDITIONES.

Licere. † Not. etiam quòd fians interueniens reddit manumissionem nullam, nisi aliquis maior fauor interuenerit, qui fraudis vitium superet, licet enim simpliciter permittatur domino manumissio serui. Intelligitur, dum tamen in fraudem & præiudicium aliorum non faciat, quia semper in actu intelligitur dolus & fraus exceptus. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Adde tu, quòd libertas data in fraudem creditorum impeditur ipso iure à lege, quia est irreuocabilis. Secus in aliure reuocabili, quia tamen alienatio reuocatur. l. sciens. in fi. de contrahen. empt. & quòd libertas non ita de facili reuocetur, imò difficulter, habes secundùm Angel. hic in text. l. si ex causa. §. fin. & l. seq. ff. de mi. facit. § semel. infra eo. Adde tu text. not. in l. & si fine. &. sed quod Papi. ff. de minu. Et hanc rationem diuersitatis assignat glo. in l. si noxali. in princ. in verbo ipso iure. ff. de noxa. quam allegat Nic. de Neapo. hic in princ. Ias. May.

Secundò not. Item not. ex text. ibi, egentes homines, † fauendum esse pauperi quantum ad libertatem dandam seruo in fraudem creditorum vt hic. Item quantum ad alimenta relicta pauperibus personis vel locis. l. si quis ad declinandum. C. de epis. & cle. † Item quantum ad legatum annuū, quia factum pauperi censetur ad alimenta, secus si diuiti. l. cum hi. §. si in annuu. ff. de transact. Item quantum ad pœnam extraordinariam vel corporalem. l. si quis id quod. §. in seruos. ff. de iurisdict. omn. iudic. † Item prodest quantum ad procuratorem pauperem, vt non teneatur pro domino appellare. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. man. † Item nec quo ad fidem exhibendam. l. testium. ff. de testi. nisi forte eius vita esset moribus comprobata. l. forte oportet. §. fin. de excu. tu. [Adde Maria Suzin. Iunio. in consil. cxxix. incip. fateor ingenue. nu. 34. cum seq. in ij. col. Cætera vide in glo.] † Item placet hic, quòd licitum est alios fraudare vsque ad verecundiam suam occultandam. Similiter ad cooperiendam paupertatem, non cogitur quis res mobiles ostendere, sed statur suo sacramento. C. quando & qui. quarta pars debetur. l. ij. lib. x. & sic patet † quòd lex magis respicit honorem defuncti quàm vtilitatem creditorum, & sic defuncto potest inferri iniuria. concor. l. ossa. ff. de relig. & pro ea agit hæres. l. j. §. j. & l. si fortè. de inior. Idem etiam si relinquat seruum suum tutorem alicui filio suo, vt infra qui dati tuto. pos. in princ. secundùm Ioan. de Pla. Et dum dixi ad occultandum verecundiam &c. Adde omnino text. illum singu. in l. quæ omnia. §. j. ff. de pœn. & quod ibi Bart. Ias. May.

Voluntas. Adde, & quid de voluntate principis, an in dubio præsumatur esse talis qualis de iure debet esse per Bald. in l. ex facto. in iij. not. ff. de vul. & pu. Bald. in l. præiud. feu. in xiiij. col. Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & Bald. in c. licet in corrigendis. de offic. ordi.

Item not. † non licere, domino vnum seruum instituere, & liberum facere, etiam in fraudem creditorum quādo nullus alius esset extitutus domino hæres. Hoc autem fundatur super quadam humanitate rationis, ne defunctus sine hærede decedens iniuria afficiatur, concor. l. in fraudem. cum ibi not. ff. qui & à qui.

ADDITIO.

Non licere. Hoc limita per text. no. in l. si non lex Aelia Sentia. in princ. ff. de hæredi. insti. & ibi vide glo. j. quam ibi multum cōmendat Imo. Item limita per text. in l. j. C. de neces. ser. hære. insti. & cogita de ratione illius text. quia casu de qua hic videtur obstare. Ias. May.

Ex quo colligitis, quòd eadē lex vnum permittit & prohibet in diuersis casibus, diuersa ratione subsistente. Item no. † paria esse neminem hæredem instituere, & institutum non velle adire. concor. infra de hære. quæ ab intest. defe. in prin. Item not. esse iniuriosum homini si sine hærede decedat, & hæc iniuria infertur famæ, & non personæ. §. per contrariū. infra de hære. quæ ab intest. defe. Finaliter not. † illum qui instituit seruum simpliciter heredem, videri quoque ei libertatem relinquere. Ratio est, nam ex quo vult ipsum hæredem esse, videtur quoque tollere maculam seruitutis, quæ afferebat impedimentum ad ius libertatis consequendæ. arg. in l. illud. ff. de acqui. hæred.

ADDITIO.

Consequendæ. † Et sic not. quòd quoties quis concedit aliquid, videtur concedere omne illud sine quo concessio non valeret. l. quidem consulebat. ff. de re iudic. Hoc probant etiam, quod ille qui vult consequens, videtur velle omne antecedens ad illud, vt in rebus vulgaribus. Ias. May.

In fin. glo. in verbo, manumittit. Not. † quòd in testamento possunt celebrari contractus, concor. glo. in l. hæredes palam. §. fin. de testa. & l. j. §. fin. ff. de assigna. lib. Ex quo infertur, quòd licet testamentum sit reuocabile, contractus tamē reuocari non potest, fuit dictum not. Dyn. in regula iuris, quod semel. libr. vj.

ADDITIONES.

Quòd licet. Et † hinc Dyn. dicit in dicta regula. quod semel. quòd est nouus casus in quo quis potest facere testamentum irreuocabile, puta si testator dicat, quòd si contingat illud testamentum reuocari, quòd vult ipsum obseruari pro contractu, de quo vide Dyn. ibi. & Bart. & Ang. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. &c. Ias. May.

Non potest. Ita consuluit Bellonus consi. lxj. nu. 8.

In fin. glo. In verbo nihil agit. Ratio est, quia iste in reuocatione libertatis allegaret turpitudinem suam, hoc est, fraudem commisisse, † ergo non audiendus. l. cum profitearis. C. de reuo. dona. l. transactiones. C. de transact.

ADDITIO.

Nihil agit. Ex hac glo. in verbo nihil not. † quòd faciens aliquid contra legem, vel statutum in præiudicium alterius, nihil agit in præiudicium illeum, sed in præiudicium sui sic, & sic limitatur. l. non dubium. C. de legi. Et licet contractus factus contra legem sit nullus, tamen habet locum pœna imposita facienti istum contractum, ista glo. not. in l. ij. C. de epi. audi. & vide per Barto. in l. si quis legatum. ff. ad l. cor. de fal. Ias. May.

In fin. glo in verb. agentes. si quæratur † an sit fauendum paupertati, dicite breuiter, aut tractamus de onere inferendo, aut tractamus de onere & commodo. Primò casu, aut illud onus prouenit ex paupertate, & tunc non fauetur paupertati. l. si creditores. in princ. de priui. cre. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis. cog. Aut onus proueniebat ex diuitiis, & tunc fauetur paupertati. l. ij. C. de alluuio. Aut hoc onus prouenit aliunde, & hic tractamus de fide præstanda, & non fauetur pauperi, imo diuiti, quia maior fides adhibetur. l. iij. ff. de testi. §. j. in authen. de testib. Aut tractamus de commodo vniuersali, & tunc magis fauetur pauperi quàm diuiti. l. illicitas. §. fin. de offic. præsib. l. Pedius. de incen. rui. nau. Aut secūdo casu principali tractamus de honore & commodo inferendo, & tunc siquidem honor prouenit seu inferri debet ex paupertate, fauetur pauperi. Si autem ex diuitiis nocet diuiti. l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. In dubio autem paupertas nocet. Nam difficile, aut prope impossibile est, ab eo res clara agi, cui facultates desunt. Sunt enim facultates instrumenta virtutum, & nihil habet infelix paupertas durius in se, quam quòd ridiculos homines facit. Et alibi habetur. Heu quam mihi mala paupertas est hæc. Sed breuiter est videndum quis dicatur pauper. Glo. in l. paupertas. ff. de excu. tuto. † dicit, quòd ille appellatur pauper, qui habet necesse sibi quærere victum pro labore suo. Aut gloss. in l. vbi adhuc. C. de iure do. dicit, ille appellatur pauper qui non habet patrimonium. l. aureorum. l. nonnulli. ff. de accu. Dicite vos, quòd hoc residet in arbitrio iudi. qui ex qualitate personæ, ex quantitate patrimonij, ex opi. vulgi, quem aut diuitem aut pauperem appellabit aut iudicabit. & facit glo. in l. illicitas. §. ne tennis. ff de offi. præsi. quæ dixit si isti pauperrimi perdant porcum, videntur perdere oculum.

ADDITIONES.

Vet. egentes. Petrus dicit † quòd stulta est dicere quòd paupertas prosit, sed in quibusdam casibus magis pauperi quàm diuiti fatetur, sed ab hoc prodesse liberet nos dominus. ista sunt verba Cyn. in d. l. si quis ad declinādam. §. fi. Et aduerte, quòd dum glo. hic allegat. l. Spadonem. §. fi. ille text. intelligitur duobus modis, vt ibi per Nic. de Neapo. & secundùm primū intellectum ille text. nihil facit in proposito, sed iuxta secundum sic. Ias. May.

Aut tractamus. Ad solutionem contrariorum in gloss. formatorum, licet ego sentiam cum Pet. quòd paupertas non prosit, iunctis verbis D. Christophori hic, cum quæritur, an paupertas prosit, vel non, ex variis theoricis Doctorum hic facio tres casus. Aut tractamus de honore, aut de onere, aut de pœna imponenda. † In primo dico aut onus prouenit propter paupertatem, & nocet l. si creditores. §. fina. ff. de priuile. credi. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cog. sic intelligo. l. spadonem. §. fina. ff. de excu. tu. alleg. in glo. pro contrario. Aut onus prouenit aliunde, & non nocet. l. ij. C. de alluuio. l. ad subeunda. C. de decu. lib. x. † in secundo casu principali, si cum honore sit admistum commodum, vel sit incommodum tollendum, paupertas prodest. l. si quis ad declinandam. hic alle. & text. not. in §. si quis autem. in authen. de eccle. titu. Sic intelligo l. cum hi. § si nonos hic alleg. in glo. Et hic bene fac. illa extensio l. vdo. Roma. quam ponit in l. si vero. §. de viro. in

iiij. fal. ff. solu. propter paupertatem fa l. tam dementiæ. C. de epis. and. quam 23 tamen non puto veram. † Aut ille honor est sine commodo particulari, & non prodest. Sic intelligo. §. sancimus. in authen. de testi. & l. iiij. in princi. ff. de testi. Et quando testis propter paupertatem repellitur vide glo. no. in c. si quis, de testib. quæ mirabiliter limitat. l. ad egregias ff. de iureiuran. & vide glo. illam summe singularem in §. si verò absunt. in verbo substantiam. in authentic. de hæred. & fal. In tertio casu principali distinguo cum Ange. hic, aut in pœna corporali. l. Pedius. hic alle. & l. capitulum. §. serui. vbi Bartol. de pec. aut in pecuniaria, & si est ordinaria, non prodest, quia qui non habet in ære, luat in corpore. l. fina. ff. de in ius vocan. aut in extraordinaria: & prodest. l. illicitas. §. fina hic alleg. Ias. May.

c Quis dicatur pauper. † De materia paupertatis, quis dicatur pauper. Vi 24 de Barto. in l. si constante. ff. solu. mat. in princ. & in d. l. si quis ad declinandam. & in §. sed propter paupertatem infra de excus. tuto. & in turibus hic alleg. [Adde glo. in authen de here. & fal. glo. in c. prohibetur. & ibi Domi. ij. q. j. glo. summæ. xxj. q. j. Arch. in §. actor. vj. q. vlt. Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de succes. ab intest. Car. Zab. & Pet. de Anch. in c. ij. de male. Io. de Imo. in c. quæ in eccle. da consti. Bald. in l. si quis ad declinandam. C. de 25 epis. & cle. Part. & Docto. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor.] † Quis autē debet probare paupertatē. Dic quòd ille qui se fundat super ea, siue sit actor siue reus glo. est in l. si verò. ff. qui satis. cog. & probatur per vulgi opinionem. l. vbi adhuc C. de iure do. vide in d. l. si constāte. vide infra de excu. tuto. vide etiam gloss. in authen. præterea. C. vnde vir. & vxor. Ias. May.

d Appellatur pauper. Quis autem dicatur pauper, & qualiter paupertas probetur. Vide Bart. in l. tres tuto. es. in fin. per illum text. ff. de admin. ſtr. tutn. Alex. de Imo. in l. si constante. in princ. col. vij. ver. in quantum Bar. ff. solo. matri. & ibi Clau. da Seysel. col. v. versi. circa secundam quæstionem, & Ioann. Crot. col. xvj. Raph. Coma. in consil. cxxxj. incip. duo fratres. in princ. Abb. Pano. in c. cum causam. el j. col. ver. quis autem dicatur pauper. extra de testib. & ibi Felyn. col. ij. ver. quis dicatur pauper. & in c. j. col. ij. versi. vltimo scias. extra de accusatio. Lucas de Pen. in l. subeunda. C. de decurio. lib. x. & in l. fina. col. j. C. de ijs qui numa. l. baro. eo. lib. & in l. j. C. mendicum. vali. lib. xj. Practi. Papien. in forma libel. quo vxori agit ad dotem, in glo. vxor quondam Domini Thadei. nu. xj. ver. qualiter probabitur de prædictis. Aug. Aret. in §. sed & propter paupertatem. infra de excu. sa. no. tuto. P. an. da Aretio in consi. xiij. incip. viso diligenter themate ad maiori transmisso col. v. versi. ad secundum da paupertate. Fely. in c. si qui testis. col. iij. versi. & ista procedunt in co. extra. de testi. & Alex. de Imo. in cons. cxxvj. incip. in hac hæsitatione col. ij. versi. sexto adduco. in iij. volu. Matthæ. de Afflict. in consti. regni Sici. incip. intentionis nostræ. col. x. versi. in dubio aūt nemo præsumitur & in decisio. suis deci. alxxxix. inci. in qua lam causa nu. 3. & decisi. cclxxij. incip. princeps concessit. numa. 4. Phil. Deci. in c. fedes. col. iiij. ver. similiter quis. extra de rescript. & Iacob. Mandel. in consi. lxix in cip: proponitur in facto. quòd olim D. Nicolaus per tot. in j. volu. Ioan. Bapt. Zilat. Venetus.

e Pauper. Quis dicatur pauper, vide singulare consilium Belloni con. xvj. per totum.

Hoc præstat arg. ad q. secundùm Bart. quòd si sit factum legatum pro puellis pauperibus maritandis, quòd ad officium iudicis pertinet quæ pauperes appellentur, declarare. In dubio tamen dixit Bald. in d. l. paupertas quòd illi pauperes sunt. quibus de proprio sudore necesse est quærere victum, & dixit esse glo. sing. in l. paupertas C. de excu. tuto. in fin. glo. in verbo secundùm similem glo. habetis in l. eius ff. si cert. peta. in l. viro atque vxore. ff. solu. matri. Ex quo colli- 26 gitis, † quòd verba quæ non possunt verificari in præsenti, verificanda sunt in præteritum, per subauditum intellectū a verbi quondam ª Ex quo dixit Bart. in l. j. ff. de no. ope. nun. in q. facti se saluasse instrumentum in quo notarius dixerat, Titius filius Sempronij vendidit & tradidit, & tamen tempore instrumenti Sempronius non viuebat. Nam instrumētum saluatur à falso, subaudiendo Titius filius Sempronij quondam.

ADDITIO.

a Verbi quondā. Vide de hoc verbo quondā, per quod saluantur instrumēta, vide etiam gl. infra de vsuca. in §. sed aliquando. in gl. penult. & vide 27 aliam gl. quæ dicitur singularis in l. j. ff. de no. oper. nunc. quæ dicit. † quòd istud verbum quondam, importat tria tempora: scilicet præsens, præteritū, & futurum. Ias. May.

28 In fin. gl. in verbo libertate. Hæc glo. facit, † quòd si quis ingrediatur monasterium, pacto apposito, quòd liceat retinere bona, quod ingressus vitiatur, de quo in authen. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. Item hæc glo. inducitur ad quæstionē 29 secundùm Bal. hic. Nosti enim† quòd si testator aliquem instituit in vna re, detracto nomine, ei erit hæres insolidum. l. j §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. Pone igitur quòd instituar vnum in vna re, & prohibeat amplius non habere, erit institutio nulla, de quo per Barto. in l. quoties. § si duo. ff. eo. tit.

a Capio glo. in verbo noua. ibi, quæ est contra. Hæc responsio non videtur bona, quia ex quo lex antiqua ita statuerat credibile est quòd non sine ratione statuerit, nec alia ratione moueri potuit. c. erit lex. distinc. j. l. scire leges. ff. de legibus. ergo ratio non fuit noua sed l. antiqua introducti. Vnde respondere quòd hoc verbum, noua debet exponi id est, singulari ratione, quia ista ratio est notabilis.

ADDITIO.

a Capio glo. Et pro expeditione huius gl. vide glo. in §. j. infra de hære. insti. in verbo per innocentiam. vbi apertè format contrarium quod hic tacitè soluit glo. Ias. May.

1 ☞ *Sæpius homines plus esse sperant in rebus suis, quàm in illis sit.*
2 *Ex consilio quando quis teneatur.*
3 *Alienatio quot modis præsumatur in fraudem facta.*
4 *Libertas directa an facilius reuocari possit, quàm fideicommissaria, & nume. 6.*
5 *Defuncti uoluntas lex est.*
7 *Intellectus ad l. quisquis. C. de rescin. uendi.*
8 *Ignorantia quomodo sit probabilis, uel improbabilis.*
9 *Studio desistorio is uti dicitur, qui diuturnitate temporis memoria desipiscit.*

§. IN FRAVDEM CREDITORVM. Vt manumissio dicatur in fraudem creditorum, nedum tempus præambulum manumissioni, sed & immediate sequens cōsideratur: & in ea fraus & euentus requiritur, vt libertas data reuocetur. h. d. Diuiditur in tres partes. ª Nam in prima ponit vnum dictum. In secunda determinat incidētem quæstionem. In tertia respondet tacitæ obiectioni. Secunda ibi, [præualuisse.] Tertia ibi, [sæpè.]

ADDITIO.

a In tres partes. Vel melius diuide in quatuor. In prima ponitur dictū, per quod dictū extenditur regula posita in principio huius tit. In secūda ponitur limitatio illius regulæ. In tertia respondetur tacitæ obiecti. oni. In quarta ex limitatione infertur vna conclusio. Secūda ibi, [præualuisse.] Tertia ibi, [sæpè enim.] Quarta ibi, [itaque.] Ias. May.

a Not. primò, duo tempora ª considerari vt manumissio fraudulosa dicatur, hoc est. tempus præambulum manu- 1 missionis, & tempus immediate sequens. † Item not. sæpenumero homines plus sperare in rebus suis esse quàm re vera sit quod contingit præsertim quando mercimonia longe absunt l. in fraudem. ff. qui & à quibus. Item not. quòd in annullanda libertate duo requiruntur, fraus, & euentus fraudandi 2 creditores. concor. l. j C. qui ma. non pos. Item not. † quem ex consilio obligari, quod verum intellige ex consilio fraudulento, non autem ex consilio bona fide perueniente, licet ex eo malus exitus subsequatur. l. ij. in fin. ff. manda. §. at si mādata infra man. & l. consilij. ff. de reg. iur.

ADDITIO.

a Duo tempora. † Quot autem modis præsumitur alienatio facta in fraudem? 3 Dic quòd sex modis. Primò si quis alienauerit omnia sua bona. l. omnes. §. Lucius ff. de his quæ in frau. credit. Vel aliorum partes l. propter litem. ff. de excu. tuto. Secundò, si alienat in coniunctam personam. l. data. C. de do. tamen sola consanguinitas non sufficeret. l. pen. ff. de bo. lib. Tertiò, si post alienationem reperiatur alienās possidere. l. sicut §. superuacuum. ff. qui. mo. pigno. vel hypo. soluan. Quartò, si alienatio est facta clam. l. j. ff. de ritu nup. l. non ex testimonio ff. de admi. tuto. Quintò, si proximè sequatur delictum, vel interuenit fuga alienantis. l. si ventri. §. fi. ff. de priui. cred. Sextò, si alienatio est facta sub conditione si contingat bona lucrari. l. fin. de stipu. ser. & ibi not. & de hoc vide Bart. in l. post contractum. ff. de dona. Ias. May.

In glo. impediri. ibi, si in fraudem. licet Docto. ita pertrā- a seant. Ego tamen dubius fio in hac ratione. ª videtur enim re- 4 ctius appositum esse dicendum, † quòd libertas directa facilius reuocari possit quàm fideicommissaria. Nam fideicommis. libertas nititur ex auctoritate testatoris relinquentis, & ex auctoritate hæredis manumittentis. Directa autem nititur ex auctoritate testatoris solùm. §. j. de sin. reb. per fideicommis. relict. ergo difficilius debent reuocari fideicom. tāquam subnixa duplici vinculo, & auctoritate, quàm directa, argument. in autheotic. de consanguin. & vteri. fra. in principio.

ADDITIO.

a In hac ratione. Licet istam rationem iste sibi adscribat, tamen eam ponit glo. in l. si autem. ff. de inofficioso test. Et aduerte quòd etiam glo. male dicit, cum vult quòd fideicommissaria libertas non sit vltima voluntas,

quia

quia est falsum sed tamen glo.hic non vult, sed bene male dicit dum vult quòd dispositio domini videtur lex, siue iuuet viuos, siue in vltima volun- 5 tate, nam hoc est falsum, † quia voluntas solum defuncti est lex. Ias.May.

a Vnde ergo dico aliam rationem.[a] † Nam ideo facilius est 6 ex solo euentu fraudis libertas fideicommiss. reuocatur, quia b vbi contingit creditores re ipsa[b] fraudari, remouetur voluntas testatoris ab actu. Nam cum testator mandat hæredi vt manumittat seruum, intelligitur mandare sine præiudicio creditorum. quia in mandato non venit aliquid illicitum. l.creditor.§.fina.ff.mandati.l. si procurator. in princip.ff. de condi.indebi.

ADDITIONES.

a Aliam rationem. Sed si tu consideras istam rationem, per eam poteris sustinendo glo. respondere ad fundamentum supra factum. Et aduerte, quòd manumittens ex causa fideicommissi non potest reuocare l. prima. C.de liber.& eorum liber.& vide l.sequen.vbi casus not.ad duo. Et quòd quando fit manumissio ex causa fideicom. non adsit voluntas defuncti, probatur hic, quòd etiam non adsit voluntas fideicommissarij est text. in dict. l. j. C. de liber.& eorum liber. quia dicitur facere ex debito non voluntate sua. Et ad istam fideicommissariam libertatem vide quod deciditur in casu not.l.si quis locuples.ff de ma.te.& l.in fraudem. C. de testam. man. de quarum decisione videtur satis mirandum. Angel. tamen de Aret. & Nico.de Neapo.hic, non sequuntur rationem istius glo. quia secundum Angel. de Aret. voluntas testatoris est lex, ita in fideicommissarijs, sicut in directis: vnde tenent ipsi rationem diuersitatis glo. in dict.l.fin.C.eo. quia directæ libertates competunt statim. fideicommissariæ autem sunt præstandæ per manum hæredis, qui non tenetur vltra vires hæreditarias. l.successores. C.ad l. Falcid.l.j.§.penul.ff. ad Trebel. Quæ ratio non placet mihi: quia imò creditoribus tenetur vltra vires hæreditarias: vt habes per istum infra, de hæred. qua. & diff. ten. in princ. in iij. colum. Primum confunditur per dict. l. si quis locuples. ff. de ma.testa.& l in fraudem.C. eod. Item & per l.iiij.§.si quis in fraudem.ff.de fideicommiss. lib. vbi per adiectionem bonorum factam præcedente præstatione cautionis de satisfaciendo creditoribus, non tamen sustinet fideicom. libertas, quamuis ibi hæres ille anomalus, vt inquit glo. reperata singu.infra, de eo cui liber. cau. sa bo.adijci.post princ. teneatur, vltra vires hæreditarias. Ias.May. [Ad id quod supra dictum est, quod voluntas testatoris est lex. adde Paul. de Cast. in l.non oportet.in princip.§.j. C.de his quib vt indig.& alleg. authen.de nupt.in §. disponat.& vltra Paul.de Castr.vbi supra alleg. Bald.consi.v in. cip.in q. in ij. volu.

b Re ipsa. Adde dum dicitur, vbi contingit creditores re ipsa fraudari &c. tu habes text. de directo contrarium.in dict. l. fina.C.qui ma.non pos.nisi intelligas ibi, voluntas, scilicet à principio. Et ad hoc, quòd quando testator mandat hæredi vt manumittat. intelligitur mandare, dummodo non fraudet, facit in terminis text. valde not.in l.si pater.in princ.ff.de his quæ in frau. credi. vbi si pater concedit filio liberam peculij administrationem, non videtur ei concessisse vt fraudem creditorum alienet. Ias. May.

Sed quando testator ipse directò manumittit, & credit a se[a] non fraudare, ista manumissio habet voluntatem domini manumittentis, à cuius authoritate subnixa difficilius reuocatur.

ADDITIO.

Et credit se non fraudare. Etsi dicatur quòd errat, & error consensum impedit.l.si per errorem.ff.de iurisd.omnium iudic. (Adde i xix. quæst.j.& ij.per totum.) Dic, quòd errat in causa remota, non in causa proxi. iuxta.l. si in princi. & ibi not.ff.si cert.peta. & l.iij.§.subtilius.ff. de condi.ob cau. Ias.May.

Sed contra prædicta allego tex.in l.si autem.ff. de inoffi. testa. vbi habetur quod libertates directæ facilius reuocatur a quam fideicommiss. Solu.[a] ibi loquitur in testamento annullato per querelam, quo casu omnia directè relicta corruunt, in l.nemo.ff de test.tut.

ADDITIO.

a Solu. Istam solutionem ponit Ioan. Fabr. hic, & eam simpliciter sequitur Ang. Sed mihi non placet, quia sequeretur quod fideicommissaria libertas non sustineretur, nisi in casibus specialibus positis in d. l. eam quam quod est contra generalitatem.d.l.si autem. vnde mihi magis placet sol.glo.in d.l.si autem.& ratio diuersitatis ibidem per glo.posita. Præterea forsè contra rationem & solu. Ioan. Fab. facit, quia etiam in illis casibus. dict. l. eam quam sustinentur directæ libertates. Ias.May.

At relicta per fideicommiss. ideo non corruunt, quia ab intestato deberi possunt, vt not.in l.eam quam.C.de fideicom. 7 in fin.glo.in verbo sæpe. † Non obst. hæc.l.quisquis. quia loquitur in casu in quo quis ignorat pretium rei singularis quam vendidit, in quo non cadit probabilis ignorantia, ma- 8 ximè cum alienat rem propriam, † ne suum alienare videatur, nec iactare.l.cum indebito.ff.de proba.& hic loquitur in casu quo ignorantia versabatur circa vniuersum patrimonium, quæ longe probabilior habenda est. Vnde si quæ- a ratur,[a] an in rebus probabilibus ignorantia habeatur, dicite breuiter, aut loquimur in rebus alienis, & tunc illa est probabilis.l.quamquam.ff.ad velleianum.l.fin. ff. pro suo. Ratio, quia nemo debet quærere facta aliena, nisi ad eum pertineat. Vnde insurgit Terentij dictum. Tantum à tua re ocij tibi est vt aliena cures, quæ ad te nihil pertinent? Aut loquimur in rebus proprijs, & tunc regula est, ignorantiam non esse probabilem. dict.l.quisquis. de rei vendica. dict.l.fin.ff.pro suo. Hæc regula fallit primo, quando ignorantia versatur super facto de longinquo.l. peregre. in princip. ff. de acquir. poss. ideo, quia memoria hominum labilis est, & ex temporis diuturnitate leditur.l.ij §.si quid autem in tanta.C.de ve. iu. enu. Et ideo scholaris qui ex diuturnitate temporis delata 9 est memoria lectionis, † quia eas non repetit, dicitur vti studio destitorio.not glo.in §.fina.in authentic, de quæstore. Et facit quod not. Seneca.in declamatione. Solebat bonæ fidei esse, scilicet memoria. & quæ ei concesseram cito reddebat. Nunc autem ætate quassata & longua desidia, quæ iuueniles animos dissoluit, quam noua audio?

ADDITIO.

a Si quæratur. Adde, quòd in actibus morientium illi tales præsumuntur ignorare vires sui patrimonij, vt hic, & argu. l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testam. face. poss. nisi ex aliqua qualitate aliud præsumatur, puta, si noluit testator detrahi falcidiam. & maximè si sunt addita illa verba, sciens vires sui patrimonij, vt in authen.si cum testator. C.ad l.Falcid.& ibi Barto. vide Ioan. de Plat.Ias.May.

Secundò hæc regula fallit in facto implicito. dict.l.in fraudem. ff qui & à qui. & in l. fideicommissaria.C.de confess. Tertiò fallit in eo qui succedit in locum alterius, l. qui in alterius.ff. de regu.ior. Quartò fallit in rebus per alium administratis l.fin.ff.pro suo.l.si quis inficiatus.ff.deposi.

1 ☞ *Declarationi iudicis super forma mittendi ad consilium sapientis standum est.*
2 *Paternitas quotuplex sit.*
3 *Libertas rei inæstimabilis.& nu.32.*
4 *Mulier qua ætate poterit seruum suum manumittere.*
5 *Masculus perfecto anno xiiij. Manumittere potest.*
6 *Mulieri in xij. anno testari permissum est.*
7 *Lex corrigens secundum legem correctam declarari debet.*
8 *Lex noua corrigens suscipit extensionem uirtute regulæ iuris antiqui.*
9 *Contractus & ultimæ uoluntates an purificentur.*
10 *Media uidia est eligenda.*
11 *Decretum ex causa non iusta sed approbata tenet, & nu.30.*
12 *Decretum obreptitium nullum est.*
13 *Dies inceptus, an & quando pro completo habeatur.*
14 *Genitiuus possessionem importat.*
15 *Verbum peruenit quid significet.*
16 *Dictio ad, pro iuxta ponitur.*
17 *Verba executiua ad creditorem referta an ad ius fauorem apposita intelligitur.*
18 *Minor non potest manumittere, nisi prætore sedente in loco maiorum præsente.*
19 *Manumissio ex uindicta, an sit delegabilis.*
20 *Minor xxv. annis, an possit esse procurator ad iuditia, & numero.25.*
21 *Seruus potest esse procurator ad negocia, & nu.24.*
22 *Procurator constitutus ad negocia, potest agere & experiri in iudicio.*
23 *Procurator ad iudicia non substituit procuratorem ante litem contestatam, sed procurator ad negocia sic.*
24 *Aduocatus minor.xvij.annis esse non potest.*
25 *Aduersarij conditio, per procuratorem interuentum deterior fieri non debet.*
26 *Minor dolo delinquens non restituitur.*
27 *Intellectus l.minori, & l.exigendi.C.de procuratoribus.*
28 *Canones attenduntur in articulo de iure ciuili dubio & claro de iure canonico.*

29 Leges non dedignantur canones imitari.
31 Vicarius an expelli possit prætextu in eruditionis ab eo qui illum ad annum conduxit.
33 In re dubia & perplexa, semper media via est eligenda.
34 Lex noua corrigens in uno casu, ad alium similem non extenditur.

§. EADEM LEGE AELIA SENTIA. Minori viginti annis ita demum manumittere permittitur, si causa cognita fuerit à iudice probata, & hoc in actu inter viuos, in vltima vero voluntate libere manumitti potest, si manumissio. xvij. annum compleuerit, & xvij. tetigerit. hoc dicit. secundum gloss. & communem sententiam. Diuiditur in septem. Nam in prima ponitur dictum, in quo habetur, minori non licere manumittere sine causa. In secunda describit quæ sint iustæ causæ manumittendi. In tertia respondet cuidam tacitæ quæstioni. In quarta oppo. contra l. Aeliam Sentiam. In quinta soluit. In sexta ponit ius non nouum. In septima, iuris noui rationem. Secunda ibi, [iustæ.] Tertia ibi, [semel.] Quarta ibi, [cum ergo.] Quinta ibi, [sed cum libertas.] Sexta ibi, [ideo] Septima ibi, [cum enim.] Nota.[a] summarium.

ADDITIO.

a Not. Not. primo ex text. ibi, iustæ causæ, quòd manumissiones fiendæ à minore, debent fieri ex iusta causa: de cuius iustitia relinquitur arbitrio iudicis: quia quando dubitatur de probatione causæ status, relinquitur arbitrio iudicis l. etiam. in princ. ff. de ma. vin. † sicut & aliàs statur declarationi iudicis super forma mittendi ad consilium sapientis, vt not. Bartol. in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. si de qualitate. ff. de iureiurand. Ias. May.

Secundò not. minori. xx. annis sine causa non licere manumittere seruum: & hoc verum est olim & hodie, si manumittatur actu inter viuos. Si autem manumittatur in vltima voluntate, aliter disponitur, vt infra videbitis. Item not. iustas causas manumittendi quæ habentur in text.[a]

ADDITIO.

a Quæ habentur in text. Per istas causas hic enumeratas patet, quòd pater potest conferre beneficium manumissionis filio, & econuerso, Ex quo infertur, quòd pater doctor potest dare insignia doctoratus filio, & econtra, & similiter pater miles, & econtra. l. j. & ij. ff. de offic. præsid. Ias. May. Et dum in text. ponitur iusta causa manumittendi, scilicet procuratoris habendi gratia, oppone de l. fina. ff. de manu. vindic. & ibi glo. ita opponit & nihil soluit. Ias. May.

Tertiò not.† hic triplicem paternitatem, vna est per naturam instituta, hoc est, per generationem. Alia per doctrinam, vt ibi, pedagogum. Alia per nutritionem, vt ibi, nutricem aut educatorem. Adde quartam per regenerationem, vt est in eo qui leuat aliquem de sacro fonte. l. si quis alumnam. C. de nupt. Addite quintam per prælatum, vt est illa qua prælati patres appellantur, de qua in capit. cum nuncius. extra de testib. de quibus per Bald. in l. parentes C. de testib. Item not. in versi semel. manumissionem semel factam cum causæ demonstratione vel approbatione, non retractari, licet illa causa iniusta reperiatur. Item nota.† libertatem rem inæstimabilem appellari. concor. l. Paulus. ff. de fideicommis. lib. Item nota. quòd licet minori. xx. annis non liceat manumittere seruum sine causa inter viuos, licet tamen in vltima voluntate manumittere si. xvij. compleuerit, & xvij. attigerit. Sed hic quæro vltra Docto.† qua ætate mulier poterit manumittere seruum sine causa in testamento, & videtur quòd possit manumittere postquam compleuit xvj. ann.† Nam hic Imperator permittit masculo manumittere perfecto. xvij anno. Nam tunc media est via inter tempus habile manumissioni, iure veteri. Sed † mulier potest facere testamentum in xij. ann. l. qua ætate. ff. de testa. Et media via est in xvj. ann perfecto ergo illo tempore manumittere poterit in testamento. In contrarium facit primo, quòd iste versi. est correctiuus, & loquitur in masculo, vt probatur in versic. cum ergo in versi. xiiij. ergo non est extendendus ad fœminam. l. percipimus. C. de appella. Secundò moueor ratione.† Nam lex corrigens debet declarari secundum l. correctam. in authentic. de fi. ante do. §. fina. Sed lex Aelia Sentia.[a] correcta nullam faciebat differentiam inter masculum & fœminam, ergo nec hæc lex noua faciet. Præterea & tertio, Nam licet iste ver. loquatur in masculo, debet tamen extendi ad fœminam in eadem ætate, quia † lex noua corrigens suscipit extensionem virtute regulæ iuris antiqui. l. si quis seruo. C. de furt ergo iste versi. virtute legis Aeliæ Sentiæ, quæ parificat masculum fœminæ in ætate, intelligi debet etiam in fœmina. Tenendo contrarium possetis respondere, quòd ista argumenta faciunt pro, & non contra. Si enim virtute legis antiquæ æquiparatur fœmina masculo, quemadmodum in isto versic. media via eligitur in masculo, ita & in fœmina erit eligenda. Quicquid sit hodie iure nouissimo, fœmina in xij. anno. manumittere potest in testamento, masculus in xiiij. vt dicam in gloss. in versic. compleuerit.

ADDITIO.

a Sed lex Aelia Sentia. Puto econtra, nam † lex antequam parificat contractus & vltimas voluntates. l. seruum filij §. eum qui. & l. quæ de legato. ff. de legat. j. & tamen lex noua corrigens. l. Aeliam Sentiam in vlti. voluntate, non corrigit inter viuos, vt vult glo. hic in versi. inter viuos. & omnes sequuntur, ergo ex parificatione non inducitur extensio in correctorijs, & hoc tenent Angel. in versi. cum ergo. Ias. May.

Item not.† mediam viam[a] esse eligenda.[b] concor. capit. quærenti. extra de offic. delega. ibi, & fiat istud cum media semper &c.

ADDITIONES.

a Mediam viam. Adde l. antiqui. ff. si pars hære. petantur.

b Eligenda. Sed aduerte, quia Imperator hic non videtur elegisse mediam viam, nam si lex Aelia Sentia volebat non esse minorem. xx. annis, & sic non requirebat quòd attigisset. xxj. & consequenter sufficiebat esse in vltima die. xx. anni, vt est text. in l. j. ff. de ma. & glo. j. hic, ergo Imperator non videtur eligere mediam viam si vult quòd attigerit. xvij. annum, quia satis esset quòd esset in vltima die xvij. anni. Cogita, nisi dicas quòd Imperator hic verè non velit eligere mediam viam, vt probat text. iste, ibi, non medium quodammodo. Et quòd non sit media via, patet etiam, quia esset differentia sex horarum, per d. l. qua ætate. ff. de test. Ias. May.

Finaliter not.[a] quòd cuicunque in xvj. anno pro alio postulare conceditur, de quo statim infra in glo.

ADDITIO.

a Not. Adde etiam. & not. ex isto text. ibi semel autem causa. cum gloss. † quòd decretum interpositum ex causa non iusta, sed tamen approbata: vel ex falsa causa, valet, & non potest tractari, quod est verum si falsa causa fuerat allegata & approbata, sine obiectione & dolo patris & iudicis, vt hic. & l. iusta. §. j. ff de ma. vin. & in præsentia patris, non in absentia. vt l. j. C. si ex fal. alleg. ex. si Sed † si decretum fuerit obreptitium, tunc est ipso iure nullum. l. cum verò. §. subuentum. de fideicom. libe. & l. si præses. C. de prædi. mi. vbi obreptio venit ex causa actoris asserentis esse debitum quod non erat. l. j. §. hæc verba. ff ne vis fiat ei siue ex causa conuenti, quia dicebatur latitare, cum non latitaret. l. Fulcinius. §. si quis verò. ff. quib. ex causa poss. ea siue ex causa iudicis obreptionem scientis argu. à contrario sensu. in l. si fortè. ff. de offic. præsi. argu. l. quæsitum. cum ibi not. ff. de iudi. siue ex causa facti, quia detur tutor habenti tutorem quasi non haberet. l. tutor si petitus. ff. de tuto. & cur. da ab his. siue ex causa iuris, quia iudex pronunciat minorem. xiiij. annorum potuisse testari. l. ij. C. quando prouo. non est necess. & l. qui testamento. ff. de excusa. tuto. Et ista ponit Ang. de Aret. hic. Ias. May.

Not. ex fin. glo. in verb. minori quòd † dies inceptus habetur pro completo. Contra op. de. l. iij. §. minore. ff. de mino. Solu. lex fauore minoris ætatis operatur diem cœptam non haberi pro completa, hic autem fauor libertatis operatur eam pro completa haberi. Sed iterum contra oppo. de l. in omnibus. ff. de acti. & obli. Sol. illa loquitur in materia odiosa, & ideo propter odium dies incœpta non habetur pro completa. Secus autem est vbi tractamus de fauore, vt hic, & l. in vsucapionibus. ff. de vsucap. Si ergo quæratur, an dies incœpta habetur pro completa: dic, aut tempus profertur à lege, aut ab homine. Priore casu si loquimur in materia fauorabili, tunc dies incœpta habetur pro completa, & non completa, secundum quòd fauor dictauerit. vt supra dixi. Si vero loquimur in materia odiosa, tunc non habetur pro completa, dict. l. in omnibus. Posteriore vero casu quando tempus profertur ab homine, sunt distinguendi tres casus. Aut enim profertur in genitiuo, & non habetur pro completa. l. si cui. de legat. primo. Vnde si testator

lega-

legat tibi fundum cum eris.x.ann.non poteris petere fun-
14 dum nisi perfecto decennio. Ratio,† quia natura genitiui est
importare veram possessionem.l.j.§.j.ff.de relig. Bart.in rub.
de oper. nou. nunciatio. non potest ergo vere dici habere.x.
annos, nisi transiuerint. Aut tempus apponitur per accusa-
tiuum, & tunc siquidem apponitur cum verbo significante
perfectionem, puta, lego tibi fundum cum perueneris ad x.
annos, tunc vltima dies incœpta decennij, non habetur pro
completa & perfecta.l.non putabant.ff.de condi.& demon.
15 Ratio,† quia verbum, peruenit, rem perfectam significat. l.si
vrbana §.per noctare.ff.de verb. signi.l.j.in fi.ff. quod quis-
que iur. Aut ponitur in accusatiuo sine verbo significante
perfectionem, puta, lego tibi fundum ad x. annum ætatis
16 tuæ, & tunc dies incæpta habetur pro completa,† quia di-
ctio, ad, ponitur pro iuxta.l.quidam Iberus. ff. de ser.vrban.
præ.l.si vitem.§.qui ianuam. ff. quod vi aut clam. Aut tem-
pus profertur in ablatiuo, & dic. aut verba executiua refe-
runtur ad debitorem.& dies incœpta non habetur pro com
pleta.l.qui hoc anno.ff.de verbo.obliga.§. qui hoc anno.in-
fra, de inuti. stipu. Vnde si dico, dabo tibi hoc anno mille,
non poteris me conuenire nisi elapsis omnibus partibus an-
ni. Ratio, quia quando verba executiua referuntur ad debi-
torem, tempus intelligitur appositum ad eius fauorem, vt
longam habeat dilationem. Regitur ergo secundum quòd
fauor debitoris dictat, qui est vt non habeatur pro comple-
17 ta.l.cum qui calendis §.fina.ff de verbor.obliga.† Aut verba
executiua referuntur ad creditorem, puta, habebis à me.x.
anno mille, & tunc quia verba executiua sunt prolata in tui
fauorem, dies cœpta habetur pro completa. l.si ita libertas.
ff de ma testa. Et pro hoc facit glo.singu.in l.Lucio ff de le-
gat.ij.& hæc vera secundum communem opin. Doctorum.
Aliter tamen dixi in l.si cui.de legat.j.& dicatis vt ibi.

a Glo.apud concilium.[a]

ADDITIO.

a Concilium.† In glo.apud concilium. ibi.l.penult.§.penulti.& fin.hæc
28 prima expositio, vt per Angel.hic.& secundum me, iuncta expositione glo.
in §.multis.in versi. vt dicta supra de liber.vult vnum notabile, quòd li-
cet manumissio fienda à maiore possit fieri, coram prætore, in quocunque
loco, tamen fienda à minore, non possit fieri nisi prætore sedente in loco
maiorum. Et posset esse ratio quia isto secundo casu requirit plenam cau-
sæ cognitionem vt dixi in §.multis. & hic per Ange.de Are.in ij. parti.
29 glo.dic vt hic per Ange.de Are.quem vidi infra.Ias.May.In dict.glos.in
verbo apud concilium, Vltra ea quæ statim dixi, aduerte, quòd ista glo. in
fin. ad quam nemo aduertit secundum Nicola. de Neapo. vult, quòd ma-
numissio ex vindicta competat iure magistratus, ergo est delegabilis, quia
ista sunt correlatiua.vt l.j.in prior.de offic.eius cui man.est iuris quod est
falsum, vt l.ij.in princ.eod.titu contra gloss.j. Et dicit Nicol. de Neapo.se
non videre qualiter hæc glo.possit sustineri. Tu dic secundum quòd vult
gloss.& alij in dict.l.ij.in princ & Ange.de Are.hic, si manumissio est fien-
da à maiore, tunc quia non requiritur plena causæ cognitio, possit fieri co-
ram quocunque magistratu & est voluntariæ iurisdictionis.& posset dele-
gari, ita saluetur glo. hic. Si autem est fienda à minore, tunc quia requiri-
tur plena causæ cognitio, non est voluntariæ iurisdictionis, nec posset de-
legari, ita loquitur d.l.ij.in princ.& ibi glo. Vnde si referas istam glo.ad §.
nostrum malè diceret, nec posset saluari.Ias.May.

a Glo.in versi.patrem.[a]

ADDITIO.

a Patrem. In glo.patrem.dum dicit, quòd si seruus habeat filium ex domi-
na, quòd ille est filius & dominus, hoc dictum de domino videtur mihi
quòd sit contra.d.l.j.vbi illa filius habet esse in noda libertate, & nihil de-
bet habere de bonis matris vllo iure. Nisi sustinendo glo. dixeris illum text.
loqui postquam quis fuit accusatus.Ias.May.

20 In fin.glo.in verbo.xvij.colligitur, quòd† minor.xxv.ann.
a non potest esse procurator[a] ad iudicium, & hanc opinio.te-
nuere communiter Doctor. pro qua allegatur primo. l. mi-
nor. ff. de procu. Secundò allegatur. l. exigendi.C.eod.titu.
Tertiò allegatur ratio. Nam in persona procuratoris fun-
datur substantia iudicij.l.j.C.de senten.& interlo.omni.iud.
ergo eius persona debet esse legitima, hoc est, annorum.xxv.
l.j & ij.C.qui legiti.perso.stan.in iudicio habent.l.fina. C. de
his qui ve. æta. impe. Oldr. verò & Iacob. de Aretio.tenent
contra.gloss.dicentes, quòd maior.xvij.an licet minor xxv.
potest esse procurator. mouentur per l.si collactaneu. ff. de
manumissi. Secundò mouentur per hunc text.qui necessa-
rio intelligi debet de procuratore ad iudicia. Nam si intel-
ligeretur de procuratore ad negocia hæc non esset iusta cau
21 sa manumittendi,† cum seruus ita possit procurator con-
stitui ad negocia sicut homo liber.l.denique.§.fina.ff. de mi-
nor.l.& si quid.§.parui.ff.de instit. Præterea frustratorie hic
requireretur ætas.xvij.anno.cum ætate minori ad negocia
procurator constitui posset.l.nam & plerique.ff.de instito.
22 & l.denique.§.fina.infra eod.titu † Tertiò mouentur, nam
procurator constitutus ad negocia potest agere & experiri
in iudicio. capitu. qui generaliter. de procura.libr.vj. Cum
ergo minor.xxv.anno.maior.xvij.potest pro alio postula-
re.l.j.§.pueritiam.ff.de posthu § fina.infra eod.ergo po-
terit procurator constitui, consequentia est bona.l.j §.j.de
b postul.[b]

ADDITIONES.

a Procurator. Adde & dic, quòd regulariter procur.ad iudicia debet esse
maior vigintiquinque annis, vt hic in glo. Fallit primo ista regula in filio
comparente pro patre absente in iudicio, qui licet sit minor, tamen valet
eius comparitio, nec hoc casu potest petere restitu.in integrum, si lædatur
pater, iste est casus in dict.l.exigendi. C.de procu.& ib. nota Adde etiam
23 quòd maxima est differentia vltra hanc de qua in glo inter † procuratorem
ad negocia, & ad iudicia quia procurator ad iudicia, non potest procura-
torem substituere ante litem contesta. l.procuratoribus & l.neque. C. de
procur. sed procurator ad negocia sic per l.si procura.§.j. ff.mand. Adde
24 quòd † aduocatus non potest esse minor.xvij.annis.infra eod.§.cum enim.
l.j.§.pueritiam.de postu.sed Iacob.de Aretio. & Oldr. intellexerunt quod
hic dicitur, quòd seruus maior.xvij.annis, possit manumitti vt sit procura-
tor, vt intelligatur ad iudicia, quia ad negocia seruus potest esse procura-
tor. l. seruum quoque. in princip.ff.de procurato.& l.j.§.cum autem ff de
exerci. sed Doctor.in dict.l.exigendi. C. de procura.& in l. si minor. ff. de
minor. tenent contrarium pro quibus est hodie casus in dict. capit.& ge-
neraliter. vbi non potest minor.xxv.annis esse procurator ad iudicia, nisi
in casu singulari.dict.l.exigendi. sed seruus bene potest esse generalis in-
25 stitor vt iuribus allegat.† An minor.xxv.ann. possit esse procurator ad iu-
dicia? Dum gloss.hic allega.l.si procuratorem. Adde quod est in §.si quis
mandauerit. Et pro hac parte facit, quia per interuentum procuratoris non
debet fieri deterior conditio aduersarij. l. ij. §. defendi. ff ex quib cau.in
possess. Sed ita esset hic, nam si minor committeret delictum, puta esset
contumax, restituitur. l.j. C. si aduer. delic. & tamen principalis dominus
non. Sed dic quòd illud non debet esse in consideratione ad impediendam
26 constitutionem procuratoris, cum quilibet præsumatur bonus, quia † si
minor dolo deliquit, non restituitur. dict.l.j.& l. ex causa. §. penalit. ff. de
minor si verò sine dolo fuisset contumax. etiam maior posset restitui ex
clausula, si qua mihi iusta causa &c. per illam not. doct. maxime Barto. in l. j.
§.si quis propter.ff.de rei.actuque priua.de quo habes plures glo. vt ibi dixi
Ias.May.
b L.j.§.j.ff.de postu. Adde dum hic allegatur.l.j.§.j.de postulando. Me-
lius per l.militem. C.de procurato. Sed dic illud esse verum vbi est eadem
ratio, vt ibi, scilicet ne propter officium procurationis nocentur ab officio
armorum, quæ ratio etiam militat in aduocatione. Pro hac etiam parte
videtur quòd possit induci.dict.l.minor.xxv.annis. quæ adducitur in con-
trarium hoc modo. Nam dicitur ibi, quòd minor. xxv.ann. non potest esse
defensor, quia restitui possit: ergo si non posset restitui, posset esse defen-
sor. sed minor constitutus procurator habet mandatum, alias non esset
procurator vt patet ex diffinitione posita in l.j.C.de procur.ergo non po-
test restitui. l. eum mandato. in princip. ff.de mino. ergo poterit esse de-
fensor. Sed aduerte respondendo, quòd licet in dict.l.minor ponatur solum
illa ratio scilicet ne restituatur. tamen in l. exigendi ponitur alia. scili-
cet quia non est legitima persona: vnde tunc succedit. quòd quando duæ
rationes sunt, licet cesset vna, si habet locum alia satis est &c.Ias.May.

Finaliter mouentur quòd imputari debet domino qui
constituit procuratorem ætate minori, argument.in l. man-
27 dato.§.fina.ff.de minorib.† Non obst.l.minori.& l.exigendi.
quia loquuntur in procuratore interueniente ex parte rei si-
ne mandato, in cuius persona fit executio.l.iij. de sentent.
& re iudi l. Plautius.ff. de procur. Secus est in procurato-
re ab actore constituto, quia tunc subest, quod constituen-
ti imputari potest. Non obst. quòd minor non habebat le-
gitimam personam, quia istud verum est quando interue-
nit cum mandato alterius personæ, seu defectus ex per-
sona constituentis suppletur, quod consideratur. argu-
mentum optimum in l. neque per se. C. de hæredi. institu.
in l. non ideo minus.ff.eodem. Tamen hodie ista quæ-
stio est sedata per ius canonicum, quo est statutum
quòd in iudicijs requiratur ætas. vigintiquinque annorum,

in negocijs vero, xvij. capit qui generaliter. de procura. libr. 28 vj. & ita est tenendum.† quia vbi articulus est dubius de iure ciuili, & clarus de iure canonico, sequimur ius canonicum, 29 etiam in terris imperij, quia non dedignantur leges [a] sacros canones imitari. capit. dilecti. de iudic. capit. penulti. de donatio. inter vir. & vxor. capit. j. de oper. nou. nunciatio. In gl. in verbo siue falsa. ibi l. qui agnitis. pro gloss. quæ bene dicit adduco. l. cum verbo. §. subuentum. de fideicommiss. lib. Sua- 30 detur & ratione. † nam quando iudex interponit decretum ob falsam causam, id est, non veram, non interponit neque consentit vt iudex, quia error circumscripsit consensum, & ideo decretum nullum, tanquam euacuatum voluntate prætoris. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & l. Seiæ egtestæ. l. tutor. si petitus. ff. de tuto. & cura. da. ab is. l. j. §. quæsitum. ff. de appel. l. j. & ij. ff. de iudi. l. Pantonius. de acquiren. hæredi. l. si per errorem. ff. de iurisdict. omni. iudic. In fin. glo. in ver- 31 bo retractatur, ex hac gloss. dicit Bald. quòd † potestas qui conduxit vicarium [b] vsque ad annum, si ignarus reperiatur potest eum repellere, & hoc fauore reipubli. quam debet administrare.

ADDITIONES.

a Leges. Adde. capitut. vltim. de secund. nupt. & per gloss. summe. x. distinctio.

b Vicarium. An potestas qui conduxit vicarium vsque ad annum, possit ipsum expellere ante annum si videt eum ignarum literarum. vide infra quib. mod. ie contra. obli. in princip. & Barto. in l. cum quid. ff. si cert. peta. Ias. May.

In glo. in verbo: sed cum libertas. ibi. l. libertas. Concludit ergo gloss. quòd pretium liberi hominis venditi penés emptorem remanet. Sed puto glo. bene non dicere per. l. j. ff. qui. ad lib. proclama. non licet. Præterea lex quæ requirat pretium debere apponi in homine libero qui patitur se venundari, & vult illum participare, quòd non faceret hoc casu, ergo frustratoria esset hæc restitutio pretij. & hoc vi- 32 detur tenere glo in §. fina. supra de iure perso. † Ad argumentum quòd libertas est inæstimabilis. [a] fateor. sed hic non æstimatur libertas, sed æstimatur seruitus puratiua, quia ille qui emit, puta hunc seruum esse, aliter esset emptio nulla. l. & liberi. ff. de contrahenda emptione. cum similibus.

ADDITIO.

a Inestimabilis. Aduerte quòd glo. probat quòd libertas sit inæstimabilis, hoc modo Si liber homo vendit se ad pretium participandum, pretium remanet penes emptorem, ergo libertas est inæstimabilis. Sed ista non videtur bona consequentia, & prima fronte illud argament. gloss. nullo modo videtur concludere. Sed secundùm Nico. de Neapo. hic gloss. voluit hoc modo probare, si liber homo vendatur ad pretium participandum, licet venditor aut venditus non habeant pretium, tamen ille efficitur seruus. & sic licet pretium non fuerit factum venditoria, quod est de natura emptionis. vt ff. de actio. empti. l. ex empto. in princip. tamen ille liber est effectus seruus emptoris. & sic est inæstimabilis, quia de pretio non curatur. Sed certè hoc non sonat aut sapit. Ias. May.

a In fin. dicite, quòd in re dubia & perplexa media [a] via est 33 eligenda. & ita loquitur hic. At in re clara & aperta, † nequaquam loquuntur iura contraria. Quod facit contra consuetudinem rusticorum qui in re quomodocunque clara per medium iudicant, vt nota. in gloss. eod l. Nesennius.

ADDITIO.

a Media via. Dic, quòd aut est maior præsumptio pro vna parte quàm pro alia & tunc non eligitur media via. d. l. Nesennius. in fin. & quod ibi, not. glo. contra sententiam rusticorum. Secus quando non esset maior præsumptio pro vna parte quàm pro alia, ita dicit glo. in l. sed si lege. §. adeo. ff. de peti. hæredi. Secundùm Angel. de Aretio. hic. Ias. May.

a Glo. impleuerit. [a]

ADDITIO.

a Impleuerit. In glo. in verbo impleuerit ex hac glo. not. Ange. de Aretio. 34 hic. † quòd lex noua corrigens in vno casu, non extenditur ad alium similem casum, vel similem rationem habentem, declarando vt hic per eum. Sed illud habetur pro firma conclusione apud Doctor. in auth quas actiones. vt per Bald. & alios. C. de sacro sanc. eccle. & in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matri. per text. in l. præcipimus. in fin. & ibi Barto. C. de appel. quem allegat glo. hic. Sed ego pondero glo. istam velle aliud, quod est singulare, quòd si duo casus æquiparantur à lege antiqua, lex noua corrigens in vno, non intelligitur corrigere in alio. de quo dixi post Barto. in authent. & eo non obseruato. C. de testamen. Et quòd hic esset æquiparatio à l. antiqua, patet nedum per l. seruum filij. §. cum qui chyrographum. & l. quæ de lega. ff. de leg. j. & l. pactum. ff. de pact. sed in terminis proprijs est æquiparatio. infra de l. Fusia canina. & C. eod. & tamen lex noua, videlicet. §. j. in authentic. vt spon. largi. corrigens in vltima voluntate, non intelligitur corrigere inter viuos, vt hac glo. quam omnes hic sequuntur.

a Glo. in verb. postulare. [a]

ADDITIO.

a Postulare. In glo. postulare in fin. dic, quòd minor pro se esse non potest. dict. l. clarum. Si tamen sit in iudicio, & contra feratur sententia, valet iudicium, sed ipse habet beneficium restitutionis in integrum. l. cum & maiores. C. si aduer. rem iudi. & ista glo. ponit rationem, quare minor possit esse in iudicio pro alio, & non pro se. Et vide Angel. de Areti. hic, quia secundùm rationem gloss. hic, sequeretur quòd minor posset esse procurator ad iudicia, cuius contrarium tamen glo in hoc. §. in verbo septem. & ibi omnes tenent: vnde dic, vt per Angel. de Aretio. hic post Ioann. Fabr. Ias. May.

Aliæ glo. bene loquuntur.

De lege Fusia canina tollenda. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine: Supra visum est ex quibus causis manumissio fieri possit, vel non. verùm quia manumissio interdum prohibetur à lege Fusia canina, ideo de ea tractaturus intitulauit, de lege Fusia canina tollenda.

ADDITIO.

a Fusia Canina. Not. circa tit. de lege Fusia canina. quòd gloss. infra de ob. quæ ex qua. malefi. in princip. dicit quòd iudex dubitans circa hunc legem magis punitur in syndicatu quàm si dubitaret in l. Gallus. de libe. & posth. Ias. May.

1 *Libertas data dominis manumittendi seruos inter viuos, intelligitur quoque tributa in ultima uoluntate.*
2 *Iniuria reprobatur.*
3 *Argumentum de contractu ad ultimas uoluntates ualet.*
4 *Auaritiæ uitium maius est uitio prodigalitatis.*
5 *Mortuus non dicitur, qui ad mortem tendit.*
6 *Repertus portare, portasse non dicitur.*

1 LEGE FVSIA CANINA. † Potestas data dominis circa seruos manumittendos actu inter viuos, intelligitur quoque tributa in vltima voluntate, lege Fusia canina sublata, quæ cõtrarium statuebat. h. d. ibi, inuidiam scilicet apparentem. ibi alia causa, de quibus, vi- 2 dimus supra titu. j. Nota. summarium. Item not. † inuidiam a esse tollendam, [a] quod verum est actiuè, ne tu inuidiam alij feras: passiuè nequaquam. vnde Horatius Inuidiam placare paras virtute relicta. l. nec quicquam. §. fina. ff. de offic. 3 procon. & leg. & ibi glo Item not. † bonum esse argumentum de contractu ad vltimas voluntates, quod verum est affirmatiuè, vnde tenet consequentia, hoc fieri potest in contractu, ergo & in vlti. voluntate. Negatiuè verò non tenet, non enim sequitur, hoc fieri non potest in contractu, ergo nec vltima voluntate, vt supra titu. j. §. fina. de quo in l. seruum filij. §. eum qui chyrographum. de lega. j. In glo. in verbo Fusia. in 4 fin. hæc glo. argu. præstat, quòd † vitium auaritiæ sit maius vitio prodigalitatis. Nam auarus non ipse fruitur facultatibus, nec alium frui permittit, vnde quodammodo canis appellatur auarus. prodigus vero, & sipse non fruatur, alium 5 frui permittit. In fin. gloss. in verbo, morientibus. not. † quòd viuus moritur. Ex qua gl infertur ad quæstionem. Si statuto caueatur, quòd si quis portauerit frumentum extra territorium puniatur in decem. si aliquis reperiatur in via portare, non debet puniri, sicut nec ille qui tendit ad mortem 6 non dicitur mortuus, † ita nec ille qui inuentus est portare, portasse dicitur, & ad hoc facit. l. j. in fin. quod quisque iuris, & quod notat gloss. in l. arboribus. §. cum illo. ff. de vsufruct. quæ dicit, lupus exit syluam, non tamen adhuc exiuit. de quo habetur in lege si fugitiui. C. de seruis fugitiuis.

a Tollendam. Adde quòd inuidia est quædam arbor cuius radix est maleuolentia, cuius frondes ira & odium, cuius flores irrisio & derisio, cuius fructus emulatio & detractio, cuius folia liuor & palor. & de hoc vide per Archid. in c. ait. xxv. distinct.

De his qui sunt sui vel alie. iuris. Rubrica.

Hæc rubrica continuatur ad præcedentes hoc ordine: Supra visum est de iure personarum, quemadmodum homines aut sunt serui, aut sunt liberi. Subsequenter visum est de ingenuis, de hinc qualiter serui libertatem nasciscantur vsque ad hunc tit. Verùm quia personarum alia est diuisio. ideo de ea tractaturus intitulauit, de his qui sunt sui vel alie. iur. &c. Ioan. Christopho. Porc.

1 ☞ *Imperator prius tractat de existentibus in potestate dominorum quàm parentum.*
2 *Contrariorum eadem est disciplina.*
3 *Dominica potestas in seruos quo iure prodicta sit.*
4 *Occidens suum seruum, ita punitur, ac si liberum occidisset.*
5 *Pater occidens filios tenetur.*
6 *Moderata sæuitia domini in seruos permittitur, sic & magistri in discipulos, propinqui in propinquos, patris in filios, mariti in uxorem, & abbatis in monachos. & nu. 8. & 9.*
Pater nimium sæuiens in filium, illum emancipare cogitur.
8 *Domino quando sit permissum seruum suum corrigere & occidere. & nu. 9.*
10 *Iudex nimis sæuerus ab officio repellitur.*
11 *Regula quòd quilibet in re sua est moderator & arbiter, quomodo intelligatur.*
12 *Vendere rem suam, nec operas locare, nemo cogitur.*
13 *Iudex ministro iustitiæ carens, uiles personas ad iustitiæ executionem cogere potest, & animalia priuati capere, mediante mercede. numero. 14.*
15 *Consuetudo quæ à Doctore attestatur seruari intelligitur.*
16 *Confugiens ad ecclesiam, an est quando capi possit.*
17 *A proprio uerborum significatu non est recedendum.*
18 *Acquisita per seruum, an quærantur domino. & nu. 20. & 24.*
19 *Seruus quod domino acquirit, prouenit ex ipsius domini tacita uoluntate.*
21 *Fictio in casu iniquo non operatur.*
22 *Acquisita illicitè per filium, an acquirantur patri.*
23 *Iurans seruare statuta, non tenetur seruare iniusta.*
25 *Potestas tributa magistro erga scholares, censetur tributa marito erga uxorem.*
26 *Fraus multipliciter fit.*
27 *Statutum prohibens portare frumentum an comprehendat portantem farinam.*

SEQVITVR de iure personarum. Non summatur, quia diuidendo procedit. Diuiditur ergo in quatuor partes. Nam in prima ponit vnam diuisionem personarum. In secunda ponit vnam subdiuisionem. In tertia attestatur de quo membro diuisionis sit in primis tractaturus. In quarta incipit tractatum. Secunda ibi, [rursus] Tertia ibi, [videamus] Quarta ibi, [in potestate] illa quarta diuiditur in duas. Nam in prima ponit quid sit ius dominicæ potestatis iuris gentium. In secunda illam potestatem mitigat. Secunda ibi, [sed hoc tempore] illa secunda subdiuiditur in tres. Nam in prima mitigat dominicam potestatem quo ad mortem & vitam seruorum. In secunda mitigat quo ad eorum originem. In tertia hanc mitigationem probat auctoritate diui Pij. Secunda ibi, [sed maior] Tertia
a ibi, [cuius rescripti.] ibi alia diuisio, [a] scilicet ab illa quæ fuit apposita de iure persona in princ.

ADDITIO.

a Alia diuisio. Hic not. quòd † Imperator prius tractat de his qui sunt tam
1 in potestate dominorũ, quàm parentum, cuius contrarium videtur faciendũ. Puto ita fecisse, quia imperator supra in tribus titulis præcedentibus tractauit de seruis ac dominis, scilicet de manumissionibus quæ ad seruos pertinent, ideirco vt seruorum materiam continuaret, incepit à potestate quam habent domini in seruos, & maximè quia in sequentibus non tractabit amplius nisi de liberis personis, vnde vt hoc de per se ponerentur, primò posuit de seruis, & postea de liberis, ita puto posse dici. Posset etiam dici quòd potestas dominica est de iure gentium, vt hic text. sed patria potestas est de iure ciuili. infra titu. j. ergo prius tractauit de ea quæ est de iure gen. §. singulorum. infra de iure. ciui. Ias. May.

Not. primò secundam diuisionem personarum quia quædam sui iuris sunt, quædam autem alieno iuri subiectæ sunt. Not. secondò subdiuisionem personarum: quia quædam alieno iuri subiectæ sunt, quædam sunt in potestate parentum, quædam autem sunt in potestate dominorum,
2 Item nota. † quòd contrariorum eadem est disciplina.
a [a] quod verum intellige quo ad cognitionem, quia vno cognito, quo ad cognitionem cognoscitur & reliquum, vt hic, & l. j. ff. eod. Quo autem ad effectus contrariorum eadem non est disciplina, imo diuersa, quia ex contrarijs diuersi sequuntur effectus. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hæc similia sunt ff. de verborum obligationibus. Item
3 not. † dominicam potestatem in seruos proditam esse de iure gent. quòd verum est si loquimur de seruitute quæsita per hostilem capturam, quia talis seruitus essentialiter est de iure gen supra de iure persona. §. seruitus. & l. libertas. §. j de statu. homi. Si autem loquimur de seruitute quæsita per contractum venditionis, vel ex partu ancillarum, illa essentialiter est de iure ciuili, sed occasionaliter de iure gentium. § serui de iure personarum. l. seruitos. ff. de stat. homi. Item
4 not. † quòd olim tanta erat potestas dominorum, vt eisdem concederetur seruos interimere, & eadem erat tributa patribus versus filios. l. in suis. ff de liber. & posthu. Hodie
b verò est mitigata [b] in vtroque, quia dominus occidens ser-
c uum sine causa, punitur perinde [c] ac si alium occidisset.

ADDITIONES.

a Disciplina. Adde l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. intellige si est eadem ratio. secus si diuersa. vt est glo. ff. in cle. si. de appellat. Bal. in l. si prætica deser â. C. quomodo & quan iu iu. Car. Zab. in c. j. de eo qui mi. in possei.
5 † Not. etiam quòd est permissa moderata sæuitia dominis in seruos, & etiam vsufructuario non tamen licet seruum cicatricibus deformare. l. j. C. de emenda. seruo. iuncta. l. locum. §. ee eo ff. de vsufruct. Sic & permissa est marito in seruos dotales. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrimoni. Sic & magistro in discipulos. l. sed si quacunque. §. fina. ff. ad legem aquilia. l. item quæ. §. item Iulia. ff. loca. & sic permissa propinquis in propinquos. vt l. j. C. de emen. propinquorum. in glo. Et potest pater filium inobedientem facere incarcerari. & iudex debet castigare filium &c. ad arbitrium patris. l. filius. C. de pa tri. po. l. j. §. solent. ff. de offic. præfect. vrbano.
6 † Et si pater nimium sæuiat in filium, vel causam peccandi ponat, illum cogitur emancipare. l. fina. ff. si quis à pa. fue. ma. & l. si lenones. C. de epi. and. sic & marito est permissum ex causa legitima mulierem castigare & fustibus cedere: vt in §. si quis autem propriam vxorem. in authentic. vt liceat ma. & aui. x. col. viij. [Adde l. consensu. in §. j. C. de repu. & ibi Doctor. c. sic vij. quæstio. j & per Doctor. in capit. quemadmodum. de iureiurand & an possit eam carcerare. dic quòd non. vt est text. in capit. placuit. xxxiij. quæ. ij. capit. duo ista. aa ij. quæstio. iiij. Doctor. in capit. dudum. de conuer. coniug. & Docto. in c. ad audientiem. de homici.] Sic est permissa Abbati in monachum. vt not. glo. in capit. quod quis. de regul. iur. in vj. Et ista ponit hic Angel. de Are. quæ cadunt infra super glo. in verbo causa cognita. Ias. May.
b Mitigata. Adde dum supra dixi quòd † est permissa moderata sæuitia.
7 an autem dominus possit seruum corrigere & occidere occasione delicti cõmissi per illum: dic quòd sic in aliquibus casibus. Primò, si reperit eũ in adulterio cum vxore. l si seruum. ff. de verbor. obligatio. Secundò, si seruus dominum inuasum ab alio non adiuuerit. l. si percussor. in fi. ff ad Syllan. vbi glo. dicit quòd dominus potest eum occidere tanquam bestiam, e in hæc iusta causa, licet Iacob. de Are. ibi illam glo. reprobat. Ex alijs autem causis non potest eum occidere, sed bene in vinculis tenere. sed debet iudici præsentare. text. not. est in l. circumcidere. in fin. ff. de sica. secundùm Bar. in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Paterfamiliâs autem pro minoribus delictis domesticis potest familiam suam corrigere, emancipare, & carcerari. l. respiciendum. §. furta. ff. de pœn. & l. serui & filij ff. de furt. & l. j. §. si quis causæ. in glo. cohæredibus. ff. si quis testamento liber esse iussus fuer. &c. Ias. May.
c Punitur. Adde quòd hodie punitur ex l. cornelia, sicut occidens liberum. vt l. in de Neratius. § si dolo. ff ad legem Aquil. nisi probaret quòd ex vulneribus non esset mortuus, vt quia post triduum surrexit, & cum baculo incessit. vt in glo. j. C. de emanci. lib. & ideo debet adire medicum qui referat an vulnus sit mortale vel ne. capit. significasti. extra de homi. † fallit
8 si seruus interfectus esset occidi, vt quia esset repertus cum vxore causa adulterij, quia tunc licitum est eum occidere, & etiam si promisisset non offendere eum dominus, quia intelligitur hæc promissio, nisi aliud illicitum fecerit per quod hoc mereatur. l. si seruum. ff. de verborum obligationibus. Et sic nota. quod moderata sæuitia est permissa. vt infra scripsi. Ias. May.

Pater autem occidens filium[a] tenetur l. Cornel. de sica. l. j. ff. ad leg. Cornel. de sica. l. fin. C. de pat. potesta.

ADDITIO.

a Filium. Adde quòd pater occidens filium præsumitur ea improuiso occidisse. glo. in l. j. C. ad leg. Corne. de sica.

Item not. quòd si domini sunt nimium sæui in seruos, coguntur eos vendere,[a] & hoc fauore publicæ vtilitatis.[b]

ADDITIONES.

a Vendere. Et idem dicit † Barto in l. j. in finalibus verbis. ff. eod. per illum 10 text. quòd sicut propter nimiam seueritatem repellitur dominus à dominio serui, ita iudex propter nimiam seueritatem repellitur ab officio. Ias. May.

b Vtilitatis. Item not. ex hoc text. Angel. de Aret. hic in verbo expedit. n. 11 † quòd reipubli. interest ne quis malè vtatur re sua. Et sic secundùm eum, illud quod dicitur quòd in re sua propria quis est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & l. nemo. C. de iudi. vbi dicit text. æquum est vnicuique sua committere. intelligitur secundùm Ang. de Are. dummodo non abutatur. Ego puto quòd Ang. de Are. dicit contrarium casum legis. quia imò in re propria quilibet est moderator & arbiter, etiam in abutendo, vt est text qui reputatur singularis in l. sed si lege. §. consuluit. in verbo dum se abuti putant. ff. de peti. hære. Vnde ego dico quòd quilibet est moderator & arbiter in re propria etiam in abutendo: est verum nisi lex ei interdicat. vt hîc. Ias. May.

12 Regulariter † tamen nemo cogitur vendere rem suam, nec operas suas locare. l. neque emere. C. de iure deliber. Ex quo 13 inferunt Docto. & vide de facto, quòd † si aliquis sit damnatus vel decapitandus, nec reperiatur minister iustitiæ publicus, poterit capi vilis persona quæ eum decapitet, vel si talis decapitandus non posset ire ad locum iustitiæ, vel iudicij, posset capi equus[a] priuati, & super eo duci. ita not. Barto. & alij. in l. fi. §. fi. ff. de pigno. actio. & facit gl. in l. stipulatio. §. siue autem. ff. de damn. infect. quæ dixit, quòd fauore reipublicæ potest scriptor poni in compedibus, vt scribit Docto. 14 Sed hic † dubitatur vtrum talis electus ad decapitãdum, debeat consequi operarum suarum pretium. eodem modo, & pretium equi accepti per pecuniam debeat solui domino equi. allegatur hic text. quòd sic, eodem modo allegatur l. venditor. §. si constat. communia prædi. & l. ij. C. de his qui pro præ. ser. l. accipi. l. si quis sepulchrum. ff. de sepul. vio. & hoc verum de iure, quia interest reipubli. ne quis re sua male vtatur, vt hîc. & l. ij. ff. eo. Dicit tamen glo. singu. in l. si locus. ff. quemad. seruit. amit. quòd de consuetudine non so15 luitur pretium à repu. rei ablatæ à subdito per rempub. † Et ex hoc erit approbata consuetudo, quia quando vnus Doctor attestatur ita seruari de consuetudine, intelligitur seruata illa consuetudo.[b] ita not. Bald. in l. de quibus. ff. de leg.

ADDITIONES.

a Equus. Adde quòd pro iustitia exequenda iudex potest viles personas ad exequendum cogere, & animalia & currus priuatarum personarum capere. Barto. in l. iubemus nullam nauem. in princ. C. de sacr. sanct. eccles. Bal. & Albert. de Rosa. in l. fin. §. Titius. ff. de pigno. actio. Floria. de S. Pet. in l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. Paris. de Puteo in tract. syndica. in versic. captura col. pen. ver. an officialis possit capere Hippol. de Marsil. in l. j. in princ. iij. versi. & incidenter. ff. ad l. Corne. de sicar. Franc. Cortl in. notan l. imperium. col. vij. versic. postremo in quantum gl. ff. de iur. omni. iudic. Rob. Mara in tracta. ordi. iudicio. in vj. par. in iij. actu nu. 16. & Excellentissimum Do. Iodocum. Damhouderium in sua praxi. crimi. c. lxxxj. nu. . Io. Bapt. Ziletti Venetus.

b ff. de legib. Not. etiam ex text. in ver. ædem sacram. iuncta gloss. quòd 16 † fugien. ad ecclesiam est securus, nec in ea potest capi. l. ij. & fin. C. de his qui a l. eccle. confu. Idem de fugientibus in cæmeteria ecclesiæ consecrata. xv. quæst. ij. si quis contumax. & fit punitio per iudicem ecclesiasticũ. de his qui fiunt in ecclesia, vt per Doctor. maximè Cyn. in l. fin. C. de his qui a l. eccle. confu. & hoc verum nisi pro illo delicto veniret pœna corporalis imponenda. quia tunc posset capi, vt no. glo. in § neque in autent. de man. princip. & hoc de iure ciuili. De iure autem canonico, si delinquit in ecclesia, non iuuatur. c. fin. extra de immu. eccle. si autem extra ecclesiam, iuuatur vt non puniatur personaliter vel in membro, nisi sit publicus latro, text. est in c. inter alia. de immu. eccle. Ias. May. [Adde quòd latrones non tuentur loca sacra Excellentissimum D. Iodocum Damhouderium in suo enchiridio crimi. c. lxxvj. c. species item homicidij. nu. 4. & in c. cvj. incip. tametsi longe. nu. 6. & 9. Ioan. Bapti. Z. Ictus.]

Similiter not. quòd ille qui fraudem committit in legem actu est puniendus. In glo. j. ibi filiusfami. hæc glo communiter reprehenditur quia innuit quòd filijfami. sint serui, ex quo clauduntur sub illo membro diuisionis. Aut sunt serui, hoc autem est falsum, quia licet filij non sint liberi à patria potestate, dicuntur tamen liberi à seruitute. In fin. glo. dicite, quòd ista diuisio partim est de iure gentium, partim de iure ciuili. Nam inquantum loquimur de potestate dominorũ, dicitur de iure gen. vt infra eod. versic. in potestate. Inquantum verò loquimur de patria potestate. dicitur de iure ciuili. l. nam & ciuium ff. eod. & infra titu. j. in princip.

Glo. in verbo quædam. Hæc glo. communiter approbatur. Non obst. §. si ab hostibus. quia dicitur ius esse in pendenti, inspecto futuro euentu, sed inspecto præsenti statu, dicũtur sui iuris, de quo latissimè ibi dicam. In gloss. esse ibi profuisse. vos dicite quòd verbum, esse, propriè stat inspecto in17 tegentium, † quia à proprio verborum significatu non est recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verba. ff. de lega. iij. In gl. 18 quæritur ibi, tenetur. No. quòd † acquisita per seruum, etiam ex causa iniusta, domino serui acquiruntur Sed Pet. de Bellapertica & in au. Fabr. tenent contra gloss. freti ratione tali. 19 † Nam quòd seruus domino acquirat. prouenit ex tacita voluntate domini, quia videtur hoc seruo mandasse. l. j. §. item acquirimus. ff. de acquir. posses. Sed dominus in dubio non præsumitur velle quòd seruus committat quid illicitum. l. si procurator. ff. de condi inde. l. creditores. §. fin ff. mand. ergo hæc acquisita ex causa iniusta, tanquam euacuata voluntate domini, domino non acquiruntur.[a] quam sententiam tenuit glo. in dict. l. quod seruus. & in l. j. ff. de commoda.

ADDITIO.

a Acquiruntur. † An acquisita per seruum etiam ex causa iusta, acquiran20 tur domino, vel ne. vide glo. infra per quas per. no acquir. §. pen. & vide in l. quod seruus. ff. de acquir. poss. Ias. May.

Sed contra eam fortiter facit text. in l. & seruos vetante. ff. de verbor. obligationi. & l. etiam inuitus. ff. de acquirend. rerum domi. vbi acquisita per seruum acquiruntur domino ignoranti & inuito. Doctor. communiter has dissonas opiniones concordant. Aut quærimus nunquid illicitè quæsita per seruum ex causa acquirantur domino, quo ad dominium & dicendum est quòd sic. dict. l. seruos & l. etiam præalle. Aut quæritur, nunquid acquirantur quo ad possessionem,[a] & dicunt quòd non, & ita loquitur d. l. seruus. Ratio differentiæ est, quia dominium acquiritur ignoranti. l. cum pater. §. surdo. de lega. ij. quia iuris est, sed possessio non acquiritur nisi volenti, quia facti est. & ita communiter tenetur.

ADDITIO.

a Possessionem. In possessione tu melius distingue. Aut quæris de ea quæ acquiritur ex re peculiari, & illa etiam iniusta acquiritur domino, quia est eadem ratio prout in dominio, quia acquiritur ignoranti. ita loquitur. l. ij. § Celsus cum sequen. alleg. in glo. Aut de ea quæ non acquiritur ex re peculiari, & quia illa non acquiritur nisi scienti, si erit iniusta non acquiritur domino, ita propriè loquitur. d. l. quod seruus, & si dices nonne possessio est facti, quomodo ergo acquiritur ignoranti? Dic secundùm glo. in l. j. C. de acqui. poss. & in l. possessio. in princ. ff. de acquir. poss. & in l. denique. ff. ex qui. cau. maior. & Barto. bene in l. si is qui pro emptore. in xj col. ff. de vsucap. quòd quædam est possessio quæ habet multum facti & multum iuris, vt est illa quæ acquiritur per seruum ex causa nõ peculiari. & in ista requiritur scientia domini, aliàs non acquiritur. d. §. Celsus. Quædam est quæ habet multũ facti & parum iuris, vt est illa quæ acquiritur per ipsummet, & dominum. Quædã est, & ratio, quæ habet multum iuris & parum facti, vt est illa quæ acquiritur per seruum ex re peculiari. & illa cum habeat multùm iuris acquiritur ignoranti. Sed caue, quia contra istam dist. facit. d. l. quod seruus. vnde cogita Ias. May.

Putarem tamen indistinctè, illicitè[a] acquisita per seruum non acquiri domino. Moueor ratione tali. Nam quòd seruus acquirat domino prouenit ex virtute legis quæ ita statuit, vnde non est verosimile quòd l. voluerit ita statuisse in casu improbato & illicito, cum lex sit sanctio sancta. c. erit autem lex. distinct. j. Præterea quòd seruus acquirat domino, hoc prouenit ex quadam fictione legis, quæ fingit personam serui esse eandem cum persona domini. §. ei qui. infra 21 de inuti. stipu. † Sed fictio non operatur in casu iniquo. l. denique. & l. nec vtilem. ff. ex quib. caus. manumittitur. ergo non operabitur in isto. Ad iura contraria facilè respondetur, quòd loquuntur in acquisitione ex iusta causa. Et licet generaliter loquantur restringere tamen ea conuenit

uenit, ne insurgat iniquitas, l. scire, opportet. §. consequens. & §. aliud. de excusa. Non ob. arg. gloss. quòd seruus non acquirit sibi, nec domino, sed remanebit possessio vacans, argu. optimum. l. quòd meo. §. j. de acquirenda possessione.

ADDITIO.

a Illicitè acquisita. † Adde quòd ea quæ hic dicuntur de seruo, etiam dicenda sunt de filio respectu patris, vt illicitè acquisita non acquirantur patri. & dicitur quòd filius vsurarius, quæ acquirit ex contractu fœneratitio non acquirit patri, nec communicatur cum fratribus. de quo est gl. in l. cum oportet. C. de bo. quæ libe. & per Bart. in d. l. quod seruus. ff. de 23 acqui. pos. & similiter si quis iurat seruare statuta alicuius ciuitatis, intelligitur quòd iurauit seruare ea quæ sunt iusta, vt not. in cap. j. de iureiur. in vj. Ias. May.

In fin. gl. inducitur hæc gl. in ar. ad. q. puta, habes seruum nomine Caium, ego habeo seruum nomine Sempronium, tu dicis Caio, & ego dico Sempronio, vade supra ponte Rheni, & si obuiabis homini libero, esto liber. Isti duo serui incontinenti vadunt & obuiant alter alteri, quis eorum erit liber, an alter, an neuter, an vterque. Hec glo. facit quòd vter-a que, quia eo momento[a] quo Sempronius obuiauit Caio seruo, est effectus liber, & Caius dicitur obuiasse libero. & ideo erit factus liber. de quo in l. Arethusa. ff. de sta. ho. & in l. si post mortem. in prin. de leg. j.

ADDITIO.

a Momento. Et aduerte dum glo. hic dicit, quòd quando † quæritur 24 libertas seruo, quòd momento acquiritur vt fiat liber. Ego puto gl. malè dicere, & contra tex. in l. placet. ff. de acqui. hæredi. vbi expressè dicitur quòd illud quod acquiritur per seruum non potest momento aliquo subsistere in personam serui, ergo acquisitio libertatis non potuit momento esse apud seruum, vt dicit ista glo. Vnde puto ad arg. glo. posse dici, quòd quicquid acquirit seruus, acquirit domino: hoc est verum, nisi sit tale quid quod possit acquiri ipsi seruo, vt probatur in §. sed cum factum. insti. de stipu. seruorum. Vel dic. quòd est verum si potest acquiri domino. quòd esset tamen nimium limitare. nisi dicas, quòd si nullo vnquam modo potest acquiri domino, acquiratur seruo. Ias. May.

In glos. causa cognita. ibi, secundùm Io. & Hæc gl. com-a muniter approbatur, & dicunt Doct. Idem in marito[a] erga 15 vxorem, & in magistro erga scholarem, † quia potestas tributa magistro erga scholarem, intelligitur tributa marito in vxorem, l. sed & si quæcunque. §. fin. ad. l. aqui. & ibi glos. in b fin. Glos. in verbo male vtatur,[b] (quia aliæ sunt claræ) dicit, quòd ille. §. licet debet intelligi quòd interesse priuati non tangit principaliter reipub. interesse, sed bene secundario, & in consequentiam, vt hic.

ADDITIO.

a ¶ In marito. Adde quòd iura modicum tantùm castigationem vxoris marito permittunt, Signorol. de Hommodeis in consil. lxiij. incip. Titius calce percussit. in prin. Bal. in l. sicut patronus. ff. de ope. liber. & in l. filius. ff. de par. potesta. Bonifaci. de Vitali. in tracta. malefi. in rub. Quibus concessa est correctio, in prin. Ludo. Roma. in sing. iiij. incip. licet vxorem Bartho. Cepol. in l. Marcellus. ff. de verbo. significa. Fely. in c. cum contingat. col. ft. versic. quam comercionem. extra de fo. competen. Clau. de Seysel. in l. vt vim. in j. lectu. col. j. versicu. quid autem si filius. ff. de iusti. & iu. Phi. Dec. in l. feminæ. nu. 52. ff. de reg. iur. Hippoly. de Marsil. in l. j. §. ad quæstionem. col. 4j. ver. attamen doctrina. ff. de quæst. & in eius pra. crimi. § aggredior. nu. 51. Iodo. Dambou. in pra. cri. c. cal j. nu. 5. Io. mil. in pra. eiusdem materiæ fol. 33. in glos. mandamus. nu. 41. 42. 43. & 44. & clarissim. Do. Petrum Follerium in pra. prædicti tituli. in ver. deutur capitula. num. 65. Io. Bap. Ziletus Venetus.

b Vtatur. In fi. gloss. in verbo vtatur. dic. quòd illa lex non ob. quia quis non tenetur de culpa vt ibi, & l. in re mandata. C. manda. sed de fæuitia & dolo sic, vt hic qui dolus præsumitur ex qualitate & atrocitate facti. l. j. ff. de doli exce p. vbi gl. notat. Ias. May.

16 In fin. glos. in verbo in fraudem dicit † quòd potest committere fraudem vendendo seruum, & conueniendo cum emptore vt postea seruum restituat, & sic fiat fraus legi de modo ad modum, facit. l. quamuis. §. si cum essem. ff. ad vel-a le. Aliquando tamen fit fraus rei ad rem. l. sed Iul. §. mutui. ad Mace. Vnde[a] statutum prohibens frumentum extra ciuitatem portari, & puniens portantem, intelligitur punire portantem farinam. quia facile fieret fraus de re ad rem. Aliquando tamen fit fraus de persona ad personam. l. iij. §. si debitorem. ff. de donatio. inter virum & vxo. Aliquando de contractu ad contractum. l. si sponsus. ff. eodem. & est gloss. ordina. in. l. contra legem. ff. de legi. dicatis vt ibi. & l. non dubium. C. de legi.

ADDITIO.

a Vnde statutum. † Statutum prohibens portare frumentum extra ci-17 uitatem, intelligitur prohibere quòd non portetur farina, vide Bart. in l. quæsitum. §. illud. ff. de lega. iij. & Alber. de Rosa. in libro statutorum, & vide etiam si statutum prohibet portare frumentum, ita quod portans perdat equum, si fuerat repertus, & aderit aliud statutum, quòd delinquens de nocte puniatur pœna amissionis rei, & quis sit repertus de nocte portare frumentum, vtrum debet condemnari pro duabus pœnis propter duo statuta, an pro vna, vide Bart. in l. Meuius. §. duobus. ff. de legatis. ij. Ias. May.

De patria potestate. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes, hoc ordine: Quia personarum quæ alieno iuri sunt subiectæ, quædam sunt in potestate dominorum, quedam verò in potestate parentum, vt supra titulo primo. in principio. visum est autem de his qui sunt in potestate dominorum. sequebatur meritò videre de his qui erant in potestate parentum. Ideoque intitulatum est de patria potestate.

1 ☞ *Nati ex legitimo matrimonio subsunt patriæ potestati.*
2 *Patria potestas quibus modis inducatur, remissiuè.*
3 *Matrimonium quando indiuiduum sit, & quando diuiduum.*
4 *Errans non dicitur consentire.*
5 *Patria potestas quibus competat, & quo iure prodita sit.*
6 *Nepos ex filia non est in potestate aui.*
7 *Filia maritata est semper in sui patris potestate.*
8 *Matrimonium unde dicatur.*
9 *Matrimonium an solo consensu contrahatur. & nu. 15.*
10 *Matrimonium metu contractum an subsistat.*
11 *Voluntas coacta uoluntas est.*
12 *Metu causam dans, an se illo metu iuuare possit, ad rescindendum matrimonium.*
13 *Intellectus ad c. ueniens extra de sponsalibus.*
14 *Matrimonium errore contractum, an uitietur.*
16 *Matrimonium quando dissolui possit.*
17 *Quos Deus coniunxit homo non separet.*
18 *Papa an possit dissoluere matrimonium.*
19 *Iudæi coniuncti in gradu prohibito post baptismum non separantur.*
20 *In spiritum sanctum peccat, qui imperatorem reprehendit.*
21 *Pater an possit obligare & uendere filium.*
22 *Extensio in statutis locum non habet.*
23 *Mater etiam propter famam, non potest filium uendere.*
24 *Filij an possint pro obsidibus dari.*
25 *Filius patrem in ius uocare non potest, etiam cum uenia. & numero 28.*
26 *Nulla obligatio ciuilis inter patrem & filium oritur.*
27 *Filius quando sine uenia patris, in iudicio esse possit.*
29 *Gallorum filij non sunt in potestate parentum.*

IN POTESTATE. Ius patriæ potestatis proditum est de iure ciuili, & filij, & filiæ, cæterique descendentes per lineam masculinam ex legitimo matrimonio, sunt in potestate parentum. Secus si per lineam fœmininam. h. dicit. Diuiditur in quatuor. Nam in prima ponit, qui liberi sunt in potestate parentum constituti. In secunda diffinit nuptias siue matrimonium. In tertia ponit, quibus competat ius patriæ potestatis. In quarta infert ex prædictis. Secunda ibi, [nuptiæ] Tertia ibi, [ius autem] Quarta ibi. [ex te & vxore. ma.]

ibi nostra. scilicet parentum. ibi vxore, scilicet legiti-1 ma. † Not. liberos ex legitimo matrimonio[a] natos esse in a potestate parentum, concordat. l. nam & ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

ADDITIO.

a Matrimonio. Et dum text. † hic dicit, patriam potestatem causari ex iustis nuptijs, adde tres modos per quos inducitur patria potestas. quos ponit glos. in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui. & refert Nic. de Neap. h c. Ias. May.

Item no. distinctionem nuptiarum, siue matrimonij, con-
a cor.l.j.ff.de ri.nup.a

a ff de rei nupt. Not.† quòd licet matrimonium dicatur indiuiduum, il-
3 lud intelligitur quo ad propositum, aliquando tamen dicitur diuiduum,
b vt l.consensu.C.de repud.& infra de nup.§.sunt & aliæ.in glos.& isti casus inconnumerantur in istis versibus. Error, conditio, votum, cognatio, crimen. Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas. Et si affinis, si forte coire nequibus. Hæc copulanda vetant, & connubia facta retractant.
4 Primum probatur, † quia qui errat non consentit. l. si per errorem. ff. de iuris.om.iu. Secundum, scilicet conditio, quia credebam contrahere cum libera, & contraxi cum serua.c.ij.extra de coniug.seruo. vel esset apposita conditio turpis, vt in c.si.extra de condi.apposi. Tertium, cognatio spiritualis, scilicet compaternitatis.c. Martinus Bertam. extra de cogna.spi.& vinculum adoptionis.l.adoptiuus.ff.de ri nup.& infra titu.seq. Quartum, si sit votum solenne, impedit: vt si vui ad susceptionem sacerdotij, vel sim professus, alias simplex votum impedit matrimonium, sed iam factum non dissoluit.capi.iij.extra de voto & voti rede. Crimen impedit matrimonium, sed iam factum non dirimit. nisi in tribus casibus. Primus est, cum adulter dat fidem cum adultera, viuente legitima vxore. Secundus est si adulter de facto contrahat cum adultera, viuente prima vxore. Tertius est, cum alter eorum cum effectu machinatus est mortem defuncti.c.transmissæ.de eo qui cogno.consan.vxor.suæ.& ibi no.Ias.May.
¶ Ad id quòd dicitur matrimonium indiuiduum. Adde Doc.in rubrica de sponsa. & per Io.de Fant.xxv.q.j.in gl.summę.

5 Item not.† quòd ius patriæ potestatis solùm competit ciuibus Romanis, hoc est, liberis hominibus. Ex quo colligunt Doct.quòd hoc ius patriæ potestatis est proditum de iure ciuili, & in hoc differt a iure dominicæ potestatis, quod est proditum de iure gentium, vt supra titul. primo.
6 est visum. Finaliter not.quòd † nepos ex filia non est in po-
7 testate tua. Et si dixeris, nonne† filia tua licet maritata est in potestate tua.l.si vxor.C.de condi.inser.ergo & nepos ex ea conceptus ventrem sequitur.l.partum C.de rei vendica. & supra de ingen.§.j. Respondetur, quòd partus sequitur ventrem, quo ad conditionem libertatis, & seruitutis, non autem quo ad ius patriæ potestatis, vt hic. In gloss. nuptiæ. ibi, Isidorus.vt habetur in capi.fœminæ.xxx.q.v.ibi, vt in-
8 risfiat. Hæc ratio non est bona.† Nam & vir ideo copulatur matrimonio, vt pater fiat.cap.j.extra de frigid. & male.ergo debuisset rectius appellari patrimonium sumpto nomine nobiliori, & respondetur quòd appellatur matrimonium propter maiora onera quæ portat mater, quia onerosa ante partum, dolorosa in partu, & laboriosa post partum.c.ex literis.extra de conuer. infide. & Papa ponit
a ibi hanc rationem. In fin glo.in verbo coniunctio.a colligi-
9 tur, quòd† matrimonium solo consensu contrahitur.b Sed
b dicet quis, pone† quòd iste consensus adhibeatur per metū,
10 an matrimonium erit nullum, an verò validum. Videtur quòd sit validum. quia actus qui solo consensu perficiun-
11 tur, robur quantumcunque ex consensu meticuloso.† quia voluntas coacta voluntas est.l. si mulier.§.si metu.ff. quod me.caus. In contrarium est veritas, quia matrimonium est nullum.cap.cum locum.extra de sponsa.not.glos in capit. cum abbas.extra de his quæ vi me.ve causa fi. Non obsti. contraria, quia lex interdum ad actus perfectionem requirit simpliciter consensum, & tunc actus solo consensu, licet meticuloso, celebratur. Aliquando lex non requirit consensum simpliciter, sed requirit cōsensum qualificatū. hoc est, consensum liberum, & tunc actum consensu meticuloso non celebrari. Vnde cum lex requirat consensum liberum in matrimonio, consensu meticuloso matrimonium non contrahitur.

12 †Sed quid si passus metum, huic metui causam dederit, an poterit rescindere actum per metum, Pone quòd tu cum virgine cum qua mutuus erat amor, fueris repertus in abscondito in domo, & coactus fuisti illam disponsare metu, an matrimonium tenebit. Videtur quòd sic. Nam licet ratione metus, gesta metu rescindi soleant.l.interpositas. C. de transf.tamen vbi quis dedit causam metui, non potest se illo metu iuuare lege si mulier, in princip.ff.quod me.cau. Cum ergo iste attentauerit rem illicitam eundo ad domum virginis, dedit causam metui, ergo se metu iuuare non potest.
13 In contrarium est veritas, † per c.veniens.extra de spon. Ad argumentum respondetur, quòd procedit in casu illo, in quo is qui metum inferebat, poterat de iure facere minus quàm se facturum pollicebatur. nam tunc non succurritur metum passo, licet causam metui dederit.l. nec timore.§.j. ff quod met.cau & est glos ordi.in d.l si videtur. Suadetur ratione: nam licet dederit causam metus, non tamen debuit rem illicitam attentare.l.extat. quod me. caus.ita loquitur
14 cap.veniens. Sed† quid si in matrimonio interuenitat error, an, matrimonium vitiabitur? dicite breuiter quòd quadruplex est error, scilicet error personæ, error conditionis, error qualitatis, & error fortunæ. Primi duo errores matrimonium impediunt, vnde si ego putans contrahere cum Berta, disponsaui Seiam, est error in persona, & ideo matrimonium nullum.capi.tua nos.extra de spon. Eodem modo si ego putans contrahere matrimonium cum libera, contraxi cum serua vel libertina, hic est error conditionis, & ideo matrimonium nullum.l.si constante.§.j.& ibi no.ff. sol.matrimo. Sed si ego putans contrahere cum diuite, id est, cum bona vetula, quæ dicebatur habere denarios sepultos, & reperta sit pauper, quia est error in fortuna, non vitiatur matrimonium. Eodem modo si ego putās contrahere matrimonium cum pulchra, contraxi forte per procuratorem, vt fieri solet.capi.si.extra de procur.in vj. & reperiatur turpis & fœtida, tunc quia est error in qualitate, matrimonium non vitiatur. hæc omnia habentur in c. cuidam.xxix.q.j.

ADDITIO.

a Coniunctio. In glo.in verbo, coniunctio. Ista glos.videtur velle † quòd
15 in matrimonio requiratur duplex coniunctio animorum, scilicet & corporum, quod videtur contra.l.cum fuerit.ff de condi.& demon. & l.nuptias ff.de re.iu. Puto posse sic dici, (dicat hinc Ange.quicquid velit, quem ego non intelligo) quòd aut consideramus matrimonium quo ad producendum in esse, & matrimonium solo consensu in esse producitur. ita loquuntur contraria. Aut loquitur postquam matrimonium est in esse productum, & tunc requiritur duplex coniunctio animorum & corporum, ita loquitur hæc glo. Et vltima theologica. verba in glo.hic, habes in tex. c.debitum.extra de biga.& ibi glo. Ias. May.
b Contrahitur. Adde c.sufficiat.xxvij.q.ij.c cum locum.de sponsa.& gl. vl.in c.vlt.de spon.duorum.
¶ ADDE Tex.in l.nuptias ff.d regu.iur. Ang.de Vbaldis seniorem in consi xxix.incip. Titius existens in princip. Franc. Curt.iunio.in consilio clxx.incip.habita diligenti consideratione.num.10.Lud.Goyadi. in consi.lxxvij incip.prima facie videtur.nu.1.& 2.Maria. Sozin.iunio. in consi.xxix.incip.circa præsentem consultationem nu.2.in 1.vol & in cōs. lxxxix.incip.viso themate suprascripto.num.10.in iij.vol.Io. Bap Ziler.

16 In gloss. indiuiduam.ibi, quia vero.not. † matrimonia semel contracta dissolui posse missione repudij, quod est verum de iure ciuili, de iure autem canonico, † quos Deus con
a iunxit, homo a non separet, c.de infide. extra de consang. & affini. & hoc verum, si vterque sit habilis in matrimonio consummando. Nam si vir esset ita frigidus natura, quòd coire non possit, aut vxor ita arcta quòd cognosci non possit, posset matrimonium dissolui. ca.j.extra de frigi.& male. Expectari tamen debet per triennium, vt cognoscatur an coniungi possint.c.laudabilem.cod.titul. Si autem eo lapso coniungi non possent, poterit dissolui. Si tamen mulier de nouo alteri nupserit qui reseraueri t seras, debet ad alium redire scilicet ad primum cap.fraternitatis extra de fri.& ma-
18 le.† An Papa possit dissoluere matrimonium.b Dicite, aut
b copula carnalis est subsecuta, & Papa dissoluere non potest, si matrimonio habiles sunt. Aut copula non est subsecuta, & tunc potest. Ratio, quia matrimonium consummatum sortitur naturā ex constitutione diuina, contra quam Papa dispensare non potest. non consummatum verò sortitur ex constitutiōe ecclesię contra quam dispensare potest. hæc est gloss. in capi.ex publico.extra de conuer.coniu. Amplius hoc casu posset alter altero inuito intrare religionem,
c quod non permitteretur si carnalis esset subsecuta copula. c.verum.extra de conuer.coniug.
19 In gloss.ibi, ne quis. Sed pone† quòd duo iudęi contraxerunt matrimonium in casu prohibito, postea redeant ad rectam fidem, an sint separandi: dicite quòd non capitu. de infidelibus de consang.& affi.in fi.& optime facit.l.quædam.ff.de iurisdi om.iud.& l.e.exigere dotem.ff.de re iudic. Et idem est in disponsata per verba de præsenti, licet non fuerit ducta ad domum glos ordina in l.ea quæ.ff.ad muni. In eadem gloss.ibi, ideo addes. In hac gloss. inquantum ad-
20 dit hæc verba ad text. non bene loquitur, quia †imperatorem reprehendere est peccatum in spiritum sanctum. Vnde

de tenere text, vt iacet. Ad argumentum de concubina re-spondebitis, quòd illa coniunctio non habet consuetudinem indiuiduam, quia sola voluntate vtriusque, diuiditur matrimonium illud, vt in authen. vt supra dixi. Capio gl. in 21 verbo ius. ibi. l. ij Sed dicet† quis, solum l. permittit patri ven d dere filium.[d] ergo non extendetur ad obligationem, cum illa lex sit cōtra regulas iuris. Soluunt domini Doc. quòd hoc prouenit causa minoris præiudicij. nam si lex permittit vendere, ergo multomagis obligare. Ex qua gloss. colligitur, 22 quòd † in statutis habet locum extensio, vbi est maior ratio. 23 Et ita ibi dicit in d. l. j. † Mater autem non potest vendere filium etiam propter famen, habetur in d. l. ij & probatur in 24 d. l. transactionibus C. de transa. † An autem filij possent pro obsidibus dari, dicatis vt ibi. Ibi. l. fina. hoc intelligite in fi-e lio emancipato, vel in filio in potestate,[e] in causa tamen ca-f strensi vel quasi peculij, alioquin ex nulla[f] causa conueniri potest.

ADDITIONES.

a ¶ Homo non separet. Adde tex. in c. deinde. xxvj. dist. in c. Ebron. in fin. xiij. q. ij. in c. si quis cum matre. cum seq. xxxiij. q. ij. in c. inter corporalia. de transla. Episco. & in c. ex parte. de conuer. coniuga.

b Matrimonium. Adde Docto. in ca. ad dissoluendum. de despon. impu. Car. Zaba. in c. fin. in j. oppo. de spon. do. Ant. de But. in c. j. de transla præla. Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. de consti. Ant. de But in cap. is qui fidem. de spon.

c Religionem. Adde Archi. & Doc. in c. si euangelica. lv. di. & per Bal. in ij. §. catom. ff. de pustula.

d Filium. Adde glo. in c. quod non est. de reg. iur. & glo. in ca ij. de pign. & an filius possit agere contra patrem si venit ad pinguiorem formam. vide in d. l ij.

¶ ADDE, Quòd licet pater fame compulsus possit vendere filiū, prout etiam tenent Dy. in c. cum argumentum. extra de reg. iur. & Clarissimus præceptor meus Marcus Mantua Benauidius in rub. C. qui admitti nu. 9. Damhouderius. in sua. prax. crimi. in c. ex. inci. explicatis. num. 37. quod hoc locum non habet in filio presbytero, & ita singulariter dixit Host. in c. in decorum. extra de æta & qual. quem alij Doct. ibi sequuntur, quòd dictum refert & sequitur Ioan. An. in ca si quis. col. ij. ver. in adde, extra de furt. & Pet. Girar. in sing. c. inci. necessitas nu. 16 & Celeberrimus Doctor D. Hyppol. Riminaldus infra quibus aliena licet in princ. nu. 157. Et potest filius, cum pater ad pinguiorem fortunam venit, contra ipsum agere vt eum redimat, & ita dixit Bal. in c. ex rescripto. in fi. extra de iureiu. in quod dictum refert & sequitur Fely. in c. eum dilecta. co. antepen. versi. fallit, de rescrip & Hypp. de Marsil. in rub. ff. de fideiusso. colum. xxv. ver. & facit singulare verbum, & in l. etiam si redhibitus. colum. fin. ver. licet pater. ff. de questioni. & singu. incip. pater potest vendere. Ioan. Baptista Zilettus.

e In potestate. † Item aduerte, quòd glo. in secundo effecta dicit, quòd si 25 in postate non potest in ius vocare patrem, quòd est verum, etiam cum venia, vt hic plenè. & bene per Angel. de Are. At videtur quòd tertius effectus qui sequitur, sit superfluus, quia non potest in ius vocare, ergo non potest esse iudicium, cum iudicium incipiat à citatione, Salua opi. glos. quia secundus effectus loquitur in filio, qui filius non potest in ius vocare patrem. Tertius loquitur in patre, vt pater non possit habere iudicium cum filio. & ideo gl. cum ministerio in tertio effecta dixit, quia cum eis agendo iudicium habere possumus, & ita est veritas. Ias. May.

f Ex nulla. † Adde quòd nulla obligatio ciuilis oritur inter patrem & fi-26 lium, nisi in casibus enumeratis per glo. in l. lis nulla. ff. de re iudi. Et ratio est, quia sequeretur quòd quis esset obligatus sibi ipsi, quod esse non 27 potest. l. hæres. §. seruo. ff. de fideiusso. Adde † etiam dum dicit glos. filium b non posse esse in iudicio sine licentia patris, quòd hoc est verum, nisi sit procurator alicuius, vel tutor, ita tunc potest. c. quia tunc generaliter. de procu. lib. vj. Adde Spec. in titu. de actore. in §. j. ver. sed & filiusfamilias. & an possit esse in causis summarijs & executiuis. vide per Bal. in l. nec quicquam. in §. de plano. ff. de offi. procon. Bal. in l. ij. in §. sed vtrum. ff. de mino. & per Alex. de Imo. consi. lviij inci. viso processu &c. in j. col. in ij. vol. sed pen vlt. censetur habere legitimam personam standi in iudicio sine consensu patris, imo etiam patre prohibente, secundùm Baldum in d. §. necessitate. Et istud dictum Bal. sequitur Phil. in c. qui generaliter. in §. nedum, in j. no. de procu. lib. vj. Et no. hanc gl. in §. ius autem. quæ enumerat quot sint effectus patriæ potesta. Et dum glo. dicit quòd filius non potest esse in iudicio sine consensu patris, vide tamen Bar. in d. §. necessitate. 28 Item aduerte quòd dum glo. dicit. † Item in ius vocare patrem non potest filius, etiam cum venia. ille tertius casus qui sequitur videtur esse superfluus. Cogito, & salua. quia secundus loquitur in filio, tertius in patre, & dixi supra Ias. May.

a Glo. in versi. Ciuium.[a]

ADDITIO.

a Ciuium. In glo. in verbo ciuium Romanorum. Dum dicit † quòd filij 29 francigenarum non sunt in potestate parentum, adde quòd hanc gloss. in hoc reputat vnicam & singularem. Bal in ca. j. §. si duo fratres. alias ille. §. est. c. ij. in ti. de fratri. de nouo benefi. inuest. Hanc etiam gl Bal. commendat in c. j. an maritus succe. vxo in benefi. & vide totum in l. penult. in fin. cia. C. qui testa. fa. pos. & io c. c. j. an maritus suc. vxor. in benefi. licet Bal. quòd ista est singularis. Ias May. Adde quòd hanc Glo pro singulari citat & sequitur Lud. Rom. in l. omo. C. qui testa. face. pos. & ibi Alex. de Imo.

col. fin. ver. fallit secundo. in fin. & ibi etiam Ias col. ij. ver. secundo fiunt. And. Barba. in tract. de præstan. Cardi. in j. q. j. par. col. xix. ad fin. & seq. Ias. in l. frater à fratre. col. lxx. ad fi. ff. de condi. indebi. in j. lectu. & in l. morbus. in prin. col. v. ver. ex isto requisito infertur noniter. ff. de vulga. & pu. sub. & in l. quodcunque. in prin. corum. j. ver. hinc ego infero. ff. de ver. ob. Carol. Cuiia. in secundis suis memora. in ver. francigenę. Philip. Dec. in l. qui se patris col. j. ver. non ob. aliud dictum. C. vnde lib. & ibi excellentiss. D. Hippoly. Riminal. nu 51. Io. Bap. Zilettus Venetus.

De nuptijs. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes, hoc ordine, Nam supra visum est de patria potestate, verùm quia ea causatur ex iustis nuptijs, vt supra titu. j. in principio. ideo ordine competenti intitulatum est de nuptijs.

1 *¶ Filius sine consensu patris matrimonium contrahere potest.*
2 *Pro sponsalibus contractis pro filijs per parentes obligantur. ipsi filij, cum sunt presentes idemque est si sint absentes sed ratificent.*
3 *Furiosus retinet ius patriæ potestatis.*
4 *Furiosi filius & filia, sine parentum consensu matrimonium inire possunt.*
5 *Liberi tantum homines de iure ciuili matrimonium contrahunt.*
6 *Serui matrimonium contrahere possunt, sed tenētur domino seruitia exhibere. & nu. 10.*
7 *Si dominus à sua serua seruitium exigit, ab eaque maritus eodem tempore carnis debitum petit, prius uiro quàm domino illa parere debet.*
8 *Matrimonium contractum inter seruos consentiente domino, reddit illos liberos.*
9 *Filij nati ex concubina tanta extra domum ab uxorato, per subsequens matrimonium non legitimatur.*
11 *Pubertas aliter accipitur in matrimonio contrahendo, quàm in tutelis finiendis.*
12 *In sponsalibus contrahendis, tam in masculo quàm in fœmina, tempus est uniforme. secus in matrimonio contrahendo.*
13 *Sponsalia solo consensu fiunt.*
14 *In causa ecclesiastica Canones seruandi sunt, legibus uerò utendum est in utroque foro, cum decisio Canonica non reperitur.*
15 *Clericus qui inuentarium non conficit, ultra uires hereditarias tenetur.*
16 *Clericus testatoris iussum non exequens, omni lucro hereditario priuatur.*
17 *Clericus hæreditatem non aditam non transmittit.*
18 *Clericus possessionem perdit in is casibus, in quibus perdit laicus.*
19 *Lex succumbit canoni in materia spirituali, ubi canon contrariatur legi.*
20 *Leges & Canones an in utroque foro sint seruandi.*
21 *Papa potest legem tollere in iis quæ animæ periculum concernunt.*
22 *Aetas legitima superueniens confirmat matrimonium.*
23 *Matrimonium per uim contractum, spontanea copula carnali conualescit.*
24 *Copula carnalis facit transire sponsalia de futuro in matrimonium.*
25 *Senex ita ætate confectus qui non posit coire, an poterit matrimonium contrahere.*
26 *Matrimonij tria sunt dona.*
27 *Puer matrimonium contrahere non potest.*
28 *Delinquendi non est danda materia.*
29 *Intellectus ad l. sancimus. C. de nuptijs.*
30 *Duplex est consilium.*

IVSTAS AVTEM. Masculi puberes & fœminæ viripotentes ita demum matrimonium cōtrahere possunt, si parentum consensus interuenerit, dummodo parentes, legitimum consensum præstare possunt. hoc dicit. Diuiditur in tres. Nam in prima ponit dictum generale. In secunda illud declarat. In tertia determinat incidentem quæstionem. Secunda ibi, [masculi] Tertia ibi, [vnde quæsitum est] Ibi, ciues Romani, id est, liberi homines Ibi, ducere possit, id est, non precedente iussu patris. Not. primo quòd illi dicuntur inire iustas nuptias, qui coeunt secundùm præcepta ll. Ex quo colligitis quòd matrimonium

dicitur de iure ciuile formatione quod etiam tenuit glo.ſupra, de iure na.in prin. Secundo no, quòd matrimonium contrahatur recte, debet maſculus eſſe pubes, & fœmina viri potens. Item no. non poſſe contrahi matrimonium per filiumfa vel filiam ſine conſenſu[a] parentum, quia hoc & naturalis & ciuilis ratio ſuadet.

ADDITIO.

a Sine conſenſu. † An filius poſsit capere vxorem ſine conſenſu patris: dic quòd ſic hodie, vt extra de ſponſa. capitulo cum locum & extra de rapto. c. cum cauſa. Et id quod dicitur hic in tex. habet locum de honeſtate, non de neceſsitate, vt ſufficiat. xxvj. q. ij. & c. hoc icien. xxxij. q. iij. in glo. Adde tamen † quòd pro ſponſalibus contractis pro filijs per parentes, obligantur ipſi filij ſi ſunt præſentes, & idem ſi ſunt abſentes, ſed ratificent tacitè, vel expreſsè. cap. primo extra de ſponſa. in princ. in vj. Iaſ. May.

3 Subſequenter not. † patrem quantuncunque furioſum retinere ius patriæ poteſtatis. Nam & aliarum dominium non amittit. lege qui furere. ff. de ſtat. ho. Item not. † furioſi filium & filiam poſſe inire matrimonium ſine conſenſu parentum. Item not. quod facilius fuit permiſſum filię furioſi nubere ſine conſenſu patris, quam filio. Rationem videbitus ſuper glo.[a]

ADDITIO.

a Super gloſſ. † No. quòd de iure ciuili liberi homines contrahunt matrimonium, ſed ſerui non, contubernium, vt in glo. j. De iure autem canonico † etiam inter ſeruos eſt matrimonium. c. j. extra, de coniug. ſeruo. ſed tamen adhuc contracto matrimonio, tenetur præſtare ſeruitium domino, vt ibi, ſi ergo ſerua contrahat cum libero homine, eius partus mihi acquiritur. l. & ſeruorum. ff. de ſta. ho. Sed † quid ſi vir eodem tempore exiget debitum carnis, & ego dominus exigo ſeruitutem, cui parere debet? dic quòd viro, vt voluit glo. in d. c. j. quia opera modici temporis &c. vbi ſeruitium veniret præſtandum perſonæ mex. l. ſi quis in grani. §. rationes. ff. ad Sil. Nec poſſem ego dominus contracto matrimonio vendere eam alteri, & ſic ſoluere matrimonium, vt in gloſſ. d. c. j. quia fortius eſt vinculum ſpirituale, quam temporale vt ibi not. & vide de hoc in auth. ad hæc C. de latt. li. tollen. † Et hæc intelligas vera quando dominus non conſenſiſſet illi matrimonio, alias ſi conſenſiſſet tacitè vel expreſsè, quia ſciens non contradiceret, tunc ſerua efficitur libera, & ſimiliter ſeruus, vt habetur in d. authentica. ad hæc. Et iſta ponit hic Ang. de Are. Iaſ. May.

9 Adde † quòd in concubinatu requiritur indubitatus effectus, qui præſumitur propter cohabitationem, vt in matrimonio. & ideo filij nati ex concubina, quam quis habens vxorem tenebat extra domum, non dicuntur naſci ex concubina, & ideo non legitimentur per matrimonium poſtea ſubſequens, vt tenet Bar. in l. fi. ff. de concubinis. Iaſ. May.

a In fin.[a] gloſſ. primo. & de hoc text. habes in ca. j. extra, de coniug. ſeruo.

ADDITIO.

a In fi. gloſſ. Et dum glo. iſta dicit, † quòd inter ſeruos non contrahitur matrimonium, opponitur, & tamen videtur quòd inter eos poſſit eſſe matrimonium. nam eis competit diffinitio, & diffinitum. l. j. §. dolum. cum gloſſ. ff. de dolo. ſed ſeruo competit diffinitio matrimonij poſita ſupra tit. j. vt patet, ergo &c. Huic argumento non video quòd aliud poſſit bene reſponderi, niſi dicas quòd illa non ſit diffinitio matrimonij, ſed etymologia matrimonij, & arguere ab etymologia affirmatiuè non licet, & ſic non ob. Licet contra iſtam ſolutionem dum dico, quòd argumentum ab etymologia tenet negatiuè, non affirmatiuè, fortiter facit. l. j. ff. de fur. Sed hæc oppoſitio nihil eſt. Et quòd contubernia ſeruorum præſtent indiuiduam vitæ conſuetudinem, videtur eſſe tex. in l. poſſeſſum. C. commu. vtri. iudi. Vnde fortè pro ſolutione non poſſet aliud dici, niſi quòd illa verba. l. j. ff. de ritu nup. ſint addenda huic diffinitioni, & nihil obſtabit. Sed ſtudio, & bene, quòd imò in contubernio non eſt indiuidua coniunctio. text. eſt no. in §. ſi verò decretū & in §. ſi verò ab initio. in authent. de nup. hodie verò de iure canonico cum inter eos ſit matrimonium, nulla ratione poteſt diſſolui, etiam ſi inuitis dominis contraxerint. c. j. de con. ſer. Cogita tamen in. §. ſi verò ab initio. hoc dicat. Iaſ. May.

In fin. glo. in verbo puberes. hæc glo. non bene loquitur. 11 Nam † licet quo ad tutelas & teſtamenta ille appelletur pubes qui. xiiij. annum compleuerit, ſi ſit vir. aut. xij. ſi mulier fuerit, quo tamen ad matrimonia contrahenda appellantur puberes, quam primū coire poſſunt. Non igitur in matrimonio copulādu pubertas cognoſcitur ex annorū, numero ſed ex poteſtate coeundi. c. puberes. extra, de deſpon. impub. In gloſ. In verbo viri potentes. ibi, in fine prin. primo reſponſo. 12 dicite vt dixi in gloſ præcedenti. Ibi. l. in ſponſalibus. † colligite ex gloſ. quòd in ſponſalibus contrahendis tempus eſt vniforme tam in maſculo quam in fœmina, vterque enim. in vij. anno ſponſalia inire poteſt. Sed in matrimonio cōtrahendo tempus eſt difforme, quia eſt xij. an. in muliere ſed xiiij. in maſculo, de iure ciuili. Aliā rationem dixi, in qua 13 comperio Io. Fa. inclinaſſe † Nam ideo vterque maſculus & fœmina in ſeptimo ſponſalia inire poſſunt: quia illa ſolo cōſenſu perficiuntur, cuius conſenſus eſt ita capax maſculus in ſeptimo, vti mulier. l. in ſponſalibus. §. j ff. de ſpon. Et ſi dixeris nonne matrimonium ſolo conſenſu contrahitur. l. nuptias. de regu. iur fateor, ſed conſenſus in matrimonio tendit ad alium finem, quam conſenſus ſponſaliorum. Conſenſus enim ſponſaliorum tendit ad hunc finem, vt ſuperueniente ætate legitima contrahatur matrimonium per verba de præſenti. c. j. extra, de deſpon. impub. in vj. Sed conſenſus in matrimonium tendit ad hunc finem, vt copula carnalis ſubſequatur, ad quam redditur citius apta mulier quam maſculus, tanquam citius excreſcens. vnde tempus difforme ſtatutum eſt. Ibi. §. ſi & hæc fuit opin. Azo. ibi, cum ita. & hæc fuit opi. Ioan. quæ ponitur ad literam in l. ſi vxor. §. ſi minor. ff. de edul. quæ opin. verior eſt de iure cano. vt ſupra, dixi per c. puberes ſupra alle. quod Ius canonicum[b] eſſet ſeruandum etiam in terris Imperij, quia matrimonium eſt ſpecies materiæ ſpiritualis. faciunt quæ habentur in c. ſi. extra, de preſ. in regula iur. mala fidei de reg. iur. lib. vj.

ADDITIO.

a Maſculo. Adde. l. minorem. ff. de ritu. nup. & in ca. atteſtationes. & ibi Docto. de deſpon. impu.

b Ius canonicum. Attende diligenter, † quòd in caſibus in quibus non eſt expreſſe per legem deciſum, ſi res pendet ex opi. doctorum, vt in deciſione duarum quartarum, tunc ſi reperitur deciſio canonica, omnibus opin. eſt præferenda, vt in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. extra, de teſta. E contra ſi reperitur deciſio legalis, & non canonica, ſeruabitur in vtroque foro, & ita no. glo. in d. c. j. extra, de ope. no. nun. & ideo de matrimonijs de quibus non tractatur de iure canonico, & ſunt deciſa de iure ciuili, ſeruabuntur leges in vtroque foro. Ex quo infertur, † quòd ſi clericus non confecerit inuentarium, tenebitur vltra vires hæreditarias, ſicut laicus l. ſi. C. 16 de iure deli. † & ſic non implens voluntatem defuncti, priuatur hæreditate, 17 ſicut laicus, vt in auth. hoc amplius. C. de fideicom. † Item nec hæreditatem non aditam non tranſmittit, ſicut nec laicus. l. vnica. §. in nouiſsimo. 18 C. de cadu. tol. Item † in caſibus in quibus laicus perdit poſſeſsionem perderet etiam clericus. l. fin. C. de acqui. poſ & de his omnibus vide Pet. de Ancha. in ſuo opere ſtatutorum. in Spe. de deſpo & alle. §. poſtremò rum. 19 Adde † quòd in materia ſpirituali lex ſuccumbit canoni, vbi canon contrariatur legi, vt dicit gl. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. ec. quia in his non dedignentur leges ſacros canones imitari, vt in auth. vt cleri. apud. prop. 20 epiſ. §. fina. cum concor. colum. vj. † Nunquid ergo in vtroque foro, ſcilicet ciuili & canonico, ſint ſeruandę leges & canones? Io. And. in c. ij de oper. no. nun. dicit, quòd in caſibus in quibus leges non contradicunt canonibus, mixtim allegantur in vtroque foro, vt in c. paſtoralis. extra, de ſi. inſtru. Aut inuicem contradicunt, & tunc leges ſeruabuntur in ſuo foro, & canones in ſuo, vt in ca. relatum. & c. cum omnes. extra, de teſta. & in c. ij. de arbi. in vj. Si verò lex inducat peccatum. tunc in dubio ſtatur canoni. 21 ca. ſi. extra, de præſcrip. † Nam in his quæ concernunt periculum animę, Papa poteſt talem legem tollere. c. nouit. extra, de iudi. c. ſi. extra de ſecun. nup. Sed vbi non vertitur periculum animæ, tunc Papa non poteſt tollere legem, cum iuriſdictiones ſint diſtinctæ. x c j. diſ. c. cum ad verum. & no. x. diſt cap. quoniam. & in capitulo. ij. de regu. iur. in vj. Bart. in d. l. priuilegia &c. Iaſ. May.

22 In fin. glo. no. † quòd ætas legitima ſuperueniens, habet legitimare matrimonium præcedens de facto contractum, 23 † eodem modo copula carnalis voluntarie ſubſequēs, habet legitimare matrimonium præcedens metu contractum. cap. ad id quòd per literas. extra, de ſpon. & facit. l. ij. C. 24 quòd me cau. † eodem modo copula carnalis ſubſequens, facit tranſire ſponſalia de futuro in verum matrimonium de præſenti. c. is qui fidem. extra, de ſpon. pone rationem. Nam quando tu cognouiſti ipſam, poteſt capi duplex coniectura. Prima, quod cognoſcas ipſam cauſa fornicationis tantum & illicite. Alia. quòd cognoſcas licite tanquam vxorem, & hæc vt luti melior ſumenda eſt argum. in l. marito ff. 25 pro ſoc. Sed quæritur, pone † quod ſit ſenex, ita ætate confectus quòd non poſsit coire, an poterit matrimonium copulare? Videtur quòd ſic per l. ſancimus. C. de nup. per. l. quæſitum ff. de libe. & poſth. Item quia natura & generandi conſuetudo potius in homine eſt ſpectanda, quam valetudo & virium accidentalis, quo abdicatur homo à generandi poteſtate. l ſi quis poſthumos. eodem titu. & hanc videtur tenere 26 glo. in c. ij. extra, de frigi. & malefi. Ego puto contra † Moueor primo: Nam tria ſunt bona matrimonij,[a] fides, proles & ſacramentum, quorum ſi alterum deſit, matrimonium eſt nullum. c. fin. extra de condi. appo. xxxv. q. ij. c. nuptiarū. Sed in ſene qui coire non poteſt, deficit donum prolis, ergo 27 matrimonium nullum. Præterea † puer qui generare non poteſt de præſenti ſperatur tamen potentia generandi in futurum. non poteſt contrahere matrimonium. c. puberes ſupra,

allega. Ergo multominus senex, qui nec nunc potest, nec posse speratur. Præterea † non est danda materia delinquendi. l. omnino. de spon. l. conuenire. de pac. do. Sed daretur materia delinquendi, hoc est, inutilibus confricationibus. Item daretur materia vxori, vti nuptijs scholarium, ergo matrimonium nullum. † Non ob. l. sancimus quia illa loquitur in sene qui tamen coire potest, licet cum difficultate. Eodem modo respondetur ad iura superius allegata. Vel aliter quòd loquantur in materia vltimarum voluntatum, in qua non est peccandi locus. Et hoc quòd dixi de viro qui coire non potest, idem dicite in muliere quæ coire non potest. In fin. glos. in ver. potestate. dicite † quòd duplex est consilium. Quoddam consilium perfectionis, & illi de necessitate non est obediendum. Quoddam est consilium reuerentiæ, & illi est obediendum. glos. est ordin. in c. ad aures. de ætа. & quali. In fin. in verbo datum. dicite, quòd est verum de iure ciuili. De iure autem canonico valet matrimonium. ca. videtur. extra qui ma. accu. pos. &c.

ADDITIO.

Matrimonij. Adde glo. summæ. xxviij. q. j. & per Cardin. Alex. & ibi Docto. in rubr. de spon. gl. in c. puberes. de despon. impub. & gl. in ca. per venerabilem. qui fil. sint legi.

1 *Nuptiæ quæ sint nefariæ & incestæ, & nu. 2. & 4.*
3 *Parentum & liberorum appellatione, ueniunt parentes & liberi in infinitum.*
5 *Edictum in certis personis prohibitorium, in alijs permissorium censetur.*
6 *Matrimonium inter ascendentes & descendentes adoptiuos, uel naturales impeditur, etiam per emancipationem, adoptione dissoluta.*
7 *Adoptatus potest in uxorem, finita adoptione, matrem patris adoptantis ducere.*
8 *Matrimonium quomodo inter fratres adoptiuos contrahi possit. & numero. 12.*
10 *Gradus quomodo computentur de iure ciuili siue canonico.*
11 *Ius agnationis licet non tollatur quo ad facultatem succedendi, tollitur tamen quantum ad nomen familiæ.*

§. ERGO NON OMNES. Inter ascendentes, siue descendentes, siue naturales, siue adoptiuos, matrimonium prohibetur, etiam per emancipationem adoptione dissoluta.

ADDITIO.

Descendentes. Adde † quòd prohibitum est matrimonium inter fratrem & sororem, siue sint ex eodem parente, siue ex altero tamen, siue sint naturales, siue adoptiui, durante adoptione. secus ea finita. & sic etiam non licet fratri contrahere matrimonium cum sorore, nec etiam cum filia, nec cum nepote sororis, vt in §. fratres. sed bene licet contrahere matrimonium cum filia sororis adoptiuæ, vt in §. eius verò. & filij duorum fratrum vel sororum qui dicuntur consobrini, permittuntur de iure ciuili contrahere inter se, vt in §. duorum autem. Item non licet contrahere matrimonium cum matre & amita, id est, sorore patris, nec cum amita magna vel matertera magna, id est, sorore aui vel auiæ. h. d. vsque ad §. affinitas &c. Ias. May.

Diuiditur in duas partes. Nam in prima tractat, quomodo inter ascendentes & descendentes matrimonium est prohibitum. In secunda tractat, quemadmodum impediatur inter collaterales. Secunda ibi [inter eas quoque.] Prima subdiuiditur in tres. Nam in prima ponit dictum generale. In secunda statuit pœnam contra facienti. In tertia dictum augmentat. Secunda ibi, [quod si tales personæ.] Tertia ibi, [& hæc adeo] ibi, ergo. q. d. cum supra statutum fuerit ita demum iustas nuptias iniri, si secundum legis præcepta contrahantur, bene sequitur quòd non casu &c. vt in tex. No. primo, non licere omnes mulieres nobis in matrimonio copulare.

ADDITIONES.

Ascendentes. † Not. inter ascendentes & descendentes prohibitas esse nuptias vsque in infinitum, adeo vt si Adam viueret, non posset reperire vxorem. vt hic vult glos. in l. nuptiæ consistere. la. iij. ff. de ritu nupt. & glos. in l. nemini. C. de nup. Hoc procedit siue sint ascendentes & descendentes ex legitimo matrimonio, siue non. l. & nihil interest. ff. de ritu nu. & de Adam ponit ille aliam rationem infra proxima col. Ias. May.

Not. primo. Item pondera tex. hic in prin. † quòd appellatione parentum, & appellatione liberorum, veniunt parentes & liberi in infinitum, contra l. iurisicon. §. parentes. ff. de gradi. Solue per tex. in l. quinque. §. parentes. el j. & ibi glo. ff. de in ius voc. Ias. May.

Conuenire. Item nota textum ibi, nepharias & incestas. Dic † quòd nephariæ propriè sunt inter ascendentes & descendentes, incestæ verò inter collaterales, vt no. in rub. C. de incest. nup. & glo. in l. incestæ. ff. de ritu nup. & gl. in authen. de incest. nup. in prin. in verbo, illicitas. quæ gl. pro hac differentia allegat istum tex. qui probat contrarium, nisi dicas prout dicit gl. in dicto verbo, illicitas, quòd leges quandoque promiscuè vtuntur. Item contra istas differentias habes tex. expressum in l. si. in prin. ff. de ritu nup. & in l. fina. ff. de condi. sine causa. Ias. May.

Item not. a quarundam mulierem nuptijs abstinendum esse. Ex quo infertur, † quòd cum edictum Imperatoris sit prohibitorium certarum personarum, intelligitur generaliter in alijs permissorium. Quascunque igitur mulieres nobis matrimonio poterimus copulare, nisi specialiter prohibitæ fuerint, ad hoc optime facit in simili. l. primo. ff. de testibus.

ADDITIO.

ff. de testib. Item no. † inter ascendentes & descendentes adoptiuos vel naturales impediri matrimonium, etiam per emancipationem adoptione dissoluta. Et fuit ratio dubitandi, nam videtur quòd facta emancipatione possit ducere, cum per illam emancipationem fiat extraneus. l. quinetiam. §. si. ff. de ritu nup. Sed ratio decidendi fuit secundum Pet. de bella perti. publicæ honestatis institutum, aliàs diffamaretur, quia in copulatione nuptiarum semper honestas inspicitur. ff. de ritu nupt. l. semper. Attendite tamen † quòd adoptatus potest capere in vxorem, facta adoptione, matrem patris adoptantis. d. l. quinetiam. non autem vxorem ipsius adoptantis. l. adoptiuus. ff. de ritu nup. & adde. l. iiij. §. i. ff. de gra. cogna. &c. Et aduerte, quia illa. l. quinetiam. §. si. multum turbat mihi spiritum contra istum tex. qui vult quòd inter ascendentes & descendentes dissoluta adoptione prohibitæ sint nuptiæ, vbi dicitur contrarium. Sed solue per l. qui in adoptionem. in prin. ff. de adop. quòd per adoptionem non fit auia & licet etiam per adoptionem vxor non efficitur mater, nec loco matris, est tamen loco nouercæ. d. l. adoptiuus. sed mater patris non est nec loco auiæ, nec aliquis ita sentit & est verum. Ias. May.

Item not. † inter fratres & sorores adoptiuos matrimonium contrahi non posse, tamen si per emancipationem adoptio dissoluatur, matrimonium inter collaterales permittitur. Sed dixerit aliquis, si inter ascendentes & descendentes etiam adoptiuos impeditur copula matrimonialis, dissoluta per emancipationem adoptione, quare non sic inter collaterales? Respondetur, quòd ideo inter ascendentes hoc statutum est, quia licet descendentes adoptiui emancipentur, durant tamen adhuc reliquæ iuris patriæ potestatis & reuerentiæ paternæ, argu. optimum in l. vti § seruus in caput. ff. de quæ. Sed inter collaterales nullum est ius patriæ potestatis, cuius reliquæ durare possint. Præterea inhumanius est quòd illa quam quis aliquo tempore habuit vt filiam, debeat postea habere vt vxorem. l. si quis alienam. C. de nupt. Item no. † quòd si quis generum velit adoptare in filium, debet prius filiam emancipare. Ratio. Nam si non emanciparet filiam, iste gener idemque filius adoptiuus, efficeretur familiæ adoptantis. & sic vxoris suæ frater, quod est prohibitum. Sed quando filia est emancipata non, efficitur eidem frater per adoptionem, quia illa filia exiuit agnationem patris. l. qui in adoptione. ff. de adop. Eodem modo si quis vellet adoptare virum, debet prius emancipare filium, ratione de qua supra. In fin. glos. in versi. inter eas. Hæc opin. est vera, & probatur in lege quinque. §. parentes. ff. de in ius vo. Alia etiam ratione vxorem habere non posset, quia ea esset ætate vt coeundi potestas ab eo abdicata reperiretur. Et facit pro illa opinionem quam propediem recensui vobis, & introduci potest illud Petrarchæ ad amicum. Est tam nuptijs apta senectus, quantum bruma messibus, Ridiculum ioci genus est, sponsus senex. † In fin. gloss. in verbo non tanta, dicite, quòd de iure canonico frater & soror sunt in primo gradu, de iure ciuili sunt in secundo. Filij duorum fratrum de iure canonico sunt in secundo, de iure autem ciuili sunt in quarto, de quo dicam infra de gradi. §. primo.

ADDITIO.

Iure canonico. Aduerte, dum glo. ista dicit, idem hodie de iure canonico, puto quòd malè dicit, posito etiam quòd non esset diuersa computatio graduum, quia de iure canonico prohibetur in quarto gradu. d. c. si. de consan. & affin. sed de iure ciuili permittitur. d. §. duorum infra eu. Pro ea est tex. de iure canonico in c. non debet. extra. de consan. & affi. qualiter autem gradus de iure ciuili siue canonico debeant computari vide not. per Hostien. plene in sum. de consang. et affini. et Dyn. in titul. ff. de gradi. et infra ti. de gradi. Ias. May. Et quod supra dixit Ias. quòd de iure canonico prohibetur in quarto gradu & c. adde. Gradu. Adde quòd hæc fallit in Anglicis: quia parum est quòd sunt conuersi ad fidem, vt est gloss. in verbo ea tempore. in ca. sciendum. xxix. dis. & tex. in c. quædam lex. xxxv. quæstio. iij.

In fin.glo.in verbo.filiam.Doct.communiter repræhendunt hanc glos.dicentes, quòd hoc consilium hodie valet & tenet, ex quo immutatum non reperitur.l.præcipimus. 11 C.de appellatio.l.sancimus.C.de testa.† Ad contrarium respondetur, quòd licet non tollatur ius agnationis quo ad facultatem succedendi, tollitur tamen quantum ad nomen familiæ, vt hic. Sed contra tex. opponitur, quòd hoc consilium hodie non sit necessarium, imò hæc materia sit aorrecta, 12 vt dicamus† fratrē cum sorore adoptiua hodie posse matrimonio copulari, quia filius adoptiuus regulariter nō transit in potestatem patris adoptantis, ideoque ius suæ familiæ non amplectitur.l.cum in adoptiuus.C. de ado.§. sed hodie infra titulo.j. Huius timore Inno.in cap.j.extra de cogna.leg.dixit hanc materiam esse correctam. Sed eius opin. reprobata est, & alij communiter repugnant: primum per illud.c. quod emanauit post compilationem huius libri. Præterea licet filius adoptiuus non transeat in potestatem adoptantis, tamen iura adoptionis non transeat in potestatem adoptantis, tamen iura adoptionis consequitur, vt dicam statim in glos.magna, & pro hoc allagat not.in l.fin.C. de in ius voc.& in l.adoptiuum.vbi habetur quòd filius ado a ptiuus non vocat patrem adoptiuum in ius &c.[a]

ADDITIO.

a In ius. Sed aduerte, quia in istis duobus vltimis casibus multum ob.fundamentum gla.quia ars debet imitari naturam. [Addc.§.minorem. instit.de adop.ca.debitum.de baptis.c. quoniam in pleriseque.de offi.or.ca.vl.xviij.di.c.sing.lxxxix.dis.] hic esset cōtra, quia l primo adoptatus ex filia esset in potestate aui.in secundo natus ex filia non esset in potestata aui. Imò plus etiā hodie transit in familiam patris adoptantis, licet habeatur pertinda acsi non transisset, ita videtur essa tex.in d.l.fin.in ver. ideo ibi, quasi non fuisset in alienam familiam translatus. Ia.May.

1 ☞ *Matrimonium copulare non licet fratres, filiam nepotem ex fratre uel sorore, nec proneptem, duorum fratrum filios uel sororum, aut fratris uel sororis, nec amitam, nec matertera on etiam magnam. numero. 4.& 6.*

2 *Vbi duæ rationes finales sunt, una cessante, alia non, non cessat dispositio.*

3 *Sorori adoptiuæ filiam in uxorem frater ducere potest.*

5 *Gradus quomodo computari debeat ex statuto, quòd adstantibus agnatis, usque ad quartum gradum mater non succedat.*

7 *Adoptatus fit cognatus illis, qui sunt de adoptantis cognatione.*

8 *Intellectus ad l.per adoptionem.§.fi.ff.de ritu nuptia.*

9 *Filius filiæ meæ, non est de agnatione mea.*

10 *Per adoptionem in filium uel filiam, an possit creari auunculus u el matertera.*

11 *Frater aui materni an dicatur patruus magnus.*

§.FRATRIS. Non licet patruo vel auunculo inire matrimonium cum nepte vel pronepte ex linea transuersali. Transuersalibus vero in linea ex latera, matrimonialiter 1 coniungi posse permissum est, hoc dicit. No.primo † non licere nobis matrimonialiter copulare fratres, vel filiam vel a nepotem ex fratre vel sorore.[a]

ADDITIO.

a Vel sorore. Imò nec proneptem, vt ast tex.no.in l.sororis proneptem, in prin.ff.de ritu nuptia.licet Ange.hic contra & pessimè. Item no.ex hoc a §.id ad quod vulgo iste.§.allegatur, quòd † quotiescunque duæ rationes vel causæ finales tendunt ad prohibitionem aliruius actus, licet vna ratio tantum habet locum ipsa prohibitio concor.gl.in §.illud. iuncto tex.infra eo.ad idem allegatur vulgo.l.si ventri.§.in bonis.alias.§.fi.iuncta gl. ff.de priui.cre.da hoc est melior tex.de iure secundum Bal.ibi, in l.si non lex Alia Sent'a.in princ.ff.de here.insti. Et eidē quòd per istum.§.in hoc proposito dixit gl.no.in l.si quis ad exhibendum.ff.de excep.rei iu. Et ad de prædictis aliam gl.in §.minima.in verbo, vel econtra.& ibi Do.poderaue.infra, de ca.di.Ias.May.

Non regulam quòd fratris prohibemur ducere neptem. 3 † Item no.quòd filiam sororis adoptiuæ potest frater sibi matrimonialiter copulare, quia illa illi fratri non est nec aliuli vinculo colligata, quòd aperte ex glo.declarabitur. Nor. 4 † tex ver.duorum fratrum, duorum fratrum filios vel sororum, vel fratris vel sororis, posse matrimonialiter copulari, quod est verum de iure ciuili, de iure autem canonico secus, quod sectari debemus.c.fin.& c.non debet.extra, de con a san.& affini.a

ADDITIO.

a Et affin. Adde quòd ex prædictis patet, quòd maior est prohibitio de iure ciuili inter collaterales ab infra, scilicet inter amitam & nepotem, quam inter collaterales existantes æquales, puta inter filios duorum fratrum, qui possunt simul iungi de iure ciuili. rationem sentit tex. in l.sororis proneptem.ff.eo.& ponit clarè glo.hic in verb.magna.licet secus de iure canonico.d.c.no.debet.& hodie statur iuri canonico.d.c.no.debet.& hodie statur iuri canonico, & primus gradus de iure cano. incipit a duobus fratribus, sed de iure ciuili non est dare primum gradum collateralium, quia ipsi sunt in gradu secundo, vt infra, de gradi.§.secundo gradu. Et ratio diuersitatis est, quia de iure canonico non recurrimus ad stipitem in quo istæ personæ sunt vnitæ, secus de iure ciuili, sed nostrum ius ciuile obtinet quo ad successiones, ius verò canonicum obtinet quo ad matri- 5 monia, vt est gloss.in §.hactenus.infra de gradi.& ideo † si statutum existat, quòd adstantibus agnatis vsque ad quartum gradum mater non succedat, iste gradus quartus debet computari secundum ius ciuile, non canonicum, quia gradus propriè est de iure ciuili. de iure verò canonico dicitur saltus, quia saltat de fratre in fratrem omisso patre, de quo plenè per Doc. in l.fi.infra, de succes.edic.vbi Bar.&c. Ias.May.

6 † Item no.non licet nobis matrimonialiter copulare nec amitam nec matertera amitā magnam. Finaliter no.& hæc est difficultas, quòd nedum amita, verumetiam matertera potest adoptione constitui, quod statim explicabo in glo. pen.

a Gloss.prima.a

ADDITIO.

a Glo.j. In glo.j in ver.neptem. in fin.dum dicit, secus in adoptiuis, quicquid dicat hic Angel.ex mente Io.Fa.& Io.de Pla.puto quòd ista glo.bene dicat in terminis §.quem allegat, quando per adoptione non contrahitur cognatio, secus si contraheretur cognatio, vt quia habens filiam adoptaret filium habentem nepote. & vide infra, in prin.huius Ias.May. In ea glo.puto melius & clarius posse responderi, quia aut loquimur in collateralibus ab infra & tunc si prohibeor ducere filiam, prohibeor etiam neptem, aut in collateralibus æqualibus, & tunc secus. Et ratio est in primo casu propter reuerentiam, vt hic tex.in ver.item materterā.& l.soror proneptem. ff.de ritu nup.Ias.May.

a Glo.in ver.ciuili iure.[a]

ADDITIO.

a Ciuili iure.adde aliam rationem quam assignant glos.in l.si qua.§.fi. ff.de rim nup.Ias.May.

a In fin.glos in verbo, materiam.a Dicite, hæc ratio non est bona, quia inter collaterales non est dare huiusmodi reuerantiam, vt dixi statim in §.inter eas. Vnde alias dixi vr- 7 gantē rationem. Pro cuius declaratione præmitto.† quòd quando ego adopto aliquem, ille efficitur cognatus illis qui sunt da agnatione mea.l.qui adoptionem.ff.de adopti. Modo ad propositum, Si quæratur an patruus vel amita, auunculus vel matertera, adoptione constitui possint, aut loquimur de patruo vel amita, & tunc illi indistinctè causati possunt, siue causetur adoptio in persona nepotis, siue causetur in persona patrui vel amitæ, quia illi semper reperiuntur de agnatione adoptantis: Aut quærimus de auunculo vel matertera, & hoc est distinguendum. Aut adoptio causatur in persona nepotis, & tunc constituitur auuncu- 8 lus vel matertera.† Pone enim quòd habeam filiam & filium, adopto aliquem, tanquam natum ex altera filia, iste erit nepos alteri filio vel filiæ, quia illa filius vel filia reperitur de mea agnatione, & ita loquitur lege per adoptionem. §.fina.ff.de ritu nupt. Aut causatur adoptio in persona filij vel filiæ, & tunc non causatur auunculus vel matertera. Pone enim, ego habeo ex filia nepotem, post hoc adopto aliquem in filium vel filiam, iste adoptatus vel adoptata non 9 erit auunculus vel matertera filio vel filiæ meæ.† Ratio, quia filius filiæ meæ non est da agnatione mea.§.fina.supra titulo.primo.

ADDITIO.

a Materteram. Et † quia glo.in verbo materteram, est summè difficilis, vt 10 eam intelligas vide glo.in l.si qua.§.fi.ff.de ritu nup.in glos.in verbo tenere fin.in ver item si habeo duas filias. Et aduerte, quia licet Doct.aliter non reprehendant istas rationes diuersitatis positas in glo.videlicet quòd ideo non possit per adoptionem creari auunculus vel matertera, adoptando aliquam in filium vel in filiam, quia isti adoptati tanquam maiores, imperarent legitimis & naturalibus tanquam minoribus, & sic legitimi & naturales essent subiecti adoptiuis, quòd est rediculum secundum glos. Videtur mihi quòd istæ rationes sint falsæ, quia attentis istis rationibus pro veris, sequeretur quòd patruus & amita non possent fieri per adoptionem adoptando aliquem in filium vel filiam, quia eodem modo isti adoptati tanquam maiores imperarent nepotibus legitimis & naturalibus, tanquam minoribus, & nepotes essent eis subiecti, & tamen illud est falsum,

fem, quia patruus & amita possunt indistinctè creari per adoptionem, siue adoptando aliquem in filium vel filiam, siue in neptem, & vult ista gl. in prin. & Doc. omnes, per rationem notabilem diuersitatis quam hic ponunt. Præterea attenta ratione glos. pro vera, sequeretur quòd hic in ver. eius verò. filius legitimus & naturalis efficeretur auunculus nepoti filio vel filiæ adoptatæ, quia esset commodum filij legitimi & naturalis, vt supra dictum est. Licet posset dici isto secundo casu, & est verum quòd ideo in d. ver. eius verò. filius legitimus & naturalis non efficitur auunculus nepoti filiæ adoptatæ, propter rationem quam ponit hic glo. in verbo ciuiliter. quam etiam ponit hic tex. Item si vera esset ista ratio, sequeretur quòd primum exemplum glo. positum in d. l. si quis. §. fi. esset falsum. & tamen illud approbat Angel. hic, & putat esse melius ista gloss. hic. Ias. May.

a Capio glos. in verbo magnam. ibi magnus Hæc bona. a

ADDITIO.

11 Hæc bona. † Et vt intelligas quæstionem huius glo. dum quærit de fratre aui materni, an dicatur patruus magnus. vide omnino gloss. in §. quarto gradu. in verbo auunculus. infra de gradi. Ias. May.

1 *Nomina concernentia affinitatem & parentelam, in præsenti & in præterito verificantur.*
2 *Statutum quòd inter affines debeat fieri compromissum, intelligitur de affinitate de præsenti.*
3 *Priuilegium concessum personæ, tantum durat, quantum persona.*
4 *Verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis.*
5 *Matrimonio copulari plures eodem tempore non licet sine infamia, nisi ratione iusti erroris.*
6 *Sponsas duas, vel unam sponsam & unam uxorem habere non licet, & habens infamis efficitur.*
7 *Concubinas duas habens est infamis à testimonioq; ac dignitate repellitur.*
8 *Mulier quæ falso certificata de morte uiri secundas nuptias contraxit, secundum maritum relinquere debet, & primo adhærere, & tamen filij ex secundo matrimonio nati sunt legitimi & naturales.*
9 *Affinitas ex illicita coniunctione causatur, & nu. 10.*
11 *Vxor non dicitur affinis marito, sed principium affinitatis. & numero. 13.*
12 *Affinitas quæ impediat matrimonium.*
14 *Idem iudicatur de causa causante effectum, quod de ipso effectu.*
15 *Statutum disponens inter affines, locum non habet inter sponsam & sponsum.*
16 *Venditio uno nummo facta an ualeat.*
17 *Res digna maiori pretio, uendita pro uno nummo, donata præsumitur.*
18 *Auxilium speciale an competat, ubi competit generale, remissiuè.*

AFFINITATIS QVOQVE. Illa quæ fuit priuigna, nurus, socrus, vel nouerca, nobis matrimonio copulari non potest. Idem & multo magis si adhuc sit priuigna, nurus, socrus, vel nouerca, quia nec vna pluribus matrimonio eodem tempore copulari potest. hoc dicit ibi quoque Hæc dictio, quoque est dictio implicatiua. No. primo, a ratione affinitatis a à quibusdam nuptijs abstineri debere.

ADDITIO.

a Ratione affinitatis † Not. quòd affinitas siue nomina concernentia affinitatem & parentelam, verificantur in præsenti & præterito. quòd est verum secundum Bart. quantum ad prohibitionem matrimonij, & non quo ad alia. l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postulando. Et ideo † statutum disponens quòd inter affines debet fieri compromissum, debet intelligi de affinitate de præsenti, per d. l. cui eorum. §. affinitatis. Et pro hoc facit, quòd † priuilegiù concessum personæ, tantù durat quantum persona, iuxta not. per Bar. in lege. Titia Seia. §. vsuras de legatis secundo per Cyn. in lege secunda C. de epis. & cle. Alij terminant eum oppositum per hunc §. & lege fina. C. de verborum significationibus & secundum hoc intelligo dictum. Barto. in lege qui iurisdictioni præest. ff. de iurisd. om. iu. & c. Ias. May.

Item not. in verbo fuit, iunctis his quæ sequuntur, quòd 4 † verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis, & de hoc est glos. in l. iij. §. lex iulianus, ff. de testi. Alberi. voluit in l. j. C. de raptu vir.

Item nota, a nuptijs priuignæ, nurus, socrus, vel nouercæ abstineri debere. Nota rationem, quia aliæ, scilicet nurus & priuigna sunt loco filiarum. aliæ, scilicet socrus & nouerca sunt loco matrum, quòd verum arbitramur in socru, sed in nouerca secus. Tunc coenix albescit, vbi sancta nouerca quiescit. Et alibi. Pede modo suo parat priuigno venenum. Ad hunc text. respondetur quod nouerca est loco matris, vel esse debet, & si non sit. Item not. † quòd eodem tempore non licet matrimonio duobus copulari, nec econuerso, a alioqin infamia irrogaretur. lege, eum qui duas. C. de adulte. Quod verum limitate, nisi ratione iusti erroris. Nam si mater per nuncium proprium certiorata falso fuerit de morte mariti absentis, potest libere alteri copulari. authent. hodie. C. de repu. c. in præsentia, extra de spon. & sic eodem modo reperitur nupta duobus, sed hæc sustinetur ratione iusti erroris.

ADDITIO.

a Nec econuerso. Et dum hic dicitur, † quòd non licet alicui habere 6 duas vxores, & quòd habens efficitur infamis, adde, quòd idem est si quis haberet duas sponsas, vel vnam sponsam & vnam vxorem, gloss. est in d. 7 l. eum qui duas. & text. in l. j. §. fin. ff. de infa. Et adde † quòd eodem modo habens duas concubinas est infamis, & repellitur à testimonio & dignitate. glos. est no. in §. si verò effusa, qui est. §. nocte pe. in verbo existente, in auth. quib. mo. natu. effi. sui. quam glo. pro notabili allegat Bald. sed corruptè in l. ij. C. de incest. nup. & ibi dicit se credere idem esse, si habeat vnam vxorem & vnam concubinam simul, licet secundum eum non fertur de facto. Sed aduerte, quia Bart. in l. j. in fi. ff. de his qui no. infa. dicit, quòd licet prohibitum sit habere duas concubinas. vt d. §. pe. & fi. in auth. qui. mo. natu. effi. sui. non tamen est infamis, quia non est de casibus actis in d. l. j. Ias. May.

8 Sed dubitatur, pone † quòd prior maritus reuertatur, contracto matrimonio per vxorem, an adhærere poterit secundo, cui vxor erat falso mentita de morte primi, an vero a ad primum reuerti debeat? a Dicite quòd reuerti debet ad primum, capitulo per bellicam. xxx. q. j. est glos. ordin. in lege, miles. § fin. ff. de adult. & suadetur ratione. Nam licet prima facie videretur matrimonium legitime contrahi cum secundo, tamen ex postfacto detegitur fallacia, & redditur secundum matrimonium nullum, & primum validum. argu. In cap. fraternitatis. extra de frigi. & male. Ex quo videtur dicendum, quòd filij nati ex secundo matrimonio, cuius nullitas detegitur per euentum primi mariti, dicantur illegitimi & naturales. Sed contra est veritas, quia sunt nati sub colore matrimonij, vnde ratione iusti erroris in matre causata. Item ratione erroris communis versantis in populo, & fauore liberorum legitimi sunt, & pro legitimis habentur. argumen in l. Barbarius Philippus. ff. de offi præsi in l. j. C. de testi. & est gl. ordina. in d. l. miles. §. fi. & in d. c. cum per bellicam. xxx. q. j. Inglo. affinitatis. ibi, sciendum ideo, dicuntur affines, quia vnus tendit ad finem alterius, & econuerso. 9 Ibi sine nuptijs. no. singulariter ex gl. quòd † licet ex coniunb ctione illicita non causetur b affinitas de iure ciuili, tamen causatur de iure canonico, pro quo est tex. in c. semper. extra de eo qui cogn. consan. vxo. suæ. Vnde si frater tuus, vel aliquis in quarto gradu tibi constitutus cognosceret puellam illicite, ex hac illicita cognitione causatur talis affinitas, quæ impedit te cum illa matrimonium contrahere, & licet multi decipiantur, ista est veritas.

ADDITIO.

a Debeat. Adde tex. in c. in præsentia. de spon. & tex. in c. dominus de secun. nup.

b Causetur. † An ex coniunctis illicitis causetur affinitas, vide etiam infra de gradibus. §. j. & est glo. in l. nup. C. de nup. Ias. May.

a In fi. a gl. no. quòd † vxor non dicitur affinis mariti, sed 10 principium affinitatis appellatur: Sed mihi videtur quòd gl. 11 male loquatur. † Primo nam ille qui tendit ad finem alterius per copulam, appellatur affinis, sed vxor est huiusmodi, ergo &c. l. non facile. §. affines. ff. de gradi. Præterea, si est caput affinitatis, ergo ipsa est affinis, quemadmodum princeps familiæ appellatur de familia. l. familiæ appellatione. de verbo sign. Tertio est tex. in l. nec vnius. C. de bære. insti. Non obstat gl. si affinis, ergo nõ potest matrimoniũ inire cum marito ratio 12 ne affinitatis, quia respondetur, quòd † affinitas præcedẽs matrimoniũ, bene ĩpedit matrimoniũ cõtrahi, sed affinitas quę causatur eo momẽto quo causatur matrimoniũ, nõ impedit quia nõ est affinitas nisi præcedat matrimoniũ: ad hoc faciũt

quæ habentur in l.si post mortem.de lega.j.& quod vidistis, in quæstione de puncto.supra de his qui sunt sui vel alie.iur.

ADDITIO.

a In fin.gloss †Dum allegat.l.princeps.ff.de verbo.signi.melius facis.l.
13 familiæ appellatione.ff.de verbo.signi. Adde primum propter quod vnum quodque tale & ipsum magis tale auth.multomagis.C.de sac.sanc.eccl. & ibi Bal.Si ergo propter vxorem alij dicuntur affines,vt d.l.non facile.§. affines.ff.de gradi.ergo multomagis ipsa vxor debebit dici affinis. Se-
14 cundum.†idem iudicamus de causa causante effectum quod de ipso effe-ctu.l.quominus.ff.de flu.Adde quòd inter sponsos & sponsas non dicitur
15 propriè affinitas,vt no.glo.in l.quod seruus.ff.de condi.ob.cau. †& ideo inter eos non habet locum statutum disponens inter affines &c. & pro gl.hic posita.facit gl.in l.non ideo.C.de hære.insti.& alia gl.in d.affinitatis.C.communia de success.quas vide.Ias.May.

Doc.tamen insequentes gl indueunt illam ad q.in argu,
16 †nunquid valeat venditio vno nummo facta, quod probant ipsi. Nam vnus non est numerus sed est principium numeri, vt hic dicitur de vxore.sed venditio contrahi non potest, nisi numerato pretio.§. item pretium infra de contrahen.empt.igitur &c. Vos dicite contra per.l.si vsufru.ff.de iure do Non obst argum.quia dico,quòd vnus potest esse numerus, vt supra dixi. Vel verius dico,quòd venditio causatur ex pretio,re vendita,& consensu.l.ij.§ j.de contrahen.empt. Non ob.§.item pretium,quia consideratur frequentiam emptionis & venditionis,quæ potius fuerunt in plu-
17 ralitate denariorum, non autē in vno. Fateor tamen,†quòd si vna res vno numero vēderetur digna maiori pretio,quòd licet esset venditio in forma,diceretur præsumpta donatio, d.l.si vsufruc.& l.si donationes.ff.de contrahen.emp.

2 Glo.in ver.ex nupta.[a]

ADDITIO.

a Nupta lo fin.De hoc an auxilium speciale competat generale, dic vt habetur in l.j.in fine magnæ gloss.& per Dy.extra de regu.iuris.c.grant. &c.Ias.May.

1 Filius mariti ex uxore præmortua,filia uxoris ex marito præmortuo nubere potest.
2 Vxor efficitur affinis marito & omnibus agnatis eius,& econtra.
3 Allegare sufficit librum,licet lex non allegatur,& ita sufficit allegare titulum.
4 Imperator præsumitur habere omnia iura in scrinio pectoris, ita & Papa.
5 Agnati & consanguinei uxoris deficiente omni parentela uiri,præferuntur fisco in successione uiri.
6 Tutor præfertur fisco in successione bonorum pupilli.
7 Socius de una societate moriens sine heredibus; habet successorem consocium excluso fisco.
8 Cognati uiri succedunt cognatis uxoris excluso fisco.
9 Sublato uno impedimento,lex non confirmat actum contra aliud impedimentum.
10 Matrimonium esse an possit inter pupillum, tutorem, adultum,& curatorem,uel eorum filios.& nu.11.
12 Filij duorum compatrum,non possunt matrimonio simul copulari.
13 Libertus potest patronam in magna dignitate positam in uxorem ducere.
14 Præses an in sua uel aliena prouincia possit contrahere matrimonium, uel sponsalia,aut concubinam ducere.& nu.16.17.& 18.
15 Præses in prouincia quam administrat potest filiam suam maritare.
19 Vxor mea si tibi fit commater, ego quoque ero compater tuus, & si tu morieris & uxor mea, non potest mihi matrimonio uxor tua copulari.
20 Matrimonium dissolui non debet,cùm mater de sacro fonte leuauit filiam ignorans esse suam.
21 Clerici uxorati deferentes tonsuram,& uestes ordini congruentes,gaudent priuilegio clericali.
22 Rapta nubit raptori de iure canonico.
23 Matrimonium quot modis impeditur.
24 Mulier nobilis non potest nubere monetario.
25 Matrimonium propter furorem & dementiam impeditur, sed contractum non dirimitur.
26 Consuetudo an possit aliquid disponere circa matrimonium.
27 Statum prohibens matrimonium contrahi cum certis personis an ualeat remissiue.

ADDITIO.

§.MARITI TAMEN FILIVS. Iste.§.vsque ad §.si aduersa-
1 rius,hoc dicit in summa.† Filius mariti ex vxore præmortua contrahere potest matrimonium cum filia vxoris ex marito præmortuo. hoc primò. Et cum filia vxoris nata post diuortium ex alio marito,non sunt nuptiæ contrahendæ,sicut nec cum sponsa filij,aut cum sponsa patris.hoc secundò. Et etiam seruiles cognationes impedimento sunt nuptijs.hoc dicit tertiò & vltimò,vsque ad.§.si aduersus Ias.May.

Not.ex hoc.§ quòd filius mariti ex vxore præmortua,
a contrahere potest matrimonium cum filia[a] vxo.ex marito præmortuo.

ADDITIO.

a Filia vxoris.Concordat tex.in l.generale.§.inter priuignum.ff.de ritu nup.& l.Titia.in prin.ff.de verbo.ob.Ias.May.

2 Et est ratio quam sentit glos.†quia mariti agnati non efficiuntur affines agnatis vxoris,nec econuerso,Vxor enim
a efficitur affinis marito & omnibus agnatis siue cognatis[a] mariti sui. & econuerso. & sic est declarata gloss. in verbo postea.

a Cognatis. Vt est tex.in c.super his.extra de consangui.& affini.Ias.May.

Ex versi vxor no.quòd cum sponsa filij,siue cum filia vxoris,nata post contractum matrimonium,ex alio impeditur matrimonium contrahi,licet enim talis filia non sit priuigna,nec talis sponsa nurus.tamen de honestate ab huiusmodi nuptijs est abstinendum. quædam enim sunt prohibita & si licita sint.l.si vxor.§ j.& l.semper.de ritu nup.Not.in versi.illud,quòd cognatio seruitutis adfert impedimentum nuptijs. Item no.in ver sunt & aliæ personæ. quòd bene est vt in quibuscunque casibus enumeratis generalis clausula
a subijciatur .l.si seruus seruum.§.inquit.ff.ad l.aquil.[a]

ADDITIO.

a ff.ad leg.Aquil.No.finaliter ex isto tex.ibi.libri ffortum. † quòd sufficit
3 allegare librum,licet lex non allegetur,vt hic.&.ff.de vsucapi.l.returna minutura. Item sufficit titulum allegare,argum.C.ad.l.fal.authentic. sed cum testatus.& ibi.no.& ff.de postu.l.vltima Sic & aliàs sufficit dicere, ius est
a licet non dicat vbi,vt causa de frigi.& male.c.j.& plenè cum his no.Spec. sub ti.de dispu.aduoca.§.porrò.vide Alberi.in l.j.ff.si certum petatur. vbi hoc dicit,&c. Ego puto non licere ita allegare,imò sit erubescentia, per vulgatam.l.illa.C.de colla.facit tex.not.in.l.fi.§.seruum.ff.de ori.iur. & §.consideremus.in authentic.de trien.& semis.iuncto eo quod pulchrè dicit gl.in l.sed licet.ff.de offi.præsi. Nec ob.iura hic allegata,quia loquun-
4 tur in Imperatore & Papa.& † cum Imperator præsumatur habere omnia iura in scrinio pect ris.l.omnium.C.de test.& eodem modo Papa.ca.j.de const.lib.vj.possunt allegare quomodo volunt, quia in eis non potest cadere suspicio ignorantiæ,sed secus esset in alijs.Nec ob.§.consideremus. præallegatum,quia loquitur in Imperatore nihil allegante, secus si aliquid allegaret. Ias.May. Ad id quod dicit,sic & aliàs sufficit dicere,ius est,licet non dicatur vbi, adde tex.in l.cum ratio.ff de bon. dam.l.scire opi.in §. sufficit.ff.de excu.tut. Car.in cle.vnica.in §.nos itaque in iij.col.de iureiuran. Car. Zab in ca.ad audientiam.in ij.no.de spon.idem Car in c cum Matth.in ij.no.de cel.miss.Aut de Bu.in c.iij.de preben. Io.de Imo.& Bene Capr.in cle.constitutionem.in j.not.de elec. Domi.in ca.super eo.in j. no.de hæret.li.vj.idem Doc.in ca.degradatio in v.no.de pœn.eo.lib.idem Do.in ca.fin.in iij no.de pet.remis.c.j. Abb.in c.vestra in.j.not.de cohab. cle.& mu.idem Abb.in capitulo.proposuit & in capitul.suggestum.de appellationibus.

2 Glo.in ver.postea.[a]

ADDITIO.

a Postea. In glo.in verbo,postea, in principio.dum dicit in secundo intellectu, quòd verbum postea, posset referri ad verbum habeat,& verbum contracto scilicet prius,intelligite prius scilicet quam isti duo contrahant matrimonium. Ias.May. Not.ex gloss.in verbo postea.in hoc.§. mariti. in fin. gloss. quæ allegatur pro singulari ad hoc, videlicet quòd
5 † agnati & consanguinei vxoris deficientis ex omni parentela viri, præferuntur fisco in successione viri sicut præfertur ipsa vxor viuens. lege prima. C.vnde vir & vxor. Sic & concubina præfertur fisco, vt not.gloss.in §.consideremus in authentica.de trien.& semis.co.iij. Sic † & tutor præfertur fisco in bonis pupilli, vt not. gloss in lege quæ tutela. ff.de rego.
7 iur.licet eā ibi reprobet Bar. Sic & † vnus socius de vna societate moriens sine hæredibus,habet alium socium excluso fisco.l final.C. de bo. editae. decutionum. Et hanc gloss. reputat singularem Ange.de Areti.hic, qui non recolit se vidisse alibi similem. sicut ita est. Vide etiam Nicolaum, de Neap. Ias. May. Imò ista gloss.probat vnum quod est singularius, quòd nedum cognati viri qui sunt effecti affines vxoris succedunt vxori excluso fisco, sed vult singularius, † quòd cognati viri succedant

his cog

la appellatur. capitulo final. extra. de consuetud. Solutio aliquando consuetudo est secūdùm legem, & disponit idem quod lex, & tunc fateor quòd appellatur obseruantia legis. Aliquando est præter legem, & tunc proprie appellatur consuetudo. Aliquando est contra legem, & dic, aut talis consuetudo habet in se rationem vel æquitatem, & erit valida, aut non habet rationem nec æquitatem, & tunc si populus errorem induxerit non erit obseruantia, sed corruptela appellatur d. cap. fin. aut populus ex certa scientia induxit, & tunc obseruabitur in illo casu, sed ad similia non extenditur, veluti rigorosa: & ita intelligitur lege in ratione.

ADDITIO.

a Consuetudinem. † Not. aliquas conclusiones circa materiam consuetudinis. Prima est, quòd vniuersitas quæ non potest statuere, id est, statutum condere, non potest consuetudinem inducere, vt probatur in d. l. de quibus. versicu. nam cum. contraria enim sunt lex statutaria & consuetudo, sicut tacitum & expressum, & sic quod non potest fieri tacite nec expresse. Et ideo si est statutum quòd syndici villarum teneantur denunciare maleficia, & quædam villa per centum annos habuit consuetudinem non denunciandi, tamen hæc consuetudo non est temporis diuturnitate roborata, cum de hoc non habuit potestatem statuendi, nisi hæc consuetudo esset express. approbata per superiorem, vt lege fina. C. de testamentis. Secunda conclusio est † quòd vbi consuetudo est contra auctoritatem legis superioris, quod est vbicunque Imperator prohibet consuetudinem: vt C. de fur. authentica. omnes peregrini. C. communia de successionibus. authentica. cessa. C. de sacrosan. eccles. non valet consuetudo quia minor consuetudo non tollit maiorem. capitulo cum inferior. de maior. & obedi. Secus si sit disposita, aliàs non tenere contra auctoritatem legis. vt, cum ius commune disponat quòd furiosus succedat, consuetudo potest disponere oppositum, & ita in similibus. & sic contra l. stipulationis ista. §. alteri. de verborum oblig. Iac. May.

In gloss. imitantur ibi, in fin. colligitur ex gloss. quòd 19 † consuetudo generalis vincit legem generalem. a Sed contra opponitur & videtur quòd lex sit maioris potestatis ipsa consuetudine, vnde opponitur de l. ij. C. quæ sit long. consue. Solu. si quæratur an lex vincatur à consuetudine vel econtra, quænam ipsarum sit maioris potestatis, distingue. Aut consideramus consuetudinem & legem ex parte constituentis, & tunc lex appellatur maioris potestatis, quia producitur ab imperatore, qui est hodie quibuscunque popu- 20 lis superior. † Consuetudo verò inducitur à populis qui subsunt Imperatori. Aut consideramus consuetudinem & legem ex parte constituti, hoc est, ipsius legis & consuetudinis, & tunc dico quòd consuetudo non tollit radicitus legem, sed tollit obseruationem legis in illo casu.

ADDITIO.

a Legem generalem. In hac materia, quæ videtur mihi summè periculosa, & in qua video textus multum contrarios, quicquid dicant alij, puto sic concludendum. Cum quæritur an consuetudo tollat legem facti vel econtra, facias duos casus principales. Aliquando consuetudo sequitur legem, & tunc si consuetudo est generalis, tollit legem etiam generalem. lege de quibus. in fin. ff. de legi. Aut consuetudo est specialis, & lex 21 generalis, & tunc in loco speciali municipij vincit. † ita intelligo legem venditor. §. si constat. licet Barto. in lege de quibus. in iij. colum. intelligat illum. §. vt loquatur in lege speciali. quod mihi non satisfacit, & ita, prout ego intelligo, intelligis etiam gloss. hic & vbique. In alio autem loco consuetudo specialis non vincit legem generalem, & ita intelligo legem secundam. C. quæ sit long. consuetudo. licet ad eam fiat aliqualis restrictio, tamen vt concor. cum lege de quibus necesse est illam intelligere. Item sit alia violentia de restringendo illam legē. ij. in alio loco, non in loco speciali. Est verum quòd text. in capitulo fina. de consue. ponens totam illam legem. ij. videtur eam intelligere, vt consuetudo non tollat legem, quod est verum, nisi sit rationabilis & legitimè præscripta. Secundus casus principalis est, quando consuetudo præcedit legem, & in isto casu duo iura multum videntur contraria, nam textus in lege. ii. §. diuus. ff. de sepul. vio. videtur velle quòd lex sequens tollat consuetudinem, & sic intelligunt illum §. diuus. quòd ibi lex est facta post consuetudinem, & colligunt ex textu ibi, post referipta principalia, ita intelligit Bar. vbique & vbique gl. licet tex. ille iudicio meo sentiat contrarium. Et in istis etiam terminis intelligunt legem fina. C. de testamentis. quòd illa consuetudo rusticana esset ante legem, licet secundum Bartolum in §. diuus. fiat magna violentia ad illam legem fina. & ille. §. diuus. loquitur de statuto non consuetudinario. Istis ll. multum ob. capitulum. j. de consti. libr. vj. communiter respondent Cano. ibi, & Barto. in d. §. diuus. & in repet. legis de quibus. in iiij. colum. quòd in illis ll. imperator fecit mentionem de illis statutis, quæ est magna diuinatio. Alij quos refert Barto. in d. repe. l. de quibus. in iiij. colum. dicunt, quòd si primo fuit lex, postea consuetudo, deinde etiam lex, tunc bene tollit consuetudinem, quia de facili reditur ad primum ius, ita loquitur d. §. diuus. Quæ solu. primò est contra rationem. d. cap. j. vt dicit Barto. Secundò diuinat multum, & maximè ad legē. fina. Alij soluunt vt Bal. & iste hic refert quòd in d. §. diuus. esset imposita pœna contrafacienti, quod est somniare. Imò & secundo fortius non ob. l. fin. C. de testa. quia in l. hac consultissima. quæ sequitur illam consuetudinem rusticanam, non erat aliqua pœna. Tene communem solu. pro minus periculosa, nescio quid aliud possit dici in hac materia, de qua Ang. hic nullum verbum facit. Iac. May.

22 Ex quo infertur, † quòd illa poterit induci in argumentum ad alios casus, & ita loquitur lex. ij. C. quæ sit long. consuetudo & facit quod not. gloss. in lege j ff. de coniunctionibus cum emancipationibus. lib. ibi diuisio. concludit ergo gloss. quod lex specialis emanata post consuetudinem specialem, habet tollere illam consuetudinem. Sed hæc opinio. reprobatur primò per d. legem. iij. in gloss. allegata. in §. diuus. Secundò per capitulum. j. de consti. libro. vj. Tertiò ratione. Nam consuetudo est facti, & ea quæ sunt facti probabiliter ignorantur. lege de 23 quibus. ff. de legi. iuncto capitulo. j. supra allegato. † Ergo princeps qui statuit legem, non videtur tollere consuetudinem quam ignorat lege tres fratres. ff. de pact. Vnde distingue, aut constat quòd princeps vult tollere consuetudinem, & tunc res est clara quòd tollitur, authentica nauigia. C. de furt. Aut constat quòd princeps vult tollere consuetudinem, & tunc res clara est quòd non tollitur. Aut sumus in dubio, vt hic, & tunc aut consuetudo sequitur legem, & tunc lex tollitur. Ratio, quia illi qui inducunt consuetudinem. præsumuntur habere notitiam legis, quæ iuris est, & ab omnibus sciri debet. lege leges. C. de legat. Aut econtra lex sequitur consuetudinem, & tunc lex non tollit consuetudinem, quia consuetudo est facti, & probabiliter ignorari potest. Fallit vno casu, videlicet quando lex quæ sequitur consuetudinem, imponit pœnam facienti contra illam legem, quia tunc videtur tollere consuetudinem. Iste est textus secundùm Baldum in d. l. § diuus. Ratio vltra Bald. Nam quando lex imponit pœnam, non videtur tollere consuetudinem, non ex eo quia præsumitur habere notitiam consuetudinis, sed quia imponendo pœnam damnat factum: vnde consuetudo, contraria tanquā emanans super facto dānato nō est cōsuetudo, sed corruptela appellatur. d. capitu. final. de consuetudine. In fin. glossæ dicit vt supra dixi Finaliter quo ad hanc materiam 24 pone † quòd consuetudo redigatur in scriptis, an perdat nomen consuetudinis. videtur quòd sic, per istum textum, in quo ponitur consuetudo sub iure non scripto. Secundò, quia nulla esset differentia inter legem & consuetudinem. In contrarium est veritas per legem imo magne. ff. de legatis. Secundò, quia feuda licet sint in scriptis redacta, nihilominus appellantur consuetudines. in rubri. prima libelli feudorum. Tertiò, quia in diffinitione consuetudinis non ponitur scriptura. capitulo consuetudo. distinctio. j. Non obst. iste text. qui denotat communem accidentiam facti, quia consuetudo non consueuit in scriptis redigi. † Nec 25 ob. quòd non esset differentia inter legem & consuetudinem, quia respondetur quòd imo lex inducitur expresso consensu, consuetudo autem ex tacito consensu, quia præsumitur ex diuturnitate temporis & actuum frequentia.

1 Personæ quibuscunque rebus sunt digniores.
2 Ius naturale qualiter tolli possit.
3 R. præsidijs concessit contra florentinos, non capitur florentinus qui in

a cantur legitimati. Richar. Malumbra dixit quòd non, quia cessat spes sobolis habendæ, quæ est causa huius legitimationis, vt est text. no. in l. nuper. C. de natu. lib. de quo per Angel. & Fortu. in lege prima. ff. de prob. [Adde quòd hanc opinio. etiam tenuit Bl. in l. nuper. col. vj. ver. consue. uit quæri C. de natu. lib. & in l. eam quam. nume. 27. C. de fideicommiss. & Ang. eius frater. in d. l. eam quam. & in l. sed & quæsitum ff. de lib. & posth. & licet multi hanc teneant opinionem, contraria tamen est verior & communis quam etiam tenet, per dicta à Io. And. in c. tanta. extra qui filij sint legit. & ibi Ant. de But. col. iij. versic. nunc an solo contractu. & per eundem Io. And. in ca. sine culpa. in i. q. de regul. iur. in Mercuria lib. vj. Cyn. in d. l. nuper. C. de natura. liber. & ibi Albe. ri. & Bal. in capitu. j. §. omnia. les. col. iij. ver. quæro. quid de eo qui expu. si de fin. fuerit controuer. inter do. & agnat. in vsib. feu. Abb. Pano. in c. commissum. col. j. ver. facit etiam ad quæstionem extra de sponsal. & in ca. quoniam. in ij. not. ex. de coniugio lepros. Raph. in lege sed & quæsitum ff. de lib. & posthu. & ibi Ioan. de Imo. & Fran. Areti. & Ias. May. Io. de Imo. in l. si quis post. in fin. principij eodem titu. & ibi Alex. de Imo. Io. de Imo. in l. Gallus in prin. per Gl. ibi eodem titu. Fely. in c. in præsentia col. xv. ver. facit mirabile dictum Nicol. de Vbal. in tracta. de successio. ab intesta. in princi. numero. 63. Anto. Rosel. in tracta. legiti. in princ. ca. de causa legitimat. numero. 23. cum seq. Ludo. de bardis in tract. eiusdem nominis in ca. de legitimatione per varium matrimonium. numero. 2. 2. & 3. Io. Brunel. in tracta. de spon. & matrimon. in ii. conclusi. numero. 20. Gali. Mayneri. in cap. quoties idem. numero. 22. ff. de regu. iur. D. And. Tiraquel. in l. si vnquam. in ver. susceperit liberos. numero. 72. C. de reuo. dona. & Eximium D. Pet. Dnenane. in suis regulis vtriusque iuris regu. eccl. in prima limitatione. Io. Bap. Zileius Veneus.]

18 † Et an per instrumentum dotal. probetur matrimonium? Dic, quòd si faciant mentionem de dote, & matrimonio, tunc probatur, secus si solùm de dote. authentica. sed nouo iure in gloss. C. de nupti. a. sed bene per alia quæ solum faciunt mentionem de dote, datur vehemens indicium quòd sit matrimonium, nisi contrarium probetur, argumen. l. lib. ff. de ritu nupt. quia sic est consuetudo quod talia instrumenta non fiant nisi præcedente matrimonio. & ideo id quod est consuetum, in dubio præsumitur esse, quia quando duo sunt quorum vnum non consueuit esse sine alio, probato vno, probatur & reliquum. l. natales. C. de proba. ad quod vide Bald. in d. l. neque. C. de nuptijs. &c. Ias. May.

De adoptionibus. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Quia filij aut nobis causantur per naturá ex coniunctione maris & fœminæ, aut per artem ex adoptione vel arrogatione interueniente l. prima. ff. de adoptio. Ideo viso de filijs qui nobis causantur per naturam. Sequebatur videre de his qui causantur per artem. Ideoque probè intitulatum est de adoptionibus.

1 *Adoptio quid sit.*
2 *Arrogatio fit coram solo Principe, adoptio coram quocunque iudice.*
3 *Arrogantur qui sunt sui iuris, adoptantur qui potestati parentum subijciuntur.*
4 *Filius an possit inuitus emancipari.*
5 *Ratio illa finalis censetur, quando vna tantùm assignari potest.*
6 *Concursus duarum causarum, potentius operatur quam causa simplex.*
7 *Filij nati ex concubina, non dicuntur legitimi sed naturales.*
8 *Concubinatus à lege nomen & effectum accepit.*
9 *Concubinatus publicus quare permittatur.*
10 *Vsurarij publici cur admittantur.*
11 *Filij legitimi & naturales qui sint.*
12 *Filij legitimi in quotuplici sint differentia.*
13 *Natus ex muliere extra domum retenta, uel prostituta in domo, per subsequens matrimonium non legitimantur.*
14 *Concubina quæ dicatur.*
15 *Adoptatur aliquando ille qui est filius.*
16 *Adoptio qualiter diffiniatur. & nu. 18.*
18 *Arrogationis diffinitio.*
19 *Princeps delegans cognoscere dicitur, quando eius delegatus auctoritate impartitur.*
20 *Causa adoptionis potest delegari.*
21 *Imperatore mortuo, succedit alius in administratione.*
22 *Sponsus an prius quàm sponsa in contrahendo matrimonio interrogari debeat.*
23 *Infans arrogari non potest.*
24 *Filius existens in potestate patris, ut per adoptionem in alterius potestatem transeat, quid requiratur.*
25 *Adoptare quomodo quis possit.*
26 *Ars non prouidit nisi in casu necessario.*
27 *Arrogatio quare fiat corã Principe, & sic cum maiori solẽnitate quàm adoptio. & nu. 28. & 29.*
28 *Vbi maius est periculum, ibi cautiùs est agendum.*

NON SOLVM. Quemadmodum ex patrimonio patria potestas causatur, ita ex adoptione[a] vel arrogatione legitimè interueniente, & hoc iure veteri. Iure autem nouo ita demum per adoptionem patria potestas causatur, si in personam adoptantis & naturalia & ciuilia iura interueniãt. hoc dicit. Diuiditur in duas. Nam in prima refert antiquitatem. In secunda refert ius nouum. Secunda ibi, [sed hodie] Item prima subdiuiditur in duas. Nam primò ponit dictum. Secundò distinguit adoptionem per duo membra, & illam declarando prosequitur. Secunda ibi, [adoptio.] No. primò quòd non solum naturaliter per matrimonium causatur nobis ius patriæ potestatis, sed etiam ex arte mediante arrogatione vel adoptione.

ADDITIO.

a Adoptione. Et aduerte, quòd iste tex. in hoc prin. iij. ver. si verbo naturalis. videtur esse superfluus, dum bis repetit de auo materno. salua, quia primò loquitur de auo materno ipsius filij. In secundo loquitur de auo materno non ipsius filij, sed ipsius patris. & ista est veritas. Ias. May.

1 Item not. † verbum, adoptio, tanquam genus sumptum, complecti sub se adoptionem vt speciem, & arrogationem. 2 concor. lege prima. ff. e. Item not † arrogationem fieri cum auctoritate principali, adoptionem autem fieri posse cum auctoritate magistratuum. Rationem statim reddam in fin. 3 quæ reddi possit † Item not. arrogari eos qui sui iuris sunt, adoptari verò qui sunt in potestate parentum naturalium constituti. Not. in ver. sed hodie per adoptionem non fieri transitum patriæ pote. nisi vbi sit auus paternus vel materaa nus qui nepotem vel neptem adoptauerit.

ADDITIO.

a Adoptauerit. Et ratio est in d. l. cum in adoptiuis, quia posset euenire casus in quo adoptatus ab extraneo priuaretur hæreditate vtriusque. Sed 4 dubito, † quia si filius non possit inuitus emancipari. §. & generaliter. in auc. quibus. modis na effi. sui. certè si consentit emancipationi patris adoptiui, & sic per talem emancipationem priuabitur hæreditate adoptantis, sibi habeat imputare, quia damnum quod quis sui culpa &c. Pono quòd filius iure isto posset sine causa & sine eius consensu emancipari. casus est in d. l. cum in adoptiuis. & in lege quidam cum filium. & ibi Bart. ff. de verborum ob. & casus rotundus in §. cum autem. infra eo. ubi dixi. licet hodie sit breuiter, quia non potest inuitus emancipari d. §. & generaliter. Sed tunc obstat quia secundùm hoc iste. §. Sed hodie. esset correctus, quod ego teneo per ea quæ dixi in d. l. in adoptiuis post Bar. Sed tenendo communé sententiam possit dicere quòd in d. l. cum adoptiuis. illa ratio est impulsiua. & in dubio præsumitur impulsiua, iuxta gl. in l. ij. §. si. ff. de donatu. Sed 5 ob. † quia quando non potest assignari nisi vna ratio, illa censetur finalis vt est gl. reputata singularis, in l. quamuis. & ibi expressius Bal. C. de fidei commiss. nisi dicas quòd in d. l. cum in adoptiuis sunt duæ rationes. Prima, ne filius adoptatus ab extraneo priuetur hæreditate vtriusque partis. Secunda quia in extraneo non concurrunt duo vincula, scilicet naturale & ciuile, & sic licet hodie esset vna ratio, tamen habet locum alia, & consequenter habet locum legis dispositio. iuxta. §. affinitatis supra titu. proxi. Vide tamen ad prædicta, an filius possit inuitus emancipari. Docto. in §. si. infra tit. j. & maximè Ange. de Are. ibi. qui tenet quòd non, & vult fortius quòd etiam ex causa non posset inuitus compelli, ex quibus posset inuitus pater compelli ad emancipandum. Ias. May.

6 Item not † quòd concursus duarum causarum potentius operatur quàm causa simplex. concor. in authentica. de consan. & vteri. fra. §. j. & auth. defuncto. C. ad tertu. ibi, in prin. a In gloss. in verbo naturales [a] Ideo tales appellantur primò naturales, quia in esse producti per naturam. Ideo appellantur legitimi, quia nati ex matrimonio à lege approbato.

ADDITIO.

a Naturales. Et dom. gl. subaudi in prin. scilicet & legitimi. Tu dic quòd iste tex. posset stare sine subauditione, si refertur ad. §. fi. titu. præceden. Tamen aduerte, quia ibi non loquitur de naturalibus tantùm, quia ibi naturales tantùm, non sunt in potestate. vt ibi dicit. sed quando sunt legitimati. Ias. May.

7 Ibi. §. fin. not. † filios natos ex concubina non appellari legitimos, sed tantũ naturales, Sed ego alias dubitaui quia 8 imo videtur istos etiam legitimos appellari debere, eo † quòd concubinatus à lege nomen accepit & effectum lege in con

cubinatu, vbi tex. cũ gl. ff. de concubini, Sol. alias dixi, quòd ideo nõ appellãtur legitimi, quia non sunt nati ex forma à le 9 ge approbata: nec enim lex approbauit concubinatũ,† sed illum sub quadam dissimulatione permittit, vt publica lupanaria, causa euitandi adulteriæ & incestus & raptus. c. inter operas. & ibi no. extra de spon.

10 † Eodem modo ciuitates Christianorum non approbant publicos vsurarios, sed sub dissimulatione permittunt, causa euitandi furta, rapinas, homicidia, & cætera mala, ita est in proposito, & ita comperi Ricar. Malum. vt refert Bartto. tenere in. l. prima. ff. de concubin. sed non ita clare. in fi glos. vos dicite plenios ex mente Richar. Malum. & Barto. quorum opinio, sibi attribuit Fulg. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. Ego cæteris clarius loquar, 11 † quia sunt. vij. species filiorum. Quidam sunt filij iure naturali proditi, & iure ciuili cogniti, eo quia iure approbati, & hi sunt qui ex legitimo matrimonio produntur.† Naturales appellantur, quia nati per naturam. Appellantur legitimi, quia per legem approbatur. Quidã sunt filij iure naturali proditi, iure ciuili cogniti, sed eo iure nõ approbati, nec reprobati, sed sub dissimulatiõe permissi hi sunt nati ex legitima concubina hi tantũ naturales appellãtur, quia nati per naturam. Quidam sunt filij virginum naturaliter incogniti, iure ciuili inuenti, & hi sunt filij adoptiui, & arrogati, quos ideo tantum legitimos appellamus, quia eos natura non cognouit, sed lex inuenit. Quidam sunt filij iure naturali nori, sed iure ciuili incogniti penitus, vt sunt vulgo concepti, quos proprie bastardos appellamus, quasi sub hasta, id est, sub publico nati, nam dici solet, ista res est sub hasta id est, sub publico posita. l. j. C de fide instru. & iure hastæ fiscal. l. x. Quidam sunt filij iure naturali inuenti, iure ciuili cogniti, sed eo iure reprobati, vt sunt nati ex coitu damnato, & hi appellantur incestuosi, manzeres a & spurij, quasi nati ex libidine sine certe, id est, sine regimine l. si quis incestu. C. de nupt.

ADDITIO.

a Manzeres. Manzeres propriè sunt, qui nati sunt ex coitu incestuoso, & sunt qui nascũtur ex professo & professa. A hi sunt nothi, & isti sunt illi qui nascuntur ex adulterio, vt est glos. in ca. nisi cum pridem. a atra, de renunci. & c. Ias. May.

Quidam sunt filij naturales tantum, qui postea efficiuntur legitimi per dationem curiæ. Quidam vero naturales sunt, qui efficiuntur postea legitimi per subsequens matri- 13 monium. vt supra. titul primo. § fin. Sed hic quæritur † Pone quòd habes filium ex muliere quam tenes extra domum, vel tenes pro famula in domo, contrahis cum ea postea matrimonium, an erunt tales legitimi. Dicite quòd non, quia non dicitur talis mulier extra domum retenta, vel in domo 14 proprie concubina.† illa sola appellatur concubina quæ tenetur in domo in figura matrimonij hæc est glos. ordin. quam approbant Doct. in l. pen. ff de concubi. In gloss. adoptio. ibi §. licet est text. apertus. in l. si te parens. C de suis & 15 legi. in fin. hoc etiam mihi non placet † Nam aliquando adoptatur ille qui est filius vt puta emancipatus lege si pater. in princ. ff eo. Nec placet quòd aliqui dixerunt, quòd quando filius emancipatus adoptatur quòd dicitur nouus filius, & adoptiuus, quia loquuntur contra casum l. filio quem pater. ff. de lib. & post. & contra rationem Iurisconsulti ibidem, quia non debet imagine naturæ veritas obumbrari. Non debet igitur adoptio filij emancipati, quæ est imago naturæ obumbrare veritatem, quod scilicet dicatur filius nouus & non naturæ. Præterea hæc diffinitio peccat in alio, quia non solùm per adoptionem causantur nobis filij, ve- 16 rum etiam nepotes §. licet infra eodem.† Vnde potest sic adoptio diffiniri.a Adoptio est actus legitimus, per quam quis alterius potestati subijcitur in forma filiationis, naturali vinculo concurrente. Naturali vero vinculo non concurrente, alterius potestati non subijcietur, sed tantum iura succedendi ab intestato conseruantur. Ideo dixi actus legitimus, quia inuentus à lege. Ideo dixi alterius potestati, puta per venditionem propriæ personæ, vel per captiuitatem suprà de iure person. per totum. Ideo dixi naturali vinculo concurrente, quia nisi quis detur in adoptionem auo paterno vel materno, non transit in eius potestatem. Si verò alteri tradetur in adoptionem ab intestato succedit, vt hic. §. sed hodie, & l. cum in adoptiuis, C. eo. tit.

ADDITIO.

a Diffiniri. † Sed ista diffinitio non potest conuenire arrogationi, vnde 17 puto quòd vtraque debeat per se diffiniri, vt facit Ange. de Are. hic. Et aduerte, quia ipse An. diffiniendo adoptionem in genere dicit, quòd per eam fit transitus in patriam potestatem naturali vinculo concurrente: istud est falsum, quia etiam sine vinculo naturali fit trãsitus vt est in arrogatione. l. cum in adoptiuis. in fin. C. e. Putabam si poterat sic in genere diffiniri. Adoptio est actus legitimalis per quem vel fit transitus in potestatẽ, vel saltem ius intestatæ successionis defertur penè naturam imitans. Adoptio autem in specie potest sic diffiniri. Adoptio est actus legitimus, per quem cum magistratus auctoritate fit transitus de potestate in potestatem. naturali vinculo concurrente quo non concurrente non fit transitus, sed sola successio ab intestato defertur. Ista est est bona diffinitio, quia consistit ex genere & differentijs. Nam dum dico, est actus legitimus, ecce genus, & dum dico de potestate in potestatem, ecce differentia a singularis, quia in arrogatione non fit transitus de potestate in potestatem, quia nõ potest quis esse sui iuris, & dum dico, naturali vinculo, ecce aliam differentiam ad arrogationem, in qua sine naturali vinculo fit 18 transitus d. l. cum in adoptiuis.† Arrogatio autem sic diffinitur, quòd est actus legitimus per quem homo sui iuris principis auctoritate alterius potestatem ingreditur, & eam declara. vt in proxi præcedentibus. Ias. May.

In gloss rescripto. ibi. & lege arrogat. Et est ratio † Nam 19 quando legatus à principe impartitur auctoritatem suam, dicitur ipse princeps delegans cognoscere. ca. sane. extrà, de offi. & po. iudi dele. l. j qui mãdatam. ff. de offi. eius cui man. a est iurisdict. cum si.a

ADDITIO.

a Cum similib. † An autem causa adoptionis possit delegari. Videtur 20 quòd non, quia requirit causæ cognitionem, & interpositionem decreti, ergo &c. l. omnia quæcunque. ff. de regu. iur. & l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. Hodie contrà, quia quæcunque iure magistratus competunt, possunt delegari. l. j. ff. de off. eius cui manda. est iurisd. e. nec enim hic requiritur plena causæ cognitio, secundùm Bat. in d. §. vbi decretum Ias. May.

In fin. gloss Hoc est verum de iure ciuili, quo dicitur vacare imperium per mortem Imperatoris, iure autem cano- 21 nico non procederet. † quia mortuo Imperatore succedit ecclesia in administratione. capitulo licet. & ibi not. extrà de foro compe. quo casu fieret arrogatio cum auctoritate apostolica. In gloss arrogatio. ibi ff. eodem. Colligitur ex 22 hoc quòd † dicit gloss. in l. ij. quòd in matrimonio contrahendo debet interrogari sponsus, deinde sponsa, vt à persona digniori fiat initium. Contrarium seruat consuetudo. a Sed puto. rectius glo. loqui. Nam si primo interrogaretur a sponsa, quæ affirmaret, postea sponsus qui negaret, maior esset pudor mulieri, quàm econuerso, quòd citius desideraret ad legitima coniugia euolare.

ADDITIO.

a Interrogaretur † e hac materia an sponsus interrogandus sit prius quàm sponsa, vide tex. in c. si inter virũ. extra de spon. qui determinat idẽ quod hic: sed parum facit, nisi arguas ex ordine literæ. Ias. May.

23 Subsequenter inferunt Doc ex gloss.† quòd infans non poterit arrogari, cum non possit loqui, & per consequens non interrogari. Contra tenuit gloss. in l. ij ff. eodem & bene per. lege etiam. ff eodem Non ob. quòd non possit interrogari, quia respondetur quòd poterit interrogari præsentibus agnatis & affinibus, quorum præsentia supplebit defectum infantis. argumentum. l. ij. C eodem. Gloss. in verbo a concurrunt a bene dicit. concor. gloss. in lege cum in adoptiuis C. eodem.

ADDITIO.

a Concurrunt. No. ex hac gl. in verbo concurrunt. † ad hoc vt filius exi- 24 stens in potestate patris, per adoptionem transeat in potestatem alterius, necesse est quòd detur in adoptionem affini qui sit de ascendentibus, puta auo paterno vel materno, quia à quo ab auo trahit originem, & sic exponitur verbum, naturalia per glo. id est naturalis alias si detur affini collaterali puta fratri patris, non transit. Similem habes glo. C. e. l. si. §. si verò pater &c. tamen contra istam glo. est tex. in § in primis in princi. in verbo nouus tamen eum. infra eod. Aduerte licet Doct. hic dicant istam glos.

glo.concordata cum ista,tamen loquitur in diuersis terminis, quia illa loquitur quando quis adoptatur in fratrem & tunc non posset transire in potestatem, quia adoptio non valet, vt dixi in §.fin.infra eod. quia esset contra naturam. l. nec apud. c. de hære.li.insti. Nostra autem quæstio gloss. est quando quis adoptauit filium fratris, non in fratrem sed filium. Ias. May.

25 In glo. fin. in fin. Oppo. ab extra † quòd nemo posit vnquam adoptare & arguitur sic. Aut quis non potest habere filios per naturam: & tunc non debet sibi quærere per artẽ, 26 l. si mater. §. fina ff eod. Facit ratio. † Nam ars non prouidit nisi in casu necessario. l. j §. ex hoc rescripto. ff. de ventre inspi. Si ergo potest habere per naturam, sibi frustra quærit per artem. Item qui habet auxilium generale, frustra implorat singulare. l. in causæ ff de mino. Aut non potest habere per naturam, & tunc non potest habere per artem. l. ij. § illud. §. eo minorem, infra eod. Sol. aut non potest habere per naturam vitio naturalitatis, & procedit contrarium, vt est in castratis, id est, caste natis. Aut non potest habere per naturam vitio accidentiæ, & tunc poterit habere per artem, quia potius inspicitur naturalis aptitudo generandi in homine sita quam temporale vitium. l. si quis posthumos. de 27 libe. & posthum. Exemplum in spadone. Finaliter † quæro de ratione, quare olim, & hodie arrogatio fieri debet coram a Principe,ª & sic cum maiori solennitate quam adoptio, quæ fieri potest coram quocunque magistratu.

ADDITIO.

a Principe. Addendum dicitur hic, coram principe quod est adeo difficile, vt quodammodo præsumitur impossibile, vt est glo. in l continuus. §. cum quis. ff. de verbor. obligatio. Barto. & Doctor. l. apud Iulianum. §. fina. ff. de lega j. Ias. May.

Solu. iure nouo clare procedit. & ratio reddi potest, quia in arrogatore versatur maius præiudicium, quoniam arrogatus transit in potestate arrogatoris, cum omnibus suis 28 bonis, in adoptiuis autem non, † vnde cum maius sit periculum, cautela maior est adhibenda, capit. vbi periculum. de electio. libr. vj. l. j. §. cum filius de carbo edic. Sed iure veteri ego dubito valde de ratione, quia eo iure tractabatur de maiori præiudicio in adoptiuis quàm in arr gatis, quia adoptiuus priuabatur hæreditate patris naturalis arrogatus non, quia iam illam consecutus fuerat per mortem patris, vel per emancipationem perdiderat. Item adoptiuus ita subijciebatur potestati adoptantis vti arrogantis. Item sic sibi acquireb et bona, vt arrogatus. l. cum in adoptiuis. C eo. vnde posset dici, quòd ideo in adoptione non requiritur tanta cautela, quia subest consilium patris quo prouideri potest a filio, quod non est sic in arrogato. Cogita.ª

ADDITIO.

a Cogita. † Aliam rationem differentiæ assignat Bald. in l. j. C. eod. quia transire de potestate in potestatem habet symbolum, & in habentibus symbolum facilis est trãsitus, ideo minoris iudicis auctoritas sufficit. Sed quòd ille qui est sui iuris transeat in potestatem, ista non habent in se similitudinem sed sunt contraria. Item transitus ex sui iuris existentia, in potestatem, alterius, est quandam libertatem perdere, & ideo hoc non poterat explicari, nisi cum principis auctoritate secundùm Bal Ias. May. Quæro quare non possum filium meum per rescriptum principis arrogare, non solùm per eius auctoritatem, cum etiam per rescriptum solùm sine eius auctoritate possim filium meum bastardum legitimare? vt l. legem. C. de na. li. & in auth. quib. mod. natu. effi. legi. §. illud. dic quòd est ratio, quia in arrogatione non oportet facere mentionem filiationis, & in supplicatione, sed in legitimatione sic, vt probatur in dict. §. illud. secundùm Bald. Ias. May.

1 ☞ Arrogatio non fit nisi causa cognita.
2 Verba, causa cognita, tantum operatur, quantum vocatis vocandis.
3 Quæ causæ cognitionem requirunt, de plano expediri non possunt.
4 Actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem.
5 Præbenda alicui concessa, si sit idoneus, intelligitur de idoneitate personæ.
6 Iudex an possit alteri stipulari.
7 In arrogatione quæ consideranda sunt.
8 Commissum iudici cum causæ cognitione explicandum, causa non expressa, eius arbitrio relinquitur.
9 Pupillus arrogatus an possit sine causa emancipari. & nu. 11.
10 Arrogator cauet si impubes decedat, de restituendis bonis pupilli, ijs qui illi successuri essent si arrogatio facta non esset.
Per tabellionem nobis acquiritur.
12 Arrogator emancipando filium ad quid teneatur. & nu. 18.
13 Lex utendo uerbo, caueat de qua promissione intelligatur.
14 Seruus quis sit. & unde dicatur.
15 Substitutione compendiosa facta filio per patrem naturalem, an teneatur arrogator cauere de restituendo bona substituto pupillo moriente post pubertatem.
16 Cautio iusta omissa pro facta habetur.
17 Expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur.
19 Pactum per quod quis pollicetur alicui, se aliquid relicturum in ultima uoluntate, non ualet.
20 Quod per pactum fieri non potest, potest tamen per legem.
21 Arrogator cum quartam habeat partem in bonis arrogatoris, in illa quarta, alijs quæ bonis sibi datis potest filio impuberi substituere.
22 Grauamen fieri non uidetur, consentienti grauamini spontanea uoluntate.
23 Ius nouissimum quantumcunque corrigens, debet intelligi ne absurditatem contineat.
24 Dictio, præter, an includat, uel excludat.
25 Pupillus decedere potest cum duabus substitutionibus patris naturalis, & patris arrogati.

1 §. CVM AVTEM IMPVBERES. † Arrogatio quæ fit cum principis auctoritate, fieri debet causa cognita, in qua venit vt arrogator caueat de restituendo omnia bona ad eum peruenta ex persona pupilli. his qui ex testamento, vel ab intestato venturi fuissent arrogatione non subsecuta, & hoc si pupillus in pupilari ætate moriatur h. d. Nota ar-2 rogationem fieri causa cognita, † & ista verba, causa cognita, tantum operatur, quantum illa verba vocatis vocandis, allegatur in argu. l. in causæ. §. causa cognita. ff de minorib. Vnde non posset fieri arrogatio nisi iudice sedente pro tri-3 bunali, † quia ea quæ requirunt causæ cognitionem non possunt de plano expediri. l. nec quicquam §. vbi decretum. & § de plano ff de offic. procon. l. j. §. dies. ff. quis or. in bono. poss. ser.

ADDITIO.

a Bon. possess. ser. Not. in text. ibi, cum quibusdam conditionibus. † nam 4 actus legitimi non recipiunt diem nec conditionem. l. actus legitimi. ff. de regu. iur. Dic quòd hoc est verum, expressam, sed tacitam diem vel conditionem sic, vt ibi notatur & tacita quæ à lege subintelligitur, si sit expressa nihil operatur l. iij. ff. de legat. j. nec facit actum conditionalem, sed quan-5 dam denotat admonitionem vt hic, & l. mutuo. §. j. ff de intellis. sit ideo † si concedatur alicui præbenda vel beneficium si sit idoneus, non dicitur concessio conditionalis, sed dicitur quædam admonitio, quòd personæ idoneæ detur. vt c. j. per Inno. extra de offic. dele. & in c. dudum. extra de præsum. 6 Item not. quòd † arrogator debet habere quartam in bonis arrogatoris, vt infra scripsi in glo. Item adde quòd quemadmodum tabellio potest alteri stipulari, sic etiam alius officialis, vt iudex. l. j. §. exigere. ff. de magi. conue. licet regulariter alteri per alterum non acquiratur. dict. §. alteri. & ibi glo. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obli. & de tabellione vide supra de iura perso. in princ. & è Vel melius dum infra dicitur conditionibus expone, conditionibus, id est, modis, quia hic propriè non est conditio. sed modus, secundùm Ange. de Are. hic & bene. Expondera etiam esse legem pro te, quam adducit Barto. in l. quibus diebus. §. Termilius ad fin. ij. col. ff. de condi. & demon. Ias. May.

7 Et not. † quòd in arrogatione celebranda debet inquiri, an causa arrogandi sit honesta vel ne. Quid. n. si humilis vel deploratus velit arrogare nobilem & diuitem? Quid etiam si iuuenis & sanus velit filium arrogare? Quid etiam si scholaris velit arrogare puellam quam amat aliter quàm deceat? hæc omnia sederent in arbitrio eius coram quo debet arrogatio celebrari l. si pater § fina. cum l. seq ff. eod. Item nota. 8 † quòd quando aliquid committitur iudici cum causæ cognitione explicandum, nec causæ exprimuntur, illæ relinquuntur eius arbitrio. l. j. ff. de iure delib. l. j. §. expilatores. a ff. de effracto. & expila. c. de causis. de offic. iudi. dele.ª

ADDITIO.

a Offi. iudi. deleg. Item pondero hic etiam text. † quòd filios pupillus arrogatus possit sine causa emancipari. & emancipatio valet, quia si non valeret emancipatio, de qua hic, prouisio huius. §. quæ est diui Pij, esset damnosa pupillo, cum non debet habere nisi quartam eius partis, quam aliàs erat habiturus, vt infra in glo. in verbo bonorum. quod not. ad ea quæ habentur in §. fin. supra tit. j. Ias. May.

10 Item not. quòd † arrogator debet cauere tabellioni de restituendo bona illis qui venturi fuissent ad hæreditatem pupilli si arrogatio subsecuta non fuisset, & hoc pupillo in pu-

pillari ætate moriente, ex quo colligitis, quòd per tabellionem nobis acquiritur, concor. l. his verbis. & l. non aliter. ff. eo. videbitis in §. aliter. infra de inutili stipulatio.[a]

ADDITIO.

a De inutil. stipu. Item not. secundùm Angel. de Arei. hic, quòd licet filius naturalis & legitimus potuerit sine causa tempore istarum legum exhæredari, vt l. antee cætera. ff. de libe. & posthu. & §. aliud. in authent. vt cum. de appel. cog. melius in l. insiuran. ff. de libe. & posth. † Quòd tamen impubes arrogatus sine causa non potest exhæredari, & si exhæredatur, cogitur quartam relinquere vltra bona propria ipsius impuberis, vel postea per eum acquisita. sed aduerte, quia istud notabile nō probatur hic: quia hic nō dicitur, si sine iusta causa exhæredauerit, sed bene dicit, si sine causa emancipauerit. Et ad vltimum notabile hic positum, scilicet de quarta relinquenda, aduerte quòd iste text. procedit in arrogato, secus in adoptato. Glo. est quam Nico. de Neapo. hic reputat valde notabilem in l. penultim. C. eod. Ias. May.

12 Item not. † quòd si arrogator[a] cum iusta causa emancipauerit filium, tenetur sibi restituere omnia bona sua. Si autem sine iusta causa, tenetur restituere omnia bona sua, vltra quartem partem bonorum ipsius arrogatoris.

ADDITIO.

a Quòd si arrogator. An autem pater arrogator debeat statim cum emācipat filium, ei dare bona sua, & etiam quartam, quando quarta venit præstanda? Dic quòd bona sua bene statim debet reddere ipsi filio arrogato emancipato: vt probat dictio, tunc, hic in texto posita: & hoc probatur etiam ex text. l. si cui. la. ij. in fine. ff. de cond. & demon. Quartam verò partem bonorum ipsius patris arrogatoris, non tenetur ipse pater arrogator ipso viuente præstare, sed solùm cogitur dare in vltima voluntate. & hoc probatur ex verbo relinquere posit. in text. quod verbum ad vltimas voluntates pertinet vt ff. de rob. ex hi. l. j. in fin. & probatur in l. j. in §. si impubere. ff de colla. bo. ibi præmatura sum. Quinimò si filius arrogatus ante patrem arrogantem decedat emancipatus, non transmittit ad hæredem suam facultatem petendi hanc quartam de bonis testatoris ipsi filio debitam, vt C. de cadu. tollen. l. vnica §. j. Nec obst. l. i. §. si impubere. supra alle. quia ibi iam sibi competebat actio ad quartam illam. iam enim erat mortuus pater suus arrogator, ideo eam transmittit ibi. vbi autem filius arrogatus fuisset mortuus ante patrem, non transmittit, quia adhuc non sibi competebat viuente patre & sic not. bene. ista omnia ponit hic Nico. de Neap. qui dicit se ea nunquam vidisse alibi. Ias. May.

13 In fine glo. in verbo caueat. Oppo. contra. Nam † quando lex vtitur verbo, caueat, intelligitur de nuda promissione verbali. l. sancimus. C. de verborum significa. Solu. Dicite, aut hoc verbum, caueat, profertur à l. ciuili, aut profertur à l. prætoria. Priore casu est regula, quod intelligitur de simplici promissione. d. l. sancimus. Hæc regula fallit quando verbum, caueat, profertur qualificatiue, vt puta, caueat idonee, caueat competenter. l. si mandato Titij. §. fina. ff. man. l. si debitori. ff. de iudicijs. capit. Odoardus. extra de solu. c. si. extra de pigno. Secundò fallit, quando per aliam legem fideiussores dari requiruntur, vt hic, iuncta l. his verbis. ff. eo. Et hæc eadem vera sunt, quando verbum, caueat, profertur à contrahentibus: vt quia quis tibi promisit cauere, ideò facias addi verba idonee, vel competenter. Aut & secundò profertur à lege prætoria, & tunc regulariter intelligitur de cautione cum fideiuss. Fallit in quibusdam casibus, de quibus in l. j. ff de præto. stipu. & habetur in l. j. C. de procura. In fin. gl.

14 in verb. personæ nota † quòd aliqui appellantur serui, à seruio seruis: & hoc modo tabelliones & isti barruarij appellantur publici. Eodem modo falsi latores librorum aliquando dicuntur serui, à seruo seruas, & illi sunt quos schlauos appellamus, de quibus supra de iure perso. §. j. In gloss.

a venturi.[a] ibi, not. tamen. Sed hic dubitatur: Pone † quòd pa-

15 ter naturalis fecerit substitutionem compendiosam filio pupillo, hoc modo, instituo filium meum pupillum hæredem, & quandocunque decesserit, substituo Caium: an tenebitur arrogator cauere de restituendo bona huic Caio substituto, etiam pupillo moriente post pubertatem? Videtur quòd sic, quia pupillo moriente post pubertatem durat huiusmodi substitutio l. precibus. C. de impube. ergo cauendum, vt hic. Veritas est in contrarium. Dicite quòd non tenetur cauere filio moriente, post pubertatem. Nam quòd teneatur cauere facta pupillari substitutione de restituendo bona. si filius in pupillari ætate decesserit, ex eo prouenit, quia substitutio pupillaris est testamentum pupilli, quod rumpitur per arrogationem infra de pupil. substi. § j. & §. non tamen. infra qui. mod. testa. infir. Sed quando substitutio non est compendiosa, iam & filius excessit pubertatem, illa non dicitur testamentum filij sed patris, quia non succederetur per eam filio sed patri, cuius testamentum dicitur morte sua confirmatum, vnde nunc requiritur tunc cautio. l. cohæredi. §. cum fin. de

b vulga. & pup.[b]

ADDITIONES.

a Venturi. Ad finem huius gloss. vnum est quod me valde turbat. Nam vult glo. quòd legitimi non possunt stipulari post pupillarem ætatem, quia aduentitius casus non est in consideratione. & quia potuisset fecisse testamentum, Ostendo vtrunque malè dictum. Nam ad primum pone si moriatur in pupillari ætate interponitur cautio: ergo aduentitius casus. scilicet quòd posit mori in pupillari ætate, consideratur, etiam quod l esset minus considerandum posse mori in pupillari ætate, quàm post. Ad secundum. dum gl. dicit quòd potuisset facere testamentum, dico quòd istud non potest stare: nam cum præsupponamus istum esse in potestate patris arrogantis non potest facere testamentum. § j. infra quibus non est permiss. facere testa. cum ergo non posit facere testamentum mors eius in potestate arrogantis. ergo legitimi debent posse stipulari. Præterea posito etiam quòd posset facere testamentum. nonne legitimi debent habere portionem suam? Sed dic glo. bene posse defendi, & eius mens est ista, quòd ideo legitimi possunt stipulari infra pupillarem ætatem, quia si non fuisset facta adoptio: & pupillus mortuus fuisset in pupillari ætate, erant certi omnino habere successionem: ergo cum ex tali arrogatione saper certo læduntur, necessaria est cautio. sed in maiore si non fuisset facta arrogatio, legitimi non fuissent omnino habituri, quia potuisset facere testamētum, ergo cum ex tali arrogatione legitimi omnino non lædantur, non debet posse stipulari, quia isti solùm stipulantur qui pro certo læduntur. Ad primum de aduentitio casu, dico quòd aduentitius casus non potest aliter considerari. d. l. Iulia. nisi consideretur ad fauorem & prouisionem eius pro quo consideratur. l. generaliter. §. si libero humini. ff. de fideicom. lib. sed infra pupillarem ætatem consideratur ad fauorem pupilli, qui non potest sibi prouidere de hærede & ea ratione permissa est patri pupillaris substitutio. §. j. infra de pupil. substi. Sed post pupillarem ætatem non consideratur, quia potest sibi maior prouidere, & vbi est prouisio hominis, cessat prouisio legis. l. & habes. §. cum quis. ff de preca. l. fina. C. de pac. conuen. & si impeditur propter arrogatione sibi prouidere, potest maior factus petere se emancipari. l. nonnunquam & l seq. de adoptio. Sic ista est veritas. Ias. May.

b Vulg. & pupilla. Aduerte ad hanc glo. circa medium dum dicit. † quòd

16 si omissa est cautio habetur pro facta &c. Si ita est, ergo expressio est su-

17 perflua: † quia expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur. l. non recitā. C. de fideiuss. l hæc verba. ff de leg. j. Cogitabam dicere, quòd expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur: fateor, nisi contineat plusquam omissio: & ita etiam loquitur hic, non tamen per hoc est superflua. Item circa finem dum dicit, quòd aduentitij casus non debent esse in consideratione, cogita, per l. cum in adoptiuis. C. eod. vbi imò est in consideratione, quòd pater naturalis posset præmori antequam emancipetur filius adoptiuus. Ad primum, retinendo oppositionem. respondendo dic, quòd imò expressa multum operatur, quia debet interuenire fideiussor quod tamen secus est in tacita & sic ista expressa cautio cum operetur plus quàm tacita, bene valet, & ista est veritas. Ad secundum dic quòd consideratur aduentitius simul cum emancipatione. Nam in d. l. cum in adoptiuis. consideratur quòd pater naturalis posit emancipare & etiam quòd posit emancipari à patre adoptiuo, & sic consideratur casus aduentitius simul cum emancipatione. Vel melius dic vt iuli . in apostil la magna. Ias. May.

In fin. gloss. in verbo causa. eam distingue in tres casus.

18 † Aliquando pater arrogator emancipat filium sine causa, & tunc tenetur illi tradere quartam partem suorum bonorum, vt hic in versi. sed & si. Aliquando emancipat ipsum ex causa prouenientee ex facto, hoc est, ex delicto filij arrogati, & tunc filius perdit quartam partem prout in princ & l. fin. ff. si quis in frau. pa. Aliquando emancipat ipsum cum causa non proueniente ex delicto filij, sed alias ex fronte honesto, & tunc non perditur quarta, & ita intelligitur glo. facit. l. si cui. ff. de condi. & demon. l. mater. C. de insti & substi. In fin.

19 gl. in verbo iubetur. not. † non valere pactum per quod quis pollicetur alicui se aliquid relicturum in vltima voluntate.

a Ratio, quia hoc pactum[a] veluti ablatiuum liberæ testamen-

b ti factionis,[b] est contra bonos mores, & ideo nullum. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. Et ideo dicunt Doctores quòd aberrant illi qui accipiunt vxorem filiam di-

c uitem,[c] ea pactione vt sibi post mortem bona relinquat, quia huiusmodi acceptio est nulla. l hæreditas. C. de hæredi. vel actione vendita.

ADDITIONES.

a Pactum. Item pondera hic esse glo. † quòd illud quod non potest fieri per pactum, potest tamen fieri per legem, quod not. gl. in rubr. C. de decr. decu. lib x. Ias. May. [Adde an illud quod non potest fieri statuto, vel consuetudine, posit fieri pacto, & quid econtra. vide glo. in c. cum dilectus. de consue. & glo. in c. ij. eod. tit lib. vj glo. in c. vt litigantes. de offic. ord. eo. lib. glo. in c. cum. de testi. Inno. in c. ea parte. de consue. Arch. in c. consuetudinis. xj. dist. Ioan. And. in c. si. de consue. lib. vj.]

b Factionis. Adde dum dicit, liberæ testamenti factionis. Imò hic non aufertur libera testamenti factio, sed solùm restringitur: & sic glo. ista in hoc redditur notabilior, pro qua est text. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obli. Ias. May.

Ditiitcm

nam si quis doceat alium, non admittit ipse scientiam, sed & 9 ipse doctior efficitur.† Eodem modo si quis habeat lumē, & alij porrigat, claritatem non admittit, ita in proposito. Hæc non est bona consequentia, quia verum est quòd bonum vniuersale distributum suscipit incrementum. Vnde finaliter Barto. in noua lect. tenet glo. videlicet quòd dominus manumittēdo seruum, dat seruo libertatem quam ipse habebat in potentia, & illam deducit ad actum. Tolle exemplum: Tu mihi es obligatus ad mille, liberationem tuam non habeo in actu, sed habeo in potentia, quia possum facere pactum de non petendo, & liberare per acceptilationem, & sic deducere ad actum. Et sic in proposito libertatem serui habet dominus in potentia deducendi, quam es manumissione deducit ad actum, & ita vult ver-quamdis. Tolle exemplum in l. id quod nostrum. de vsufru. in l. si ædes. §. libertas. de serui. rustic. prædio.

In fine glo. in verbo tria. Docto. inducunt hanc gloss. ad 10 quæstionem, & præsertim. Bart. in d. l. manumissiones.† Pone, commodaui tibi duos equos, cum duobus equis quos tibi commodaui, promitto commodare quinque, an teneberis iterum commodare quinque, an verò tres: & dixit quòd solùm tres, quia cum illis tribus illi duo primi commodati dicuntur connumerati. Finaliter facit iste text. in verbo ma-b nu, quòd si trado tibi domum ea lege ne exeat[b] manus tuas, 11 quòd potes eam locare, † quia locatio non transfert dominium verbum manus, debet intelligi, id est, dominium locatio. ff. loca. de quo per glo. & doct. in l. cedilis. §. instituto. de le. ij.

ADDITIONES.

a Habitum. Adde text. in §. seruus autem. inst. de capit. dimi. & text. infra quibus mod. test. infra in princ. & in g. ad dissoluendam. extra de sponsal. Franc. Curt. iunior. in consil. lx. incip. Illustrissimus quondam bonæ memoriæ. nu. 13. Maria. Soci. iunior. in consi. cxx ij. incip. quantum ad primum quæsitum nu. 22. in 1. vol. & in consi. cxxxi. incip. quæstio proposita. nu. 76. eo vol. & in consi. clxxxj. incip. de duobus in præsenti consultatione. nu. 4. in ij. volu. D. Hippoly. Riminaldus in l. j. nu. 545. C. qui admi. & in l. precibus. nu. 128. C. de imp. & alijs subst. Ioan. Bapt. Ziletus.

[a] Aliquando tamen priuatio non præsupponit habitum. Bellon. libr. ij. supputa. c. xvij.

b Ne exeat. Vide Bald. formantem hanc quæstionem in castro concesso, ita vt non exeat manus illius cui conceditur in l. manumissiones. ff. de iust. & iure. dicens ibi Bal. quòd in casu prædicto, si quis locaret alicui potest in domum, vel castrum sine spe recuperationis quòd tunc diceretur exire manum, nec observare promissa: ad hoc alleg text. in l. qui habebat. de lega. iij. Iaf. May.

12 Et dixit circa primum Barto.† quòd si tibi commodaui duos equos, & postea dixerim. cum duobus equis, quos tibi commodaui, promitto commodare quinque. quòd solum quinque, non autem septem erunt commodandi. Sed contra Barto. allego text. in l. si is qui ducenta. in princ. ff. de re. du. 13 Secundò contra Barto. arg. sic.† Nam dictio eum, & dictio &c, habent parem potestatem copulandi. l. Titio. §. nihil. de lega. j. illi cum illo. ff. de vsufruc. lega. Sed si dixissem, promitto tibi accommodare cum illis duobus quos tibi commodaui, tres vel quinque, septem intelliguntur ergo eodem modo si promisit sine copula, sed solùm cum copula cum. Ego tamē 14 puto Bart. bene loqui, fretus ratione duplici. Nam vbi† verba contractus sunt dubia debet fieri interpretatio contra stipulatorem l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. de verbo. oblig. Cum ergo hic verba sint dubia, fiet interpretatio contra stipulantem. Secundò, quia tibi sufficere debet, &c. si cui vel in paucis. l. tutori. C. de nego. gest. l. tutores. ff. de admi. tut. Non obst. text. in l. si is qui ducēta. quia ibi copula non respiciebat duo verba eundem actum importantia, & ita tenuit Barto. in noua lectura quæ communiter 15 non habetur.† Non obst. quòd dictio cum, stet copulatiuè, quia respondetur, aut dictio cum. ponitur inter diuersas res & personas, & tunc dictio cum, stat copulatiuè, & ita loquuntur contraria. Aliquando ponitur inter res eiusdē speciei, & tunc stat aggregatiuè, non sunt hic alia.

1 *Manumissio tam inter viuos, quàm in ultima voluntate, & ubi libet concedi potest.*
2 *Contractus in ecclesia fieri nequit.*
3 *Manumissio per epistolam & per nuncium fieri potest, non per procuratorem.*
4 *Adoptio nec arrogatio non fit per procuratorem.*
5 *Nec emancipatio.*
6 *Nec veniæ ætatis impetratio.*
7 *Legitimatio per procuratorem permittitur.*
8 *Item desponsatio.*
9 *Manumissio potest fieri apud iudicem extraordinarium.*
10 *Libertinorum status olim tripartitus, nunc unus.*
11 *Manumissio an plenam causæ cognitionem requirat.*
12 *Iudex in requirentibus plenam causæ cognitionem, pro tribunali sedere debet.*
13 *Manumissio facta in testamento minus solenni, ualet tanquam facta inter uiuos.*
14 *Seruus potest inuitus manumitti.*
15 *Quod uni prodest, & alteri non nocet de facili concedendum est.*
16 *Filiusfamilias inuitus non potest emancipari.*
17 *Filijfamilias quemadmodum emancipati ad honores prouocentur.*
18 *Quæ sine prætore fieri possunt, coram eo extraiudicialiter facta tenent.*
19 *Differentia inter ea quæ sunt contentiosæ & uoluntariæ iurisdictionis.*
20 *Reddita in inuitum an sint contentiosæ iurisdictionis.*
21 *Seruitutis reuocatio, non est hodie sublata.*
22 *Legis uerba licet sint generalia, per aliam legem specialiter loquentem restringi debent.*
23 *Serui quot modis liberi efficiantur.*

1 MVLTIS AVTEM MODIS. † Manumissio potest fieri tam inter viuos, quàm in vltima volūtate, & quo ad actus voluntariæ iurisdictionis exercendæ omnis locus honestius iuridicus appellatur. h. d.

Diuiditur in tres partes. Nam in prima parte ponit quot modis manumissio fieri potest. In secunda, quot sunt libertinorum status de iure antiquo. In tertia, refert ius nouissima. Secunda ibi, [libertinorum] Tertia ibi, [ideoque nostra.]

Not summarium. Secundò not. in verbo, multis. quòd tres appellantur multa, vt dixi supra de iure persona. §. fina. a Item not.[a] seruos posse manumitti, nedum in vltima volunb tate, verum etiam inter viuos.[b]

ADDITIONES.

a Item no. Not. etiam quòd manumissio potest fieri nedum in loco pro-2 phano, sed etiam in ecclesia, quia est actus voluntarius.† An autem alij cōtractus voluntarij possint fieri in ecclesia dic regulariter quod non, quia ecclesia est instituta ad celebrandum diuina officia. c. licet. extra de immu. eccle. in vj. Fallit, nisi iste contractus esset ex causa pia, & etiam in legitima tione, vt d. §. quantum. qui. mod. na. effi. legi. & l. ij. C. de his qui in eccle. manu. Fallit secundò, vbi alter istorum contrahentium non auderet exire. Iaf. May.

b Viuos. Adde tamen,† quòd licet manumissio possit fieri per epistolam, 3 vt hic, non tamen potest fieri per procuratorem. Reuocatio tamen in seruitutem potest fieri per procuratorem. ff. de obse. l. sed & hæc. §. j. ff. de procura. glo. in l. pe. C. de liber. & eorum libe. Et cogita de ratione diuersitatis. Et aduerte, quòd sicut manumissio potest fieri per epistolam, ita per nuncium. Et ratio diuersitatis inter nuncium, & procuratorem est secundùm Ange. de Are. hic, quia ille qui manumittit debet esse actualiter dominus, l. si pater. in princip. ff. de ma. vin. quod non est in procuratore, sed nuncius potest, quia non facit nomine suo, sed nomine domini. l. quod ante. §. si. ff. de consti. pecu. & glo. not. in l. maltom interest. C. si quis alteri vel sibi. Ego puto quòd ratio, quia procurator non possit manumittere, sit illa quæ est Iurisconsulti in l. seruus furiosi. ff. de manumis. & in l. fin. ff. de cur. fur. iun-ctâ l. j. in princ. ff. de procu. per quam rationem potest cogitare rationem diuersitatis, quare possit reuocare in seruitutem, quia concernit commodum pecuniarium, & sic administrationem, secundùm gloss. in d. l. sed & hæc. §. j. & ibi Barto in summario, & gl. in d. l. procuratorem. & l. nec mulier cui. 4 C. de ma. vin.† Similiter nec adoptio, nec arrogatio potest fieri per procu-5 ratorem. l. nec absens. & l. post mortē. §. si. ff. de adop. Similiter† nec emancipatio potest fieri. l. iubemus. C. de emancipa. libr. vt ibi precibus à semet 6 &c. Similiter † nec impetratio veniæ ætatis l. omnes. C. de his qui ve. æta. 7 impe.† Legitimatio autem bene potest fieri per procuratorem, vel fil. l. legui, vel per notis, de qua per Bartolum in l. Gallus. §. forsitan. ff. de liberis 8 & posthumis. & l. executore. ff. de excusationibus tutorum. [† Item desponsatio potest fieri per procuratorem, vt l. finali. ff. de sponsation. & ca. fin. de procur. in vj. per Barto. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de damn. infect. 9 † Item adde quòd manumissio potest fieri etiam apud iudicem extraordinarium. l. fina. de ma. vin. & vide de epistola in l. nos epistol. C. de proba. & in l. iubemus. C. de lib. cau. Iaf. May.

10 Item not. quod licet olim triplex esset status libertinorū, hodie tamen vnus est, quia omnes plena libertate vtuntur.

a Glo. in verb. consentire.[a]

ADDITIO.

a Consentire. In gloss. in verbo consentire. la. ij. dum respondendo dicit, quòd patria potestas & inæstimabilis, ista sol. videtur facere de directo cõtra glo. quia si est inæstimabilis, id est, tam magni præiudicij quod non possit æstimari ergo cum pater tam magno damnum consequatur, eius consensus est necessarius. Ias. May.

1 ☞ Arrogatus potest dari alij in arrogationem.
2 Qui per naturam filios habere non possunt, nec etiam poterunt per artem.
3 Homo cui amputati sunt testiculi, uitiosus dicitur.
4 Clericus an possit adoptare aliquem in filium. & nu. 5. & 6.
5 Illicita attentari non possunt, ex generali permissione.
7 Paria sunt impossibile esse de iure, & de facto.
8 Foeminæ an possint adoptare.
9 Lex dictum regulat, restringit & ampliat.
10 Filiatio quomodo probetur.
11 Pater appellando filium suum naturalem, filium tantum, per instrumentum publicum, eum legitimare uidetur.
12 Ars non imitatur naturam, in dispositis præter naturam.
13 Beneficia principum secundum ius commune moderari debent.
14 Oraculum quid sit.
15 Liberi nascituri eius qui arrogator, an transeant in potestate arrogatoris.
16 Testes deponentes aliquem esse filium talis, licet expressè non dicant eum esse legitimum, hoc tamen probant.
17 Si non ualet quod ago ut ago, ualet ut ualere potest. & nu. 19.
18 Verba blanda & adulatoria in iudicio emissa, libertatis fauore, inducunt dispositionem.
20 Iuramentum habet uim clausulæ, si non ualet quod ago. &c.
21 Filius naturalis non potest à patre adoptari, uel arrogari.

a §. IN PLVRIMIS AVTEM CAVSIS.[a]

ADDITIO.

a Causis. Hoc dicit, quando adoptatus transit in potestatem adoptantis, vt quia fuit adoptatus ab auo paterno vel materno, potest adoptans adoptatum dare in adoptionem. Et spadones, id est, quibus naturalia amputata sunt gladio, possunt adoptare vel arrogare, sed castrati non. Et fœminæ nõ possunt adoptare, id est, arrogare, nisi ex concessione principis, propter suos liberos in acie principis defunctos. Item arrogatus transit cum omnibus suis liberis & bonis. Et seruo adoptato à domino contingit libertas, quãuis adoptio non habeat effectum. h. d. vsque in fin. Ias. May.

Nota. artem imitari naturam in pluribus casibus. Item
1 † not. filium arrogatum posse dari alij in adoptionem, à patre arrogato. Sed dicet aliquis, quomodo potest super accidente cadere accidens? nam filius arrogatus non est filius naturæ, sed filius artis & accidens, quomodo igitur potest filius arrogatus de nouo arrogari, cum nec duæ singularitates simul concurrere possint? l. j. C. de do. promiss. cum si. Sol. licet detur in arrogationem à patre arrogante, non arrogatur tamen ab alio tanquam filius arrogatus, sed tanquam fi-
a lius naturæ, arg. in l. si pater §. qui duos. ff. eod. † Item nota.[a]
2 quòd qui non possunt generare filios per naturam, vt isti castrati, non possunt causare per artem. Si verò non impediantur generare naturaliter vitio accidentali, possunt adoptare: quia potius consideratur natura & consuetudo generandi sita in homine, quàm vitium accidentale. l. si quis posthu. in princ. ff. de libe. & posthu.

ADDITIO.

a Item nota. Ego puto quòd inter castratum & spadonem possit assignari longè melior ratio diuersitatis, quàm hic assignant glo. & Docto. Nam ad hoc possit habere locum adoptio, necesse est, quod saltem in illo genere homines illud possit verificari & procedere per naturam licet non in casu simplici & specifico. l. eandem. & ibi Barto. in princip. ff. de duo. reis. & per istum in §. præce. tunc si in genere omnium castratorum non esset possibile vnum reperire, qui per naturam possit habere filios, nimirum si nec per artem, & sic per artem, & sic per adoptionem non possunt. Sed in genere spadonum bene posset reperiri qui per naturam haberet filios: nimirum ergo si possit & per artem, & sic per adoptionem. Et ista est mera ve-
3 ritas. Ias. May. Adde † quòd homo cui amputati sunt testiculi dicitur vitiosus ita vt per hoc possit redhiberi, nisi in aliquibus partibus. vbi reputãtur meliores propter custodiam mulierum, sinautem quis ff. de ædil. edi. similiter reputatur melior, quia nihil de fortitudine & vtilitate ei deest, vt l. ædiles. §. sunt autem. ff. de ædili. edic. &c. Et quòd spadones sint præuiosi. res. est text. in l. si seruus seruum. §. si puerum. ff. ad l. aquiliam. & ibi gl. dicit quòd illud est in Asalia, secus in Italia. Et dicit textus mirabilis in l. Pompo. §. fin. in fin. ff. de ædil. edic. quòd ille qui habet vnum testiculum potest generare. Ias. May. Adde l. cum vno. in princ. ff. de re mili.

4 Hic insurgit dubium, pone † quòd aliquis generare potest,
a sed illicite, vt clerici, nunquid poterit talis adoptare.[a] Videretur quòd sic, quia potestas adoptandi est prohibitiua certarum personarum, ergo permissiua omnium quæ non reperiuntur prohibitæ. l. necnon. §. quod eis. ff. ex qui. cau. ma. l. j. cum ibi not. ff. de testa. Ego puto contra. Nam quod non licet honeste per naturam, non debet licere per legem, nec per artem, cum lex sit sanctio sancta. l. j. ff. de legi. c. erit autem lex distinct. j. Sed clerici non possunt honeste habere filios per naturam, ergo nec per artem, ad idem facit. §. fin. supra de nupt. l. miles. § mulier. de test. mi. Non obst. quòd om-
5 nes generaliter intelligantur adoptare permissi, † quia respondetur quòd in generali permissione non venit vt quis possit illicita attentare, verba sunt Bald. in dict. l. miles. §. mulier.

ADDITIO.

a Adoptare. † An clericus possit aliquem in filium adoptare. Pro ista parte
6 quam iste tenet hic, scilicet quòd non possit. facit. nam quis non potest adoptari in fratrem. l. nec apud. C. de hære. insti. & glo. in § præceden. quia per naturam non posset causari frater licité, & tamen si illicita generatio attenderetur posset sic a et illicité causari per naturam, coeundo cum matre, vt Oedipus, sicut est apud Senecam in tertia tragedia. Tamen contra istum fortissimè facit, quia etiam posito quòd nunc iste non possit licité generare, tamen quia antequam esset clericus potuit licité, sufficit,[a] vt patet in spadone, vt hic in text. & ita est veritas. Et sic istud impedimentum clerici est accidentale, non naturale. & istud tenet Ang. in §. minorem. ad fin. su-
7 pra eod. non per istam rationem. Et pro ista opi. facit. † quia paria sunt, aliquid esse impossibile de iure, vel de facto. l. mulier. §. j. ff. de condi. insti. ma lùis in l. filius. eod. titu. Sed dic non esse impossibile de iure per rationem meam quam hic scribo. Ias. May. An clericus possit adoptare. [Adde Host. in tit. de tog le. Spe. eo. ti. in §. ij. Cardi. Zab. in rub. eo. ti. Pau. de Cast. in l. si quis posthumos in princ. de lib. & posth. Ioan. And. in addi. Spec. in rubr. de fil. presb. vbi dicit quòd fuit filius adoptiuus sacerdotis.

8 Not. † quòd fœminæ adoptare non possunt. Ratio, quia cum non habeant filios in potestate, ac per obliquum conceditur quòd directo prohibetur, in ipsis adoptio non permittitur, vt hic, & l. oratio. ff. de spon. Sed hic semper dubitaui quòd hæc ratio posita non sit bona, quia hodie per adoptionem non fit transitus iuris patriæ potestatis § sed hodie. supra eod. ergo ratio mala. Solu. Potest dupliciter responderi. Primò, quòd iste. §. loquatur inspecto iure veteri, sed tamen huic rationi refragari videtur, quòd iste. §. est posterior. ad §. sed hodie in ordine literæ. Vnde secundò respondeo, quòd debet intelligi hoc verbum, adoptare id est, arrogare, & erit ratio bona quæ redditur in text. & pro hoc alleg. text. in l. mulier. C. eod. nec videtur incongrua expositio: nam cum verbum adoptare, velut genus adaptari possit ad arrogationem & adoptionem. supra eod. in princ. adaptandum est ad illam speciem, ex qua sanus intellectus literæ capi potest. l. in ambiguo. & l. quoties de re. du. regula iuris quoties. & l.
9 quoties. de verborum obli. Præterea † lex regulat, restringit, & ampliat dictum. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. ij. l. vero. §. fina. de leg. iij. l. si quis animo. de acquirend. possess. Cum ergo hæc ratio subiecta solùm conueniat arrogationi debet verbum, adoptare, ad arrogationem restringi. Ex quo colligitur, quòd fœminæ hodie adoptare poterunt. Sed tamen aduersari videtur, quòd fœminæ non possunt per naturam filios generare, ergo nec per artem. Nisi soluendo dixeritis, quòd licet non possint generare, possunt tamen concipere. l. quæritur. de ædil. edic. verum quia actus adoptionis se habet per modum agendi, actus vero concipiendi se habet per modum patiendi, quasi dubius alias ad hunc text. aliter respondebam, intelligendo ipsum in propria adoptione. vt loquitur. vt verba veniant per hunc modum. Ideò adoptare nõ possunt fœminæ, quia nec naturales liberos in potestate sua habent, hoc est, quia non est in earum potestate generare filios per naturam, non conceditur eis adoptare per artem. Ex versi. nec illud not. eum arrogato transire omnia bona sua in potestetem & dominum patris arrogantis. Ratio est, nam credibile est quòd cui arrogatus permittit ius personæ suæ,

permittere quoque voluerit iure rerum suarum. argu. in l. in hac lege. C. de pa. constant. Nota, seruos adoptari posse, & adoptione subsecuta tolli maculam seruitutis. Finaliter not. quòd ex nominatione [a] filij facta de seruo in iudicio, consequitur ius libertatis ille seruus. Ex quo inoleuit practica procuratorem: † cum volunt probare filiationem, ponunt quòd Titius & Berta erant maritus & vxor, & sic appellebant se & nominabant. Item quòd ex ipsis prodijt in lucem Caius quem filium appellabant, & ab ipsis publicè filius nominabatur: quia ex tali nominatione acquiritur ius, & quasi possessio filiationis, de quo in capit. per tuas. extra de proba. in l. si vicinis. C. de nupt. in l. prima. ff. de quæstio. vbi plene per Barto.

ADDITIO.

a Nominatione. † Eodem modo si quis habens filium naturalem tantum, & in instrumento publico appellat filium simpliciter, videtur eum legitimare, siue etiam apud acta, siue in testamento. text. est not. in authen. item si quis. & in corpore vnde sumitur. C. de nat. lib. & gl. not. in c. per tuas. extra qui fi. sint leg. Practica procuratorum probandi quem esse filium alicuius, ita vt præsumatur filius, nisi probetur contrarium. vide in l. fin. ff. de proba. & per Barto. in l. ij. §. j. ff. de libe. agno. non tamen talis possessio filiationis facit eum verè filium, qui non est. l. iubemus. C. de lib. cau. & l. non nudis. & l. non epistolis. C. de proba. Ias. May.

12 † In glo. j. in fin. [a] sed qualiter respondebitur huic argumento, quòd ars imitatur naturam? respondetur, quòd ars imitatur naturam in his quæ possunt disponi per naturam, vt est ius succedendi in hæreditate, ars non imitatur naturam cum nihil disponat, ita loquitur casus in glo. allegata.

ADDITIO.

a In glo. In ea glo. j. in verb. in plurimis, dum dicit quòd pater adoptans non tenetur instituere. puto quòd malè dicat: ad §. nostrum. quia iste §. loquitur in tali adoptione ex qua fiat transitus patriæ potestatis, & consequenter eius qui debet institui, & ita Nico. de Neapo. Ias. May.

In fin glo. in verbo amissorum. bene loquitur, cuius sententia probatur in l. matrem. C. eod. Non obst. quòd beneficia principum sunt latissimè intelligenda, quia hoc est verum, nisi ratio refragaretur, † quia tunc beneficia principum debent moderari secundum ius commune l. ex facto. in prin. de vulg. & pupil. iure autem communi non habens filios in potestate, igitur &c.

13

a Glo. in verb. Oraculum. [a]

a Oraculum. In glo. in verbo † oraculum, dum dicit, quòd ideo dictum est 14 oraculum, quia oramus seu deprecamur Imperatorem vt talibus præstet auctoritatem, adde quòd glo. in l. digna vox. C. de legi. in verbo, oraculo, dicit, quòd oraculum est, quod ad orationem alicuius vel preces concessum est, vel quòd oraculum est diuina voluntas ore hominis declarata. Ias. May.

a Glo. in verb. liberi. [a]

ADDITIO.

a Liberis. In glo. in verbo liberi. † dum dicit quòd etiam nascituri transeunt in potestatem arrogatoris, est casus clarus in d. l. si pater. in princ. In contrarium videtur esse text. in l. fina. ff. de colla. bono. vbi ille qui est in 15 vtero, non potest dici in potestate antequam nascatur. Vnde puto quod ij. sa l. si pater intelligatur secundum d. l. fin. quòd illi qui sunt in potestate, redigantur in potestate arrogatoris: hoc est verum quando erant nati non quando sunt in vtero. & ita intellige glo. hic. Ias. May. † Not. etiam ex. §. apud Catonem. quòd argumento eius probatur. si quis velit venire ad successionem alterius, eò quòd dicat se esse filium illius legitimum: probando 16 se filium, licet non probet se esse legitimum, quòd debet obtinere. Et ij similiter testes deponentes eum esse filium licet non deponat eum esse legitimum expressè, tamen dicuntur probasse ipsum legitimum, hoc probatur melius ex text. in authen. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc. & in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. &c. Ias. May.

17 In glo. actis. † in fin. glo. non obst. hæc. l. j. quia ibi erat defectus in voluntate codicillantium, ideò non valet vt codicillus illa voluntas, argu. in l. illud. §. tractari. eo. tit. Hic autem erat voluntas quomodocunque seruum à seruitute liberare, a de hoc articulo [a] si non valet quod ago &c. dicite vt d. l. j. & habetur in l. j. § cum qui. ff. de consti. pecu. in l. j. §. si quis simb pliciter. de verb. obli. [b]

ADDITIO.

a Huc articulo. Et dum glo. hic colligit illud vulgare, quòd si non valet, quod ago, vt ago, valet tamen vt valere potest, licet glo. hic non declaret quomodo illud notabile hic colligitur, vide glo. in §. similique modo. in 18 glo. ulle. quæ declarat. Et † ex glo. ista ibi, veni huc fili mi. sancto text. potest colligi, vt etiam colligit hic Angel. de Aret. quòd verba blanda & adulatoria prolata in iudicio, inducunt dispositionem fauorem libertatis, adde text. illum sing. in l. Paulus. §. j. qui incipit paulus ff. de fideicom. li. & quod 19 ibi sing. per illum text. decidit Ang. † Et aduerte, quia illud notabile. si non valet quod ago &c. vltra inductionem quam facit gl. in d. §. similiq; modo potest etiam induci alio modo, secundùm intellectum glo. quia dominus agebat adoptare seruum apud acta, & quia iste actus non habuit perfectionem, licet non valeat quo ad hoc, vt adoptio teneat prout agebatur, valet tamen vt valere potest, scilicet vt per istam nominationem filij quam dominus fecit de seruo, seruus consequebatur libertatem. † Et adde quòd iuramentum semper habet vim istius clausulæ si non valet quòd ago &c. text. est singu. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. j. Ias. May.

b Verb. obliga. In fin huius tit. de adop. potest quæri secundum quòd hic 21 quærit Bald. † an pater naturalis possit arrogare filium bastardum mediante rescripto principis. Et videtur quòd sic, quia mediante tali rescripto potest ipsum legitimare. §. illud. in authen. quib. mod. na. effi. legi. In contrarium est veritas, quia pater naturalis non potest filium bastardum hodie adoptare secundum Bald. hic, & text. in l. legem C. de natura. lib. quia modò non potest legitimare nisi cum clausula non obstante, vt voluit idem Bal. in l. susceptu. in §. fin. hic in glo. alleg. ff. de inoffic. test. &c. Et quòd naturalis non possit hodie adoptari vel arrogari, habes etiam tex. in §. & nos non latuit. in authen qui. mo. na. effi. legi. Ias. May.

Quibus mod. ius pa. po. sol. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est quemadmodum directa potestas constituatur, & constituta tollatur. Subsequenter visum est sicut patria potestas causetur. Sequebatur de iure videre sicut causata dissoluatur. Ideò subijcitur hæc Rubrica.

1. *Verbum, videmus, refertur ad oculum intellectus, aliquando ad oculum corporis secundum subiectam materiam.*
2. *Morte patris vel aui, filij vel nepotes quando liberentur à patria potestate.*
3. *Priuilegium non tollit dignitas an liberet à patria potestate priuilegium, similiter nec dignitas.*
4. *Deportatio patris aut filij, an tollat patriam potestatem. & numero. 9.*
5. *Mors ciuilis an æquiparetur naturali. & nu. 7.*
6. *Legatum alimentorum factum mortuo naturaliter, licet non valeat, valet tamen factum mortuo ciuiliter.*
9. *Grauatus restituere hereditatem post mortem suam, non tenetur restituere nisi donec moriatur.*
9. *Captiuitate mariti aut uxoris non dissoluitur matrimonium. & numero. 15.*
10. *Vbi est eadem ratio, ibi idem ius statui debet.*
11. *Deportatio cuius pœnæ loco succedat.*
12. *Exilium quid sit, & quid deportatio, & relegatio.*
13. *Sententiæ senatorum maiorem effectum habent quam præfectorum.*
14. *Restitutio an reponat omnia in pristinum.*
16. *Principis gratia restitutionis, an comprehendat bona principem alienare.*
17. *Gratia principis, quòd banniti tollantur de bannis an bona eius restituat.*
18. *Gratia principis non tollit iura tertio quæsita.*
19. *Excommunicato absoluto omnia iura restituuntur.*
20. *Restituto aliquo an intelligatur restituta fama.*
21. *Banniti nostri temporis non æquiparantur deportatis.*

VIDEAMVS NVNC QVIBVS. Diuiditur in quinq;. Nam in prima ponit, quomodo morte naturali dissoluatur patria potestas. In secunda, quemadmodum dissoluatur morte ciuili. In tertia, qualiter dissoluatur dignitate filij. In quarta, sicut dissoluatur capite. In quinta, quemadmodum per emancipationem dissoluatur. Secūda ibi, [cum autem.] Tertia ibi, [filiusfa.] Quarta ibi, [si ab hostibus.] Quinta ibi, [si pro emancipatione] Patre mortuo, auo non subsistente, filij sui iuris efficiuntur. secus si viuo auo eorum, pater autem mancipatus aut mortuus extitisset. h. d. Nota. in versi. videamus, † quò

†quòd verbum, videamus, refertur ad oculũ intellectus.con cor.l.videamus.de in litem iur.l.videamus.ff.de vsufru. Aliquando tamen refertur ad oculum corporis, secundum naturam subiectæ materiæ. Vnde si testis interrogatus an talis occiderit hominem, respondet quòd sic: interrogatus de ratione, respondit quòd vidit, intelligitur de viso corporis.cap. peruenit.el ij.extra de testib.cog. † Item nota. quòd mortuo patre non subsistente auo, liberantur filij à patria potestate. Item not. quòd ita demum nepotes ex filio liberantur à patria potestate mortuo auo. si eorum pater viuo auo mortuus fuerit, aut quouis modo de patr. potesta. per dignitatem.ᵃ §.illud.in auth. consti. quæ de digni. alias ipsa dignitas noceret filio, contra l.si longius.§.fi.ff.de iudi.

ADDITIO.

Per dignitatem. Dic quòd † ratio quare per dignitatem non exeat, similiter ea est l.quod fauore.C.de le. Et est alia ratio, quia dignitas hic ancta nõ aufert beneficium seu priuilegium alteri competens, quia priuilegium non cuilibet priuilegium, similiter nec dignitas, text. est in l. hac saluberrima.C. de prepo.agendis in rebus li.xij.& in l.iij.C.de dig.& facit.l.fin.ff de constitu.prin.&c. Ias.May.

Ex quo dixit Ioann.Fabr. quòd si statuto cauetur, quòd mortuo patre sine liberis in potestate, tertia pars bonorum fisco applicet, non vendicabit sibi locum mortuo patre cum filijs qui pa. pot. exiuere per dignitatem, vt dignitas eis non habeat nocere. † Item no. quòd deportatio patris aut filij habet tollere ius pa. pote. Ratio, quia deportatus habetur pro mortuo.l.j.§.fi de contra ta. Ex quo aliud colligitur † quòd mors ciuilis ᵃ æquiparatur naturali. Circa quem articulum dicite breuiter, Aut loquitur in morte ciuili meritoria, & ista nõ æquiparatur morti naturali.l.deo nobis.in §.j.in fi.C. de episc. & cle. Aut loquitur in morte ciuili demeritoria, & tũc si loquatur in his quæ concernũt effectũ iuris vt succedere in hæreditate, & testari, & tunc æquiparatur naturali, vt hic, & l.j. §.fina. de contra tabu. Si vero loquatur in his quæ concernunt effectum facti vel iuris naturalis, non æquiparatur naturali. † Vnde licet non valeat legatum alimentorum factum mortuo naturaliter, valet tamen factum mortuo ciuiliter.l.ij.de his quæ pro non scrip.ha.quia alimentari, in iure naturali consistit, suprà, de iure natu. in princ. Eodem modo hæc conditio, si morietur, non verificatur nisi per mortem naturalem.l.ex ea.§.insulam de verbor. obliga. Ratio quia implementum huius conditionis est facti.l. qui hæredi.& l.fideicommissum.de condi.& demon.

ADDITIO.

Mors ciuilis. † An mors ciuilis æquiparetur morti naturali? Dic quòd non, quia mors ciuilis nunquam æquiparatur naturali, nisi lex expressè hoc dicat, hoc voluit Ioann.Mona.xvj.q.j.c.placuit.& de hoc est glo. reputat singu.in c.susceptum.de rescri.in vj. Ias.May. Adda etiam ex præmissis, † quòd si quis sit grauatus restituere alicui hæreditatem post mortem suã, licet iste patiatur mortem ciuilem, quia in monasterio, certè non cogitur restituere donec moriatur naturaliter, per l.Statius Florius.§.Cornelio.ff.de iure fisc. Ias.May. [An mors ciuilis æquiparetur morti naturali. Adde Col.& Abb.in clemen.ne Romani.de elect. Archi.in capit.in veteri. lxxvij.distinct. Ant.de But.in c.licet vndique.de offic.deleg. Barto.& Bald. in l.Gallus.in §. quid si tamen. ff.de libe.& posthu.& Bald.in authentic.si quæ mulier.C.de epis.& cler.

ADDE Oldra.in consi.cclxxxiiij.incip.in quodam monasterio. In fin. Dyn.Bart.& alios Doctor.in l.ex ea parte.§.j.insulam ff.de verbo.obliga. Cyn in l.deo nobis.C.de epi.& cle Barto. in l. j. col.iij.ver.quæritur dicitur hic post mortem.ff.de testa.& in l.cum pater §.hæreditatem.ff.de leg. ij.& Ange.de Perusio.in l.si decessit.ff.qui satisda.cogant.& ibi Ias.col.ij. versi.item not.ex text. Petr.de Ancha.in consi.cccxcvj.incip.in vnum casum.& consi.cccxxxviij.incip.ergo autem attenta forma, Alex.de Imol. in l.in insulam.in princ.nu.ff.solu.matri.& in consi.cclxxxij.incip.viso thama.col.ij.versi.secundo.quia mors ciuilis.in ij.volu.& in consi.j.incip. ponderatis.in col.ix.versi non obstat etiam.in v.volu.Ant.Corset.in nosab.suis.in verb.legitime.incip.an filius possit. Ias.in l.in pupillari.col.ij. versi.ij.in quantum Barto.ff.de vulga.& popilla.& in l.ex facto.in prin.col. x.versi.non ob.illud quod allegatur in contrarium.eod.tit.& in l.furiosus. col.iij.versi.præterea.in exhæredatione.C.qui testa.face.poss.& Excellentiss.Do.Iodo.Dam.houderi.in sua praxi.crimi.cap.cviij.incip.vsitatissimum est.on.4.Io.Bapt.Ziletus venetus.]

Item not quòd deportatio ᵃ restituta per principem, operatur restitutionem iuris patriæ potestatis.

ADDITIO.

Deportatio. Adde † quòd licet pœna deportationis tollat & dissoluat ius patriæ potestatis, non tamen dissoluit matrimonia si mulier non mutant animum. l.sed si alia.ff.de bon.dam.& l.prima.C.de repu. Et deportatus restitutus, non dicitur restitutus ad matrimonium, nisi mulier de nouo consentiat, licet sit restitutus ad ius patriæ potestatis.l. non vt à patra.& l.cum duæ.ff.de ca.& postli.reuer. Et qualiter obligetur deportatus, vide Bart.in l.quoties.ff.de nona.l.quidam.ff.de pœn. Et rationem quare recuperetur ius pa.pote.& non vxor ponit iste.infra, de c.dimi. ad fin.Ias.May.

Not.quòd † vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio, & hoc verum vbi est eadem ratio, vel alia maior siue æqualis. Per hoc non ob.l.si quis filium.C.de colla.bo. alleg.in glo.ᵃ

ADDITIO.

Adda quòd Bald.in rub.C.de nau.feno.dicit, quòd licet ad hoc vulgo allegetur l.illud.cum simi.ff.ad l.Aquil.quòd tamen de hoc est melior tex. qui sit in iure in l.bis solis.C.de reuo.do.in ver.satis etiam tacitè cautum putamus. Et dum glo.allegat pro contrario.l.si quis filium.§.respon. adde quòd est in ver.hæc in patre adoptiuo.& ibi glo.in verbo & tamen.& vide ibi glo.in verbo non possit & ibi omnino Bart. Et si vis intelligere casum illius l.si quis filium.vide l.emancipatum.ff.de coniun.cum eman.liber.& l. si pater filium.ff.vnde lib.Ias.May.

Ex versi.intelligati not.quòd per relegationem patris, aut filij non tollitur ius patriæ potestatis.

ADDITIO.

Potestatis. Præmitta ad euidẽtiam.§.cum autẽ quod † olim tempore antiquissimo, pro illis delictis, pro quibus non erat ingerenda pœna mortis naturalis, vt per l.Iuliam peculatus.& per l.Iul.de residuis, vt l.j.& ij ff.ad l. Iul.pec. vel per l.Iul.de vi publi.§.item l.Iul.de vi publica. imponebatur pœna interdictionis ignis & aquæ, quæ erat dura pœna, quia vt dicit text. no.in l.hi qui sanctam.C.de apost.quæ enim durior pœna esse potest, quàm inter homines versari, & humanum carere suffragijs? sed loco illius pœnæ successit deportatio, vt est text.in l.iij.ff.ad l.Iul.pec. Item præmitte quòd habemus † exilium, deportationem, & relegationem. Exilium dicitur certorum locorum interdictio, quando quis potest ad omnia loca ire, præterquam ad certa prohibita.& de hoc nihil ad propositum, sed est text.in l. exilium.ff de interdic.& rele. Deportatio dicitur, quoties quis mittitur ad certam insulam, vt perpetuò ibi moretur, nec vnquam inde possit recedere, & iste amittit ciuitatem, & appellatur secundum Barto.in l.relegatorum. ff de interdi.in princ.deportatus quasi extra ciuitatem portatus. Alibi text. appellat eum àpolidem.l.j.§.hi quibus.ff.de legat.iij.& dicit ibi glo.quòd dicatur apolis, ab à, quod est sine, & pol.ciuitas: & sic cum perdit ciuitatem: & ita desinat esse de numero ciuium, consequens est, vt perdat patriam potestatem, & hoc est quod dicit iste text. & iste deportatus perdit omnia bona sua.l.iij.ff.de inter.& rele.& glo hic. Et si iste deportatus excedat confinia sua, est pœna mortis.l.relegati.ff de pœn. Relegatio est quoties aliquis mittitur in certam insulam ad tempus, vel etiam in perpetuum, & dicitur relegatus, quasi relegatus in illa insula.l.exilium.ff.de interdic.& relega. Et iste non perdit ciuitatem propriam l.relegatorum §.siue autem ff.eo.& hic in glo.& consequenter non perdit patriam potestatem, vt dicit iste text. in l.relegati.ff.de inter.& releg.Item retinet bona propria.l.j.ff.eo & l.relegatorum.§ ad tempus.eo.tit.vbi text.not.& iste non seruans confinia, si est temporalis, efficitur perpetuus, si perpetuus, punitur pœna mortis.d.l. relegati.ff.de pœn.Ias.May.

Item not. quòd damnatio in metallum illata patri aut filio, ius patriæ potesta.peremit. In fin.glo.in verbo potestate. dicite, hæc ratio ᵃ est vera: nam cum semel fuerit quæsitum ius nepoti, non debet tolli per arrogationem aui, regula iuris.ius nostrum.

ADDITIO.

Hæc ratio Contra hanc rationem multum obstare videtur.§.sequenti in ver.sed si ex indulgentia.vide infra, in princ.sequentis.col.vbi dicit. Et idem si semel exiuit de potestate patris eiusdemque aui, quia licet adhuc reuertatur in potestatem aui, tamen filius mortuo auo est iuris sui, quia semel fuit liber ab eo.l.si pater.§.filium.ff.de ado.Ias.May.

Glo.in ver.deportatur.ᵃ

ADDITIO.

Deportatur. In glo.in verbo deportatur, dum dicit quòd sententiæ senatorum habent maiorem effectum quàm prædictorũ s.præfecti.& prætorio.& c.sentit gl.quòd ideo sit, quia à sententijs senatorum non appellatur. dict.l.j.§.j.ff à qui.app.non licet.sed à sententijs præfecti.prætorio sic. Sed istud est contra.l.j.in fin.ff.de offic.præfect.prætor.nisi dicas quòd licet à sententijs præfecti.præto. non possit appellari. possit tamen supplicari.l.j.

C.de sent.præfect. præto. quod forte non est in sententijs senatorum, quia etiam contra eas forte non posset supplicari, dubito tamen, cogita. Item dum in fin. dicit, primo loquitur de media, intellige, de media, scilicet capitis diminutione vt expressius dicit glo. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præsi. Et not. quòd glo. enim mysterio dixit, secundo de relegatione: non dicit, secundo de minima capitis di. quia relegatio non est minima capitis diminutio, cum status non mutetur, vt postea subdit glo. Et dum gl. ista vult. in princ. quòd solum illis quatuor competat ius deportandi, adde

14 casum specialem in quo cuilibet licet, in l. ij. C. vt nemo priua. † Et dum gl. dicit, primo de media, & sic præsupponit quòd deportatione patris filius patitur mediam capitis diminutionem, puto non esse verum, per text. fortissimum. in l. iij. ff. de inter. & releg. vt dicam infra de capitis dimi. in prin. tamen gloss. ista hoc non vult. & de ista gloss. vide infra. Sed vnum reddit me valde dubium circa hunc text. quia si ius alteri quæsitum non restituitur, quomodo ergo ius liberationis à patria potestate, quod erat quæsitum filio. l. si pater filium. vbi bona glo. ff. de adop. potest restitui ipsi patri? Cogita, quia valde dubito. Sed postea reperi istud dubium tangere & soluere Bal. in l. fin. C. de sen. pas. vbi pro solutione dicit quædam esse quæ acquiruntur tertio, vt illius actus, & postea actus rescinditur per restitutionem, & tunc restitutio benetrahitur ad istas iura illi tertio quæsita: Ratio est, quia per restitutionem causa acquisitionis redit ad non casum. Quædam sunt bona quæ acquiruntur tertio non immediatè ex illa causa, sed ex nouo negotio gesto, super quo non fit restitutio, & tunc ad illa restitutio non porrigitur, quia restitutio non respicit causam immediatam illius acquisitionis, non tamen mediatam. & ita loquitur contrarium Bald. quem tamen

15 ibi latius vide † Hinc infero, quòd cum per captiuitatem mariti vel vxoris non acquiratur ius dissolutionis matrimonij, sed requiritur voluntas subsequens l. j. C. de diuor. certè maritus restitutus licet recuperet filium in potestate, non tamen recuperat vxorem. l. cum dotæ. & l. non vt à patre. ff. de capti. Ias. May.

a In glo. in verbo statum.[a] colligite, quòd † quando gratia

16 principis sapit indulgentiam, vt cum dixit, indulgemus tali intelliguntur solum remissa, non autem restituta bona. Si autem sapiat restitutionem, quia dixit, restituimus talem deportatum, & tunc intelligitur non solum remissa pœna delicti, sed etiam bona restituta. Quid autem si verba gratiæ essent dubia, quia possent adaptari ad indulgendum & resti-

17 tuendum, vt vidi de facto in ciuitate Cremonæ. † Mandauit

b princeps,[b] quòd banniti tollerentur de bannis. verba dubia sunt, an erunt bona eis restituenda? Glo. secundum Barto tenet quòd sic, in l. j. § si quis vltro in verbo resti. ff. de quæsti. & ita fuit iudicatum, quod verum limitate quo ad bona quæ tenebat princeps, non autem quo ad bona quæ donauerat

18 capitaneis † quia in gratia principum nõ intelliguntur tolli iura quæsita tertio. c. quamuis. c. si propter tua debita. de rescript. lib. vj. l. ij. §. merito. §. si quid à principe. ff. ne quid in loc. pu. Et ista est glo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu.

ADDITIONES.

a Statum. Aduerte dum glo. ista. in princip. dicit statum & honores, puta dignitates, nunquid de omnibus dignitatibus intelligatur, caue propter. l. ij. C. de digni. lib. xij. & vide glo. in l. quid ergo. §. pœna. ff. de insa. Ias. May.

b Mandauit princeps. Adde quid si princeps mandauit quòd remittatur pœna, an in dubio videatur remittere pœnam parti debitam. vide per Bart. in l. ij. ff. de in ius vo. & Bald in l. rescripta. C. de preci. impe. osse glo. in cap. ad aures. de æta. & qualita glo. in c. ecce. xxviij. distinct. glo. in c. j. xxij. dist. glo. in c. constitutus. de relig. do. glo. in c. ex multiplici. de deci. glo. in c. pastoralis. de priui. glo. in c. dilecto. de verbo. signifi. glo. in cap. pastoralis. de priui. glo. in cap. ij. de eccle. ædifi. glo. in c. cum in illis. de præbend. libr. vj. Archid. in c. licet. viij q. j. Docto. in c. authenticate. de priui. libr. vj. idem Do. in §. notandum. ij. q. iij.

Cui sententiæ non ob. l. si quis filio exhæredato. §. si pater. ff. de iniust. rup. in j. respon. vbi tollitur ius quæsitum nepoti. Sol. quia ibi loquitur in restitutione facta iure fictionis postliminij, quo casu indistinctè ad omnia iura restitutus intelligitur. Ratio, quia fictio postliminij duo operatur. Primo, quia fingit retro reuersum semper fuisse in ciuitate. Aliud, quod tenet eius iura in suspenso, quo casu non potest dici aliquid alteri acquisitum. l. j. § sed & si pendeat. ad Mace §. si ab hostibus. infra eod. At ista restitutio de qua in text. isto, non tenet iura in suspenso, nec operatur vt ex retro, sed vt ex nunc, vnde nimirum si iura alteri quæsita non intelliguntur

a restituta. ista est not. glo. in l. mutuo. §. fina. ff de tute.[a] † Huic

19 etiam sententiæ non ob. quod excommunicato absoluto restituantur omnia iura indistinctè. xv. quæst. vj. c. vox sanctorum. quia per excommunicationem non perditur dominium rerum, sed tollitur ius exercendi in iudicio. cap. pia. de senten. excommu. lib. vj.

ADDITIO.

a ff. de tutel. Adde quia in gratia principis non veniunt bona alteri donata, vt hic, nisi aliter exprimatur, quòd ex hoc debet esse cautus impetrans gratiam, vt faciat hæc verba apponi in gratia, videlicet quod restituatur ad bona etiam donata seu distracta, per quascunque manus ambulauerint, quo casu ad omnia restituitur. de quo per Bart. & Ange. in l. Gallus. §. quid si tantum. alleg. &c. Ias. May.

20 Finaliter † quæritur, an restituto aliquo, intelligatur etiam restituta fama. Solu. Aut loquimur de infamia iuris, & illa intelligitur restituta. Aut loquimur de infamia facti, & illa nequaquam Ratio, Nam restitutio præbet id quod tollit deportatio. l. fin. C. de sen. pas. Sed deportatio non tribuit infamiam, sed mali mores, ergo illa restitutio non tollit. Et est glo. ordi. in c. quia diligentia. extra de ele. Et prædicta faciunt ad quæstionem. Pater tuus habet filium naturalem, & alium legitimum: mortuo patre legitimus occupat hæreditatem naturalis postea legitimatur, an poterit vendicare partem à fratre legitimo? prædicta facit, quod not. quia iam hæreditas erat occupata per legitimum, de quo Bald. in l. Gallus. §. quid si tantum ff. de liber. & posth. & l. eam quam C. de fideicommis. per Ioan. Andr. in c. sine culpa. de iureiurand. In fin glo in verbo relegati. Dyn. Iaco. de Aret. & Bart. impugnant hanc glo. dicentes, † bannitum nostri temporis nunquam æquiparari deportato. Primo ex defectu causæ efficientis, id est, quia non habet potestatem, vt vidistis in glo. deportantur. Item quia non habet potestatem alicui iura ciuilia tollendi. l. ille à quo. §. tempestiuum. ad Trebel. Item quia non est verisimile quòd statuta quibus banniti permittuntur, velint his bannitis tolli iura ciuilia. argu. in l. ij. C. de noxa. Item quia de iure communi non potest ferri sententia, nisi contra præsentem. l. absentem. ff de pœn. ex forma tamen statuti fertur contra absentem. Fatetur tamen quòd tales banniti perdunt iura ciuilia illius loci à quo banniuntur Vnde si statutũ diceret, quòd mortuo patre relicto filio & filia, filia nõ succedat, si filius reperiatur bãnitus, non poterit vti beneficio huius statuti, vt excludat filiam, sed bene vtetur beneficio iuris communis, vt pariter veniat cum ea ad

a hæreditatem. In fin glo. in verbo metallum, Nota. quòd vbi ciuitas non habet metalla fodienda, perquirenda sunt in vicinis ciuitatibus. Et facit in argu. quòd si vacante sede per mortem prælati vel alterius, in cuius locum succedit capitulum, quoad omnia, præterquam ad collationem spiritualium, & opus sit chrismare, sunt quærendi episcopi vicini qui habeant chrismare, & est glo. in c. si episcopus à paganis. de supplen. neg. prælat. lib. vj.

ADDITIO.

a Metallum. In glo. in verbo metallum. dum in fi. dicit quòd quidam sunt in opus publicum perpetuò dati, vel ad tempus, qui sunt similes relegatis. ita simpliciter intellecta, malè dicit: quia imò dati perpetuò in opus publicum, sunt similes deportatis, vt dicit. d. l. quidam sunt. debet ergo glo. intelligi, quòd dati ad tempus sunt similes relegatis. l. capitalium. in princ. ff. de pœn. secus si in perpetuum. Ias. May.

1 ☞ *Doctoratus non liberat à patria potestate.*
2 *Monachatio est causa liberationis à potestate diaboli.*
3 *Episcopatus à potestate paterna liberat.*
4 *Simplex sacerdos in quibus liberetur à potestate paterna.*
5 *Filiusfamilias sine patris consensu in spiritualibus & beneficialibus agere potest.*
6 *Argumentum de inferiori ad superius affirmatiuè valet.*
7 *Requisita ad creandum militem armatæ militiæ. & militem legalis scientiæ. nu. 8.*

§ FILIVSFAMILIAS SI MILITAVERIT.

a Militia[a] senatoria, vel consularis dignitas,[b] non liberat filium
b à patria potestate, sed sola patriciatus dignitas. h. d.

ADDI.

ADDITIONES.

a Militia. Adde Bald. in authen. epiſcopalis dignitas. C. de epiſ. & cler. in l. ſi maritus. C. de pe. po. & in l. fine. §. neceſsitatem. C. de bon. que lib. Iaſ. in l. ſeruum filij. in prin. col. j. verſi. iij. not. ff. de legat. j. Ioann. Bapti. Ziletus.

b Dignitas epiſcopalis an patria poteſtate liberet? Adde §. illud. in auth. cõſti. quæ de digni. & in auth. ſed hodie epiſcopalis. C. de epiſ. & cle. limita quatenus pa. po. eſt contra eum. ſed quatenus eſt ſibi fauor: & tunc non liberat, ita ſin. dicit. Bart. in §. item in poteſtate ff. de his qui ſunt ſui vel alie.

3 iur. & per Barbat. in repe. rubri. de rebus eccle. non alie. Item adde † quòd dignitas doctoratus non liberat à patria poteſtate, vt dixi Barto. in l. item in poteſtate. in ſi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. [Adde l. ſi. maritus. & ibi Bald. C. de pat. pote. Bald. in l. iij. C. de caſt. pec. lib. xij.] Et licet Ange. hic dicat, quòd patritij ſint ſenatores per l. ſi. iuncta gl. ff. de ſena. puto eum dicere contra hunc text. & glo. in d. l. ſin. ff. de ſena. Dicit, quòd ſi largè accipitur iſte terminus ſenator, comprehenditur etiam patritius. Aduerte tamen, quia vnum eſt quod me valde mouebat contra iſtum text., quia hic. in princi. videtur eſſe eadem ratio cum dicto, contra glo. in l. fina. ff. de offici. procu. cæſ. glo. in l. Labeo. & Neratius. ff. de viu. ca. Cogita, quia durum eſt reſpondere. † Et ad iſtum text. dum dicit quòd patritij etiam dignitas, & eodem modo hodie [vt inquit gl.] conſulatus, liberent à patria poteſtate. eodem modo dicit alibi glo. in §. j. in authen. conſti. quæ de digni in verbo occaſione. quòd monachatio eſt cauſa liberationis à poteſtate diaboli, per tex. optimum. in authent. de monach. in principio. Et ad glo. hic in verbo non liberat. dicit hic Nic. de Neap. notandum eſſe ex gl. quòd leges trium librorum. C. corrigunt iura inſtitutionum. allegat etiam quod in ſimili not. glo. in §. omnes. el ij in verbo edimplenius ſupra in proœmio huius lib. Sed fallitur Nico. quia iſtud non colligitur in hac glo. nec in ll. in ea allegatis, quia iſtud Inſtitutionum non corrigitur per leges trium librorum. C. ſed per ius authenticorum, videlicet per §. j. & per §. & generaliter. in authen. conſti. quæ de digni. quod autem eſt ille. l. fina. C. de decu lib. x. Et iſta

3 eſt veritas: Iaſ. Mey. Adde † quòd dignitas epiſcopalis liberat à patria po-

4 teſtate, vt authen. ſed dignitas. C. de epiſ. & cle. † non autem ſimplex ſacerdos liberatur à patria poteſtate vt authen. presbyteros. C. de epiſc. & cle. & hoc verum quo ad patrimonialia & profectitia, ſed quo ad beneficia & aduentitia, & quo ad bona quæ poſt clericatum ſunt acquiſita & quo ad perſonam vt non poſsit percuti, bene liberatur per ſacrum ordinem, vt note. Hoſtien. & Inno in c. iudæorum, extra de ætate & qualitat. & Spec. in titu.

5 de actore. ver. ſed cum clericorum. † Poteſt enim filiusfa. in ſpiritualibus & beneficialibus agere ſine conſenſu patris, ſi eſt maior. xiiij. annis, admittitur tanquàm maior &c. Si autem eſt minor, admittitur cum auctoritate tutoris dandi ab epiſcopo, quamuis habeat patrem vel curatorem, quorum auctoritates non attenditur in iſtu. text. eſt in ca. quòd ſi annum. xiiij. extra de iudicijs. Iaſ May.

6 Not. ſummarium. Item † nota. tenere argumentum de inferiori ad ſuperiora affirmatiuè, nam ſi pater poteſt liberare filium à patria poteſtate, qui eſt inferior, quanto magis poterit princeps qui eſt ſuperior, facit. l. j. C. de nego. geſt In fin.

7 gl. in verbo militauerit. dicite, † quòd ad creandum aliquem militem armatæ militiæ, requiritur quòd examinetur. Secundo, quòd examinatio comprobetur. Tertio, quòd iuret per Deum omnipotentem. Et genu principis, ſe non euitaturum mortem pro republica. Quarto. quòd ſibi enſis cingatur. Quinto, quòd ſtigmata brachijs imponantur. Sexto, quòd nõ ſit mercator. Septimo, quòd ſcribatur in matricula mili-

8 tum. hæc eſt glo. in l. pen. ff. ex quib. cau. ma. † Ad creandum autem militem legalis ſapientiæ, id eſt, Doctore, oportet quòd promotores iurati deponant eum ſufficientem. Secundo, quòd examinetur. Tertio, quòd examinatio approbetur. hoc ponitur in l. nulli. C. de aduo. diuer. iudi. Quarto, requiritur quòd birretum in ſignum ſplendoris capiti imponatur. Quinto requiritur quòd cathedra pro inueſtitura poſſeſsionis tradatur. Sexto requiritur quòd liber veluti materia conferatur. Traditio autem anuli, oſculum, & benedictio non ſunt de ſubſtantia Nam vt dixit Bal. mulieres oſculantur, deſponſantur, & benedicuntur, & tamen non doctorantur, ita nota. Bald. in proœmi. decre. Omnes gloſſ. ſunt claræ.

1 *Captus quando quis dicatur in bello, & nu. 19.*

2 *Vulneratus intra limina domus non dicitur, qui non eſt intra domum.*

3 *Statutum de faciente inſultum in pertinentijs domus, quomodo intelligendum.*

4 *Patris uel filij captiuitas operatur pendentiam iuris patriæ poteſtatis.*

5 *Fictio iuris poſtliminij quæ ſit, & quæ ſit fictio legis Corneliæ. numero 6.*

7 *Differentia quæ ſit inter fictionem & præſumptionem.*

8 *Fictio quotuplex ſit.*

9 *Fictio poſtliminij habet duo capita, fictio autem legis Corneliæ unum tantum caput habet.*

10 *Rediens poſtliminio an recuperet ea quæ captiuitate perdiderat, & nu. 15. 17. 18 & 19.*

11 *Recuperata ab hoſtibus per milites ſtipendiarios, quorum eſſe debeant.*

12 *Qui dicantur eſſe de populo Romano, qui uerò non.*

13 *Capti ab hoſtibus, an efficiantur ſerui hoſtium.*

14 *Pax, fœdus. treuga. bellum. & guerra quid ſint.*

16 *Fictio poſtliminij quare in deportato locum non habeat.*

17 *Poſſeſsio an poſtliminio recuperetur, & numero. 18. uſque ad numero. 23.*

18 *Fictio ſuper facto operari non poteſt.*

20 *Intellectus ad l. iij. §. Labeo. ff. de acqui. poſſeſ.*

21 *Lex ut fictionem tranſlatiuam operari poſſit, tria requiruntur, quorum altero deficiente, fictio nihil operatur.*

22 *Poſſeſsio deperditur, dum deperditur animus poſsidendi.*

23 *Ratio quare capti ab hoſtibus, hoſtium ſerui efficiantur.*

24 *Habens ſaluum conductum ſecuritatem habet reuertendi.*

25 *Securitas pro eundo & reuertendo, quot uicibus data eſſe intelligitur.*

26 *Exbannitus an ſit exemptus à iuriſdictione iudicis, & citatus teneatur comparere cum iudicis ſaluo conductu, & an iudex illum concedere poſſit, remiſsiuè.*

27 *Teſtamentum uel contractus filijfami. cuius pater eſt apud hoſtes, an patre reuerſo retractetur.*

28 *Curator non datur bonis, patre exiſtente penes hoſtes.*

§. SI AB HOSTIBVS. Patre ab hoſtibus capto, pendet ius liberorum, quod ipſi reuerſo reſtituitur: Ipſo autem apud hoſtes moriente, fingitur præambula hora captiui-

a tatis deceſsiſſe. h. d.[a]

ADDITIO.

a Hoc dicit. Ex quo not. quòd † quis non dicitur captus, niſi ſit ductus in-

1 tra limina præſidijs vel carceris, vt non poſsit euadere, vt voluit Barto. in l. ſi poſtliminium. ff. de capt. & facit. c. mulieres. in fin ff. de iud. in vj Simili-

2 ter † quis nõ dicitur vulneratus intra limina domus. niſi eſſet intra domum quia dictio, in, notat ablat. non denotat ion inſeruientem. l. j. §. fluminibus. de

3 quo per Barto. in l j. §. interdictum. ff. de cloac. † Secus ſi verba ſtatuti eſſent de faciente inſultum in pertinentijs domus, quia intelligitur per duos pedes iuxta domum. l. fin. ff. fi. regun. per glo. in l. quidam liberus. ff. de ſer. vrb. præd. per Bar. in l. item apud Labeonem. §. coniunctum. ff. de iniurijs. & ibi vide &c. Iaſ May.

4 Not. ſummarium. † Secundo not. quòd captiuitas patris vel filij operatur pendentiam iuris patriæ poteſtatis. Item no.

5 † virtutem fictionis poſtliminij: quia fingit captum & reuerſum nunquam fuiſſe captum, ſed ſemper in ciuitate permã-

6 ſiſſe. Item not. † legis Corneliæ virtutem, quia fingit captum & mortuum apud hoſtes, fuiſſe mortuum præambula hora captiuitatis, & hoc propter confirmanda teſtamenta, quæ alias propter ſeruitutem ſubſecutam inhabilia facta eſſent. l. lege Cornelia. ff. de teſt Item no. etymologiam poſtliminij. Præmitto quod habemus præſumptionem & fictionem.

7 † Præſumptio cadit ſuper facto dubio, interpretando & cõiecturando. fictio autem cadit ſuper facto claro & indubitato. operando contra veritatem. Iſta eſt glo. ordi. in §. accedit. C. de rei vxo. acti. habetur hoc in l. ſciendum. ff. de verb. obli.

8 Item præmitto † quòd triplex eſt fictio, quædam eſt inductiua, quædam priuatiua, quædam tranſlatiua. Inductiua appellatur illa quæ inducit aliquod factum vbi non eſt, exemplum in l. his verbis ff. de adop. in l vnica. C. de rei vxor. acti. Priuatiua eſt illa quæ priuat hominem ab aliquibus actibus. l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Tranſlatiua fictio aliquando ſumitur de perſona ad perſonam, de qua in l. ita autem. § geſſiſſe. ff. de admi. tu. Aliquando appellatur tranſlatiua de loco ad locum, exemplum eſt in caſu noſtro. Aliquando de tempore ad tempus, vt eſt in fictione. l. Corneliæ. Aliquando fingit de die ad diem, de quo in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuc. & text. opti. in l. clauibus ff. de contrah emp. Exẽplum, nam ſi moratur res debita poſt moram, certe hæc res fingitur eſſe in rerũ natura, vt debeatur pretium non autẽ illa res.

ADDITIO.

a Not. quòd triplex eſt fictio, de hoc vide Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſu. vbi hæc omnia ponit &c. Iaſ. May. [Adde Cardi. in cle. vt circa. de elect. in xv. q. idem Card. in c. is qui. in iij. q. de ſpon.]

9 Item præmitto quòd† fictio postliminij habet duo capita: vnum fictionis inductiuum, aliud veritatis expressiuum. Fictionis inductiuum caput operatur, vt reuersus ab hostibus fuisse in ciuitate præsumatur, nec illum captum vnquam fuisse: ex quo sequitur, quòd omnia illa quæ consecutus esset si captus non fuisset, in virtutem huius fictionis consequatur. Item hoc caput operatur pendentiam iurium capti, vt hic. & l. is §. si pendeat, ad Macedo. & l. si is qui pro empt. de vsuc. Caput expressiuum veritatis, quia reuersus a vere omnia iura recuperat.ᵃ Fictio autem legis Cornelium habet vnum caput, scilicet fictionis inductiuum, quia captus penes hostes mortuus fingitur præambula hora captiuitatis, & quæ ex hac fictione omnia consequitur quæ consecuturus fuisset, si die vel præambula hora captiuitatis decesb sisset.ᵇ

ADDITIONES.

a Recuperat. † Vltimo adde quòd rediens postliminio ea recuperat quæ per captiuitatem amisit, si ea integra inueniat, vt hic, & l. si quos. C. de captiuis. Sed si interim ius quæsitum alteri, puta præscriptione, tunc habebit necesse petere in integrum resti. qua obtenta poterit rem vendicare, rescissoriam intentando: casus est in l. ab hostibus. la. iij. de captiuis. & sic differt restitutio, ab ea quæ fit à principe, deportato vel bannito, de supra eo. §. nunc autem. quia illa restitutio non fingit hoc sic esse. vt not. per glo. & docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Rediens autem postliminio non ita recuperat vxorem siue filios, oportet enim vxorem denuò cõsentire l. non vt. & l. cum duæ. ff. de capi. Sed de iure canonico matrimonium non dissoluitur per captiuitatem, quia etiam inter seruos matrimonium contrahitur, ita probatur in capit. j. extra de coniugio seruorum. Ias. May.

b Decessisset. Not. † etiam vltimo ex isto §. quòd ea quæ ab hostibus recuperantur per milites stipendarios, in pristino statu reponi. Vnde bestiæ ablatæ per hostes, & à nostris stipendiarijs recuperatæ, debent restitui illis quorum iuris erant prius l. sicut. & l. ab hostibus. la ij. C. de captiuis. & hoc verum in rebus quæ habent postliminium, sicut sunt equi, naues oneraria, currus, & boues, & alia propter vsum belli parata, de quibus in l. ij. & iij. ff. de cap. Sed in rebus in quibus non habet locum postliminium, vt sunt vestes & arma, illa non restituuntur, quia turpiter amittuntur. d. l. ij. Et hæc est vera in rebus amissis recuperatis: sed in rebus hostium captis, in quibus non habet locum postliminium, distinguitur. Aut sunt res immobiles, & debent publicari, non autem efficiuntur capientis. l. si quis in bello ff. de captiuis, nisi capiantur victis hostibus: quia tunc capta ad hominum assignantur duci belli distribuenda. Item hæc vera in bellis iustis, sed in bellis iniustis, non habet locum postliminium. quia tales sunt latrones, & puniendi, vt est text. in l. hostes. supra alleg. &c. Ias. May.

12 In fine glo. in verbo hostes. Sed † qui dicuntur ex populo Romano? Dicite, quòd dicuntur illi qui sunt subditi populo Romano. Circa quem articulum dicite breuiter: nam quidam sunt qui in totum obediunt imperio, vt sunt populi de Alemania & isti dicuntur propriè de populo Romano, hoc est, Romano imperio. † Quidam sunt qui non in totum obediunt, sed parte, quia viuunt secundum leges imperij vt sunt ciuitates Lombardiæ. Quidam qui non obediunt, fatentur tamen Imperatorem esse dominum totius monarchiæ, sed dicunt se exemptos præscriptione, vt Venea ti.ᵃ vel ex contractu, vt sunt ciuitates ecclesiæ, vel priuilegio, vt Rex persarum, & Rex Francorum, & isti etiam dicuntur de populo Romano, quia recognoscunt Imperatorem esse dominum totius monarchiæ. Quidam sunt qui penitus non obediunt, nec fatentur Imperatorem esse dominum totius monarchiæ, vt sunt Tartari, & isti non dicuntur de populo Romano. Ex quo sequitur, quòd capti ab illis non efficiuntur serui de iure, nec in eis habet locum fictio postliminij.

14 Contra hunc text. inquantum concludit quòd† capti ab hostibus efficiuntur serui hostium, opponitur de l. non dubito. de l. hostes. & l. postliminium. §. induciæ. de capti. in quibus habetur tales captos non effici seruos. Solu. dicite, quòd habemus pacem fœdus, treugas inducias, bellum, & guerram. Pax est conuentio habita à ducibus belli, de pace perpetuo seruanda. l. conuentionum. ff. de pactis. Fœdus & treuga est conuentio facta ad longum tempus à ducibus belli, de bello non inferendo. l. non dubito. ff. de capt. Induciæ sunt conuentio facta à ducibus belli, de bello non inferendo aliquo breui tempore. l. postliminium. §. induciæ. ff. eod. Si quis igitur capitur pendente pace, treuga, vel inducijs, non efficitur seruus capientis, & ita loquuntur contraria. His autem non persistendo, tales capti efficiuntur serui. ita loquitur hic. Bellum autem est quod publicè indicitur à populo Romano alteri, vel ab altero, populo Romano, quo casu hic captie efficiuntur serui. l. hostes, & l. postliminium. ff. eod. Guerra autem est, quando inter ciuitatem & ciuitatem, quæ possunt indicere bellum, sunt odia patentia, & inimiciæ patentes, non tamen est adhuc indictum bellum, quo casu hincinde capti efficiuntur serui, alleg. glo in l. postliminium. § in pace. ff. eo. Si autem non sunt potentia odia, sed latentia, non appellatur bellum, nec guerra, sed latrocinium, quo casu hincinde capti non efficiuntur serui, alleg. gl. nor. cum text. in l. si quis 15 ingenuum. §. fin. & l. hostes. ff. de cap.† Item opponitur contra text. Dicitur hic, quòd captus ab hostibus reuersus in patriam amicorum, dicitur redire postliminio & recuperat iub ra sua.ᵇ

ADDITIONES.

a Vt Veneti. Adde Bald. in l. hostes. ff. de capti. Bald. in rub ff. de rerum diui. in iij. col. Bald. in c. sicut. lo. vlt. in ij. col. extra de iureiur. Albe. de Rosa. in l. cunctos populos. C. de summa trini.

b Iura sua. Et ideò præsumitur fuisse liber & etiam per eum gesta perinde valent ac si essent facta per liberum, puta testamentum, & similia, vt vult glo. in §. fin. infra quib. non est permis. fa. testamentum. & glo. in l. captum. C. de capti. Item adde, quod postliminium non habet locum in casu notabili. l. in bello. la prin. ff. de capti. & ibi vide elegantem rationem in text. positam. Ias. May.

Contra opponitur de l. si quid. C. de cap. & l. postliminio. ff. eod. Sol. iste text. est intelligendus quando quis fuit captus à fortuna, sine eius voluntate vel culpa, quo casu ex æquitate, reuerso datur ius postliminij. Si autem esset captus voluntarie, vel sua culpa, quia ante capturam omnia perdiderat, tunc reuerso non competit ius postliminij, nec iura recuperat. Ratio, quia ex quo voluntate sua vel culpa captus fuit, nulla subest æquitas, quòd eidem tribuenda sit recuperatio a iurium, & loquuntur contraria.ᵃ

ADDITIO.

a Contraria. Et ex hoc collige, † quare in deportato non habet locum fi16 ctio postliminij: quia deportatio fit ob delictum vel culpam. & ideo cessat æquitas istius fictionis postliminij, vt hic dicitur. Ias. May.

17 Sed iterum oppo. † & imo videtur quòd si captus fuit ab hostibus fortuna sine eius voluntate vel culpa, quòd reuerso non competat ius postliminij. Vnde oppo. de l. postliminij. §. fin. de l. nihil. ff. eod. Solu. Sunt intelligenda prædicta quando redit in patriam animo commorandi. Si autem redijsset animo reuertendi ad hostes, quia ita iurauit, non competit reuerso ius postliminij, & loquuntur contraria, & hoc nisi essent serui quia redijsset, quia tunc iure postliminij conseruatur ius dominicæ potestatis domino. l. in bello. §. si quis seruum ff. de cap. Finaliter oppo. Dicit hic, quòd reuerso ab hostibus iure postliminij, iura amissa tribuuntur. Sed contra hoc oppo. nam reuersus non recuperat possessionem rerum suarum. l. cum hæredes. § j. ff. de acqui. pos. l. denique. & l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. ma. Sol. dicunt. Doct. fatendo contrarium, quòd licet postliminio iura recuperentur, non tamen recuperatur possessio bonorum. Sed hic est ratio quærenda differentiæ. Sol. dixere quidam, quod ideo possessio non re18 cuperatur, quia facti est, & † in facto consistit, vnde super facto non potest fictio operari. l. denique. & l. nec vtilem. & l. in bello. §. factæ. ff. de cap. Sed hæc communiter reprobatur. Nam quòd captus ab hostibus fingatur semper fuisse in ciuitate, hoc est facti, & tamen lex hoc fingit. Item quòd mortuus penes hostes, dicatur mortuus præambula hora captiuitatis, hoc est facti, & in hoc lex Cor. fingit, quare ergo non fingit super recuperanda possessione? Vnde alij dixere, quòd ideo possessio non recuperatur postliminio, quia non est bonum & æquum quòd possessio intelligatur recuperata, quia ex ea induceretur præscriptio in præiudicium tertij. Vnde postliminium super naturali æquitate fundatum noluit operari recuperationem possessionis in præiudicium tertij. Hæc non est bona, quia non generalis: solùm enim procedit in possessione rerũ alienatũ, non autẽ in possessione propriarũ defuncti. Vnde dñs Christophorus dicebat rationẽ esse, pro qua 19 declarãda facit duo proposita. † Primum quòd ille qui capi-

tur

tur ab hostibus nunquam efficitur seruus hostium, quo ad reductus fuerit in præsidia inimicorum, l. postliminium, ff. de cap. & hic. Secundò præsupponit, quòd licet captus ab hostibus non reductus in præsidia inimicorum, non efficiatur seruus, perdit tamen statim possessionem animo, ex quo non habet facultatem insistendi rei. l. iij. §. Labeo. de acquir. poss. alleg. glo. in l. quamuis. la secunda. ff. eod. Sic possessio animo est amissa, non seruitute sed ipsa captura. Vnde cum postliminium solum operetur restitutionem amissorum seruitute, non operatur restitutionem possessionis quæ non est amissa seruitute: sed captura. Sed postliminium fingit quem semper fuisse in ciuitate, & nonquam ab hostibus reductum extra præsidia amicorum: licet ergo iste non fuisset vere reductus, tamen sola captura erat possessio amissa, quæ non recuperatur nisi noua apprehensione. Ergo ita erit in fictione postliminij, vt possessio non recuperetur, nisi noua apprehensione mediante, & hoc est, dicit ipse, quod voluit tex. in l. cum hæredes. §. j. noua apprehensione. §. de acqui. posses. Sed hæc ratio quantumcunque subtilis non placuit domino Signorolo de Homodeis, nec domino Petro. licet dominum Christophorum non ferant. Mouetur ratione, quia non est verum quòd sola captura possessio facti perdatur, ratione tali. Nam si hoc esset verum, sequeretur, quòd captus à latronibus, vel positus in carcerem, qui non habet facultatem insistendi rei, perderet possessionem rerum suarum, hoc

20 autem est falsum. l. in bello ff. de cap. & l. hostes. † Non obst. § Labeo. quia loquitur quando facultas non poscendi insistere rei, erat ex defectu rei, quia fuit aquarum inundatione sepulta. Eodem modo quando facultas non esset ex defectu personæ quia seruus, esset effecta persona. l. cum hæredes. §. j. supra alle. & quando facultas deest non ex defectu rei, nec ex defectu personæ. sed sola captura, non perditur possessio. alle. D. Signo. in l. j. & l. licet. C. de acqui. posses. Quare vltimo. do. Petr. & Signo. ponuntur veram rationem, cur possessio non recuperetur postliminio. Pro qua elicienda præ-

21 mitto, quòd † ad hoc vt lex fictionem operari possit translatiuam, tria requiruntur, quorum si alterum deficiat, fictio non potest operari. Primum, extremum à quo, habile. Secundum, extremum ad quod. Tertium, subiectum habile l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peri. & commo. rei ven. l. bonorum. ff. rem rat. habe. Modo ad propositum, licet extremum à quo sit habile, quia tempore quo capitur erat liber, & aptus possidere, iste captus Item extremum ad quod, hoc est, tempus reuersionis, est habile: quia reuersus erat habilis possidere, tamen subiectum, hoc est, materia & possessio ipsa, super qua fictio fundari debet, non erat habile siue habilis, quia per seruitutem euanuerat vt fumus, possessio, cum sit ius ita nobile, vt sine persona quæ, possideat consistere non possit. Vnde cum captus, sit ef-

22 fectus seruus, † possessio deperditur, quia animum possidendi deperdit. d. l. cum hæredes. §. j. Hinc est quòd si iste captus possidebat per seruum, talis possessio recuperatur postliminio, quia illa non euanuerat. l. in bello. § factæ. ff. de ca. Non est ita in dominio, quia dominium non fuit deperditum, quia sine persona tanquam in iure consistens conseruari potest. l. si quis vi. §. differentia. de acqui. posses. Vnde cum subiectum sit tunc habile. nimirum si fictio operatur. & hoc est verum, quòd voluit text in l. in bello. §. factæ. cum dixit factæ causæ pro infectis nulla constitutione haberi possunt: Hinc est, quòd nulla constitutione, hoc est, nec per l. Cor. nec per fictionem postliminij potest fieri, quòd possessio deperdita, sit inde perdita. Et si dixeritis quare lex non fingit possessionem esse non perditam, cum super alijs factis fingat? Respondetur, quòd ideò non fingit, ne duæ fictiones concurrant simul. Prima, quòd possessio fingatur stare sine possidente. Secunda vt fingatur captus reuersus semper in ciuitate fuisse. iuxta ea quæ habentur in l. j. C. de do. promis. cum simili, Item sufficit si coi vel in paucis &c. l. tutori. C. de nego. gest Satis est quòd reuerso à lege tribuatur hoc beneficium, vt semper in ciuitate fuisse fingatur, absque eo quòd fingatur possessorem stetisse sine persona. Et hanc rationem comperi fuisse Bartol. in l. si is qui pro empt. ff. de vsucap.

ADDITIO.

23 ADDI. Super ista gloss. in verbo. hostes † quæris hic subtilis. Petr. de Bellaperti. quæ est ratio quòd illi qui sunt de gente nostra capti apud hostes, efficiuntur serui hostium, vt dicit illa. l. hostes ff. de capti. & hic text. cum potius deberet esse contrarium, scilicet vt hostes capti à nostris efficerentur serui. argu. §. sed in bello. infra, de excu. tu. Dicunt aliqui quòd ideò Imperator ita statuit, scilicet quòd nostri capti ab hostibus efficiantur serui hostium, quia si Imperator statuisset quòd ipsi essent liberi, tamen hostes istam. l. non seruassent, & sic. l. fuissent ludibrio, contra l. si prætor. ff. de iud. Vel dic quòd Imperator constituit hoc cum hostibus de quadam concordia, vt non occiderentur, vt §. serui. supra de iure personarum. Et ita dicit Iac. de Ra. respondisse cuidam nobili laico, qui petijt ab eo de hoc. Et si quæras saltem in rebus quas penes nos tenebant, non habentur pro liberis, vt hic. Responde, quia si essent liberi quo ad res. ipsi retineret dominium rerum, & res acquirerentur hostibus, per l. placet. ff. de acqui hære. & ideò tam apud nos. quam apud hostes pro seruis reputantur secundum Petr. de Bellaper. & Nicu. de Neapo. hic. Ias. May.

24 Pone, † capitaneus dedit alicui securitatem, hoc est, saluum conductum,[a] vt volgo appellamus, an intelligatur habere securitatem reuertendi? dixit Barto. quod sic: alleg. text. cum glo. in l. vtimur. ff. de sepul. vio.

ADDITIO.

a Saluum conductum. An si data est facultas. seu saluus conductus alicui veniendi & redeundi &c. de hac quæstione & quæstione proximè sequenti. vide Barto. plenè in l. j in fin. ff. ad leg. Iul. maiesta vide Cano. in ca. statutum. §. penult. de rescri. in vj. & vide in c. accedens el. ij. extra, vt lit. non contesta. vbi ab his salui conductus est custodum. Ias May. [Adde text. & Abb. in c. ego N. de iureiur an. Ioann de Imo. & Abb. in ca. ij. de treu. & pa. Ioann. de Imol & Abb in c. quia diuersitatem de concess. præbend. Barto. in. l. vtimur. ff. de sepul. vio Bart. in l. vtimur. ff. ad Silla. Bart. in l. præfectis. C. de his qui ad eccle. confug. Barto. in l fina. C. de dig. lib. xij. Barto. in l. si cui. ff. ex qu b. cau. ma Bart. in l. relegati ff de pœ. Barto. in l. nullam. C. de naui. lib. xj. Et an habens saluum conductum pro se & socijs dicatur habere pro socijs qui sunt iudæi, vide per Ange in l. vtimur. ff. de sepul. vio. & per Barba in consi. Iani. incip. licet medium in iij. col. in iiij. volu. Et quid de saracenis, vide per Inno. in c. quod super his. de voto.]

25 Sed † quid si securitas fuerit data pro eundo & reuertendo, quot vicibus[a] intelligetur esse data Solut. dixit Barto. aut fuit determinate petita, & indeterminate data, & tunc regulabitur secundum petitionem. argu. in §. præterea. infra de inuti. stipu. Aut fuit indeterminate petita & determinate data, & tunc res est clara. l. continuus. §. cum ita. de verbor. obligationi. Aut fuit indeterminate data, & indeterminate petita, & tunc intelligatur semel tantum. argu. in l. boues. §. hoc sermone. de verborum significationib. nisi materia pro qua data erat, requireret celeritatem itineris, puta pro pace componenda. argumen. in l. continuus. §. si insulam. de verbor. obliga.[b]

ADDITIONES.

a Quot vicibus. Adde Ioann. de Platea in l. j. C. de nauicula. lib. xj. quem citat Alex. de Imo. in consi. xvj incip. breuiter in casu præmisso. in princip. in iiij. volo. quos etiam refert Hippo. de Marsi. in reper. rub. ff. de fideiusso. col. xa. in princ. ver. Faci etiam. nam si alicui conceditur, & Grego. Magalottum. in tracta. securitatis in iij. par. col. penult. vers. præterea dubitatur. Et an securitas data alicui pro se & socijs includat socium sociorum. vide eundem Alexan. in consi. lxxv. incip. videtur in præsenti. in ij. col. in v. vol. quem refert & sequitur Hippol. de Marsi in consi. lxxxiij. incip. viar tuas domine. nu 41. & ipsum Magalottum in loco supra citato. col. prope antepenul. col. versi. securitas & data alicui pro se. Ioan. Bap. Zilettus.

b Verb. oblig. An tamen ex bannitus per bannum sit exemptus à iurisdictione iudicis & si sit ab eo citatus. teneatur comparere, etiam si velit fa-

26 cere sibi saluum conductum. † & an iudex possit concedere saluum conductum? dic vt per Ange. in quæstione quæ incipit Bononiensis, vide de materia salui conducti. in §. præterea. in fin. infra, de actio. Ias. May.

a Glo. in verb. pendet.[a]

ADDITIO.

a Pendet. Adde glo in verbo. pendet, dum vult, quòd status filij qui habet patrem apud hostes, sit in pendenti inspectu futuro euentu, non inspecto

27 præsenti. quòd lex hoc infertur, quòd † si filius patre existente apud hostes condat testamentum. quòd dicitur valere. si tamen postea reuertatur pater iam mortuo filio, tum illud testamentum, quòd testamentum irritatur. iste est text. in l. si de sen. pas. Secus in contractibus factis per filium, quia non sustinentur ob id essent in præiudicium patris, vt voluit Azo. in sum. C. de sen.

28 pas. Adde etiam. † quòd interim existente patre penes hostes, non debet dari curator bonis. l. muto. §. si ff. de tutelis. Adde etiam. quòd supradicta non procedunt in contractibus celebratis per filium deportatum, qui non retractantur à patre, filio reuerso, quia in eo nulla cadit fictio. d. l. mutuo. §. si. & probatur in d. l. si. & c. mulieres. in si. extra, de iudi. in vj. &c. Ias. May.

a Glo. in ver. intra fines.[a]

ADDITIO.

a Fines. In isto. §. est vna glo. quæ incipit intra fines nostros, quam aliqui libri habent in ver. dictum est autem. super verbo in fine nostri. & si hoc modo habetur, pessimè & corruptè habetur, quia nihil boni glo. diceret, sed ad propositum. Aliqui libri habent istam gloss. in ver. fin. huius. §. qui incipit. sed & qui captis. super verbo victis hostibus, & hoc modo gl. optimè venit ad text. Nam cum iste versi. si. videatur indubitabilis gloss. vt faceret istum verb. dubitabilem. dicit eum esse intelligendum quando quis captus fuit intra fines nostros, nec vltra fuit deductus, quo casu cum impropriè dicatur reuersus postliminio, dubitatur vtrum habeat ius postliminij, & decidit quòd sic. Vel aliter intelligit glo. istum versiculum, quòd quis captus vltra fines nostros. quo casu si incontinenti recuperatur victis hostibus, dicitur redijsse postliminio, etiam antequam ad fines nostra redeat, sed impropriè. Ratio est, quia ex quo incontinenti recuperatur, dicitur in pristinam causam reuerti, perinde ac si captus non esset per illam. l. qui possessionem. ff. de vi & vi arma. Et ista est medulla intentionis glo. quam non habes ita intellectam nec declaratam ab alijs. Est verum quòd subtilis Pet. de Bellapertica hic secundùm quod eum refert & sequitur hic Nico. de Neapo. reprehendit primum intellectum huius glo. quia non videtur quis verè esse in manus hostium, & in eorum potestate, nisi excesserit fines nostros. l. postliminium. §. postliminio. ff. de cap. Postea ipsi tenent secundum intellectum. Tu tene etiam primum. & responde vt respondet, quòd propriè non. vt d. §. postliminij. sed impropriè sic &c. Ias. May.

1 ☞ Intellectus ad l. Pantonius. ff. si quis à paren. fue. manu.
2 Emancipatio qualiter olim & hodie fiat, & nu. 4.
3 Filius an possit cogere patrem, ut eum emancipet, & nu. 11.
5 Donatio à patre facta filio in emancipatione, non computatur in legitima.
6 Pater emancipando filium, non cogitur ei dare legitimam, nec aliud in emancipationis præmium.
7 Manumissio coram iudice non suo fieri potest.
8 Tacens quando habeatur pro consentiente. & nu. 9.
10 Quoties quis dolosè tacet, dolosè consentire uidetur.
11 Pater potest filium inuitum emancipare, ex omnibus causis ex quibus illum exheredare potest.
12 Filius derelinquens parentes pauperes, uel corporis valetudine laborantes, potest in potestate reuocari, ac etiam exheredari.
14 Pater filium eius emancipatum ab auo, per ingratitudinem non potest in patriam potestatem reuocare.

§ PRAETEREA Emancipatione, quæ olim per imaginarios actus contrahebatur, vel principis auctoritate celebratur, ius patriæ potestatis soluitur, quæ hodie tamen recta via causatur. h. d.[a]

ADDITIO.

a Hoc dicit. Et habens filium & ex eo nepotem in potestate, potest vnum ex eis vel ambos emancipare. h. d. vsque ad §. sed si pater. Et aduertè, † quòd dum in text. nostro exponitur, vbique manumissus. id est, emancipatus, credo quòd de stricto iure. C. debet ita exponi: sed de stricto iure. forum. puto quòd debet intelligi prout iacet, vt dixi supra de libertis. in princ. & ita intelligo. l. Pantonius. ff. si quis à pa. fu. ma. quæ aliàs obstaret in materia. & l. fi. C. de emã. lib. Ias. May.

a Not. primo ex §. præterea.[a] quòd † olim emancipatio duobus modis permittebatur, vno modo per imaginariam venditionem, alio modo cum Imperatoris auctoritate: hodie vero celebratur recta via, quia recto ordine potest pater emancipare volens de potestate dimittere.[b] Item not. habentem filium, & ex eo nepotem, posse alterum in potestate retinere, & alterum emancipare, potest etiam vtrunque facere sui iuris. Item not. quòd filius natus ex filio, nuru prægnante, emancipato, efficitur in potestate aui, secus si ante nurum prægnantem emancipatur. Finaliter not. † filium non posse cogere patrem regulariter vt eum emancipet.

ADDITIONES.

a §. Præterea. Circa hunc. §. præterea. posset dubitari, † quia text. vult quòd olim emancipatio fie. per imaginarias venditiones & intercedentes manumissiones. quid operatur illa venditio simulata, cum regula sit, quòd talis venditio est ipso iure nulla l. nuda. ff. de contrah. empt. l. emptor. in princ. vbi glo. ff. de aqua plu. arcend. Bart. post glo. in l. post contractum. ff. de don. Si ergo nulla, quid operatur illa manumissio de facto præcedens? certè nihil. §. fin. supra de inge. & tamen tex. in l. liberos. in fi. §. j. ff. de cap. di. dicit quòd emancipatio non possit fieri nisi per illas imaginarias venditiones. Puto quòd ista sit veritas. quòd imaginaria venditio sit ipso iure nulla quantum ad commodum contrahentium, sed eorum incommodum, & commodum tertij bene valet & tenet. Sicut in simili contractus factus contra l. est ipso iure nullus, verum est quantum ad commodum facientis, sed ad eius incommodum, & fauorem tertij bene valet, ista est glo. & ibi Ange. supra qui & m. a. licet vel non. in princ. in ver. nihil agit. & gl. in l. eleganter. in princ. & ibi Barto. ff. de do. & gloss. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. In proposito ergo, ista venditio imaginaria licet non valeat in fauorem contrahentium, scilicet patris vel ementis, valet tamen in fauorem filij, vt filius dicatur exiisse de iure patris. Nec per hoc dicetur interesse ipsius emptoris, quia istud concerneret fauorem emptoris, quòd esse non debet. Et dum dicitur, manumissio de facto procedens nihil operatur, verum est in damnum manumissi, sed bene in eius commodum. Illa ergo venditio patris operatur exitum à potestate patris, & illa manumissio operatur exitum à potestate emptoris, nec tamen per hoc efficitur libertus, quia istud esset commodum emptoris, quòd esse non debet. & isto modo filius reperitur exemptus à potestate vtriusque, & sic emancipatus. Et hæc veritas est, & medulla huius text. Ias. May.

b Dimittere. † An autem donatio quam fecit pater filio in emancipatione 5 computetur in legitimam? Dic quod non: nisi pater dicat, dono vel trado tibi pro tua legitima, vt l. si quando. & l. generaliter. C. de inoffici. testam. & ibi Barto. in l. pe. ff. de lega. ij. Et licet non computetur, tamen illud donatum venit conferendum cum fratribus, vt volunt Doct. in d. l. vt liberis: si tamen pater non vellet ei dare in prima emancipatione, non potest cogi, quia filius non habet aliud ius in bonis patris, vt dixi. An autem † quando pater 6 emancipat filium suum cogatur ei dare legitimam? Dic quòd non, quia filius viuente patre nullum ius habet in bonis, vt not. Barto. in l. fin. ff. de li. agno. & l. nec est. §. præterea. ff. de adop. Nec etiam cogitur ei aliud dare in præmium emancipationis, quia ipse filius debet potius præmiare patrem, ex quo eum liberat à patria potestate vt volunt Barto. in l. oportet §. penu. C. de bon. quæ liber. Sed tamen de consuetudine aliud est, nam pater donat filio quando ipsum emancipat. l. vt liberi. in fi. C. de colla.

7 In fin. glo. in verbo magistratus, colligitis, quòd † manumissio potest fieri coram iudice non suo. Contra oppo. de l. fina. ff. de iurisdict. omni. iudic. Solu. illud loquitur in iurisd. contentiosa, secus in iurisdi. voluntaria. & est glo. ordina. in l. etiam. § fina. de manu. vindi. In fin. glo. manumissus est clara. In fin. glo. in ver. contradicente. † si quæratur an tacens 8 habeatur pro consentiente,[a] dicit, Aut loquimur in actu qui potest geri eo inuito & tunc non habetur pro consentiente. Aut loquimur in actu qui non potest geri eo inuito, & tunc habetur pro consentiente, probatur in l. sæpè. §. scientibus. ff. de regu. iur. glo. in ordi. in l. Caius. ff. de pigno. actio. Hæc regula fallit ex conuentione personarum, vt hic. Fallit etiam vbi requireretur pro forma aliquem expressè consentire.[b] l. prima. ff. de adopt. Aliæ glo. sunt claræ, de hoc. vide etiam Bartol. in l. quæ dotis. ff solut. matrimoni. & Ioan. Andr. in regula qui tacet. & etiam gloss. xvij distinctio. capit. diaco. & habetur in l. in inuitum tutela. C de procu.[c]

ADDITIONES.

a Consentiente. Adde l. de ætate. in §. qui tacuit. de interroga. acti. Barto. in l. quæ dotem. ff. solu. matri. Bald. in l. si fine voluntate. C. ad velle. Bald. in l. inuitus. C de procu. glo. in capit. primo. xxvij. distin. Doct. in c. nonne. de præsumpt.

b Expressè consentire. An † tacens videatur consentire, vide hic & vide 9 Bald. optimè loquentem. in l. si fine voluntate. C. ad S. C. Velle. & in l. j. C. vnde vir & vxor. vbi ponit de muliere, in cuius contractu debet interuenire consensus mariti, nunquid præsentia & taciturnitas mariti habeãtur pro consensu, vide hic notabiliter &c. Et vnum not. † quòd quoties aliquis dolosè tacet, præsumitur dolosè consentire, in odium ipsius dolosi. 10 text. est notabilis. in l. fine. C. ad Velleia. Item not. quod ille qui erubescit aliquid dicere, non videtur consentire, text. est notabilis. in l. penult. ff. de furt. quem in proposito isto allegat glo. in l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procur. Vnum etiam not. quòd quando in iudicio fit aliquis actus per iudicem parte præsente cui displicet. debet expressè contradicere, aliàs videtur consentire. Et ideò debet poni in actis, parte præsente & non contradicente, ita eleganter dicit Bart. per illum text. in l. j. C. de tela. quod dicit esse perpetuò menti tenendum. Et an si aliquis patiatur aliquem testari de rebus suis, sibi præiudicet habes tex. qui in communi reputatur singularis in l. si cut. §. seditiones. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solui. &c. Ias. May.

c C. de procur. Not. ex §. illud. quod dixi in vltima parte summarij, & adde, † quòd requiruntur voluntas vtriusque in emancipatione, nisi filius sit 11 infans. l. iubemus. in fin. C. de emancipatione libe. Fallit autem (quod in fi. huius §. dicetur,) in certis casibus hic in gl. not. in quibus filius potest compellere patrẽ vt eum emãcipet ex causa legitima: & è cõuerso filius cogitur cõsentire, & ita intelligit hãc gl. secundũ Bar. in l. quidã cum filiũ. ff. de verborum

borum

12 ho.obli. Item adde, † quòd ex omnibus casibus ex quibus quis meretur exhæredari, ex his potest pater filium ionitum emancipare, quia ista duo equiparantur. l. quidam cum filium. ff. de verbo. oblig. nec tunc succedit patri ab intestato, argu. l. fin. ff. si quis a pa. fue. mano. & §. cum autem. supra de adop. Item adde. † quod filius derelinquens parentem pauperes, vel 13 corporis valitudine laborantes, potest reuocari in potestatem, ac etiam exhæredari. l. necare. de libe agno. l. fina. C. de patria potestate. & hoc te- 14 net Cyn. in dicta. l. vnica. C. de ingratis libertis. † qui filius si sit emancipatus ab auo, non potest reuocari a patre per ingratitudinem, secundum Bar. in l. qui liberatus. ff. de adoptio. Ias. May.

De Tutelis. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes, hoc ordine. Supra visum est de duplici diuisione personarum, quarum prima, quòd personarum quædam sunt seruæ, quædam autem liberæ, posita est supra de iure personarum. in principio. Secunda fuit diuisio quòd personarum quædam sunt sui iuris, quædam vero alieno iuri subiectæ sunt, posita supra de his qui sunt sui vel alie. iur. in princip. Quædam sunt in cura vel tutela, Quædam vero neutro iure tenentur: Ideo de his tractaturus intitulauit de tutelis. Sed dixerit quis, hæc continuatio non est bona, quia fit ad remota, contra sonum huius vocabuli, continuare. l. ij. ff. de stat. homi. cum simi. Nam inter hunc titulum, & illum supra de his qui sunt sui vel alie. iur sunt quatuor tituli intermedij, ergo continuatio mala. Solut. licet sint tituli intermedij, tamen quia sunt pertinentes ad materiam secundæ diuisionis, non vitiatur continuatio, argu. in l. hæredes palam. §. fina. ff. de testa. l. hac consultissima §. at cum humana fragilitas. C. eodem. lege, in duos reos. §. fina. ff. de duo. reis. in lege, quod ait lex. §. fin. ff. de adulterijs.

1 *Cognitio vnius præstat cognitionem ad aliud.*
2 *Argumentum ab etymologia vocabuli negatiue valet.*
3 *Nomina ita imponenda sunt ut rebus de quibus agitur conueniant.*
4 *Filiusfamilias an possit habere tutorem & nu. 5.*
6 *Consensus patris quis in contractu per filium celebrato requiratur. & numero. 7.*
Intell. ad l. si infanti & l. fin. §. filius autem. C. de bonis quæ lib. & l. j. C. de bonis mater.
7 *Pubes an possit tutoris consensu se obligare.*
8 *Minori existenti in iudic o, an sufficiat auctoritas patris, vel debeat dari curator.*
9 *Copula inter diuersa ca[illegible] re debet.*
10 *Vis dupliciter sumi potest.*
11 *Curator ad lites an detur inuitus & inuito.*
Intellectus l. fi. C. de admi. tuto.

a TRANSEAMVS. Non summatur, quia diuidendo & diffiniēdo procedit. Sed diuiditur in septem partes. Nam in prima Imperator continuando hunc titulum ad præcedentem, ponit diuisionem personarum bimembrem In secunda prosequitur membra suæ diuisionis. In tertia diffinit tutelam. In quarta tradit, qui dicantur tutores. In quinta ponit, qualiter appellantur tutores. In sexta ponit, qui & a quibus possint dari tutores. In septima ponit, qui tutores dari possint. Secunda ibi, [videamus igitur.] Tertia ibi, [est autem tutela.] Quarta ibi, [tutores autem.] Quinta ibi [itaque appellātur,] Sexta ibi [permissum.] Septima ibi [incipit in ti. seq.]

ADDITIO.

a Diuiditur. Vel diuide hunc titulum in quatuor partes. In prima ponit diuisionem personarum. In ij. ponit diffinitionem tutelæ. In iij. ponit qui sint tutores, & vnde dicantur. In iiij. & vlt. ponit quæ personæ, & quibus possint dari tutores Secunda ibi. [est autem tutela.] Tertia ibi, [tutores autem sunt.] Quarta & vl. ibi, [permissum.] Ias. May.

Ibi, nunc est demonstrandum ad oculum intellectus. Not. primo, personas quæ sui iuris sunt, aut tutelæ aut curæ vinculo teneri, aut neutro. Ex quo colligitis à contrario, eas personas quæ alieno iuri subiectæ non sunt, non ligari vinculo tutelæ seu curæ.[a]

ADDITIO.

Sed aduerte, quia licet glo. j. hic & omnes Doc. teneant, quòd hic subdiuidatur primum membrum diuisionis positæ supra in tit. de his qui sunt sui vel alie. iur. tamen ego valde dubito, quare nō ita subdiuidatur membrum positum in ti. supra de iure person. videlicet quòd personarū liberarum quædam sunt sub tutela, quædam sub cura, neutro iure tenentur. Cogita. Sed dic, quòd sub illo membro liberorum comprehenduntur tam existentes in potestate quam non existentes: quòd esset contra istum tex. ibi, quæ in potestate non sunt, & sic propter nimiam generalitatem non posset stare. Ias. May.

1 † Item not. quòd cognitio vnius, præstat cognitionem ad aliud, de quo dixi supra de his qui sunt sui vel alie. iur. in princip. Item no. diffinitionem tutelæ, quam dixit Bald. esse veram, eo quòd quatuor causas complectitur. primo formalē, quæ ex his verbis insinuatur, vis atque potestas. Secundo materialem quæ ex his verbis sumitur, in capite libero. Tertio finalem, quæ ex his verbis elicitur, ad tuendum eum &c. Quarto efficientem, quæ ex his verbis demonstratur, iure ciuili data ac permissa. Ego dico quod est bona, quia constat ex genere & differentijs, vt statim declarabitur per Bartolum.

ADDITIO.

a Est bona. Sed contra istam diffinitionem, videtur mihi quòd multum fortiter obstet diffinitio posita in l. j. ff. eo. vbi sunt quædam verba quæ hic deficiunt. videlicet verba, constituta, & sponte: quæ verba dicit ibi Bar. importare iuris ministerium, de quo ibi per eum. Vnde aut ista diffinitio est defectiua aut illa superflua. Sed cogitabam vtramque sic posse saluari. De eo enim quòd si in diffinitione omittatur aliquid quod importet essentiam vel quidditatem diffiniti tunc illa omissio vitiat. Si verò omittatur aliquid quod posset poni ad differentiam, nō vitiat, & si illud ponatur, bene est. In proposito, ista dictio, sponte, & dictio, constituta, positæ in illa l. j. ponuntur ad differentiam, & positæ bene stant, sed omissæ non, tamen vitiarent, vt hic. Et quòd omissæ non vitient patet, quia in ista diffinitione & illa quæ ponitur in d. l. j. non ponuntur omnes differentiæ quæ sunt inter tutorem & curatorem. Cogita tamen, quia istud non habeo pro firmo & expedito. Ias. May.

a Not. qui sunt tutores & quare tutores appellantur. Ex 2 quo colligitis † bonum argumentum ab etymologia vocab buli, quod verum est, si sumatur negatiue, secus si affirmatiue, vt in l. j. ff. eo. & in l. j. ff. de acqui. pos. in l. ij. §. appellata. ff. si cer. pet. in l. tugurij. de ver. sign.

ADDITIO.

a Not. qui sunt tutores. No. ex ver. tutores, illos appellari tutores, in quos cadit diffinitio tutelæ. scilicet qui habent vim & potestatem &c. Et sic habes, quòd propria significatio vocabuli sumitur ex diffinitione. nam diffinitio demonstrat quidditatem rei, vt hic, & l. j. § j ff. de iustitia & iure. Similiter ille dicitur iudex, qui habet iurisdictionem, & cui congruunt verba diffinitionis. Similiter & diffinitio l. j. §. dolum. ff de dolo. Sumitur etiam propria significatio vocabuli ex denominatione, seu ex allusione vocabuli, quando ei non contradicit diffinitio. aliàs secus. Vnde non valet argumentum, testamentū est testatio mentis & codicillus est testatio mentis, ergo est testamentum, de quo vide in l. j. ff eod. & l. ij. §. appellata ff. si cert. peta. Ias. May

b Vocabuli. Adde tex. gl. & Doc. in l. ii. in §. appellata. ff si cer. peta. tex. & glos. in l. tugurij. de ver. sig. gl. in c. cum secundum. de preben. gl. in ca. si cupis. xvj. q. j. Card. Alex. in c. priuilegia in vlt. co. ij. dist.

¶ De hoc argumento ab etymologia vocabuli vide late Bel. infra de testa. in princip.

3 Finaliter not. † nomina ita esse imponenda, vt rebus de quibus agitur cōueniant. Ideo quia dicitur, omnibus rebus de quibus agitur cognatos esse sermones. l. quoti, de verborum significationibus. capit. intelligentia. extra eo. quod verum est in appellatiuis nominibus. Quæstio autem nominum propriorum pertinacibus est relinquenda, vt not. glos. in rub. Infortiati, & facit lex secundo. C. de constitut pec.

4 In fin glo. in verbo non sunt. Sed contra oppon. † & imo videtur quòd filiusfami. possit habere tutorem: vnde oppon. de l. fin. §. j. C. de bonis quæ liber. lege fina. §. primo. ff de a verborum. obligation. Solu. a sunt distinguendi tres actus. Primus est actus in quo tractatur de obligando filiumfab miliā impuberem, & hoc casu potest habere tutorem, b cuius auctoritate obligetur, cum patris auctoritas nihil præstet ad obligandum filium. Ratio autem differentiæ ponitur per gloss. fin. in § pupillus, infra de inutil. stipu. & in d. lege si. §. primo. ff de verborum. obligati. & ibi videbitis, Quidam est actus in quo tractatur de acquirendo filio pupillo, & tunc cum non egeat alicuius auctoritate, non potest habere tutorem, vt hic, iuncto principio. infra de aucto. tuto. Qui-

dam est actus in quo mixte tractatur de acquirendo pupillo aliquid, & de ipso obligando, vt est actus aditionis hæreditatis, & tunc cum talis actus geri posit auctoritate patris: non potest habere tutorem. l. si infanti. C. de iure deli. Ratio autem quare filius auctoritate patris hæreditatem potest adire, & adeundo obligari, non autem principaliter obligari, ponitur per glo. in d. l. si infanti.

ADDITIONES.

Solu. Aduerte quòd solutio huius glo. ad l. fin. §. j. potest procedere quantum ad ver. quibus. positum in illa l. sed non quantum ad ver. nam si patria potestate. vbi dicitur, quòd si pater reuersus habeat malos mores, & dilapidet bona pupilli, quod tutor datus debet durare, sed dic quòd ibi est casus singularissimus, vt ibi dicit Bar. Ias. May.

Habere tutorem. An filiusfa. possit habere tutorem vel ne, vide casum notabilem in quo filius viuente patre habet tutorem, præterquam in casibus prædictis, vt in l. fina. C. de senten. pass. vbi vide in gl. & tex. cum gl. in l. mutuo. ff. de tutelis. puta, in patre deportato, qui reuersus inuenit filium suum habere tutorem, nam remanet tutor. Fallit etiam in casu. l. fi. §. vbi autem. C. de bo. quæ libe. & ibi Barto. videlicet quando pater non vellet se intromittere de hæreditate delata filio, quia ista datio tutoris non extenditur ad excludendam patriam potestatem, sed solum vertitur circa administrationem. Quid autem si in casu dicti. §. vbi autem. non esset datus curator hæreditati, sed personę, vt si diceretur in instrumento curę, talis iudex dat illem curatorē tali filiofa. ad administrandum hæreditatem, an valeret? Bar. in d. §. vbi autem. tenet quòd sic, ex quo ista datio non vertitur ad excludendam patriam potestatem, sed solum circa administrationem, sicut aliàs vidimus in seruitute reali arg. no. in l. qui alienam. §. fi. ff. de nego. gest. & in l. ij. ff. si ser. ven. &c. Ias. May.

auctoritate patris † Quando requiratur consensus patris in contractu per filium celebrato. Dic, quòd si talis contractus redit ad commodum seu vtilitatem, vel ad incommodum patris, vel etiam si tendere potest, tunc requiritur consensus patris vt ille sufficiat, ita loquitur. l. si infanti. & l. fin. §. filius autem. C. de bo. quæ lib. & l. j. C. de bo. ma. si autem non tractatur nec de commodo nec de incommodo patris, sed talum de obligatione filij, tunc non sufficit eius consensus. l. fi. §. pupillus. de verb. obli. & d. §. pupillus. infra. Adde quòd supradicta loquuntur de filio impubere, sed filiusfam. † puber potest se obligare sine tutoria auctoritate, seu patris, sed restituitur in integrum. l. j. ff. de mino. Fallit in voto, & in Macedoniano, in quibus non obligatur sine cōsensu patris. l. j. ff. ad macedo. & l. si quis rem §. voto. ff. de pollicita. Quid autem † si minor sit in iudicio, an sufficiat auctoritas patris, vel debeat dari curator? Dic quòd in re in qua potest acquiri vsusfructus patri, sufficit auctoritas patris, si verò est super re in qua nihil acquiritur patri, vt est in obligatione personali vel iudicio criminali, & tunc requiritur auctoritas curatoris. l. j. §. j. de verbo. obli. & ita intelligitur quod dicitur in l. fin. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. quòd pater cogitur consentire filio litiganti. Vide hic aliud exemplum, ibi, debet intelligi &c. quia illa verba non habent sensum, debet intelligi, quod aliter si non consentiat, dicitur repudiare vsumfructum: vnde si apparet de priori repudiatione, non cogitur consentire. ita Bart. in d. §. necessitatem &c. Ias. May.

In gl. potestas. ibi. l. ij. Hoc non placet Bart. quia sequeretur quòd quādo pupillus voluntarie accipit tutorem, vel aliquis voluntarie acceptat tutelam, non appellaretur tutor, cum verba diffinitionis non conuenerint: hoc autem est falsum, vt. §. tria onera in verbo, affectatæ infra de excu. tu. & in l. tria onera. ff. eod. Item sequeretur, quòd auia & mater quæ non vocantur ad tutelam liberorum nisi volentes, non essent tutrices: hoc autem est falsum. authen. matri. C. quando mu. tu. offic. fun. po. quare in glo. litera aliter exponitur.

ADDITIO.

Potestas. Pro expeditione glo. in verbo potestas. potest ab extra oppo. † nam copula debet cadere inter diuersa, vt est gl. & Bar. in rub. ff. de ior. & fac. igno. sed hic ponitur inter duo idem significantia, ergo male. Gl. soluit in prin. exponendo, id est, vim seu vis potestas, ad quod facit, quia quando copula ponitur inter duo idem importentia, vnum resoluitur vel adiectiuum alterius, & est quædam figura quæ vocatur endiadis, ita dicit gl. in l. j. in prin. ff. de pac. Ias. May.

In fin. ex hac vltima colligitur, quòd ista potestas tutelæ differt ab illa potestate per quam alicui committitur vt de causa cognoscat, qui nō potest eam exequi. l. diuo Pio. §. primo & ibi not. ff. de re iudicata. Tutor autem in potestate sibi tributa potest cognoscere & exequi, vt hic, Sed tamen hoc non placuit Bar. quia sequeretur quòd antequam quis non posset en gere, non posset imperare pupillo, & sic non appellaretur tutor, quod est falsum, vt habetur. C. de tute. qui non satisd. per totum, & in lege tutor qui repertorium. ff. de admi. tut. Quare Barto. exposuit, vis & potestas, id est, virens vel viridis potestas. † Nam vis sumi potest dupliciter, vno modo pro actu qui infertur in alium passiue, & tunc dicitur a violo violas l. prima. ff. quod met. caus. Aliquando sumitur pro actu sito in anima, & tunc dicitur a vireo vires, vt hic, & ita dicit gloss. se vidisse in Catholicone. Possetis saluare glos. quòd respexit communem facti accidentiam, quæ se habet quòd tutor detur inuitus, vnde boni consueuere negligere tutelas, in authen. vt sine prohibitione matris. circa medium. In gloss. libero, in principio. Hunc modum exponendi dabat Barto. ea ratione, quia quotiescunque dictio, in significat in passum, iungi debet accusatiuo, l. in eos. ff. eodem. & l. iij. ff. de offi. præsi. Si igitur hæc verba referenda sunt ad pupillum, debuisset dici, in caput liberum & exponi, id est, contra. Vnde dixit Bart. quòd hæc verba sunt referenda ad personam tutoris, qui non potest esse tutor, nisi sit liber infra titu. primo in prin.

ADDITIO.

tit. j. in princ. Et quia hæc glo. non soluit contrarium in ea formatum, scilicet quòd seruus non possit habere tutorem, vt probatur hic in princ. & in l. si arrogator. ff. eo. ideo solue duobus modis, vt notabiliter per Bar. in d. l. si impuberi. Ias. May.

Possetis defendere gloss. & ad argum. Bart. responderem quòd procedit, quando dictio. In, significat in passum & in malum, quia tunc idem significat quòd contra & ita loquuntur iura per eum alle. Si autem in bonam partem accipitur, potest iungi ablatino, siue significet in passum, siue non, vt hic. Antequam capiam gloss. sequar ordinem verborum diffinitionis Quare verbum, potestas, fuerit positum in diffinitione, & ad cuius differentiam. Respondet Barto. quòd fuit positum ad differentiam potestatis, quæ stare potest in abstracto, vnde mortuo iudice durat adhuc potestas iurisdictionis, & si alius subrogetur, dicitur idem iudex. l. mortuo. ff. de iudi. At hęc potestas tutoria non potest stare nisi in cocreto, adiuncta persona: vnde mortuo tutore finita est tutela, & si alius subrogetur dicitur alia tutela. l. iij. §. quæri potest. ff. de suspec. tut.

b Glo. in ver. defensores.

ADDITIONES.

Dictio in Adde l. gallus. in §. ille casus. & ibi Bar. ff. de li. & post. Doct. in c. j. de fideius. Archi. in c. si Papa. xl. dis. Ioan. An. & Card. Zaba. in c. nobis. de increpat. Abb. in ca. ad nostram. de confsue. Ludo. Ro. cons. cccl. vij. incip. nunquid sub gratia.

Defensores. In glo. in verbo defensores, licet Doct. de ea non faciant mentionem, aduerte, quia non bene dicit: quia licet allusio vocabuli tutores, conueniant curatoribus, tamen per hoc curatores non possunt dici tutores. quia repugnant diffinitio. & arg. ab allusione vocabuli nō procedit, quando repugnat diffinitio iuxta theoricam Bar. in l. j. ff. de testa. & in l. j. in prin. ff. de acqui. pos. Ias. May.

In gloss. ad tuendum. in fin. sed dixerit quispiam, nonne officium patriæ potestatis est proprie tueri, & filium defensare, certe sic. l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ lib. ergo gl. male loquitur. Solu. Ad illud non est principaliter inuenta patria potestas, sed venit in quandam consequentiam, vnde non consideratur lege prima. ff. de aut. tut. Sed tutoria potestas datur principaliter ad tuendum, ex quo tutores appellati sunt, vt hic. Sed consequenter quęritur ad cuius differentiam est positum verbum, eum, in diffinitione. Respondet Barto. quòd est positum ad differentiam potestatis curatoris, qui datur ad tuendum bona, non autem ad tuendum personam adolescentis. l. in copulandis. C. de nupt. In gloss. iure ciuili. ibi, de iure ciuili. hæc differt a tutela propriæ personæ, rerúmque propriarum, quia est de iure gen. l. vt vim. ff. de insti. & iur. l. iiij. ff. ad l. aquil.

ADDITIO.

ff. ad leg. Aquil. Vltimo pro complemento principij quæritur, an curator ad litem detur inuitus, & inuito. Et circa primam, an detur inuitus. Bar. in l. qui habet. §. si pupillos. ff. de tutelis. tenet quòd non, nisi ex causa, vt dicimus I curatore bonis dando. vt i. ij. § quādo. ff. de cura. bonis dan. Saly. post Cyn. C. qui pe. tu. l. j. fatetur hoc esse verū in curatore ad lite, sed in curatore qui datur principaliter personæ tuitoni & mēte capti, tenet quòd datur inuitus, vt. hic Similiter curator generalis qui datur principaliter personæ, secūdariò bonis. l. in copulādis. C. de nu. de quo curatore loquitur. l. si curatorē patris. C. de in integ. resti. minoris. & iste datur etiā inuitus. ita intelligitur. l. fi. C. de admi. tut. Quantū ad secundū, an detur inuito? Dic. quòd si vult agere minor, nō admittitur sine curatore, nisi fortè volens petat curatorem. d. §. pupillos. Si verò cōueniret tunc inuito datur, quia cogitur ca.

pris pignoribus accipere curatorem, non autem vnum tantum in specie, sed vnum in genere, vt no. glo. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. &c. Ias. May.

1 Parentibus licet dare tutores in testamento filijs suis impuberibus, & in potestate, & nō recasuris in potestate in patris post mortem aui.
2 Posthumi pro natis habentur, quando de eorum commodo tractatur.
3 Posthumo tutor dari potest.
4 Tutor datus in testamento, quando à iudice confirmari debeat, & nu. 5. 10. & 11.
6 Tutor testamentarius non excluditur per codicillarium, sed vterque est tutor.
7 Mulier prægnans non potest subijci tormentis, nec vltimo supplicio tradi, quoad pepererit, nec postea infra quadraginta dies, & filio cōseruari debet vsque ad triennium, si filio nutrix non reperitur.
8 Tutor datus in testamento minus legitimè, confirmatus à prætore, appellatur datiuus.
9 Qui confirmat dare uidetur. & nu. 13.
11 Pater arrogans potest dare tutorem & substituere in bonis à se relictis.
12 Tutor confirmatus an excludatur à legitimo. & nu. 14.
15 Tutor à matre datus, est cum inquisitione confirmandus.
16 Tutela defertur tutori datiuo cum tutor datus à patre tanquam suspectus remouetur.
17 Tutor datus filio pupillo emancipato, an indigeat confirmatione.
18 Tutor datus in testamento non solenni, an teneatur petere se confirmari vel teneatur de periculo administrationis.
19 Tutor in testamento minus solenni datus, si petit se confirmari, & iudex negligat, potest administrare.

PERMISSVM. Not. quòd parentes filijs tam natis quam nascituris, tutorem dare possunt, si in eorum fuerint potestate. Nepotibus vero ita demum possunt, si morte parentum sui iuris futuri sunt, nec ad alterius potestatem recasuri sunt. hoc dicit. Not. † ita demum licere parentibus dare tutores in testamento liberis, si tria concurrant. Primum, quòd sint in eorum potestate. Ratio. nam si parentes haberent liberos in potestate, non possent eos alterius potestati subijcere, vulgata lege traditio. ff. de acquirend. rerum dominio. a

ADDITIO.

a ff. de acq. re. dom. Adde item pater posthumo potest relinquere tutorem qui si natus fuisset in vita patris, in eius potestate fuisset: sed emancipato filio tutorem ex testamento dare non potest, nisi per iudicem confirmetur hoc dicit &c. Ias. May.

Secundo, quòd sint impuberes, nam si essent puberes, possent seipsos regere, vnde non habent necesse regi persona tutoris. Tertio, quòd non sint recasuri in potestatem patris per mortem aui. Ratio, quia lex quæ tribuit potestatem auo dandi tutorem nepoti, non intelligitur tribuisse in præiudicium eius filij, vt sibi tollat regimē filiorū suorum. l. cum filius. ff. de testam. mil. nec militem. ff. de testamen. tute. 2 † Item nota. quòd posthumi pro iam natis habentur vbi de 3 eorum quæritur commodo: Ideoque † sicut permittitur dari tutor iam natis, ita permittitur & posthumis. facit. l. qui 4 in vtero. ff de sta. ho. Not. † tutorem datum filio emancipa a to, esse confirmandum sine inquisitione. a

ADDITIO.

5 Adde, quòd † eodem modo tutor datus per patrem filio naturali tantum, tenet, si confirmatur per iudicem, alias nō tenet datio, vt l. si. C. de confirm. tut. Secus tantum in filio bastardo in quo non valet datio tutorum per patrem, etiam si confirmetur. ita gloss. in l. j. de test. tut. Et adde hic in proposito text. ꝰ in l. si patronus. ff. de confir. tu. vbi si extraneus dat tutorem pupillo, quem instituit hæredem, si pupillus nulla alia bona habeat, est tutor confirmandus, licet Bart. ibi sentiat in summario, quòd potuerit talis tutor dari ab extraneo. Ias. May.

In gloss. in potestate. ibi. l. fin. Et est ratio, quia tunc non dicitur dari tutor personæ, sed hæreditati siue rebus l. pater. § primo. ff. de testamen. tut. Et si dixeris, nonne tutor datur personæ? Respondeo verum, quando datur a lege vel a iudice, qui habent subditos in potestate, vel a testatore ha6 bente pupillum in potestate. In fin gloss. † quid autem si detur vnus tutor in testamento, alius in codicillo, quis erit tutor? Respondetur quod vterque. l. ij. C. de testmen. tut. Ad l. pluribus. §. fina. ff. de procurator. respondetur vt in gloss. in d. l. ij. In gloss. in pluribus ibi. l. quod dicimus. Et a hoc dicunt Doct. quòd si statutum caueatur, quod si quis cœperit lupum & lupam, mille lucretur, hoc præmium non datur capienti lupam prægnantem pro vno quoque lupino, quia non habentur pro iam natis ad commodum capientis. In fi. 7 gloss. † Et ideo mulier n prægnans b non potest subijci tora mentis quoad pepererit: nec postea infra. xl. dies, quia est b timor ne propter debilitatem personæ mors eam inuadat. l. prægnantis. ff. de pœnis. & ibi Barto. Idem de damnata vltimo supplicio, quę non debet crucis dari donec partum ædiderit, quo casu partus est alendus de pecunia publica, argumen. in l. prima. C. de ser. qui pro pre. li accipiunt. Si autem nutrix non reperiretur, debet mater filio conseruari vsque ad triennium. l. j. C. de pa. potesta. verba sunt Bar. in d. l. prægnantis. In fin. gloss in versic. sed si emancipato. Colligi8 tis ex hac gloss. duo. † Primum, quòd tutor datus in testamenc to minus legitime, a prætore confirmatus, c appellatur dati9 uus, & pro hac sententia vltim gloss facit, quòd †, qui confirmat videtur dare, vt notatur in l. & quia. ff. de iurisdi. om. iud. Ergo dicitur datiuus, cum confirmetur a iudice Præterea iste confirmatus testamentario assimilatur. l. qui a patre. ff. de confirm. tut. ergo non dicitur testamentarius, quia nullum simile est idem, facit quod not. in l. ij. & in lege quod Nerua. ff. depo. In contrarium facit, quòd sicut testamentarij non satisdant, ita nec isti confirmati. d. l. qui a patre Item sicut testamentarius se excusans priuatur legato, ita & iste confirmatus. l. Nesennius. §. fin. ff de excusa. tuto. Solu. dixit Dyn. & Bart. quòd quo ad quædam testamentarius appellatur, scilicet vt non satisdet vt excusans a tutela legato non priuetur, in alijs habetur pro datiuo, saluo in eo quòd præfertur legitimo, vt statim dicam.

ADDITIO.

n Mulier. Adde quòd mulier pregnans est tortura excusabilis, ac etiam intra quadraginta dies quibus e puerperio decumbit: quę obseruari debet post ipsos dies. xl. si non potest puero nutrix reperiri. imo executio sententię capitalis, latæ in mulierem quę pepererit differri debet. & ita vltra Bar. in d. l. prægnantis. ff. de pœnis. tenent Ang. Aret. in tract. malefi. in gl. in fama publica. nu. 102. ver. sexto quæ personæ. Gui. de Suza in tract. de indi. & tor. paulo post prin. in ver. quę autem personę possunt torqueri. Fran. Bru. in tract. eiusdem nominis. quoniam iiij. ij. par. in prin. nu. 2. & 3. Bal. de Periculis in trac. de questionibus. c. j. ver. itē mulieres dū sunt prægnantes. Paul. Grilan. in trac. eiusdem materię. q. vi. ver. quarto excipiuntur. Hippo. de Marsil. in l. j. in prin. col. v. ver. nono requiritur. ff. de quęstionibus. & in l. edictū diui Augusti. co. ij. ver. itē mulier pręgnās eo. ti. & in sua pract. cri. §. nunc videndum. nu. 47. & 48. Philip. Dec. in l. fœminæ. nu. 79. ver. vndecimo si mulier ff de reg. iur Mar. Anto. Blanc. in prac. cri. cautela. j. nu. 10. Excelentiss. D. Pet. Folleri. in prac. eiusdem materiæ in iij. par. iij. par. prin. in ver. & si confitebuntur nu 75. & D. Iodo. Danhouderi. in suo enchiri. rerum crimi. c. xlj. incip. nemo de crimine. nu. 6. Ioan. Bap. Zilerus.

b Mulier prægnans. Adde, an mulier pregnans possit banniri, vide Bal. in l. & si seruorum. de sta ho.

c A prętore confirmatus. Vltimò quæritur. † quando tutor datur à patre in testamento, an debeat confirmari à iudice, Conclude primo in filio legitimo & naturali in potestate, quòd si est datus in solenni voluntate. non eget aliqua confirmatione, vt hic. & l. j. ff. de confirma. tu. potest enim pater, vel auus relinquere tutorem filio, vt. ff. de test. tutel. l. pater. & no. gl. in l. naturali ff. de confir. tu. sicut potest pupillo exhæredato pupillariter substituere, vt infra de pup. substi. §. non solum. vt hic, dummodo post mortē aui non sit recasurus in potestatem patris nam licet tutor testamentarius excludat legitimum tutorem, non tamen excludit legitimum administratorem, vt est pater. l. j. C. de bo. mater. Si autem est datus in non solenni voluntate, tunc licet olim deberet indistinctè confirmari, sine inquisitione, vt l. j. ff. de confir. tuto. tamen nunc distinguitur. Si datur in testamento minus soleni ex causa pręteritionis vel exhæredationis. non indiget confirmatione, & hoc fit, quia sufficit confirmatio legis, vt authenti. ex causa. C. de libe pręte. Sed si est datus in minus solenni voluntate ex alia causa puta propter minorem numerum testium, tunc si est datus vnus tutor ex liberis, non indiget confirmatione, secus si alius, per casum l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Si tamen pater decessit incontinēti post testamentum, confirmatur sine inquisitione. sed si diu superuixit, tunc adhibetur inquisitio. Aut post testamentum superuenit iusta causa propter quam non videtur confirmandus, & non confirmatur, & sic non exequitur iudex scripturam & voluntatem patris, sed vtilitatem pupilli, sic vt quando pater liberat tutorem a confectione inuentarij, per l. vtilitatem & ibi Bar. ff de confirma. tu. Sed in filio legitimo, puta in arrogato transeunte 11 in potestatem, conclude. quòd † pater arrogans potest dare tutorem, & substituere in bonis à se relictis, vt supra de adop. §. sed hoc. & l. fin. C. eo. & l. si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. In filio autem naturali tantū

ex concubina,conclude,si non instituitur.quòd non confirmetur sine in quisitione.l.fin.C.de confir.tu & l.si patronus.ff.eo. Quanto in filio spurio,& nullo modo valet datio,nec vltimo loco confirmari potest.d.l.j. & ibi gl.ff de testamen.tute. Extraneus autem quilibet instituens potest relinquere tutorem,& confirmatur cum inquisi.l.tutores.ff.de confirma.tu. vbi patet quod iudex nunquam debet confirmare,nisi primò pronuntiet illum tutorem esse idoneum,vbi etiam dicitur quòd confirmatio fit cum periculo confirmantis &c. Potes dicere.quòd per hoc quòd non satisdat, non debet dici habere naturam testamentarii.Nam non satisdat,quia fides sua est approbata a testatore infra de satis.tu.in prin.quæ voluntas testatoris probatur etiam ex mious solenni dispositione,vt est tex no.in l.fi. ff.de re.credi.Ias.May.

12 Secundo colligitis ex gloss.,quòd † talis confirmatus excluditur a legitimo,& hoc tenuit gloss.in l.ij.C.de confirma.tu.sed communiter reprobatur, propter ordinem titulorum,[a] est enim primo de testamentaria tute.secundo de confirma.tu.tertio de legitimis tu quarto de tutoribus & curatoribus da.ab his.† Non ob.prædicta, quòd qui confirmat 13 videatur dare, quia est verum quando confirmatio fit ex spontanea voluntate.l.lege obuenire.de verborum signific. Secus si fiat necessitate,quia in necessitate non videtur liberaliter dare.l.rem legatam.de adi.leg.Vnde cum iudex confirmet ex necessitate inuenta a lege, non videtur dare tutorem.

ADDITIO.

a Ordinem titulorum.† Et ad illam rationem quæ multum placet Bar. 14 in l.ij.C.de confir.tu.propter ordinem titulorum,quòd confirmatus præferatur legitimo ex ordine titulorum,si velles tenere contrariũ, posses respõdere,quòd ideo Imperator, & Iurisconsultus posuerit titulũ de cõfi.tu. ante titulũ de legitimis tutoribus,nõ quia vellet testamẽtariũ excludere legitimũ sed ideo posuit titulũ de cõfirmando tutore immediate post titulũ de testamentaria tutela,quia sicut testamentarii non satisdant, vt infra de satis.tuto.in prin.ita nec isti confirmati.l.iij.ff.de confir.tu.Secus est in legitimis & datiuis.d.titu.infra de satis.tut.in prin.ita posses disputationis gratia dicere & respondere &c.Ias.May.

In gloss. sine inquisitione.ibi l.j. Quæritur tamen,an talis tutor effectus, fuerit inimicus testatori, vel eius mores correxerit,an celata improbitas & ignota emerserit,l.in cõfirmando.& l.vtilitatem.de confir.tu.l pater.de testam.tut.

15 In fin.glos.dicite,quòd ideo † tutor datus a matre,venit confirmandus cum inquisitione, quia debile & fragile est iudicium matris,non autem sic iudicium patris, argum in.l.fi.

15 ff.qui pe.tu. Finaliter quæritur,† pater dedit tutorem filio in potestate,si iste tutor veluti suspectus remouetur,cui erit deferenda tutela,an agnatis,an vero alteri a prætore decernendo. Dicatis primum, quòd est deferenda agnatis,ex ordine titulorum: quia primo intitulatur de te.tut. postea de legi. tu.postremo & de datiuis. Veritas est in contrarium, quia erit deferenda tutori datiuo text.est in l.si quis sub conditione.ff.de testamen.tut. Sed hic quæritur de ratione,quare agnatus excludatur, & datiuus admittatur, Dicunt aliqui rationem:quia spes est quòd ille remotus, ad bonos mores, & ad tutelam reuertatur:vnde succedit regula,quòd quandiu est spes testamentariæ tutelæ,cessat legitima,& habet locum datiua.d.l.si quis sub conditione.in princip. Sed hæc ratio non est bona, quia quando quis vt suspectus remouetur ab officio,nunquam ad illud reuertitur.l.iij.§.quæri potest.de suspec.tut. Vnde alij dixerũt quod non habet locum legitima tutela, quia adhuc durant reliquiæ testamentariæ tutelæ. Sed hæc non est bona,quia quandocunque quis remouetur ab officio, omnes reliquiæ officij eradicantur:licet sit secus quando remouetur ab administratione gloss.est not.in l.& si pluribus.de auctori.tut. Quare dicite veram rationem, quòd ideo non habeat locum legitima,sed datiua,ne fiat contra mentem iudicis ,qui remouet tutorem vt suspectum,ea opinione remouet,vt alium det. Hæc fuit ratio Vlpiani, in d.l.si quis sub conditione.& Marcelli, in l. iij §.quæri potest de legi.tut.ibi enim hic abiit, vt alius detur.Cui rationi non ob.quòd tutore testamentario deportato, succedat tutor legitimus,& tamen iudex ipsum deportando,a tutela remouet.d.l.si quis sub conditione.in fi.quia respondetur,quòd licet iudex deportando remoueat a tutela, non tamen deportat ea opinione, vt remoueat a tutela, sed vt eum puniat de delicto. Vnde remotio quæ venit in consequentia,non consideratur: & si legitimus succedat nũ

a fit contra mentem iudicis.Facit.l.j.de auth.tu.

ADDITIO.

a L.j.de auct.tu.Vltimo † quæritur in filio pupillo emancipato, an teneant datio matris. Et dic quòd nõ.mero iure:tamen debet confirmari à iudice sine inquisitione:quia non debet iudex quærere quòd satisdet.nec an sit diues vel pauper,vt hic in.§.fi.& l.j.ff de confir.tut. Secus in datione matris filium instituente, quia debet fieri cum aliquali inquisitione. vt 18 hic in gl.fi.Quæritur etiam † an datus in testamento non solenni,teneatur petere se confirmari, vel teneatur de periculo administrationis desertæ. l.si tibi.C.de test.tu. Et dic quòd non tenetur hoc petere.l.j.& ij.C.de cõ 19 fir.tu † Quid autem si tutor petit se confirmari, & iudex negligit an poterit administrare sine alia confirmatione.Bart. videtur innuere quòd sic, in l.qui à patre.ff.de confirma.tut.argum.ca.j.extra de sup.neg.prælatorum.Ias.May.

Qui testa.tutores dari pos. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine & modo Supra visum est quibus tutores dari possunt:restabat videre qui dati poterant tutores:ideoque subijcitur hæc Rubrica,

1 *Filiusfamilias potest esse tutor, & nu.6.*
2 *Seruus proprius tutor datur purè, alienus verò non, nisi sub conditione, & nu.3.*
4 *Furiosus an rectè tutor detur in testamento, & similiter mino.xxv. annorum.*
5 *Si potestas ex forma statuti non potest exercere officium usque ad annum, & eligatur finito anno,ad officium inchoandum post annum,tenet electio.*
7 *Seruus non potest esse tutor nisi prius liber efficiatur.*
8 *Promouens inhabilem ad actum uel ministerium sibi interdictum, uidetur cum eo dispensare.*
9 *Tacitum tantum operatur quam expressum.*
10 *Error in conditione personæ inhabilis ad actum, uitiat actum, & ita error in libertate tutoris,in specie contractus & in dominio.*
11 *Argumentum de re ad tempus bonum est.*
12 *Mutus,uel surdus tutor dari non potest,licet possit esse procurator.*
13 *Tutoris auctoritas,uocis expressionem requirit.*
14 *Patria potestas quando in iis quæ possunt publici iuris,actum impediat.*
15 *Pater quomodo teneatur pro filio tutore, qui tutelam male administrauit.*
16 *Consentiens actui cui de iure consentire tenetur,tunc cogi potest.*
17 *Iudex non potest dare tutorem seruum,licet possit testator.*
18 *Tutor an & quando certæ rei uel causæ dari possit.*
19 *Quid facilius directo disponitur in testamento, quàm in alia ultima uoluntate.*
20 *Multa expressa nocent,quæ non expressa non præiudicant.*
21 *Impossibilitas quæ prouenit ex facto hominis,non uiciatur,se uitiat.*
22 *Tutor potest à testatore dari, purè, & ex tempore, & ad tempus, & sub conditione, à iudice autem non potest dari nisi purè.*
23 *Tutor licet dari posse certæ uniuersitati rerum nõ tamen potest dari solis rebus existentibus in una uilla.*
24 *Tutori dantur quinquaginta dies quibus experiatur si possit tutelam sibi commissam exercere,quibus transactis se excusare non potest.*
25 *Tutor an sit de bonis pupillis alendus.*
26 *Tutor quare detur principaliter personæ & postea rebus curator autem è contra.*

DARI AVTEM TVTOR. Non summatur propter pluralitatem responsorum.[a]

ADDITIO.

a Responsorum.Hoc dicit. Etiam filiusfa. potest dari tutor. Similiter & seruus proprius cum libertate quam per legem consequitur.si nõn detur. Et error vitiat dationem tutoris factam de seruo proprio. Et similiter datio facta cum hac conditione si liber erit.que conditio non vitiat in seruo alieno. Item furiosus & minor,non compos mentis,aut maior erit.hoc dicit. &c. Ias.May.

Sed tres habet partes. Nam in prima tractat,quemadmodum quis prohibeatur dari tutor ratione seruilis conditionis.In secunda tractat,quemadmodum prohibeatur dari tutor morbi, ætatis, temporis, & rei.In tertia circa prædicta determinat quæstionem.Secunda ibi, [furiosus] Tertia ibi, 1 [si quis filiabus.] Not.primum,† filium in potestate tutorem

rem dari posse. Ratio fuit dubitandi, quia ex quo alterius fuit subiectus potestati, non videtur habere posse alium sub tutela. Ratio decidendi dicetur in gloss. secunda. Not. subsequenter, † posse dari seruum proprium tutorem siue data expressa libertate, siue non, quia intelligitur tacite collata. facit. §. idem iuris. supra ex quibus caus. manu. non poss. Suadetur ratione, quia testator qui dedit seruum proprium tutorem, intelligitur voluisse tollere omne impedimentum ad tutelam, & sic seruitutem. argumen. in l. id de acquirend. hæred. Item not. † posse dari seruum alienum tutorem sub conditione, cum liber erit. sed proprius seruus non potest dari tutor sub conditione, cum liber erit. Ratio differentiæ, quia hoc casu vltimo, ex quo testator habet potestatem conferendi libertatem, non conferendo videtur eludere actum. argumen. in l. cum hæredes. §. j. ff. de sta. libe quæ ratio cessat in seruo alieno, quia non est in eius potestate eidem libertatem conferre. No. in furiosus. † furiosum & minorem. xxv. ann. tutorem dari posse: sed tunc demum administrare permittitur, cum ad sanitatem, vel ad legitimam ætatem peruenerit.

ADDITIONES.

In potestate. Vltimo quærit † supra dixi de filiofami. reassumo quòd patria potestas non impedit filium fami. officium tutelæ exercere, quia est publici iuris: & in his quæ sunt publici iuris patria potestates non curetur. l. filius. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Nec prædictis ob. quòd testamenti factio est publici iuris. l. iii. ff. de testam. & tamen attenditur patria po. vt impediat filium testari. l. sennium. C. qui te. fa. pos. Respondeo quòd patria potestas non attenditur in his quæ sunt publici iuris, & in quibus quis agit tanquam publica persona, & publica auctoritate electa, vt est magistratus & tutor: secus si agat tanquam priuata persona vt est testator vt l. iij. supra alleg. † Item not. quòd seruus tutor esse non potest, nisi prius efficiatur liber. Requiritur enim quòd primo libertas præcedat tutelam, & sic tutelæ reperiet personam habilem. Et ideo in his omnibus oportet intellectum iuris semper præcedere, requirentem habilitatem personæ, vt supra ti. j. §. j. ibi, capite libero. Vnde ex datione tutelæ seruo proprio, censetur ex tacita dispositione legis data libertas directa, quæ est habilitas ad tutelam. Ex quo infertur, † quòd promouens aliquem inhabilem ad aliquè actum, vel ministerium sibi interdictum, videtur dispensare cum eo, & eū habilitare. l. quidam consulebat. in fi. ff. de re iudi. de quo per Inn. in cap. veniens. extra. de fil. presby. Ex prædictis etiam infertur, † quòd tantum operatur tacitum, quantum expressum. de quo in l. si iudicem. §. seruo. & l. non nunquàm. ff. de conditio. & demonst. Sæpe tantum plus operatur tacitum quàm expressum. l. actus legitimi. ff. de regu. iur. de quo per Bar. in l. iiij. ff. de leg. j. Ite. no. hic. ibi, pleno † quòd error in conditione personæ inhabilis ad actum, vitiat actum. Nam sicut error in libertate tutoris vitiat tutelam, ita error in specie contractus vitiat contractum. l. si ego. ff. si certum peta. Similiter error in dominio impedit translationem dominij. l. iiij. §. subtilius. ff. de condi. ob causam. & de errore vide Barto. in l. j. ff. de procu. Cæsa. &c. Ias. Mey.

Ad sanitatem. Adde, quòd interim illo existente in furore, vel in minori ætate, alius dabitur tutor e iudice. non autem veniet legitimus. lege si quis sub conditione. ff. de testa. tu. qui desinet esse tutor ipso superueniente ad tanum intellectū & b bene dilucida internalla: sicut videmus quòd furiosus habens dilucida interu. lla potest esse iudex, licet non possit esse arbiter, vt no glo. in l. cum furiosus. ff. de iudici. Et l. c. pater quòd inhabilis datus tutor, intelligitur datus cum erit habilis, ar. huius text. & l. cum hæreditas. §. si furiosus. ff. de test. tu. Dicit tamen In. Pa. hic ad ista tex. videri sibi mirabile, quia in institutionibus & legatis esset secus, si institutus vel legatarius asset inhabilis tempora mortis, vt infra de hære. qua. & differen. §. in extraneis. Et respondet, quòd ratio est, quia tutor datur ad prouisionem alterius non sui & ideo eius inhabilitas nihil impedit, quia valeat quod valere poterit. sed illi ad suum commodum recipiunt. l. cogi. §. si quis. ff. ad Trebel. Tu potes aliam solutionem colligere ex his quæ ego dixi in dicto. §. in extraneis. Et vide gl. in l. nemo ff. de test. tut. & ibi omnino Bar. Et sic non inspicitur tempus quo est geritur, sed tempus quo effectus consumatur. † Quod facit ad statutum disponens, quòd quicunque fuerit potestas in aliqua ciuitate, non possit in illa exercere officium vsque ad annum: quòd si finito anno eligetur ad officium inchoandū post vnum annum valet electio, arg. huius tex. & l. quæro. §. Lucius. ff. de test. tu. Ias. May.

Ex versicu. ad certum. Not. posse dari tutorem de tempore ad tempus, & sub conditione: certæ autem rei vel causæ nequaquam. Ratio, quia tutor datur personæ, & non rei. Et per hoc colligitur argumen. Nam † bonum est argumentum de re ad tempus l. vinum. ff. si certum petat. cum multis si. Sicut ergo pro parte temporis potest dari tutor. ita pro parte rei: quia illud verum, quando esset vtrobique eadem ratio disponendi, quæ non est hic in casu nostro. In gl. dars ibi murus. † not. mutum non posse esse tutorem, potest tamen esse procurator ad negocia. Et per hoc non ob. l. mutus. ff. de procura. Ibi, surdus. Not. surdum esse non posse tutorem, quod verum limitare in surdo qui nulla arte audire potest: sed si tarde, qui surdaster appellatur, posset dari tutor, tex. est cum gloss. l. si ff. de mu. & honore vbi surdi & muti non excusantur a muneribus publicis patrimonialibus: secus in personalibus, vt hic, & d. l. j. de tute. in fin. Item no. † auctoritatem tutoris interponi debere cum vocis expressione. & idem tenuit gloss. in l. iij. ff. de auctori. tuto & Doc. sequuntur reprobata opin. Ias. de Are. in regula iuris, ibi, non voce. Et ideo si pupillus inhabitare domum paternam sciente & patiente tutore, non diceretur adire hæreditatem: quia talis patientia tutoris non operatur auctoritatem in aditione pupilli, quæ est ei necessaria. l. pupillus. de acquirend. hære. In fin. gloss. filij. ibi, filiusfami, Sed contra. Nam testamenti factio est publici iuris. lege tertio. ff. de testamen. & tamen patria potestas illud impedit. lege qui in potestate. ff. eodem. l. sennium. C. eodem. Solu. † Si quæratur an in his quæ sunt publici iuris patria potestas actū impediat, dic: Aut loquimur in his quibus duplex persona repræsentatur per agentem & patria potesta non impedit actum, vt hic. Nam cum filiusfamilias gerit tutelam repræsentat personam duplicem: quia gerit primo vt tutor, secundo vt publica persona, & tamen est filiusfamilias & sic priuata persona. Aut loquimur in his in quibus repræsentatur vnica persona & tunc patria potestas impedit actum. & ita loquuntur iura contraria. In fin. colligitis quòd † quando pater præbuit consensum tutelæ delatæ filio in potestate, tenetur insolidum ex mala administratione subsecuta: vbi vero non præbuit consensum, tenetur tantum de peculio, aut in rem verso. & hoc bene probat. l. si filiusfa. alleg. in gloss. sed lege Lucius. allega. in contrarium probat. Vnde pro solutione Doc. distinguunt. Aut loquimur in tutore dato a iudice, & tunc pater consentiens tenetur insolidum ex mala administratione: vbi vero non consentit, solum tenetur de peculio. Si vero loquamur in tutore dato a testatore, tunc pater etiā consentiens non tenetur insolidum, sed de peculio, aut de in rem verso & ita loquitur. l. Lucius, in gloss. alleg. Rationem autem differentiæ dixerunt Barto. & Baldus. eam esse Nam † quando quis consentit actui cui de iure consentire tenetur & cogi potest, tunc obligatur in solidum, vt not. in l. j §. j. de instit. & lege si cum dotem. In princip. ff. solutio. matri. Cum ergo pater possit compelli consentire a iudice decreto lege spadonem. §. primo. & §. Imperator. ff de excusa. tu. nimirum si consentiens teneatur insolidum, ergo &c. Sed tutelæ datæ a testatore non tenetur consentire, ideo nimirum, si consentiendo solum tenetur de peculo, aut de in rem verso. Ratio rationis. nam ideo tenetur consentire tutelæ a iudice decretæ quia tenetur obedire, legi iudicique. lege vt vim. ff. de iusti. & iur. capitulo secundo. extra de ma. & ob. Sed tutelæ a testatore datæ ideo non tenetur consentire, quia priuatæ personæ obedire non compellimur In fin gloss. in versic. testamento. † nota seruum posse tutorem dari a testatore, a iudice vero minime. Ratio differentiæ: nam datus a testatore ideo valet, quia testator videtur tacite libertatem conferre Ideo autem non videtur data a iudice, quia iudex licet sit iudex, non potest tamen conferre libertatem seruo alieno, nec tacite nec expresse, quia non potest ponere falcem in messem alienam. lege si cōstiterit. C. fini. regu. lege si irruptione. ff eodem. E si dixeritis nonne vallet datio tutelæ facta a testatore de seruo alieno, & tamen non potest ei libertatem conferre. tutelæ tamen datio tenet. Solu. Ideo valet datio tutoris serui alieni a testatore facta, quia pro tempore durantis seruitutis prouidere poterit pupillo de tutore legitimo vel datiuo: non autem sic quando est datus a iudice, cum tunc demum detur a iudice, quando tutor testatoris vel legitimus deficit, vt infra de admi. tu. in prin.

ADDITIO.

Certæ rei vel causæ. Adde quòd † sicut tutor non potest dari certæ rei nec causæ, similiter nec soli personæ deductis rebus. l. certarum. ff. de test. tu. quia tutor datur principaliter personæ, secundariò rebus, sed curator. è contra, vt hic in gl. Et adde, quòd licet tutor regulariter non possit dari ad certam rem, vel litem, vt hic. & l. quia personæ. de test. tu. tamen quandoque ex speciali causa potest dari certæ causæ. puta ad adeundam hæreditatem, vt l. cum in vna. §. tutor. ff. de appela. Datur autem tutor Atilia-

non, quia pupillus non potest adire hæreditatem sine tutoris auctoritate, vt infra de auth.tut. §.neque, Et tutoris datio non confirmatur, sicut neque legatum regulariter.l.neque hæreditatem.ff.de testa.tu.ideo datur tutor ad adeundam hæreditatem, cuius officium finit adita hæreditate, & sic superueniente tutore &c. Ias.May. Ad tempus Adde l.miles.in §.& quia diximus de test.mili.Rep.Ful.in l.j.C.de test.mili.& Bal.consi.ccxxviij.incip.dominus. Thomas in iij.vol.

Ibi, per epistolam.in glos.directam.hoc communiter solet approbari, † quia quid facilius directo disponitur in testamento, quam in alia voluntate vltima.lege hæreditatem & lege non ideireo.C.de codicil. In fin.gloss.in versi.datur. gloss.communiter approbatur. Sed tamen hæc litera uidetur aduersari huic sententiæ. Ex ea enim colligitur esse differentiam inter hos modos loquendi, Do seruum alienum tutorem filio, quo casu inutilis est datio: & istum, Do seruum alienum filio meo tutorem' cum liber erit, quo casu valet datio, & secundum gloss. nulla esset differentia, ergo male. Sed tamen quia pro gloss.est casus ad literam in lege si hæreditas.§.fin.in ea allega. cogitabam respondere ad hunc text. vt versicu.seruus, intelligatur quando seruus alienus erat datus tutor, cum hac conditione: quo casu dicitur inutiliter datus, quia continet hæc voluntas impossibile de iure, vt statim mortuo testatore seruus alienus posit tutelam administrare. Secus autem vbi simpliciter esset datus tutor, 20 † quia multa expressa nocent, quæ non expressa non præiudicant.l.nonnunquam.de condi.& demon.a

ADDITIO.

De cond. & dem. Contra hanc solutionem & hunc intellectum est text.in d.l.si hæreditas.§.fi.vbi est dictio purè, sicut hic. Et dum gl.in fi.al legat. actus legitimi, malè dicit. quia imò datio tutelæ facta à testatore recipit conditionem. vt hic tex. salua tamen gl.secundum Io.Fa. quem refert Ang.hic.Ias.May.

In fin.gloss.in versicu.commodo.bene loquitur cui non ob.§.impossibilis. cum materia. e de verborum obligationibus.

ADDITIO.

Cum materia Ad.§.impossibilis.de hæredibus instit.allegatum in gl. 21 Responde, vt respondet ibi gloss. quòd triplex est impossibilitas: & † illa quæ prouenit ex facto hominis, non vitiatur. imò vitiat, vt l.cum hæres. hic in gl.allegata de sta.lib.Ias.May.

22 In fin.gloss.in verbo tuto.em. † Not. posse dari tutorem a testatore ex tempore, & ad tempus, & sub conditione, a iudice vero debet dari pure, Ratio differentiæ.a nam ideo valet datus a testatore, quia pendente tempore aut conditione, potest prouideri pupillo de tutore legitimo vel datiuo, Secus quando est datus a iudice, lege prima.de admi. tu.in prin.

ADDITIO.

Non differentiæ. Ista ratio videtur periculosa: quia etiam quando iudex dedit tutorem sub conditione posset alius iudex supplere defectum eius, cum multi possint dare, vt infra de Atti.in princ. Solue.per.l. vbi exceptum ff. de iud. & l.nolli.C.de iud.Ias.May.

In gl.certæ rei.ibi, procurator. Vos dicite quòd litera stat proprie, & quòd illa verba, ad litem, referuntur ad verbum, erogasti: non autem ad verbum, tutor.a

ADDITIO.

Tutor. Adde in fin.gloss.in verbo.certè, † quòd licet tutor posit dari 23 certæ vniuersitati rerum, puta rebus Italicis &c. non tamen potest dari solum rebus existentibus in vna villa, vt no. Bar.in d.l.si tamen.ff.de test.tu. 24 quia datus tutor intelligitur simpliciter omnibus rebus datus, etiam quæ sunt in aliena iurisdictione, sed habet quinquaginta dies, quibus potest se excusare, quòd non posit omnes res exercere. Elapsis illis diebus non potest se excusare: sed potest petere quòd adiungantur sibi coadiutores, vt l.testamento.C de excu.tuto.&c.Ias.May.

In gloss.a personæ in fine quæritur de quæstione frequenti, † an tutor debeat alimentari de bonis pupilli, videtur quod sic, quia non debet quis proprio sumptu laborare.lege si quis ex assignatoribus, ff.quemadmodum testamentum ape. facit.lege.in breui.ff de ope.lib. In contrarium est veritas per.l.a tutoribus, §.a principalibus.ff.de admi.tut. per l. suo sumptu.ff.de ope.lib Suadetur ratione. nam ad tutelam veluti ad munus publicum compellitur quis inuitus infra de excu.tut.in fin.princip. ergo turpiter faceret tutor accipiendo premium, quod sponte suscipere tenetur. lege fin. & l.penul.ff de condi.ob. tut, causam.no.in lege si quis ingratui.§.pen.ff.ad Silla. Non ob. iura in contrarium allegata, quia loquuntur quando tutor esset ita pauper, quòd se alimentare non posset, quo casu essent præstanda alimenta de bonis pupilli: & hoc sedebit in arbitrio iudicis. de quo in d. a tutoribus.§.a principalibus supra allegata.

ADDITIO.

In gl.personæ. Et ad istam gl.dum dicit, † quòd tutor datur principaliter personæ, & in consequentiam rebus. curator autem è contra. Ego multum dubito quæ sit ratio diuersitatis. Et si dicas quod ratio est. quia tutor datur pupillo carenti intellectu. & consequenter egenti gubernatore. curator autem datur adulto in quo non est omni modus defectus intellectus. Verum, quia ista ratio non posset procedere quando datur curator furioso: fortè non esset ponere os in cælum, tenere hanc nouam opin. quòd curator qui datur furioso, dicitur ita principaliter dari personæ, sicut quando datur pupillo cum non posit sufficiens diuersitatis ratio assignari. Accedat quod in simili tenet Bar.in l.j.ff.de confir.tu. vbi tenet quod quamuis in testamento non posit dari curator. §.j.infra de cura. tamen furioso possit dari curator in testamento, vt dixi in §.primo infra de curato. Et credo quòd ista sit veritas, quamuis non habeam hoc alibi tectum.Ia. May.

1 Tutor datus filijs, censetur datus etiam posthumis. & numero. 7. & 16.
2 Posthumus quot modis dicatur.
3 Liberorum seu filiorum nomine, an & quando continentur nepotes, nu.8. 17.& 18.
4 Posthumi appellatione filiorum ueniunt in tutelis.
5 Testamenti uerbum ambiguum. per uerba præcedentia, uel sequentia declaratur.
6 Legati particula cum datur legatario, datur etiam illa testamenti, per quam uerbum abiguum legati declaratur.
9 Communis usus loquendi præbet interpretationem uerbis statutorum & nu.10.& 12.
10 Iurisconsulti uerba non debent à communi usu loquendi interpretari.
11 Statuta ius ciuile appellantur.
13 Masculinum regulariter concipit fœmininum, fallit tamen in quibusdam casibus & nu.15.
14 Masculinum an concipiat fœmininum ex propria uerborum significatione, an uerò per effusionem.
16 Tutor datus filiabus, etiam posthumæ datus censetur, sed legatum factũ filiabus non censetur factum posthumæ.
8 Filius quis appelletur, & quis nepos.

SI QVIS FILIABVS.† Tutor datus filijs & filiabus, intelligitur quoque datus posthumis: a nepotibus vero non nisi liberis dederit. Et appellatione filiorum b continentur posthumi primi & vlterioris gradus. hoc dicit.

ADDITIO.

Posthumis. Ego credo posse teneri alium intellectum: quòd si sit datus tutor posthumis, intelligitur datus etiam iam natis, per l.si quis ita.§.fin.ff.de test.tu.per quæ dicit ibi Bal.quòd si testator in testamento faciat mentionem de posthumo, intelligitur largo modo de vnoquoque ex quinque modis, quos infra pono. Nõ ob.l.nomen filiarum, in prin.allegata in glo. quia fatetur propric. & propterea tex.in d.l.si quis ita.dicit, quòd vtilis datio est non de directa. Et not. quòd † posthumus dicitur quinque modis enumeratis per gl.nostram in rub.C.de posth.hære.insti.propriè tamẽ posthumus dicitur primo modo. vt ibi dic. Si tamen testator dederit tutorem simpliciter posthumis. intelligitur posthumis largè pro vnoquoque ex illis posthumis, secundum quod eis poterit conuenire. tex.est no.quem ibi Bal.multum commodat in l.si quis ita §.fi.ff.de test.tu. Et pro intellectu supra dato adde rationem. Nam si est nepos in potestate, & viuat pater, non potest ei dari tutor ab auo, cum sit recasurus in potestatem patris. §.permissum.supra ti.j & si mortuus est pater vel emancipatus, tunc nepos efficitur posthumus auo, vt dicit gl.præalle.in rub.C.de posthumis hære.insti.iuncta.l.Gallus.§.& quid si tantum. ergo sic datus intelligitur. d.l.si quis ita iuncto.d.Bar.supra alle.&c.Ias.Ma. liberorum. † De hoc, an appellatione liberorum seu filiorum contineantur nepotes, & an hoc sit ex propria significatione, vel ex interpretatione. vide Bart.in l.liberorum.ff. de verb.sign. Et ideo si in testamento scripserit notarius, liberos, intelligitur prout assumitur secundum mentem legis, quia notarius præsumitur scripsisse secundum mentem testatoris: ar.l.j.C.de vsur.& l.sciendum.de ver.obli. Et licet ex consuetudine vulgari alter disponeretur illud verbum, liberi, tamen in hoc casu quando ista verba sunt dubia, melius est quòd ponatur in vulgari, quàm literali sermone.l.j.ff de excus.tu.& .l.Lucius Titius testamento.& ibi.Bar.ff.de fideicom.liber.&.Ia.May.(An appellatione liberorum, & c. Adde Io. An.in addi.Spe.in rub.de test.& in hoc consuluerunt Pe.de An.Ant.de But.& Sal.glos.in cle.j.de hæret.Io.An & Ant. de Bu.in c.ad exstirpandas.de fil.presb.Io.An.in c.statutũ.de hære.li.vj.in nouel. Bart.in l.alimenta.in prin.ff.de ali.lega.& per Lud.Ro.cons.cccxxxviij.incip.in casu prit consultationis.& per Bal.consi.lxxvj.incip. A goesta.in iiij.vol Et quid in feu.vide tex.in ca.j.in §.cliesculus.de alie.feu.in lib.

vsib. feu. quē tea. asle Alex. qui. Im. Diuiditur in tres in l. gallus. in §. insti tuēs. ff. de li. & posth. Bal. i c. quæ in ecclesiaru. de const & quid in vltimis vol. vide per Bar. i d. l. liberorū Ant. de But in c. i quibusdā. de pœ. Pet. de Anc. in cle. j. e. tit. Et quid in priuilegijs. vide Bar. in d. l. libe. Bal. in c. j. in §. decedenti. qui feu. dare pos. in vsib. feu. & per Pet. de Anc. in cle. j. de bapti. Et quid in vltimis vol. vide per Bar. in d. l. liberorum. & per Alex. de Imol. cons. lxj. inci. super eo quòd quæritur. in j. col. in j. vol. & quid in institutionibus & substitutionibus. vide per Bal. consi. lxxvj. inci. Agnesa. in iij. vol. Et quid in testamentis vide per Bal. consi. cclxij. inci. Titius in iij. vol.

3 Diuiditur in tres a Nam in prima tractat, an appellatione filiorum posthumi contineantur. In secunda tractat, an appellatione filiorum nepotes contineantur. In tertia tractat, qui contineantur appellatione posthumorum. Secunda ibi. (quod si nepotes) Tertia ibi, (plane si posthumis.)

ADDITIO.

a Adde etiam ex prin. huius. §. & eius fin. quòd in tutelis appella-
4 tione filiorum continentur posthumi, vt l. si quis filiabus. ff. de testa. tu. Tamen secus est in legatis, in quibus non extenditur ad posthumos nisi aliquo indicio & præsumptione appareat de mente testatoris, volentis comprehendi posthumos: puta si in aliqua parte testamenti fecisset mentio-
5 nem de posthumis. l. qui filiabus. de leg. j. † nam verbum ambiguum positum in vna parte testamenti, verificatur per verba præcedentia vel consequentia in testamento posita. l. si seruus plurium. § fi. de le. j. Ex quo infer-
6 tur, quòd † quando legatario datur particula sui legati. debet etiam dari pars testamenti. per quam declaratur verbum ambiguum in legato positum, secundum Bar. in d. l. qui filiabus. & ibi vide per eum de ratione diuersitatis, quia in legatis appellatione filiorum non continentur posthumi, secus in tutelis. & infra in sequē. charta. de hoc est scriptum in j. col. vide etiam in l. in ciuile. de legibus. &c. Ias. May.

7 No. † tutorem datum filijs, intelligi quoque datum posthumis. No. rationem, quia appellatione filiorum posthumi quoque continentur, qui hoc casu pro natis habentur, cum de eorum commodo tractatur, facit. §. cum autem. supra ti.
8 j. l. qui in vtero. ff. de sta. ho. Ex secunda parte † not. appellatione filiorum non contineri nepotes, sed appellatione liberorum, sic concor. l. quod si nepotes. ff. de test. tu. No. rationem diuersitatis, quia ex vsu loquendi aliter filios, aliter nepotes
9 appellamus Ex quo dicunt Doct. † quòd communis vsus loquendi præbet interpretationem verbis statutorum: facit. l. cum de lanionis §. asinam. ff. de fun. instrum. l. liberorum §.
10 quod tamen Cassius. de le. iij. Sed occurrit dubium. † Nam communis vsus loquendi non potest præstare interpretationem verbis iurisconsulti l. item prætor. vbi tex. singularis. ff.
11 de suis & legi. ergo nec pari ratione verbis statutorum, † cum & statuta ius ciuile appellentur. § ius autem ciuile. ff. de iure na. gen. & ciui. cum si. sed absurdum videtur, quod vsus loquendi qui nunc est, debeat interpretari verba eorum, qui quondam statutum condiderunt. Non ob hæc litera. nam ideo communis vsus loquendi interpretatur verba testato-
12 ris, quia testator erat in illo communi vsu loquendi: † Et propterea dixit simpliciter Bald. in rub. de suc. feu. quòd illud quod vulgo dici consueuit, quòd communis vsus loquendi præbet interpretationem verbis statutorum. habet locum, quando probatur illum modum loquendi fuisse in vsu inter sapientes cum statuta condebant. Aliter communis vsus loquendi superueniens, præsertim inter ignaros literarum, non præbet interpretationem verbis statutorum, quia iura statutorum non debent detur pari per ora rusticorum, & hoc dictum dixit Fulg. esse aureum in l. si infanti. C. de iure deli. Finaliter no. appellatione posthumorum comprehendi nedum filios, verum etiam nepotes. In gloss si quis.
13 ibi, secundus legatus. Ex hac gloss. colligitur quòd † masculus
a concipit fœminam, a non econtra. Sed contra hoc oppon. & imo videtur quòd masculus non concipiat fœminam. vnde opponitur de leg. j. §. sed & si de ven. in pos. mit. Solu. Ibi loquitur in casu odioso, quo masculus non comprehendit fœminam. Et ideo ponite regulam affirmatiuam, quòd regulariter masculus concipit fœminam. Hæc regula fallit in casu in quo tractatur de odio irrationabili, vt quis ex alieno delicto puniatur l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. Vnde si statutum diceret quòd rebelles banniantur cum filijs, non comprehenderētur filiæ, quia est odium irrationabile, quòd quis ex alieno delicto puniatur. l. si manumissis. C. de liber. & eorum lib. Secus si odium esse rationale l. si quis id. ff. de iurisd. om. iudi. Secundo fallit hæc regula, quando masculus proferretur cum conditione nominis proprij masculi. puta, do tutorem Caio, Sempronio, Lucio filijs meis. nam tunc non comprehenduntur filiæ, quia illa nomina mere masculina restringunt significatum verbi, filijs & hæc est glos. ordin. in d. l. si quis ita. ff de testa. tu. Tertio fallit hæc regula in materia quæ non conueniret fœminis. vnde si testator daret filios suos tutores Caio, non intelligitur dedisse filias, quia onus tutelæ filiabus non conuenit l. fœmina. ff de tut.
14 † Sed dubitatur an mas. concipiat b fœminam ex propria si-
b gnificatione verbi, an verò per extensionem, quod vtile est scire propter statuta, Gloss. in l. j. de verbo. sign. dicit, quod comprehendit fœminam per extensionem verborum & pro hoc facit l. pronuntiatio. ff co. In contrarium facit d. l. j. & l. si scriptum, de lega. ij. vos dicite breuiter, quòd quædam sunt nomina mere masculina, quædam sunt nomina communia, & quædam sunt vniuersalia. Nomina mere masculina, vt Caius, Titius, Lucius, Tabellio, Furnarius: & hæc non concipiunt fœminum nisi per extensionem. Vide statutum loquens de furnario, non complectitur furnariam: Nomina communia, vt homo, comprehendunt fœminam ex propria significatione. l hominis. de verb. signi. Vnde statutum puniens coadunationem hominum, intelligitur punire coadunationem fœminarum. Nomina vniuersalia sunt, quisquis, quilibet quicunque. & ista comprehendunt fœminam ex propria significatione. l. j. de verbo. significa. quod verum est, nisi adijciantur nomina mere masculina. puta, quisquis tabellio, quisquis fur d. l. si quis id. cum glo. sua. de te. tu. de quibus dicite, vt in d. l. prima. de verbo. sign. & in cap. quod aiteus. de te. iur. li. vj. per Dy. & in l. quoties. C. de ser. fug.

ADDITIONES.

a Masculus concipit fœminam. Adde gl. in c. ij. de rescri. li. vj. Bar. in l. si ita scriptum. ff. de le. ij. Bar. in l. x [illegible] iæ. C. de fur. Arch. in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. Et quid in contractibus. vide per Bar. in l. Gallus. ff de li. & post Ant de Bur. in c. in quibusdam. de pœn. Ioan. de Imo. in c. potuit. de loca. Ang. in l. tres fratres. ff de pa. Io. de Imo & Mod. in l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. Lu. Ro. consi. xxv. incip. visa facti serie. Ioan. de Imo. consi. xxvij. incip. in casu præmisso. Alc. de Imo. consi. lxj in j. co. inci. super eo. de quo queritur in ij. vo. idem Alex. consi. cciij incip. considerantis. in ij vol. Alex. de Imo. consi. inci. ponderata. b. i quæ in themate præmisso narrantur. in v. vol. Alex. consi. cxxv. inci. attentis verbis inuestituræ. in c. sol. Barb. consi. xv. inci. clementissimi. Dei patris. in j vol. Idem Barb. consi. vij. incip. aliud afferam in medium quòd bellissime scripsit. in iij. vol. in vi co. Et quid in vl. vol. vide in l. si ita scriptum. ff. de le. ij. & in l. qui duos. ff. de le. iij. text. in l. seruus. & in l. quisquis. ff. de verbo. sign. l. qui filiabus. ff. de testa. Et quid in materia pœnali vide in l. si quis in tanta. C. vnde vi. & in l. quicunque. C. de ser. fu. & quid in correctio. vide per gloss. j. & ibi. Raph. Cu. in l. Gallus. ff. de lib. & post Et quid in rescri. vide tex. & [illegible] Doc. in ca. significauit. de rescri. Et quid in priuilegijs. dic secundum Bald. in exp. ad audientiam. in vi col. de rescri. in contrarium est consilium, est Sig. de Hom. de Medi. consi. clxxxv inci. in q. vertente inter durantem. & quid in officijs. vide Bal. in c. ad audi. & quid si tractatur de cons. vide per Bal. cons. inci. in prouincia. in conte. in ij. col. in iij. vol.

b Concipiat. † An masculinum concipiat fœmininum, & an ex significa-
15 tione vocabuli vel extensione, vide extra. de elec. c. generali. lib. vij. quæ dicit, quòd in odiosis non concipit fœmininum. vide Bald. in l. in multis. ff. de sta. ho. & Bal. in l. quicunque. C. de seruis fugi. & in ibi Albert. & in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & in l. si quis in tantam. C. vnde vi & in l si quis id quod. ff. de iurisdi. om. iudi. & in l Gallus. in prin. ff de libe. & posthu. & Bar. in l. j. ff de verb. sign. vbi vide. Ias. May. [Adde. l. quisquis. cum gl. C. ad l. Iuli. Arc. in c. si quis suaden. xvij. q. iiij. & per Alex. de Imol. cons. xcv. incip. animaduersis. in iiij. vol.].

In fi. gl. Sed contra etiam hunc text. op. ex gloss. de l. qui
15 filiabus. de leg. j. † vbi legatum factum filiabus, non intelligitur tamen factum posthumis ergo nec tutor datus intelligetur datus posthumus. Solu. Dicunt Doct. quod illa loquitur in legatis, hic verò loquitur in datione tutorum Rationem differentiæ assignant aliqui. nam legatum factum præsumitur propter benemerita. l. nec adiecit ff pro socio. vnde non comprehendit nondum natas, quæ non potuerunt mereri de testatore. l. si quis in suo. C de inoffi. testa. Sed datio tutoris fit propter ius patriæ potestatis, quòd respicit pariter & natos & nascituros. §. fi. supra ti. j. Sed hæc ratio licet colorata, nō est bona. quia licet legata quæ fiunt extraneis, fiant ratione meriti, ea tamē quæ fiunt filijs nō fiunt ratione meriti, sed ratione filiatiōis. l. tutor petitus. §. j. ff. de excu. tu. Vnde vera ratio est quā posuit gl in d. l. filiabus. videlicet, nam legata

fiunt propter affectionem, quæ nō extat tanta in nasciturts, quanta in iam natis: vnde legatum factum filijs, non complectitur filios posthumos. sed datio tutelæ fit ratione filiationis, quæ respicit pariter & nascituros & iam natos vnde tutor datus filijs, intelligitur quoque datus posthumis.
17 & ita loquitur hic. In gloss. appellantur. in fi. † Nota appellatione filiorum contineri nepotes ex significatione proprij vocabuli, facit. l. filium. ff. ad Mace. l. senatus. ff. de ritu nup. l. vxorem. § concubinæ. de leg. iij. l. cum § si mater ver. filijs. ad Terty. Facit ratio etymologiæ vocabuli, quia filius dicitur à phylos quod est amor. In contrarium facit hæc litera. & l.
18 Gallus. ff. de liberis & posth. & etiam. † quia filius ille appellatur, qui nascitur ex viro & vxore. Nepos vero appellatur qui nascitur ex filio & eius vxore. l. filium de his qui sunt sui vel alieni iuris. Sed filius appellatur demonstratiuè & correlatiuè ad patrem: nepos vero appellatur demonstratiuè & correlatiuè ad auum. verum non comprehendit ex propria significatione nepotem. Solu. Aut tractamus de materia fauorabili, & tunc appellatione filiorum nepotes comprehenduntur & ita loquuntur iura prius allegat. Aut tractamus de materia odiosa, & tunc appellatione filiorum non
a comprehenduntur nepotes, & ita loquuntur alia iura. a

ADDITIO.

a Alia iura Adde etiam quòd in priuilegijs nomine filiorum nepotes non includuntur. Et item est, quòd si statuto caueturi quòd filiur excludat foro em dotatam, & filius præmoriatur, nepos non excludet auitam, iste est tex. quem summè no. Bald. in l. milites. §. hinc autem ff. de excu. tororum. vide ibi Bal. & Bar. in l. Gallus. § instituens ff. de lib & posth. vbi formante hanc. q. in §. illius. §. In simili. an appellatione nepotem contineantur filij fratris & an in emphyteosi appellatione filiorum contineantur nepotes. Vide Bar. in l. Caius. & l. si dotal. ff. so. ma. An autem appellatione nepotum comprehendantur filij fratium in emphyteusi. vel alia re: An solum ablatici filij, vide Bal. in c. j. §. similiter. quib. mo. feud. amit. in fi. &c. Ias. May.

Sed contra oppo. de isto text. vbi sumus in causa fauorabili dationis tutoris, & tamen appellatione filiorum non
a continentur nepotes Doct. soluendo a dicunt, quòd licet datio tutoris sit fauorabilis ex parte pupilli, tamen est odiosa ex parte tutoris. l. tria onera ff de excu tuto, vnde cum sufficiat si cui vel in paucis &c argum, l. tutori. C. de nego. gest. &c. in datione tutelæ appellatione filiorum nepotes non continentur.

ADDITIO.

a Soluendo dicunt. Sed secundū istam solutionē sequeretur, quòd in materia ista masculinum non concipiat femininum & tamen concluditur contrarium per ista supra fict. & per omnes. Die ergo quòd ratio est, cur hic appellatione filiorum non venit nepos, quia communis vsus loquendi, & maximè ipsius testatoris erat in contrarium, vt habes supra per istum. Ias. May.

Sed iterum oppon. de l. Gallus. in prin ff. de lib, & post. vbi institutio facta de filijs non comprehendit nepotes, & tamen ea est fauorabilis Sol. Dicunt Doct. quòd ideo illud est statutum, quia pro forma requiritur, vt filij & nepotes nominatim instituatur, aut exhæredentur. Hæc autem omnia verba limitabitis, quòd appellatione filiorum nepotes continentur in materia fauorabili, nisi lex aliud requireret pro forma. vt d. l. Gallus. Secundo limitabitis esse vera, nisi nomen. filios, præferatur cum qualitate, quæ non reperitur in persona nepotis. l. fi. C. de natu. lib. Item vera limitabitis, vbi lex expressè dictaret appellatione filiorum nepotes non contineri, l. iubemus, C. ad Trebel.

De legitima agnat. tutela. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de testamentaria tutela. verum quia ea deficiente legitima succedit, ideo viso de testamentaria tutela meritissimè intitulatum est de legitima agnatorum tutela.

1 *Tutor testamentarius præfertur legitimo.*
2 *Tutore testamentario deficiente, succedit legitimus tutor.*
3 *Tutor legitimus, ut tutelam administrare possit, quæ requiratur.*
4 *Agnati qui dicantur, & qui cognati.*
5 *Dispositio in uno ex correlatiuis in alio locum habent & nu. 8.*
6 *Filius sequitur familiam patris, non matris.*
Nepos ex filia non dicitur de familia aui.
7 *Lex uel statutum naturaliter loquens, solam naturalitatem comprehēdit.*
8 *Extensio an fiat de similibus ad similia in statutis, & an statuta loquentia de uno correlatiuorum extendantur ad aliud.*
9 *Decedere ab intestato quis dicitur tripliciter, quo ad tutelam.*
10 *Intestatus & intestabilis uerba, qualiter inter se differant.*
11 *Statutum quòd mortuo filio ab intestato mater excludatur, non habet locum in filio pupilli.*
12 *Agnatio capitis diminutione tollitur & nu. 14.*
13 *Inter agnationem & cognationem non est differentia.*
14 *Tutela legitima quot modis tollatur.*
15 *Legitima tutela an agnato ciuiliter deferatur.*
16 *Tutela filij in potestate retenti, non fit nec mente, nec uerbis, nec identitate rationis.*
17 *Ius cognationis, diminutione capitis tollitur.*
18 *Tutela tripliciter ex lege defertur.*
19 *Lex corriges legem antiquam in uno casu, extenditur ad aliud ex identitate rationis.*
29 *Hæreditas an capitis diminutione tollatur.*

QVIBVS AVTEM. Tutor testamentarius quibuscunque tutoribus etiam legitimis est præferendus: quo deficiente, legitima tutela succedit. Et agnati appellātur, qui per virilem sexum descendunt cognati verò qui per fœminam coniunguntur.
a hoc dicit. a

ADDITIO.

a Hoc dicit. Vel sic. Cessantibus tutoribus testamētarijs vocantur agnati. qui dicuntur legitimi tutores. Et agnati sunt qui descendunt per virilem sexum, cognati autem qui per fæmininum. Dicunt cessare tutor testamentarius, quando pater non prouidit de tutore, facto vel non facto. vel annullato testamento: vel si prouidit & non habuit effectum, ius agnationis tollitur. h. d. vsque in fine. &c. Ias. May.

Diuiditur in quatuor. Nam in prima refert, sensum. l. xij. tab. In secunda declarat qui dicantur agnati & cognati. In tertia declarat verbum, ab intestato. In quarta declarat, qualiter ius agnationis & cognationis capitis diminutione (tollatur. Secunda ibi, (sunt autem.) Tertia. ibi, (quod autem.)
a Quarta ibi (sed agnationis quidem ius.) a

ADDITIO.

a Quidem ius. Præmitte in hoc ti. ea quæ dicuntur hic in §. & infra de fiduciaria tutela vt voluit Bar. in l. iij. de leg. tu. & l. si frater. C. eod. quòd quadruplex est legitima tutela prout infra. &c. Ias. May.

5 Not prin. o. † testamentarium tutorem præferri legitimo
a tutori. Ratio a nam lex est confisa de agnato, eo quòd hæreditatem pupilli sit habiturus, si moriatur prius, tamen magis est cōfisa de prouisione patris. § j. infra de satisda. tu. eo quod pater non minus amat filium quam seipsum, l. isti quidem. ff. quod me. causa.

ADDITIO.

a Ratio. Tu dic quòd melior ratio est, quia fides testamentarij est approbata in specie à testatore: fides aute legitimi est approbata à lege. scilicet eo genere tantum. vt habes per istum infra de satisda. tuto. in princi. Ias. May.

2 Item no. † quòd deficiente testamentario tutore succedit legitimus: & ideo est dictum, quòd legitimos tutores nemo dat nisi lex l. legitimos. ff eo. Dixit tamen no. glo. in d. l. legi
3 timos. & Bal. clarius, † quòd ad hoc vt legitimus tutor tutelam administrare posit, requiruntur plura. Et primo decretum iudicis, quod declarat tutelam ad talem agnatum pertinere d. l. legitimos §. j. Si tamen iudex in tali decreto diceret, do & decerno talem tutorem agnatum pupillo, decretum non vitiaretur, quia illud verbum debet impropriari, & exponi. id est, declaro, vt decretum sustineatur. alleg. text. cum glo. not. in l. & puto. § j. ff fami. ercis. quo decreto interposi-
a to, debet talis agnatus tutor declaratus facere inuentarium a omnium bonorum pupilli, mobilium & immobilium. l. fi. C. arbitri. tu.

ADDITIO.

a Inuentariū Adde, ad hoc vt tale decretū interponatur, scilicet decernēs administ.

administrationem. quòd vltimo loco requiritur etiam inuentarij confectio, quod habet locum in quocunque tutore, etiam testamentario, nisi testator sibi remisisset in testamento hae solennitates, et iuribus allegatis. & tale decretum interponitur per iudicem cuius iurisdictioni subiectus est pupillus, & tale decretum extenditur etiam ad res alterius territorij non habentis iurisdictionem l. magis puto. §. illud ff. de rebus eorum. Et quando concedimus hoc decretum debent etiam alij tutores, scilicet legitimi & datiui, maximè si eis denegetur administratio. l. iij. eat. si. ff. de adm. tut. &c. Ias. May.

Secundo debet iurare, facere ea quæ erunt vtilia pupillo, & inutilia prætermittere. § fin. in authent. vt hi qui obliga. se habere perhibēt res minorum. Tertio debet promittere se non relicturum pupillum indefensum. l. fin. § defensionem. C. de admi. tut. Quarto debet satisdare rem pupilli salua fore, vt in toto titu. C. de tut. qui non satisda. Hæc peractis, interponit iudex suum decretum, quo decernit administrationem ad ipsum tunc pertinere: & erit tanquam in possessione futura possessionis, & hoc differt a primo decreto quo decernitur tutela, isto vero administratio decernitur.

ADDITIO.

c Saluam fore. Vide etiam de istis requisitis infra de satisda. tut. in glo. super versi. electi. Ias. May.

4 † Item nota agnatos appellari qui iunguntur per sexum masculinum, cognatos autem qui per fœmininum. concor. l. si autem ff. eo. § j. de leg. agna. suc: Ex certis & inuicem nota a quòd † disposita de vno correlatiuorum, intelliguntur ab alio disposita. l. fina. C de iudi. vidui. collen. Et ideo b statutum c ponens pœnam venditori, intelligitur ponere emptori, de quo in l. nemo martyres. C. de sacro. sanc. eccles.

ADDITIONES.

a Et inuicem. not. No. etiam ex fi. §. atqui. quòd † filius sequitur familiam patris, & nō matris: vnde nepos ex filia, non dicitur de sua familia, quod not. propter statuta punientia damnum datum per aliquos de familia, quòd auus nō tenetur pro damno dato per eius nepotem ex filia. Et adde no. per doctores singulariter de hoc nomine familiæ in l. fi. C. de ver. sig. per Bar. in l. j. §. familiæ. ff. de pub. vec. & commiss. Ias. May.

b Et ideo Adde etiam notabiliter ex fi. licet tunc à longe. quòd † quoties lex vel statutum vtitur vocabulo naturali, puta patre, matre, sorore, fratre, filio &c. tunc non attendimus dispositionem iuris ciuilis, vt intelligamus de naturali & legitimo, sed attendimus solam naturalitatem, vt comprehendatur etiam filius naturalis tantum, puta bastardus qui non est legitimus de iure ciuili, auth. ex complexu. C. de incest. nup. & hoc probatur ex l. tutelas. & ibi Bar. de ca. di. & Bar. in l. j. de secu. &c. † Vide de hac materia, an statuta loquentia de vno correlatiuorum extendantur ad aliud & sic verum fiat extensio in statutis de similibus ad similia & qualiter hæc intelligantur, Bald. in l. ij. C. de patribus qui filios distra. vbi dicit, quòd licet debeat fieri extensio, tamen vbi adsit statutum generale, dictans quòd statuta intelligantur ad vnguem vt iacent, non debet fieri extensio: & debet intelligi solum in his quæ oculi vident, non in his solum quæ percipit intellectus. Vide etiam Bart. in l. j. C. de cupress. & Bar. in l. precibus. C. de impo. & ali. sub. & Ang. in l. si ita scrip. um. ff. de libe. & posthu. Bald. in l. non sine. C. de bo. quæ li. in l. milites. C. de testa. mil. vide Bal. in rub. de rescrip. in l. omnes populi. in pe col. in vers. tertio. not ff de iust. & iu. & in l. si mulier. ff. solo. ma. Bart. vide Imo. in l. Cæsar. ff. de publicanis &c. Iason. May.

c Statutum. Adde tex. in l. j. C. de cupressis lib. xj. vbi Bar. & Ioan. de Platea Domi. de Gemina in ca. eos. §. silencia col. fi. vers. nota bene quod dictum. de tempor. ordi. li. vj. Nell. in trac. bannito in ij. par. ij. temp. q. al. Ia. in l. non dubiū col. iiij. C. de leg. Matth. de Afflict. in consti. regni Siciliæ eadem pena de malis noxijs &c. Hippo. de Marsil. in l. circuncidere. §. secundo. col. ii. vers. & ideo dicit ipse Abb. ff. ad l. Corneli. de sic. & in l. si quis viduam. co. iiij. cer. & vltra prædicta ad corroborationem. ff. de quæstio. Philip. Deci. in l. j. col. j. vers. vnde ad declarationem huius edicti. C. de iuris vocan. Fran. Curti. iunio. in cons. vj. inci. circa hoc quatuor dubitationes. col. vj. ver. aduertendum puto. in j. vo. & Fabi. de Monte Sanct. Sebin. in tr. act. contractuū. in ij. q. princi. circa fi. & Nic. Euerar. in trac. cent. mo. ex. in loco a correlatiuis. nu. 76 Hiero. Cagnol. in l. ij. col. xx. ver. secūda quæstio. Bar. in l. si emptor. C. de rescin. vendit. Et præclariss. D. Io. Baptis. Plotum in l. si quando nu. 189. & 203. C. vnde vi. Ioan. Baptista Zilettus Venetus.

9 Fe ver. quod autē no. † quòd quis dicitur ab intestato decedere quo ad actum tutelæ, vel alium, tripliciter Primo, quādo nullum testamentum condidit. Secundo, quando testamentum condidit, sed de illo actu nihil disposuit. Tertio, quando disposuit, sed in totum ille actus corruit. Addite quartum, quando testamentum annullatur agnatione posthumi, vel præteritione iam nati, vt infra de hære. quæ ab intesta. def. in princi. Ex quibus aliud no. quòd ille dicitur intestatus decedere, qui potest facere testamentum & non facit concor l. intestato. ff. eo. Si autem non fecisset testamentum, eo quòd non potuisset, vt est pupillus, furiosus, & mente captus. non diceretur decedere intestatus, sed intestabilis. not. gloss. in l. eum antiquioribus. C. de iure deli. & infra de hær. quæ ab intesta. def. in princi. & facit. l. j. ff. de suis & leg.

10 † Nam ista verba desinentia in tus, vt intestatus præsupponunt potentiam, sed negant actum, nomina vero desinentia in bilis, vt intestabilis, negant actum & potentiam. Ita dicit Bal. in d. l. intestatus. a

ADDITIO.

a † Intestatus. Hæc omnia dicit Bal. in tit. de successio. feud. in vsibus feu. ubi eide omnino &c. Ias. May.

11 Ex quo ipse dicit notanter, † quòd statutum disponens quòd mortuo filio ab intestato mater excludatur, nō vendicat sibi locum filio pupillo moriente, quia ille non dicitur intestatus decedere. sed intestabilis, quod verum limitat Barto. nisi ex vsu communi loquendi pupillus intestatus appellaretur. Sed Bald. deridet Barto. quia iura peritorum & statutorum non debent detur pari per ora populorum. l. item prætor. ff. de suis & legi. Quid enim est quod subtilis lex xij. tab. aut conditores statutorum vsi fuerunt verbo, Intestato, quod pertinet proprie ad eos qui possunt testari, & non testantur? Quod ora populorum hæc verba impropriant, nemo sani capitis dixerit. de quo dicit vt dixi. in. §. a fin. supra titu primo Finaliter not. ius agnationis a tolli regulariter omni capitis diminutione, ius verò cognationis nequaquam. Not. rationem, quia vna creatura iuris ciuilis b facile potest tolli per aliam. b

ADDITIONES.

c Ius agnationis. † Adde quòd hodie per minimam capitis diminutionem scilicet per emancipationem non tollitur ius agnationis, ita voluit
12 Azo. in sum. & l. fratres. C. de legi. tu. Adde etiam † quod hodie non est differentia inter agnatos & cognatos in successione, vt in auth. cete. C. de legi. hære. & hoc vult hic glo. fin. dum dicit quòd etiam hodie agnati non præferuntur cognatis in tutela, sicut nec in successione &c. Ias. May.

b Tolli per aliam. † Quot modis tollatur tutela legitima. Aduerte, quòd
14 dum glo. ista vult quòd capitis diminutio etiam minima tollat tutelas delatas ex verbis & ex mente, siue sententia tantū: & postea vult, quòd illæ quæ deferuntur ex ll. aliae aetetibus vel nouis, non tollantur: istud videtur continere in se repugnantiā, etiam illæ quæ deferūtur ex mente tamen vel ex extensione, sint delatæ ex legibus nouis. Nisi dicas quòd deferātur ex legibus nouis, per extensionem tamen legis. xij tab. factam ex ais. Secundò contra hanc gloss. oppo. quia si tutela illa defertur iam capite diminutie vt in tit. infra de fidu. tu. quomodo potest stare quæstio glo. Bene posset stare quantum ad illas legitimas tutelas quæ deferuntur ex mente & ex verbis simul sed in hoc secundo non video bene quomodo gl. possit procedere, nisi dicas quòd procederet si saluedarent se in arrogationem. Primo contra gl. facit, quia tutela quæ defertur ex mente tantum, vel ex extensione, defertur per nominationem, quia defertur patri & fratrum, sed tutela quæ defertur per nominationem, non tollitur per minimam capitis diminutionem. d. . tut. ... ergo nec ista. Nisi dicas secundum glo. illam notabilem infra ad Orfi. in verbo deferuntur. scilicet patri & fratri defertur tutela non per nomina naturæ sed importantia agnationem, quæ facilius tollantur. Et ad primum, dum dico quòd talis tutela defertur capite diminutis non est verū, quia illa capitis diminutio contingit in pupillis non in tutoribus & hoc est quod dixit gl. in l. iiij. C. de legi. tu. Item dum ista gl. dicit quòd hæreditas & tutelæ deferantur aliquando ex mente & non ex verbis puto quòd in hoc malè dicat, quamuis alij non aduertant: quia hæreditas nunquam in terminis istis defertur ex mente, sed bene tutela aliquando defertur ex mente propter hæreditatem quā lex expressè defert, vt hic declaratur per istum. Nisi etiam diceres sustinendo gl. quod hæreditas posset deferri ex mente mortui. Nam cū velit, quòd vbi est cōmodum hæreditatis, ibi sit onus tutelæ, & è contra, vt infra de le. patro. tu. in prin. certè si ulicui deferret tutelam legitimā, mens etiam esset quòd haberet hæreditatem. Et hoc quamuis in se posset esse verum tamen non inuenies forte vbi probetur. Cogita. Item dum gloss. ista tangit de triplici cognatione, quarum vna est ciuilis tantum, vt per adoptionem siue arrogationem,
15 quæ est propriè agnatio. potes dubitare, † nunquid huic agnato ciuiliter tantum deferatur legitima tutela: quod examinat hic Nico. de Neapo. & habes gl. tenentem quòd non, in l. j. in prin. ff. eo. Sed tu dic vt ibi per Bar. reprobantem illam gl. Ias. May.

In gloss. xij. ta in fin. dicite vt statim dicam in gl. fina. In gloss. in verbo sed agnationis. & pro hac facit. l. eius militis. ff. de testam mili. & statim declarabo. in titulo seq. In
16 gloss. omnibus. ibi. §. quod autem. † Sed dixerit quispiam, si ergo ius cognationis tollitur maxima & media capitis di-

minutione, ergo contra istum text. Item contra hanc rationem, nam cum cognatio sit de iure naturali, non debet posse cuelli capitis diminutione, quæ est de iure ciuili. Solu. fatetur quòd non tollitur cognatio, hoc est, ipsa consanguinitas, sed bene tolluntur effectus tributi cognatis de iure ciuili. Sed iterum diceret quispiam, secundum hoc nulla erit differentia inter ius agnationis & cognationis, cum vtrique ex agnatione & cognatione attributi sint effectus de iure ciuili, ergo pariter tolli poterunt contra istum tex. Respondetur, quòd ideo facilius tolluntur effectus tributi agnatis, quam effectus tributi cognatis, quia sunt tributi iure singulari. facit. l. eius militis. §. militia missus. de testam. mili. & l. iiij. Ideo hoc casu non tollitur ius agnationis ratione fauoris, vt ibi habetur in §. fi. & hoc operatur fauor & pietas paterna, cum enim fuerit in potestate, licet pater emancipauerit filium, tamen ad eius hæreditatem vocatur l. fi. C. de eman. li. in gloss. non vtique. a ibi. l. tutelas. nota † quòd tu-

18 tela defertur tripliciter. Primo ex verbis & sententia l. xij. tab. vt est tutela quæ defertur agnatis, illi primo vocantur ex verbis legis, quia verba legis hoc aperte dicunt. Vocantur etiam ex sententia, quia qua ratione lex vocat eos ad hæreditatem, eadem vocat ad tutelam, quia secundum legem naturæ, quem sequuntur commoda, sequuntur & incommoda. regula iuris, secundum naturam. Aliquando defertur ex sententia tantum, vt est tutela patrono delata. Nam ille non vocatur ad tutelam ex verbis legis, quia lex de his expresse non loquitur: sed tamē legum latores interpretantes legem xij tab. coniecturati sunt, quòd ex quo ipsa lex vocauit patronum ad hæreditatem liberti ex lege naturæ, vocasse etiam intelligitur ad tutelam infra. de legi. pa. tuto. Aliquando defertur nec ex verbis, nec ex mente legis xij. tabu. sed noua constitutione principum. Nam lex. xij. tabu. non vocabat ex verbis patrem ad tutelam filij emancipati, nec etiam vocabat ex mente. quia ex quo non vocabat eum ad hæreditatem, intelligitur non vocasse ad tutelam, quia quem non honoro, onerare non possum. l. ab eo. C. de fideicomiss. Sed postquam legum noua constitutio æquum iudicauit patrem vocari ad hæreditatem filij emancipati, æquum quoque iudicauit vocari ad tutelam, non ex mente, non ex verbis legis. xij. tabu. quia ea lex non potuit cogitare futuras nouas constitutiones. l. si putator. ff. ad l. Aquil. Ibi. l. tutelas. ideo facilius tolluntur tutelæ & hæreditates delatæ ex lege xij. tabu. quia sunt delatæ ex quodam iure singulari, quam illæ quæ delatæ sunt nouis. ll. quia illæ sunt delatæ iure communi facit d. l. eius militia missus. Ibi. § ex his not. singulariter,

19 † quòd lex corrigens legem antiquam in vno casu casu, extenditur ad alium ex identitate rationis, de quo in authenti. cap. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur.

ADDITIONES.

a Adde † quòd alia est legitima tutela, quæ nec ex mente, nec ex ver-

20 bis. l. xij. tab. nec ex identitate rationis legis xij. ta. vt est tutela filij in potestate ratione, quæ defertur filio vel fratri emancipato: vel econuerso, non ex verbis, non ex mente, nec ex identitate rationis legis xij. tab. sed solum propter charitatem & fiduciam, & de ista loquitur titu. infra de fiduciaria tutela, & de his vide Bar. in l. iij. §. fi. ff. eo. &c. Ias. May.

b Tolluntur. Item in quantum gl. vult † quòd capitis diminutio tollat

21 solum futuras tutelas, non autem præsentes, ista glo. reprehenditur per alios hic, vt per Ioan. Fab. Nico. de Neapo. & Ang. de Are. hic. per. § sed & capitis ista quib. mo. tu. fini. Sed ad illum text. posses facile respondere, quod tollitur tutela, scilicet futura non autem præterita per illam l. fin. ff. vnde li. allegata in glo. in. allega. contra glo tex. qui non potest contrari in l. legitimos §. fi. & ibi Bar. ff. de leg. tu. vbi agitur actione tutelæ, ergo tutela iam erat præterita & administrata. Et quæ sit ratio diuersitatis inter tutelam & hæreditatem? Dicunt præfati Doc. quia hæreditas in vno instanti acquiritur. tutela autem habet actus successiuos, vnde non potest vnquam dici fortiri perfectum effectum. nimirum si tollitur quandocunque defectu superueniente. pluribus. §. & si placeat. ff. de ver. obli. Et hanc rationem vult etiam Bar in l. tutelas. in fi. princ. ff. de capitis dimi. Quam rationem videtur reprehendere Io. Fab. & leuiter & postea dicit, quòd in tutela tractatur de onere, in hæreditate autem regulariter de commodo. Ego puto quòd ista sit ratio diuersitatis. Nam hæreditas postquam est adita non dicitur amplius hæreditas. gl. notabilis in l. hæres, quandoque. & ibi di xi. ff. de acquiren. hæredita. vnde nimirum si non potest tolli defectu, siue capitis diminutione superuenientibus, & in istis terminis loquitur illa. l. fi. ff. vnde liberi. Sed tutela semel suscepta non desinit propterea [illegible] tutela,

nimirum si posset tolli, ita loquuntur. Doc. hic Et hanc rationem etiam sentit Bar. in d. l. in fine principij. Ias. May.

De capitis diminutione. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de legitima agnatorum tutela. Verum quia ius agnationis capitis diminutione corrumpitur. § fi. supra titu. j. Ideo viso de legitima agnatorum tutela, ordine competenti sequebatur videre de capitis diminutione: ideo subijcitur hic hæc rubrica. Io. Christ. Porcus.

1 ℂ Capitis diminutio per dignitatis mutationem non inducitur.
2 Capitis diminutio quid sit & quotuplex.
3 Filius per emancipationem dicitur capite minutus.
4 Libellus admittitur in solidum contra filiumfa. in casibus in quibus tenetur in quantum facere potest.
5 Priuatio præsupponit habitum.
6 Agnati uocati ad tutelam, proximiores intelliguntur.
7 Tutella delata proximiori agnato, non inuitat illum ad insidias [illegible] uitæ pupilli.
8 Statutum dictans ut mulier possit obligari sine duorum parentum consensu, debet intelligi de proximioribus.
9 M rs semper euenit diuina dispositione.
10 Intellectus ad l. si filius familie. §. fin. ff. ad Macedonia.
11 Filius non debet plecti capitis diminutione, ob patris deportationem.
12 Damnatus in insulam uel metallum, non efficitur seruus pœnæ, & eius testamentum non irritatur.
13 Libertus denegans alimenta patrono, potest in seruitutem reuocari.
14 Donatio facta donatario deneganti alimenta donatori an reuocari possit.
15 Donator omnium bonorum æquiparatur patri, & ei alimenta debentur.
16 Vasallus denegans alimenta domino egenti, feudo priuari potest.
17 Excommunicatus est duplicis generis.
18 Interdictio aquæ & ignis, & deportatio & excommunicatio æquiparantur.
19 Deportatio est loco pœnæ interdictionis aquæ & ignis.
20 Participandum non est cum excommunicato.
21 Deportati & hi quibus aqua & igni interdicitur perdunt ea quæ iure ciuili sunt introducta & nu. 29.
22 Excommunicatus ab agendo, postulando, & sistendo in iudicio repellitur.
23 Tabellio notorie excommunicatus non potest instrumenta conficere.
24 Excommunicatus an testamentum condere possit & nu. 26.
25 Excommunicatus æquiparatur relegato.
27 Excommunicatus non potest esse procurator, nec iudex, nec arbiter, nec ancianus ad regimen ciuitatis.
28 Exceptio excommunicationis, potest in quacunque parte iudicij excommunicatis opponi.
30 Remotio unius impedimenti non firmat actionem durante alio impedimento.
31 Capite minui quis non dicitur, per agnationem uel diminutionem dignitatis.
32 Qui promisit dare schacum matum cum pedina, si dedit ea facta domina an obtineat.
33 Remotus à dignitate uel officio, non potest testificari, uel iudicare.
34 Officiales propter barrataria condemnati & syndicati efficiuntur intestabiles.
35 Officialis non accusatus in termino coram syndicatore, potest elapso termino in sua patria, coram iudice suo conueniri.
36 Obligatio naturalis quantum ad effectus quos de iure ciuili habet, tolli potest substantia autem eius non potest tolli.
37 Restitutio à principe facta, debet intelligi ut pleno iure fiat.
38 Manumissio semper priorem statum mutat.
39 A priuati n ad habitum non datur regressus.
40 Lazarus resuscitatus an recuperauerit bona & familiam.
41 Restitutus à Principe terreno, non recuperat iura matrimonij, & sic nec uxorem.
42 Lex noua corrigens antiquam, licet in uno casu corrigendo loquatur, extenditur tamen ad alium ex identitate rationis.

ST AUTEM. Capitis diminutio, quæ est prioris status commutatio, in libertatem, in ciuitate, & familia consistens, est triplex. Maxima, cum libertas & ciuitas perditur. Mino, quando ciuitas amittitur, libertate & ciuitate retēta.†Et priuatio præsupponit habitum,& dignitatis mutatio capitis diminutio nem non indueit. h. d.

ADDITIO.

Hoc dicit. Vel sic. Capitis diminutio, quæ est prioris status mutatio, est triplex hoc primo. Et priuatio præsupponit habitum hoc secundo. Et mutatio dignitatis non inducit capitis diminutionem. hoc tertio. Et cognato tollitur per maximam & mediam capitis diminutionem hoc quarto. Et tutela defertur ad proximiorem siue vnus sit siue plures. h. d. quinto & vltimo. Ias. May.

Diuiditur a in tres. in prima diffinit. In secunda diuidit. In tertia diuisionis membra prosequitur. Secunda ibi, [ea quæ tribus.] Tertia ibi, [maxima illa.] Tertia subdiuiditur in vij. Nam in prima declarat primum membrum diuisionis. In secunda, secundum. In tertia, tertium. In quarta respondet tacitæ quæstioni. In quinta respondet alteri quæstioni. In sexta limitat quòd dictum fuit in § fin. supra titu. j. In septima declarat mentem l. xij tabu. relatam supra in principio. titul j. Secunda ibi, minor. Tertia ibi, [minima.] Quarta ibi, [secundum autem.] Quinta ibi, [quibus.] Sexta ibi, [quod autem.] Septima ibi, [cum autem.]

ADDITIO.

Diuiditur. Vel potest totus tit. diuidi in sex partes principales. In prima diffinit capitis diminutionem. In secūda diuidit & ponit quotuplex sit capitis diminutio. In tertia prosequitur declarando membra ipsius diuisionis. In quarta remouet duo dubia. In quinta limitat dictum in tit. præcedenti. In sexta declarat d. l. xij ta. ulorum relatam supra, in prin ti. præcedentis. Secunda ibi [eaque tribus.] Tertia ibi. [maxima.] Quarta ibi, [ferum autem.] Quinta ibi, [quod autem dictum est] Sexta & vltima ibi, cum autem ad agnatus. Ias. May.

In text. ibi, incœperunt, vt est in arrogatione. No primo diffinitionem diminutionis capitis. Item not.† eam esse triplicem. Maximam, cū ciuitas & libertas perditur. Mediam, cum ciuitas perdit libertate retenta. Minimam a cum familia perditur, ciuitate & libertate retenta.

ADDITIO.

Minimam. No. ex §. minima. ibi. emancipatur. quòd† per emancipationem dicitur filiusfami. capita minui, sed adeò quòd prioribus obligationibus contractis sub potestate patria. liberetur de iure ciuili: sed prætor videns contrahentes cum filio decipi per capitis diminutionem, ipsum contrahentem restituit ad omnia iura infolidum contra filium, per l. 1. §. j. ff. eod. qui tamen prætor postea modificauit, vt in quibus filius solum tenetur in quantum facere potest, quos casus habes in l. j. & ij. ff. quod cum eo. & ibi Bar. Adde tamen quòd† licet filius in illis casibus non teneatur nisi quatenus facere potest, tamen potest contra eum libellus porrigi insolidum, & ille debet opponere de beneficio suo, & tunc solum condemnetur quatenus facere potest. tex. est in l. pater filio. & ibi Bart. ff. quod cum eo & c. Ias. May.

Not. in ver. seruus. seruum manumissum capite non minui. Ratio, quia nullum caput habuerit. Ex quo colligitur, quòd† priuatio præsupponit habitum. eoneot. l. decem. de verb. obli. eum si. Ex verb. quibus. no. motum a dignitate capite non minui. No. ex ver. quod autem. ius cognationis tolli maxima & media capitis diminutione, non autem minima. Finaliter. no.† quòd licet lex. xij. ta. indistinctè vocauerit agnatos ad tutelam, debet tamen intelligi proximioribus. a

ADDITIO.

Proximioribus. Facit tex. no. in l. peto. §. fratre. ff. de le. ij. & sic. l. xij. tab. voluit quòd apud illum penes quam erat spes hæreditatis esset etiam onus tutelæ. vt in si a tim. i. in prin. & l. iij. in princip. ff. de legi. tu. Sed videtur quòd dispositio istius l. xij. tab. in hac fuerit iniqua. Nam cum tutor principaliter detur personæ, & in consequentiam rebus. §. certæ rei fu pra, de tu. quamuis proximior quantum ad respectum gubernandas sit præsumenda magis idoneus, quia propter spem hæreditatis diligentius res gubernabit: tantum quantum ad personam pupilli, quam habet gubernare, est magis suspectus, nam cum speret successionem, insidiabitur vitæ pupilli magis quam remotior, qui non sperat successionem, & quod sit magis suspectus est tex. clarus. in l. fin. C. vbi pupi. edu. de. Licet ergo quo ad res pupilli lex benè prouideat dando proximiorem, tantum quantum ad personam, quia principaliter debuit esse in consideratione, prouidet de magis suspecto, scilicet de proximiore, ergo iniqua. In Fa. in princi. nu. præcedentis respondet. quòd lex considerauit tamen quòd proximior res pupilli propter spem hæreditatis diligentius gubernabit. Ex secundum eum si iu eo erit suspitio, non morabitur pupillus, nec penes eum educabitur. d. l. fi. cum glo. C. vbi pupi. edu. debeat. Sed ista solu. non euacuat difficultatē. Nam cum proximior sit magis suspectus ad personam pupilli, lex melius fecisset deferre tutelam remotiori, non considerato quòd proximior res diligentius gubernabit, cum res sint secundariò & in consequentiam consideradæ, persona autem principaliter, cui principaliter prouidetur bonis.† Ego credo quòd non possit aliud dici, nisi quòd tutela delata proximiori debet deximiori agnato, non est illa quæ inuitet istū proximiorem agnatum ad insidiādum vitæ pupilli, quia etiā sine illa tutela ita posset insidiari, sicut eum aa. Et si dicis, quòd propter istam tutelam habebit facilio rem modum insidiandi. Respondeo, quòd lex prouidit per titulum. ff. vbi pu. du. de & C. eod. ti. Et istud est quod propriè voluit dicere Io. Fab. vt supra retuli. Et ad istum tex. no. quòd si sunt plures proximi, omnes admittuntur. vt hic, quia tamen securius expediuntur commissa negocia pluribus, vt no. infra, de satisda. tu. io prin. poterit administratio vni committi. casus est in l. legitimos. §. io legitimis. ff. de leg. to. Ias. May.

Ex quo dicunt Doct. quòd si statutum dictauerit quòd †mulier non possit obligari sine consensu duorum parentum debet intelligi de parentibus a proximioribus aliter obligatio esset nulla. Nam cum statutum confidat parentibus eo quòd venturi sunt ad hæreditatem mulieris, cum proximioribus hæreditas deferatur, debent intelligi proximiores vocati ad onus auctorizandi. §. j. infra titu. j. de quo in l. fi. C. de verbo. signi. & tamen non haberet nisi vnum parentem, sufficeret illum adhibere. l. stichum qui meus erit. de le. j. & ibi Bar. salubre tamen consilium esset, quòd auctoritas iudicis interponeretur. argum. l. pen. C. qui admit. ad bono. poss. possunt.

ADDITIO.

Parentibus. De statuto de quo supra, an debeant interuenire affines proximiores vel ne. vide Bal. in d. l. fi & in rub. C. de contrahen. emp. & za. in l. j. q. vlt. l. j. C. vnde vir. & vxor. Ad secundum, quòd quando adest solum vnus affinis proximus, debet interuenire cum eius consensu, & cōsensu alterius existentis in secundo gradu, hoc voluit Bar. in l. stichum. hic al leidem Bal. in l. in copulandis. C. de nuptijs. Et de materia huius statuti, qualiter debent fieri quando proximiores nolunt consentire & qualiter assiner sint citādi & capeēt dicenda plena vbi supra & vide Bal. in c. j. de cō sue. recti. feu. & in l. cum non solum. §. necessitatem. C. de bonis quę liber. & in d. xxiij. q. ep. in l. mater ad siuem. C. de rei ven. Pauor. in c. quoties. & ibi scripsi. ex tra, de rest. & in c. causam. ex tra, de of. dele. An autem debeat citari pars aliqua, quando debent adesse parentes vide Bal. & Angel. in l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius vocan in l. iij. §. causa cognita. de bono. possessio & Bar. notabiliter in l. ij de vsu. & pro eo qui dicit quòd quando agitur de præiudicio tertij debet fieri citatio & c. Ias. May.

In fin. e lo. commutatio adiicit† quòd mors semper euenit diuina dispositione, & homines ergo morientes, & illud Philosophi, separatur boc ab boc, tanquam perpetuum a corruptibili & Seneca: Prima dies dedit extremum, sed modus mortis relictus est proprio arbitrio & libero Vnde scriptum est. Sapiens dominabitur astris. de quo disputabunt theologi.

ADDITIO.

Commutatio. Aduerte tamē dam gl. hic in verbo commutatio. †subaudit ad tex. & ad diffinitionem, facto hominis interueniente, puto quòd ista subauditio non sit necessaria. Et ideo in d. l. si filiusfamilias §. fin. per mortē patris filius capite non minuitur, non ob quia interuenerit factum Dei, vt hic dicit gl. sed eō quia per mortem patris filius non mutat familiam, & sic nec statum. l. pronunciatio. §. familiæ. in ver. communi iure. ff. de ver. sig. quòd requiritur in capitis diminutione. Vnde ista non est bona consequentia, filius efficitur sui iuris, ergo capite minuitur, quia etiam requiritur quòd mutet familiam, casus est in d. l. si filiusfamilias. §. fi. & iste est proprius intellectus illius legis. †Similiter puto quòd per deportationem patris filius non minuatur capite, eadem ratione: quia licet efficiatur sui iuris, tantum non mutat familiam, casus est qui alias fortissimè obstaret in l. iij. ff. de interdi. & releg. vbi dicitur quòd per deportationem patris, filius non perdit ius agnationis, quòd tantum perderet, si esset verum eum capite minui, vt §. fin. supra de legi. agna. tute. & l. nacelas. in prin. ff. eo. Et ista est mera veritas, licet Gloss. omnes & Doctores teneant contrarium. Ias. May.

In fi glos. io verbo maxima. ibi† damnatus. contra hoc opponitur de l. qui vltimo. ff. de pœnis Solu dicit Bar. in d. l. qui vltimo, quòd aut quia damnatur ad mortem naturalem, puta in insulam vel metallum, & tunc hodie non efficitor seruus pœnæ, adeo quòd testamentum facere pote-

rit. nec prius factum, irritabitur. d. §. si vero in authentic. de nupti. & authen. sed hodie. C. de donatio. inter virum & vxor. In gloss. libertus. ibi, lege necare. † Not. libertum denegantem alimenta patrono, posse ab eo in seruitutem reuocari. † Simile dixit gloss. in l. fina. C. de reuocando donatarius si denegauerit alimenta donatori, potest donatio ei facta reuocari: quia qui negat alimenta, videtur vitæ insidiari. l. ge necare, ff. de liber. agn. ergo poterit donatio reuocari. d. l. fin. C. de reuocando. do. Contrarium determinat gloss. in regula iuris, condemnationis. Sed Doctores concordant in hoc fœdere distinctionis. Aut loquimur in donatore qui donauit vniuersa bona, vel maiorem partem bonorum, & tūc reuocari poterit donatio talis, si eidem a donatario alimenta denegentur, † quia talis donatarius æquiparatur patri, cui alimenta debentur lege si patronus. ff. de consi. tuto. iuncta. l. si quis a liber. ff. de liber. agnos. & ita loquitur gl. in d. l. fin. Aut loquimur in donatore paruæ quantitatis vel rei, & tunc non potest reuocari donatio propter alimenta denegata, quia ratione ita paruæ rei donatæ, non est equum donatarium ad alimenta præstanda compelli, & ita loquitur gl. & ita Doc. communiter sequuntur, idem dicentes in filio emancipato si patri alimenta deneget vt in patriam potestatem redigi possit: Et † idem in vasallo denegante alimenta domino egenti, vt possit priuari feudo. Nam si tenetur defendere dominum ab inimico, multo magis à fame ipsa inimica. capitu. de not. for. fidel. in vsib. feudo. In gloss. interdictum. [a] ibi, denegantur, vos dicite clarius, quòd † habemus duplicem excommunicatum. vnum excommunicatione maiori, & huic denegatur participatio sacramentorū & communio hominum, ita quòd nemo sibi communicare poterit. Item habemus [b] excommunicatum excommunicatione minori, & huic denegatur participatio sacramentorum solum, non autem communio hominum c. à nobis extra, de exceptio. [c]

ADDITIO.

a Interdictum. Nota ex ista gloss. in versicu. interdictum, quòd † interdictio aquæ & ignis, & deportatio, & excommunicatio æquiparatur, sed loco illius pœnę interdictionis aquæ, & ignis hodie succedit deportatio. l. iij. ff. ad l. Iuliam peculatus. † Et excommunicatus equiparatur eis, qui et † cum publicè & nominatim excommunicato non licet participare, alias scienter participans incidit in excommunicationem, vt in c. cum desideres. extra, de senten. excomm. [Adde an excommunicatus & deportatus æquiparentur. Bar. in l. si quis arbitratu. col. fi. ver. quid in arbitratore. ff. de ver. oblig. & ibi Ia. col. xliij. versicu. sexto quærit Bar. in l. ex facto. §. si quis legatus ff. ad S. C. Trebel. Bal. in add. Spe. in tit. de sponsali. in §. pari ratione. & in c. licet vndique. in vle. col. extra, de offi. delega. Abb. Panor. in c. Pastoralis §. verum. col. pen. ver. & inquantum Glo. dicit extra de appella. Ias. in l. in ius vocere. §. libertos. in ij. nu. ff. de in ius vocan. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. in primis verbis. ff. qui lib. & posth. & Ludo. Romeli. infra, de actio. i prin. col. xvi. nu. 40. ver. ex alio illa solutio. Io. Bap. Ziletus.] Et sic † deportatus perdit ea quæ sunt iuris ciuilis, vt non possit agere, postulare, nec in iudicio sistere, vt no. in l. quidam. ff. de pœn. † ita non potest etiam excommunicatus, vt in c. decernimus. de sen. excōmuni. [Adde quòd excommunicatus non potest in iudicio principaliter agere. Domi. a S. Gemi. in c. j. de rescri. lib. vj. Nepo. de Monte Alban. in trac. de exceptio artic. vj. Ioan. de Lignano in tract. de censure eccle. nu. 26. & 27. Fely. in c. intelligimus. nu 7. cum seq. extra, de iudi. Philip. Dec. in c. intelleximus. no. 6 de iudi. Pet. Pau. Paris. in c. cum inter & ca. fi. extra de exceptio. Bar. a Chasse. in consuetu. Burgun. tit. Des iustices. rub. j. §. vj fol. 63. col. iiij. nu. 15. Matthæ. de Afflict. decisio. cclxviij. inci. in alia causa fuit nu. 9. Lud. Gomme in c. j. nu. 6. de rescrip. li. vj. Præclarissimum D. Hieronym. Gigantem in suo solenni tract. pensionem. q. xi. 25. Io. de Selua in tract. de benefic. in iij. par. q. iiij & Eximium D. Pet. Duenas in suis regulis iuris reg. cclxviij. Io. Bap. Ziles.] † An autem tabellio excommunicatus possit conficere instrumentum. glo. in d. ca. decernimus. concludit quod non: & hoc si est notoriè excommunicatus, secus si occultè vel manifestè, sed hoc non potest probari &c. Ias. May. [Adde Doct. in c. pia. de exce. li. vj. Dec. in c. consulti. de proc. Bal. in addi. Spe. in ti. de instru. edi. in. §. viij. ver. qui desit Bal. in tract. de tabel. in xvij. & viij. q.]

b Item habemus. Ista gl. est sing. vt hic ait per Nico. de Neap. sed malè dicit, † nam deportatus non potest facere testamentum, vt hic in gl. [Adde. l. eius qui in. §. j. ff. de te. Bal. in l. j. in ij. & iij. q. C. de sac. sanc. eccle.] & tamen excommunicatus sic. auth. credentes de hære. Et propterea, secundū quòd dicunt Io. Fa. & Ang. de Are. & Nic. de Neap. † excommunicatus æquiparatur relegato & est gl. in c. pastoralis. extra, de appel. in gl. fi. quia si enim relegatus potest facere testamentum. l. relegatorum §. differentiæ. ff. de interdi. & releg. ne & iste. Ias. May. † An autem excommunicatus possit testari, & sic procedat hic glos. vt in hoc æquiparetur deportato qui testari non potest, vt no. in d. l. quidam. in hoc fuerunt opi. Nam Archidia. & alij in c. pia. de exceptio. in vj. tenuerunt quòd æquiparetur etiam in hoc deportato, vt non possit testari. Sed Io. And. in d. c. decernimus. concludit quòd possit, nisi sit excommunicatus pro hæresi, vel pro visuris, & hæc est communis opi. quam sequitur Bar. in l. fi. C. si à non compe. iud. Ia. May. Excommunicatus arg. testamentum possit facere, adde glo. in c. decernimus. de sen. ex Ab. in rub. de test. Bal. in c. intelleximus. de iud. Io. And. in regula dolo facit. de re. iur. li. vj. in mercu. Pe. de Anch. in c. pia. de excep. li. vj. Idem Pet. in regula nemo potest. in vlj. q de re. iu. li. vi. Car. in cle j. ve. iiij. quero. de exce. Io. de Imo. in ca. filius. in j. col. infra. de test. Ant. de But. in dispu. incip. bo o o. quidam vsurarius. Fed. de Sen. consi. 74. inci. totus quærele.

ADDE. An excommunicatus possit facere testamentum. Inno. in c. cum voluntate. de senten. excommunica. Spe. in ti. de instru. edi. § compendiose, ver. quid de excommunicato. Iaco. de belui. in auth. de sen. & s. episco. §. in omnibus. col. viij. Io. And in c. decernimus de senten. excommu Bar. in l. si quæ tamen. col. ij. ver. quarta regula est. ff. de testa & ibi Alex. de Imo. in addi incip. quid de excommunicato. Bart. in consi. cexxviij. incip. existens Petrus publicè excommunicatus per tot. in j. vol. Bal. in l. fi. C. de cun. nupti. & in l. fi. colom. iij. C. si e non compe. iudi. Ang. de Vbal. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & in consi. x. incip. in casu se prædicta per tot. Ioan. Fabi. insti. de instituti. §. testes. in fi. Abb. Panor. In c. veritatis col. ix. ver. nunc venio ad Gl. de iudo & contu. & in c. pastoralis. §. verum col. pe. ver. & inquantum Gl. dicit de appel. Ang. Are. in t a. de test. in prin. nu. 31. Pet. Ferrari. in sua prac. in forma libel. actionis realis in gl. io verb ac legitimis tit. col. xvij. in paruis. nu. 31. ver nunquid autem possit facere testamentum. And. Barba. in c. quia ingredientibus. nu. 7. extra. de testa. Fran. Aret. in l. si quæremus. ff. de testa. Fely. in c. ad probandum. nu 2. de senten. & re iudi. in c. cum dilectus nu. 3. de accusa. & in c. cum voluntate. in fi. de senten. excommunica. ibi. Frau. in rub. de testa. lib. vj. num 22. In. Gualdens. in tract. de arte testam. titu. j. cautelæ. Iacobin. a S. Georgio in l. qui deportantur. nu. 4. C. de hære. insti. Pet. Philip. Corne. in consi. lix. incip. consului. D. Cyprianus. nu. 2 in j. vol. Io. Ceroni. in l. j. nu. 32. C. de sec. nupt. Io. de Selua. in tract. de benefi. in iij. par. q. iiij. nu. 4. Andrę. ab Exea in lib. pactorum nu. 5 6. Matthæ. Neruc. in rub. extra, de testa. nu. 32. Gabri. Benedict. in repet. ca. Raynutius in versi. mortuo itaque testatore. el. j. nu. 288 c. l. tit. Vigili. Zuiche. insti. quib. non est permis. face. testa. in §. etus qui apud hostes. in fi. & D. Pet. Duenas. in regulis iuris regu. cclxxij. Io. Bap. Ziletus.

a De excep. † An autem excommunicatus possit esse procurator? Dic quòd non, vt in c. post cessionem. extra de proba. Similiter nec iudex. si sit publicè excommunicatus: secus si occultè: vt c. ad probandum, de re iudi. & ibi no. & c. exceptiones. extra, de excep. Nec arbiter, vt volt glos. in l. Pedius. ff. de arbi. Nec etiam potest esse antianus, deputatus ad regimen ciuitatis, vt in c. fin. extra, de excep. Et not. quòd † exceptio excommunicationis potest opponi in quacunque parte iudicij, & etiam post sententiā in executione, & potest nedum semel, sed etiam bis opponi in eadem instantia, ab eo qui prius opposuit & non probauit & debet probari intra viij dies, alias iudex procedet in causa. Quinimò si non opponitur hæc exceptio, & iudex sciat actorem publicè excommunicatum, debet illum repellere, vt no. in d. c. pia de exce. in vj. & in d. c. exce. & c. Ias. May. [An autem excommunicatus possit esse procurator. Adde an excommunica. cōstitutus procur. cum potestate substituendi possit alium substituere vid. glo. in cle. religiosus. de procu. & in ca. consulti. & ibi Doct. eo. tit. in antiquis.

ADDE etiam. An excommunicatus possit esse procurator Abb. Panor. in c. veritatis. colum. ix. ver. idem si erat excommunicatus. de dolo & conti. Ias. May. in l. si quis arbitratu colum. xv. versi. contraria opi. in excommunicato. ff de verbo. obli & Excel. leotis. D. Pet. Folleri. in sua pract. cri. in primum par. ij. par. ver. audiantur executus. nu. 12. Ioan. Bap. Ziletus.] Adde an excommunicatus possit etiam arbiter vel iudex. Hos. in c. cū dilecto. extra qui arbi. Spe. in ti. de arbit. in §. differt. nu. 10. Odof. in l. pedius. in prin. ff. eo ti. & ibi Bar. & Docto. Io. And. in c. ad probandū de re iudi. & in regula dolo. de reg. iur. lib. vj. Bar. in l. cum pater. §. hæreditatem. el. j. i. j. no. ff. de lega. ij. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad S. C. Treb. & ibi Ang. de Peru & Io. de Imo & Alex in j col. & seq. Bar in l. si quis arbitratu col. fin ver quid in arbitratore ff de verb ob. & ibi Alex. de Imo. col vij. ver. quærit hic in super Bar. & Ias col x iij ver. sexto quæritur Bar Domi. a S. Gemi. in c. decernimus. no. 7. de senten excommu. libe. vj Ant. de But. in c. Quintauelix in xxv. col extra de iure iur. & ibi Io de Imo in xxij differētis. nu. 41. & Abb. Panor. nu. 17. eundē Panor. in c. veritatis. no. 12. de dolo. & in c. ad probandum de sent. & re iudi nume 2. Angel Aret. infra de excep. §. penul nume. 19. Bap. & S. Blasio in tract. de arbit. in vj. par. iiij. lib nume. 1. Lanfran. de Oria in trac. de arbit. in ij. par. princ. nu. 20. Io. de Selua in tracta. de benefi. in iij par. iiij. q. nume. j. Phili. Dec. in c. intelleximus nu. 2. de iudi. & præclarissimum Do. Hiero. Gigantem in tracta. de pensio. q. xiiij. nu. 5. & Du. Pet. Duenas in reg. iuris. reg. lxix. Io. Bap. Ziletus.

29 In fin. & est ratio † quia illi deportantur, vel quibus aqua & igni interdicitur, perdunt ea quę sunt a iure ciuili introducta. l. quidam. ff. de pœnis. vnde cum confectio testamenti sit de iure ciuili. l. iij. ff. de test. nimirum si eam perdunt. d. l. si quis filio. §. eius, non autem perdunt ea quæ sunt de iure naturali. l. manumissionis. ff. de iusti. & iure. In fin. gloss. in ver. Insulā. ratio est specialitatis, propter enormitatē supremā criminis, vt ibi habetur. In gl. i ver. subiecti. no. q † remotio vnius impedimēti nō firmat actionē durāte alio impedimēto. pro quo. l. & si non lex. ff. de hæred. insti. In gloss. seruus. ibi, capitale.

pitale. Docto. aliter respondent, videlicet quòd ibi loquitur de crimine capitali, per quod veniebat caput naturaliter abscindendum, quam pœnam per naturam seruus bene potest pati, hic autem loquitur de capite ciuili, id est, de statu familiæ quod non potest in seruo cadere.[a]

ADDITIO.

a Cadere. Vltimo not. ex §. quibus, quòd † per arrogationem vel diminutionem dignitatis non dicitur quis capite minui. Et facit ad quæstionem † de eo qui promisit dare schachum matum cum pedita, & dedit, ea effecta domina, an obtineat vel perdat. Et videtur quòd obtineat, quia dignitas superueniens non minuit statum rei, vt hic. & l. penult. ff. de senato. Sed Richar. Malumbræ. Cyn. & Saly. tenent oppositum. quia de domina mutauit officium, quodammodò promoueatur per transuersum, vbi prius rectè, & sicut extinguitur per artificium, officium, ita per contra officium. l. legatis. §. si ex officio. ff. de leg. iij. & ibi per Bart. & Cyn. & Saly. in l. ij C. de excu. tuto. & per Bart. in l. falsa demonstratio. ff. de condi. & demonstr. Ias. May. [De eo qui promisit dare matum schacum matum cum pedita. Adde Bart. in l. legatis. in §. si ex officio. ff. de lega. iij. Bart. in l. penul ff de sena. Bart. in l. j. C. qui & apud quos. Ange. in l. longius. in §. j. de sad. Abb. in cap. quoniam. Abbas de offic. deleg.

33 In glo. quibus constat. in fi. not. quòd † remotus à dignitate vel officio, non poterit amodo testificari, vel iudicare. vnde † officiales condemnati & syndicati, propter illud, quod vulgo baratariam appellant, efficiuntur intestabiles, nec vnquam ad officia possunt aspirare. Dixit tamen Barto. esse salubre consilium, quòd quando officialis meretur condemnari, adeat syndicatorem, & dicat, in quanta summa vultis me condemnare? & illam summam prius exoluat, quo facto sententia erit absolutoria. §. fi. infra, de perpe. & temp. ac. l. si reus paratus. ff. de procu. Dixit tamen singu. Barto. in suo tractatu de syndicatu. quòd † si officialis[a] accusatus in termino coram syndicatore non sit. poterit elapso termino in sua patria conueniri coram iudice suo, allegat glo. auream. in l. ij. in fin. glo magnæ. ff. ad l. Iul. repetun In fin. glo. in verb. cognationis. Ex hoc dixit dom. Christo. † quòd licet obligatio naturalis possit tolli quo ad effectus tributos à iure ciuili, hoc est, quo retinendum solutum, & compensandum debitum cum debito, ipsa tamen substantia obligationis naturalis non potest tolli, ea quo sequitur multiplex effectus, de quo in l. cum de fideius. In glo. manumissus.[b] ibi, & l. ij. nota. quòd licet restituto seruo intelligatur restituta cognatio, non tamen intelligitur restituta eo manumissio. Ratio differentiæ, quia † restitutio facta à principe debet intelligi vt fiat pleno iure. l. fina. C. de sen. pas. vnde vt pleno iure facta intelligatur, dicimus ius cognationis intelligi restitutum. Sed de natura † manumissionis non est aliquem restituere in priorem statum, sed solum detegere nubeculam seruitutis. l. manumissiones. ff de iusti. & iure. vnde nimirum si cognatio deperdita non restituitur.

ADDITIONES.

a Officialis. Adde Pari. de Puteo in tracta. syndi. in versi. officiales finito officio. Zilenos Venetus.

b Manumissus. Not. ex glo manumissus. iuncta cum text. † quòd à priuatione ad habitum non est facile redire, vt hic, & l. homo liber. ff. de sta. hum. & hoc verum nisi priuatio euanesceret de facto, quia tunc quis de facili reducitur ad habitum vt §. fin. supra de ingenuis. vel nisi primus habitus rei non fuisset omnino extinctus, nam sublato impedimento remanet habitus. l. necessarium. de regu. iur. facit. l. si vnus. §. pactus. ver. quod in specie. ff. de pac. &c. Ias. May.

40 Ex quibus infert Ioann. Fabr. quòd † Lazarus resuscitatus[a] debet recuperare bona sua & ius familiæ. † Nam si restitutus à principe terreno recuperat bona sua & ius familiæ, multomagis restitutus à principe per miraculum, argu. in authen. multomagis. C. de sacr. sanct. eccle. & est glo. ordi. in l. nam ad ea. ff de leg. non tamen recuperaret vxorem, quia nec restitutus à principe terreno recuperat ius matrimonij, & sic nec vxorem. l. non vt à patre. & l. cum dux. §. fina. ff. de captiuis quia iam matrimonium contractum euanuit vt fuimus voluntate vtriusque, per seruitutem subsecutam, vnde fictio nihil potest operari. l. necessario §. j. ff. de peri. & com. rei ven. & est glo. quæ hoc sentit. in d. l. cum dux.[b]

ADDITIONES.

a Lazarus resuscitatus. Adde glo. j l. ea. quæ ratio. ff. de regu. iur. & per Ange. & Ioan. de Imo. in l. si marito. in princ. ff solu. matri. Et quòd de baptismo ordine & vxore, an omnia ista recuperat. vide glo. in ver. nunquam. in c. liceat. xxxij. q. vij. & per Abb. & Cat. Alex. in c. fraternitatis. de frigi.

b L. cum dux. Sed ista ratio nihil valet, quia sic expirauerat ius patriæ potestatis, & tamen restituitur. §. j & ibi dixi supra. quib. mod. ius pat. pote. soluitur. Ias. May.

a Ibi, legatum. hæc bona. In fin. glo. dicatis vt ibi plene dicetur.

ADDITIO.

a In fin. glo. Vide omnino ad istum finem glo. & ad istam glo. Barto. post. glo. in l. j. in fin. ff. de contratabo.

41 Ea fin. glo. in verbo gradu. colligitis notabiliter, † quòd lex noua corrigens antiquam, licet in vno casu corrigendo loquatur, extenditur tamen ad alium ex identitate rationis, cui est glo. similis supra tit. ij. in glo fin.

De legitima patr. tut. Rub.

Continuatur ad præcedentes sic. Supra visum est de legitima agnatorum tutela, verum quia est alia quæ appellatur legitima, ideo de ea tractaturus Imperator intitulauit de legitima patronorum tutela. Sequitur nigrum.

1 Proueniens ex mente legis, dicitur prouenire ex lege.
2 Mens statuti uel legis ex præfactionibus colligitur.
3 Actio directa competit pro eo quòd ex mente legis prouenit.
4 Mens an uerba legis debeat attendi. & nu. 7.
5 Mens legis, lex dicitur.
6 Statutum puniens recipientem, de doloso intelligitur.
8 Qui sentit commodum, debet & incommodum sentire & è contrario.
9 Exclusio unius separatorum, non arguit exclusionem alterius.
10 Minor xxu. annis an poßit doctorari. & sic iurisdictionem ministrare.
11 Doctor minor xxu. annis, non potest in integrum restitui.
12 Licet quis non succedat oneri, aliquando commodo succedit.
13 Filius non doctor succedit in feudum quod pater doctor à domino habebat pro allegationibus.
14 Salarium debitum doctori pro promotione, eo mortuo, eius filij esse debet.
15 Fœmina non potest esse tutrix pupilli, fallit in matre & auia.
16 Statutum prohibens quem habere officium, beneficium, uel honorem, non comprehendit tutelam
17 Delictum non præbet immunitatem.
18 Patroni legitimi tutores an teneatur satisdare rem pupilli saluam fore.
19 Liberto honesta & sancta persona patroni uideri debet.

EX EADEM LEGE. Ad tutelam libertorum vel libertarum impuberum vocantur patroni,[a] quæ tutela legitima appellatur, non ex verbis, sed ex mente. l. xij. tab. & quod est ea mente, dicitur esse ea lege. h. d.

ADDITIO.

a Patroni. Circa quæ succedat patronus liberto, vide per glo. supra quib. mod. ius pa. po. sol. in verbo, patroni. Ias. May.

Diuiditur in quatuor Nam in prima ponit dictum. In secunda respondet tacitæ obiectioni. In tertia declarat responsum suum. In quarta procedit vlterius declarando. Secunda ibi, [non quia nominatim.] Tertia ibi, [eo enim ipso.] Quarta ibi, cum & agnatos.][a]

ADDITIO.

a Agnatos. Vel diuide in tres. In prima ponit rationem. quare tutela delata patronis dicatur legitima. In secunda rationem declarat. In tertia illa comprobat. Ias. May.

Not. primo, patronus & eorum liberos ad tutelam libertorum vocari & libertarum impuberum, ex l. xij. tabu. Secundo not. quòd † id quod prouenit ex mente legis, dicitur prouenire ex lege, concor. l. legitimos. ff. de legi. tuto. Ratio, quia ratio legis, legem vincit, & ei spiritum infert. c. consuetudo dist. j. l. nominis & rei §. j. de verb. signi. cum si. Improprie igitur [vt mihi videtur] loquuntur, qui dixere legem corrigentem in vno casu, ex identitate rationis extendi: quia vbi est eadem ratio legis, non dicitur extendi lex, sed verius ipsa lex loqui, sicut dicitur in simili: nam licet lex xij tabu. non vocauit ex verbis patronos ad tutelam, tamen quia vocauit ex mente,[a] non dicitur ipsa lex loquens in agnatis, ex-

tendi ad patronos, sed potius de patroni loqui: Patet, [a] quia norum quoque tutela est legitima appellata, fatebor tamen verba extendi.

ADDITIO.

Ex mente. † Adde quod mens statuti vel legis colligitur ex præfactionibus. ff. de origi. iuris l. j. & l. fin. ff. de hæred. instit. & per Barto. in l. em. ptionis. ff. de contr. emp. edi. fact. [Adde Bald. consi. lxxv. inci. Amore quæ facitis. in ij. col. in iij. volumi. Idem Bald. consi. lxxiij. incipiente scribitur Exod. in iiij. volumi.] † Et competit directa actio pro eo quod prouenit ex mente legis, sicut ex verbis, de quo plenè per glo. & Barto. in l. curatoris. C. de nego. gest. Imò † quando sententia & mens legis est clara, debemus seruare mentem, & recedere à verbis, etiam in pœnalibus & in odiosis secundum glo. not. in c. postquam. de elect. lib. vj. quia † mens legis dicitur lex. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & si non constet de mente, non est recedendum à verbis. l. non aliter. ff. de leg. iij. & l. prospexit. ff. qui & à qui. † Et ideo si statutum puniat recipientem aliquem in domo, debet intelligi de recipiente fraudulenter. quia ita est eius mens. l. quicunque. C. de ser. fugi. † Vltimò circa hoc an mens & verba legis debeant attendi. conclude primò, quòd vbi mens est omnino dubia, non est recedendum à verbis legis. l. non aliter ff. de leg. iij. nam tunc quando non potest apparere de mente legis vel statuti, verba quantumcunque dura sunt attendenda. l. prospexit. ff. qui & à qui. licet aliqui dicant quòd illa lex quæ caret spiritu, est iniqua, statuendo quòd serui scientes & ignorantes graecentur ex adulterio à domino suo. Salic. Conclude, vbi mens est certa, verbis omnino repugnans, tunc si sunt prolata verba ab homine, meritò seruatur. l. si quis in fundi vocabulo. de leg. j. l. in ambiguo. de rebus dub. Si autem sunt prolata à lege, tunc si constat de mente per aliam scripturam, illam sequimur, vel stamus verbis, vt not. glo. ij in l. non dubium. C. de legi. Ergo conclude, quòd vbi mens est diuersa à verbis, quia se habet in plus vel minus quam verba, tunc si sunt prolata ab homine, seruamus mente legis. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. de lega. iij. Si autem sunt prolata à lege. tunc si mens se habet in minus, vt est quòd quis non puniatur indebitè, cum verba non sint generalia, tunc præualet mens, vt nota. in l. ij. C. de noxa. l. omnes. C. sine censu vel reliqua. si autem mens se habet in plus, similiter præualet mens, si alibi sit scripta. vt d. glo in l. non dubium. Et idem si non sit scripta, dummodo habeat euidentem rationem de qua constet. vt in casibus quibus quis facit fraudem legi. qui not. in l. contra legem. ff. de leg. Ias. May.

8 Item nota. regulam naturæ, † quia eum quem ipsa commoda concomitantur, incommoda quoque & onera sequuntur, concor. regula iuris secundum naturam. Item not. quòd licet aliquando eueniat, vt quis non patiatur incommodum tutelæ, tamen vocatur ad commodum hæreditatis: 9 quia † exclusio vnius separatorum, non arguit exclusionem alterius. concor. l. j. §. interdum. ff. de legi. tut. Et dixit Bald. 10 determinari quæstionem. † Accursius habebat duos filios, vnum minorem. xxv. ann. alterum vero maiorem quos volebat doctorari in iure ciuili. Pone quòd minor non possit aspirare ad gradum doctoratus, quia doctor habet iurisdictionem inter scolares. authen. habita. C. ne fil. pro patre, quam iurisdictionem non potest minor exercere. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. vnde cum non possit succedere in honore, non videbatur posse succedere in onere. Contrarium fuit determinatum, quia licet non succedat in onere, succedit tamen in honore, vt hic in patrona quæ succedit in hæreditate alius autem in tutela. Item quia separata est dignitas doctoratus, & honor administrandæ iurisdictionis, quia non omnes doctores legunt actu, sed plerunque se ad 11 practicas conferunt: † pro quo est glo. ordi. in l. professio. C. de mu. patri lib. x. quæ dicit aliud singulare, quòd legum doctor minor. xxv. an. læsus in iure non potest in integrũ restitui. Item not. [a] aliquando euenire, quòd † licet quis non suc- 12 cedat in onere, tamen succedit in commodo & in honore. 13 † pro quo facit gl. not. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de verbor. obliga. quæ dixit quòd si doctor habens in feudum castrum pro allegationibus quas facere domino debebat, moriatur relicto filio non Doctore, quòd filius non succedit in feu- 14 dum. & dicatis vt ibi. Item facit, quòd † si Doctor actu legens moriatur relicto filio non Doctore hærede, quòd scholares qui debeant patri pecunias pro promotione, debeant quoque filio hæredi. de quo per Bart. in l. ij. ff. de var. & extraor. cogniti.

ADDITIO.

Item not. Adde. & not. vltimò ex hoc textu cum glo. quòd † licet fœmi- 15 ne succederet & pupillo tamen non potest esse eius tutrix. facit l. fi. ff. de tut. Fallit in matre & auia quæ possunt esse tutrices. vt hic in gl. & authen. vt liceat ma. & auiæ &c. & hoc si ipsæ renuncient velleiano & faciant alia requisita, de quibus plenè per Barto. in l. si quis sub conditione. ff. de tutel. &c. Ias. May.

Finaliter nota dictum plerunque significare regulam in a contrarium. concor. l. plerunque. ff. de iure do. [a]

ADDITIO.

ff. de iur. dot. Vltimò not. † quòd tutela est onus, quòd facit, si statuto di- 16 sponitur, quòd quis non possit habere officium, nec beneficium, nec hono- 17 rem in aliqua ciuitate, non excluditur à tutela, † quia est onus, nec delictum suum debet ad aliud quàm onus sibi patrocinari. de quo per Barto. & gl. in l. tutelæ. §. sed si hæc. ff. de legiti. tutor. Ias. May.

a Glo. in ver. patronos. [e]

ADDITIO.

Patronos. In glo. in ver. patronos. dum vult, quòd si libertas detur à lege tunc tutela non defertur ei qui debuit esse patronus. & alleg. l. iij. §. j. vsque ad §. fin. Aduerte, quia contra glo. videtur esse casus in d. l. iij. in princ. in versi. sed si hac lege emit. licet pro gloss. videtur esse casus in illa. l. iij. in versi. planè si fortè. & sic illi duo versi. sunt contrarij. Pro concordia & solutione dic vt colligitur ex his quæ ibi dicit Barto. maximè in summario: quia in primò versi. non perdit iuspatronatus, in secundo autem versi. sic. Et si dicis, quæ ratio est diuersitatis? dico, quòd si in primo versic. emit suis nummis: & consequenter cum habeat seruum cum onere, non debet propter contumaciam iurepatronatus priuari, prout est in secundo versi. quando sine onere, quia sit sibi seruus vel ... , quia tunc perdit iuspatronatus & tutelam. Et si diceres, ergo in secundo casu iste ex contumacia sua in non adimplendo fideicommissa consequitur commodum, quia releuatur onere tutelæ. Dic quòd imò punitur, quia perdit iuspatronatus: licet in consequentiam habeat hoc, quòd ex quo non est patronus, non est etiam tutor. sed pœna perditionis iurispatronatus est longè maior isto paruo commodo releuationis à tutela: Vide tamen an prædicta sint bene dicta, quia magis placent ea quæ dicuntur per glo. in d. l. iij. in princ. ibi vide gl. & Bart. Ias. May.

18 In fin. glo. legitima, nota, † quòd licet agnati tutores legitimi teneantur satisdare rem pupilli saluam fore indistinctè, patroni tamen tutores legitimi non tenentur satisdare, nisi vulgares personæ essent, aut tutor nimis magnarum facultatum esset. & idem tenet glo. in l. legitimos. ff. eo. Barto. reprobat has gloss. & ego puto verum, quia id quod statuitur in patronis, vel satisdare non teneantur, intelligitur quoque statutum in legitimis agnatis tutoribus. Mouetur per d. l. legitimos. §. j. Suadeo hac ratione. Nam si illud est tributum patronis, vt indistinctè non teneatur satisdare, qui vocati sunt ex sola mente legis, quanto magis tributum intelligitur agnatis, qui vocati sunt non modo ex mente legis, sed a etiam ex verbis. [a]

ADDITIO.

Verbis Sed iste non est ratio, quare non teneantur satisdare, quia vocati à lege, quia imò vocati à lege, & sic legitimi, tenentur satisdare infra de satisdatione tuto. in princ. Et ratio est secundum istum ibi, quia licet fides legitimorum sit approbata à lege, tamen quia solum est approbata in genere, & non in specie vel in indiuiduo, non sufficit. Ratio ergo in patrono. est propter magnum præmium quod confert vel contulit patronus in libertum, quod non est in alijs agnatis, præterea vult text. in d. l. legitimos. in 19 princ. quòd † patronus non tenetur satisdare si sit honesta persone: sed liberto debet semper videri persona patroni honesta & sancta. vt dicit text. in l. liberto. ff. de obseq. à libertis & libertis, quod non est in agnatis. Ias. May.

De legitima paren. tutela. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de legitima patronorum tutela. verum quia est alia quæ legitima appellatur, ideò de ea Imperator tractaturus intitulauit de legitima parentum tutela.

1 ☞ *Tutela filiorum emancipatorum, quæ parentibus defertur, dicitur legitima, ex extensione legis duodecim tabularum. Et similiter tutela patrono delata. & nu. 2. 4. & 6.*
3 *Receditur à uerbis legis uel statuti, propter iniquitatem resurgentem.*
5 *Emancipatio semper intelligitur facta contracta fiducia.*

EXEMPLO. Ad tutelam filiorum emancipatorum parentes vocãtur, quæ & ipsa legitima vocata est. h. d. No. summarium. In fin. gloss. [a] primæ colligitis, quòd huiusmodi tutela de qua in text. appellatur eodem modo legitima, sicut & tutela patrono delata legitima appellatur.

Addi

ADDITIO.

1 In fin. gloss. Aduerte, quia ista glo. vult dare Primum quòd tutela parentum dicatur legitima, ea ratione, qua & tutela patronorum. In quo dic vt per istam. Secundo, vult aliud glo. quòd † olim pater non diceretur legitimus tutor, nisi eo casu quo emancipabat filium contracta fiducia. hodie autem cum semper dicatur emancipare contracta fiducia, semper dicitur legitimus tutor, licet Doctor. ad hoc non aduertant. Puto glo. in hoc non bene dicere. nam vt dicit Bartol. in l. tertia. §. fiat. ff. de legi. tut. ideo pater est appellatus legitimus tutor per extensionem iuris, propter identitatem rationis: quia cum per l. duodecim. tabu. non vocetur nec ad tutelam, nec ad successionem filij emancipati, per senatusconsultum vocatus est ad successionem. l. ij. §. obijcitur. ff. ad Tertul. & iudicio meo illud senatusc. vocabant eum siue esset contracta fiducia, siue non. d. §. obijcitur. licet gl. ibi teneat contrariam, & melius in l. x. quisitum. in contra. ergo semper dicebatur legitimus tutor. Cogita tamen. Ias. May.

Sed communiter Docto. reprobant hanc glo. quia tutela patrono delata dicitur legitima, tanquam prouenienś ex mente, legis xij. tabul. quæ vocauit patronos ad hæreditatem libertorum. & consequenter ad tutelam.† At tutela delata parentibus in liberis emancipatis, nec est ex mente nec ex verbis, legis xij. tabu. quia nec verba legis a vocabant eos ad tutelam, nec etiam ad hæreditatem. Est igitur solum ex extensione iurisconsultorum qui ex quo vocarunt parentes ad hæreditatem liberorum emancipatorum, vocarunt quoque ad onus tutelarum, interpretatique sunt, quòd si lex. xij. tab. sciuisset futuram constitutionem iurisconsulti, vocasset eos quoque ad tutelam. Ideòque hoc respectu legitima est appellata.

ADDITIO.

a Nec verba legis. Et adde, quòd multis casibus est licitū recedere à verbis legis, vel statuti. Primò propter iniquitatē resurgentē, vt esset quando per verba legis simpliciter sumpta, minus distans haberet maiorem dilationem. text. est ff. de excu. tut. l. sciendum oportet. § aliud. versi. et ergo. ibi dum dicit. licet verba legis hanc habeant intellectum. & ff. de leg. l. ambigua. Ias. May.

4 Vos defendite glo † communiter opi. Docto. faciendo distinctio. Si quæratur quare tutela parentibus delata in liberis emãcipatis prouenit ex mẽte legis. xij. tab. Aut loquitur in eo casu quo parentes emancipauerunt liberos expresse contracta fiducia, hoc est, reseruato iure succedendi, tunc quia etiam eo casu per l. xij. tabu. vocabantur parentes ad hæreditatem liberorum, consequenter ex mente sua eadem ratione intelliguntur vocati ad onus tutelarum. Aut loquitur eo casu quo parentes emanciparunt nulla fiducia contracta. & tunc fit vera opin. Docto. quòd nec ex verbis, nec ex mente. l. xij. tabu. dicitur prouenire, quia eo casu non vocantur ad hæreditatem liberorum ex lege xij. tab. sed noua constitutione principum, qua dictarum est † seu per emancipationem intelligi factam contracta fiducia, etiam si hoc non exprimatur. §. fina. infra, de legiti. agna. suc. l. fina. C. de emancipa. lib. a

ADDITIO.

a C. de emanc. lib. Secundum † ista sequeretur quòd olim pater non erat 6 legitimus tutor filij emancipati, nisi eum emancipasset contracta fiducia, & hoc vult glo. hic quòd iudicio meo est multum violare. l. iij. §. fi. ff. de legi. tut. Iason. May.

De fiduciaria tutela. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de legitima parentum tutela, verum quia alia est quæ fiduciaria appellatur ideò de ea tractaturus intitulauit de fiduciaria tu. &c. Ioan. Christo. Pote.

1 Ea dicuntur iure hæreditario percipi, quæ eo iure habentur, quo defunctus habebat.
2 Filius accipiendo pecuniam de morte patris occisi, non uidetur hæreditatem adire.
3 Ratio diuersitatis, quare si auus emancipat nepotem, pater ipsius nepotis post mortem aui, efficitur fiduciari tutor, & tamen si ipsemet pater emancipat filium suum est legitimus tutor.
4 Aetas legitima quæ dicatur.
5 Minor licet non possit dari tutor à iudice, potest tum à testatore.
6 Minor iudex & arbiter esse potest
7 Legum doctori minori xxv. annis non datur in integrum restitutio.
8 Probatio legitima quæ sit.
9 Pater an filio suo emancipato, sit fiduciarius, uel legitimus tutor. & nume. 9.
10 Tutor uel curator esse non potest. qui non est legitimæ ætatis.
11 Non est dare curatorem legitimum, nisi in furioso, mente capto & prodigo.
12 Adulto sanæ mentis & bonorum morum, non debet dari curator nisi petierit.
13 Frater an sit fiduciarius, uel legitimus tutor. & nu. 6 & 8.
14 Ratio diuersitatis, quare mortuo patrono filij sui sunt legitimi tutores liberti pupilli, & tamen mortuo auo, filij aui non sunt legitimi fratrum suorum.
15 Tutela legitima quæ à lege datur est quadruplex.

EST ALIA TVTELA, quæ fiduciaria a appellatur.

ADDITIO.

a Fiduciaria. Notes textum qui est de fiduciaria tutela, ex ver. quoniam iuncta gloss. quòd 1 † ea dicuntur percipi vel haberi iure hæreditario, quæ habentur eo iure quo defunctus habebat. quia hæres cum defuncto eadem persona censetur, nec ex persona hæredis debet variatio induci successionis. l. ij. §. ex his. ff de verbo. oblig. Facit ad id quod dicimus, quòd non imputatur hæredi lucrum quod fecit alia via quam iure 2 hæreditario, vt ff. ad l. Falcid. l. nj. & † ideò licet filius recipiat pecuniam vt faciat pacem de morte defuncti patris, non propterea dicitur adire hæreditatem, quia non facit iure hæreditario sed vendicta, secundum Barto. in l. 3 quæsitum. ff. de sepulc. viola. &c. Ias. May. † Aduerte in hoc titulo de fiduciario tutore, ad verum de quo ego valde dubito Nam vult hic Imperator, quòd si auus emancipat nepotem, quòd pater istius nepotis post mortem aui efficitur fiduciarius tutor, & tamen si ipsemet pater emancipat filium suum est legitimus tutor, vt supra titulo præcedenti. Non bene video quæ possit esse ratio diuersitatis nec Doct. ponunt. Nisi dicas quòd illa fit ratio, quia quando pater emancipat filium suum, ideò dicitur legitimus tutor, quia cum haberet eum in potestatem pater ante emancipationem, certè mirum si post emancipationem habet eum & in tutelam legitimam. vt hoc text. versi. quantum. Sed quando nepos fuit emancipatus ab auo, filius nunquam habuit istum nepotem in potestate, ergo nec in tutelam legitimam. sed fiduciariam. arg. præallega. versic. quoniam. Sed si ista ratio est vera, sequeretur quòd frater post mortem patris non sit legitimus tutor fratri non emancipati, & sic in potestate retenti. quia nec ante mortem patris, nec post vnquam habuit fratrem in potestate, quod tamen est notorie falsum, & contra titulum supra de legiti. agna. tu. in princ. In veritate ista est periculosa materia, & maximè circa tenorem positum hic in tex. in versicu. quoniam. Item aduerte, quia videtur quòd etiam quando nepos est emancipatus ab auo, pater istius nepotis debeat dici legitimus tutor, sicut quando ipsemet pater emancipauit, vt supra tit. præcedenti. Nam si teneamus rationem quam tenent omnes in tit. præcedenti & Barto. in l. iij. §. fi. ff. de leg. tu. & quando ipsemet pater emancipauit filium dicitur legitimus tutor per extensionem iurisconsul. cum pater emancipans vocetur ad hæreditatem per senatusconsultum, vel l. ij. §. obijcitur ff. ad Tertullia. Idem est, quando nepos fuit emancipatus ab auo. quia pater succedit tali nepoti emancipato per idem senatusconsultum. d. §. obijcitur. qui. §. etiam loquitur quando nepos fuit emancipatus ab auo. & text. clarus. l. 1 quisitum ff. ad Tertul. Ias. May. Vltimo not. quòd † vbi fit mentio de legitima ætate, debet intelligi de ætate xxv. annorum. l. fina. C. de his qui veniam ætatis impe. Adde quòd idem est si dicatur, cum suæ ætatis erit, vel adoleuerit, vel cum in tutelam suam peruenerit quia in omnibus in dubio intelligitur de ea ætate quæ cadit in integrum restitutionem, scil. ret. xxv. annorum per l. cum filij. de legat. ij. Et ideo si dicatur cum rei suæ administrare poterit. l. fin. de condi. & demon. Idem si dicatur cum ad legitimum statum peruenerit. l. ex his C. quando dies lega. ced. Sed quantum ad tutelam finiendum intelligitur legitima ætas duodecim annorum vel xiiij an. 5 infra titul. j. §. impuberes & vide Bartol. in l. si cui. de legat. j. Et etiam nota, 6 † quòd licet minor non possit dari tutor à iudice, vt hic, tamen à testatore poterit, vt tit. præcedenti, † & etiam potest esse iudex de consensu partium, l. quidam consulebat. ff. de re iudi. Et similiter arbiter et ita demum fit maior. xxv. annis, quia ante non cogitur iudicare l. cum lege ff. de arbi. de 7 quo. in l. cum prætor §. non omnes. ff. de iudi. &c. Adde etiam, quòd † legum Doctori minori. xxv. annis non datur in integrum resti. vt est glo. ordinari. in l. professio. C. de muner. patri. l. 1 bi x. si tamen sine con... susceptione cognitionem causæ restituitur. d. l. ij. de arbi. [Adde Barto. in l. sed & si quis obaris in princ. ff. de excu. tut. Ioan. Christ. Pote. supra de legitima patronorum tu. nu. 10. Alex. de Imo. in l. ciuitas. col. penult. versi. bene facit quod voluit glo. ff. si cert. pet. Matthæ. de Afflict. in constit. minoribus. col. iij. versico. iij. quæritur hic Andræas. de iure hal... Maria. Soz... Iunio. in consi. lxix. incip. pro dilucidatione propositæ quæstionis nu. 49. in j. volu. & Iacob. Mandel. in consi. alij incip. cum præsens articulus. nu. 5. in j. volu. Ioan. Bapt. Ziletus.] Adde etiam quòd † legitima probatio dicitur illa quæ fit iure ordinario 8 per testes, vel instrumenta vel confessionem. aliàs non. ita Barto. in l. licet Imperator. de lega. j. & not. in cap. cum ad sedem. de resti. spo. &c. Ias. May. [Adde quot sint species probationum, & quæ probatio legitima dicatur. Hippoly. de Marsil. in repe. rub. C. de prob. nu. 1. cum seq. & in c. euidentia. extra de accusa. per tot. Ioan. Bapt. Ziletus.

9 †Pater a suis filij ab auo emancipati, vel fratris, aut sororis, a fiduciarius tutor erit, licet parens emancipans legitimus appelletur, quòd secus est in liberis patronorum qui in pube-

rum libertorum, legitimi tutores appellati sunt. Diuiditur in tres. Nam in prima ponit dictum. In secunda, respondet tacitæ quæstioni. In tertia, dictum modificat. Secunda ibi, [atque patrono.] Tertia ibi, [tamen hi.] Ibi, manumissio, id est emancipati Nota summarium.

ADDITIO.

c Peter. Fatte nun esset ponata in cœlum, intelligere istum text. nn. quòd velit patrem asto fiduciarium tutorem filij sui emancipati ab eun: quia imò est legitimus, vt infra scribo. sed quòd illa dictio, filiorum suorum, debet intelligi, filiorum, scilicet eius defuncti: & illa alternatiua, vel. sequens resoluitur in copulatiuam, id est, ponatur inter duo idam importantia. iuxta glo. in rub. ff. si ager vecti. l. emphy. pe. & forte quòd ita dicta & intelligere est minus periculosum, quòd etiam intelligit glo. hic, in aliquibus libris, & ista aliàs substinui in publica conclusione, & tunc credo quòd sit veritas. Ias. May.

10 Secundo, not. † nemini esse deferendam tutelam, vel curam, nec à testatore; nec à lege, nec à iudice, nisi fuerit ætatis legitimæ. Concor. l. fin. C. de legi. tut. In glo. impuberes. ibi. §. Lucius. colligitis non esse dari curam legitimam. Contra-

a rium tenuit glo. in d. §. Lucius. in ea alleg.a

ADDITIO.

a In ea alleg. Videtur mihi quòd ibi glo. tenet idem quòd hic. Et idem quòd hic tenet glo. in l. neuter. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & glo. in §. furiosi. insti. de cura. & in l. de creationibus. C. de api. aud. Tamen contra istas glo. facit text. in l. generaliter. & in authen. presbyteros, ibi posita. C. de epi. & cle. Sed dic, quòd dum ibi dicitur quòd curatores dentur à legibus vel iure cognatice is, intellige furiosis vel mente captis. d. §. furiosi. Ias. May.

11 Sed docto. † tenent communiter bene glo. illa reprobata, quia non est dare curam legitimam nisi in furioso, mente capto, & prodigo. §. furiosi. infra de cura. l. de creationibus.

12 C. de epi. audi. Ratio. † Nam cum adulto sanæ mentis, & bonorum morum non posit dari curator, nisi petierit. dict. §. Lucius. vt infra de cura §. j. lex non dedit eis tutores. Sed quia in potestate furiosi, prodigi, mente capti, non est curatorem postulare propter eorum vitium, ideo lex de curatore eis prouiditur.

a Glo. in ver. si liberi. a

ADDITIO.

a Liberi. Glo. in verbo si liberi. vult † quòd frater fratris impuberis in po-

13 testate retenti, & sic non emancipati, dicatur fiduciarius tutor. Videtur mihi quòd ista gl. pessimè dicet, & miror quòd eam aliquis non reprehendat: quia imò est legitimus tutor nedum ex mente, sed imò etiam ex verbis legis. xij. tabu. eò, quia proximior agnatus, vt supra de leg. agna. tut. in prin. Et est text. in terminis qui de iure antiquo procedit in l. tutor. in princ. ff. de Velleia. Et si dicis, eodem modo erit frater legitimus tutor fratris emancipati, quia licet per emancipationem desinat esse agnatus, tamen durat cognitas. §. admonendi. insti. de here. quæ ab intesta. & vidisti supra de legi. agna. tu. in fin. & cognati sunt legitimi tutores, vt vult Barto. in l. j. ff. de legiti. tu. reprobata glo. ibi. Sed tu posses dicere, quòd est verum quòd cognati sunt tutores, sed non legitimi, quia non vocati ad successionem per aliquam legem ciuilem, sed per edictum prætoris. vt vult Saly. in l. j. C. de legi. agna. tuta. in princ. Et aduerta, quia reperi postea istam gloss. reprehendi hic per Nic. de Neapo. post Petrum de Bellepertica eo modo quo dixi supra in princ.

a In fin. glo. in versi. sororis. a dicite vt statim dicam in glosequenti.

ADDITIO.

a Sororis Glo. † in verbo sororis quæ vult quòd frater sit fratris emanci-

14 pati legitimus tutor per interpretationem, malè dicit, & communiter reprehenditur hic, quia contra hunc text. in ver. atqui. qui facit differentiam inter filium patroni & fratrem & secundum glo. nulla esset differentia, quia filius patroni non dicitur legitimus tutor nisi per interpretationem, & sic idem in eo quod in fratre emancipato. quod est contra hunc text. Et ad l. aduersus. dic, quòd frater non erat emancipatus, vnde omnium si est legitimus tutor, vt dixi supra in glo. in verbo si liberi. & ita respondet hic Nico. de Neapo. & a. Ias. May.

a In fin. glo. in versi. atqui. a dicite clare b ex mente Barto.

b quòd † quadruplex est tutela à lege data. Quædam est quæ

15 appelletur legitima, delata ex verbis & mente legis. xij. tab. & illa est quæ defertur agnatis, qui etiam vocantur ad hæreditatem impuberum, supra de legi. agna. tu. in princ. Alia est quæ appellatur legitima, quia delata ex mente legis. xij. tab. non autem ex verbis: eiusmodi est illa quæ defertur patronis, qui non sunt vocati ad tutelam libertorum ex verbis legis, sed ex mente legis, quæ eos vocauit ad hæreditatem, & consequenter ad tutelam, ratione commixti oneris cum emolumento. & de hac loquitur supra de legi. patro. tu. Est tertia tutela quò appellatur legitima, non quia prouenerit ex verbis aut ex mente legis xij. tabu. sed ex sola interpretatione & constitutione principum. eiusmodi est ill. quæ est delata parentibus in liberis emancipatis, qui erant à lege duodecim tabularum excludi ab onere & iure tutelarum: sed postquam noua constitutio principum eos vocauit ad hæreditatem liberorum stricta ratione legis xij. tabu. quæ illis deferebat tutelam sicut & hæreditatem, detulit quoque parentibus tutelam liberorum emancipatorum. Est & quarta tutela à lege delata, non ex verbis, neque ex mente legis. xij. tabu. nec etiam ex extensione iurisconsultorum, quæ non fundatur in emolumento succedendi, sed in sola fiducia causata à coniunctione sanguinis: eiusmodi est illa quæ defertur fratri impuberi: eidem enim defertur non spe hæreditatis: sed sola quadam fiducia coniunctionis ex sanguine: quæ tamen hodie est appellata legitima, eo quia est prouisum vt frater fratri ab intestato succedat, etiam emancipato. authenti. cessante. C. de legi. hæredi antea enim erat prohibitum quòd frater fratri emancipato succederet, ideo tunc sola fiduciaria appellatur. Ita concludit Barto. in l. si frater. C de legi. tuto.

ADDITIONES.

c Atqui. Atqui iste versiculus est multum obscurus & non declaratur per

16 Doctor. & nunquam eum intellexi, nisi nunc. † Puto quòd eius mens sit ista, Imperator hoc intendit assignare rationem diuersitatis, quare mortuo patrono filij sui sunt legitimi tutores liberti pupilli, & tamen mortuo auo filij aui sint legitimi fratrum suorum pupillorum. Et ratio est ista quia filius defuncti si non esset à suo patre emancipatus, post mortem suam sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, ideoque nec in tutelam. Libertus autem si seruus mansisset, eodem iure esset apud liberos domini. hoc est dicere, si dominus non manumisisset seruum, iste seruus mansisset apud filios domini in potestate, & consequenter isti filij potuissent postea manumittere istum seruum, & ex ista manumissione consequi legitimam tutelam per tit. ij. supra præcedentem. nimirum ergo si etiam per manumissionem factam à patre, filij succedunt in legitima tutela, quam isti à lege fuissent ex propria manumissione. sed si filius non esset emancipatus à patre, iste non reincidisset in potestatem fratrum & consequenter fratres non potuissent eum emancipare, & consequenter ex emancipatione non fuissent legitimam tutelam. sed bene ex iure agnatorum. & hoc est quod vult dicere glo. hic parum in verbo tutela nimirum si post mortem patris non succedunt in legitima tutela: hoc est quòd cum secus sit in patre, in filium eiusdemq. nepotem emancipatum ab auo, quòd pater erit legitimus tutor filij emancipati ab eo, vt infra scribo. & hæc est verita: Lauda Deum, quia hoc modo non inuenies declarationem ab alio. Iason. May.

b Dicite clare In glo. in versi. Atqui. Adde † quòd ista glo. iuncta cum text.

17 assignat rationem quare frater non dicatur legitimus tutor fratris, sicut filius patroni est legitimus tutor liberti & ista ratio est clara, quia frater non esset recasurus in potestatem alterius fratris. Secus in seruo, qui nisi esset manumissus, recidisset in potestatem filij patroni iuris hereditarij, quia filius dicitur hæres, & habere seruum in hæreditate, & in sua potestate.

18 † Secunda not. rationem, quia pater non dicitur tutor legitimus filij sui emancipati ab eo. cum hic filius mortuo auo si non fuisset emancipatus, fuisset recasurus in patris potestatem, sicut seruus in potestatem filij patroni. Respondet gl. quòd ratio est, quia filius non erat recasurus in potestatem patris iure hæreditario, scilicet ex eo quod esset hæres aui, sed iure patriæ potestatis. Secus in seruo, qui recidaret in potestate filij patroni iure hæreditario: Vnde nisi fuissent hæres seruus non fuisset in sua potestate. Iason. May.

De Attiliano tutore. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine, & modo. Supra visum est de testamentaria tutela, & subsequenter de legitima, verum quia cessante testamentaria & legitima est opus prouidere de datiua, ideò intitulauit de Attiliano tutore.

1 ☞ *Tutor datiuus datur non habenti tutorem testamentarium uel legitimum.*

2 *Testamentaria tutela quamdiu speratur, legitima cessat.*

3 *Spes testamentariæ successionis quousque durat cessat legitima administratio.*

4 *Tutela testamentaria non confirmatur nisi hæreditate adita.*

5 *Tutores superstites an administrare possit, mortuo contutore.*

6 *Tutor datus propter suspensionem tutoris testamentarij cessat cessante impedimento.*

7 *Tutoris datio quid requirat ut à iudice facta ualeat.*

8 *Cui potest dari tutor commissatuus.*

Nihil

9 *Nihil adhuc actum dicitur, cum aliquid superest agendum.*
Et qui in uno peccauit, facile habetur omnium reus.
10 *Tutoris datio iure magistratus competit. & nu. 29.*
11 *Tutor datiuus tenetur cauere rem pupilli saluam fore.*
12 *Statuta quibus disponitur minorem non posse contrahere sine consensu parentum, dicuntur pia.*
13 *Pupillus an adire posit tutore non auctoeante, & an tutor auctorizare posit non adita hereditate. & nu. 15. cum sequen.*
14 *Tutor an dari posit die feriata.*
16 *Tutor ad binum actum distinctum dari non potest.*
17 *Filius pupillus statim mortuo patre est suus heres. nec est opus aditione hereditatis.*
18 *Datio tutoris à iudice quoad ueneris conditio, uel dies testamentarij tutoris, ualet.*
19 *Tutor non potest dari sub conditione extrinseca, sed bene sub conditione intrinseca.*
20 *Limitatio ad l. actus legitimi.*
21 *Decretum super tutela an interponi posit à iudice non suo, & an diebus feriatis.*
22 *Iudex maleficiorum an posit interponere decretum tutelæ, & curæ.*
23 *Datio tutoris à præfecto urbis fieri potest.*
24 *Tutor dari potest illi qui est de iurisdictione dantis.*
25 *Iudex coram quo lis uertitur potest dare tutorem.*
26 *Domicilium qualiter contrahatur remißiuè.*
27 *Ratione solius domicilij an posit per iudicē extraneū dari tutor pupillo.*
a *Decretum quod interponitur uoluntariè ad actum solennizandum, potest à iudice extraneo interponi.*
29 *Tutoris datio an posit delegari.*
30 *Limitatio ad regulam, quòd ea quæ competunt iure magistratus possunt delegari.*
31 *Facultates magnæ uel paruæ quæ dicantur.*
32 *Statutum loquens de moneta simpliciter intelligitur de moneta præfinita.*
33 *Inter contrahentes aureorum appellatione, intelligitur secundum communem cursum regionis*
34 *Actio tutelæ quare non nascitur durante tutela, sicut aliæ actiones.*

SI CVI NVLLVS. Cessante testamentario & legitimo tutore, locus est datiuo, qui olim à certis magistratibus creabatur: & si eius officium ex mente testatoris: vel causaliter fuerit suspensum, interim ab ipsis magistratibus tutor decernebatur qui desinebat tutor esse testamentariæ tutelæ impedimento cessante. h. d.[a]

ADDITIO.

a Hoc dicit. Vel sic. In tutela suscipienda primò præcedit tutor testamentarius deinde legitimus de quibus in tit. præcedentibus, deinde est locus tutori datiuo, siue per inquisitionem dato, de quo in hoc tit. &c. Ias. May.

Diuiditur in quatuor partes, prout quatuor tempora describit, quibus varie tutor decerni consueuerat. Secunda ibi, (sed ex his) Tertia ibi, (sed hoc iure.) Quarta ibi, (nos autem) Prima, subdiuiditur in tres. Nam in prima loquitur quando nullus omnino tutor erat datus à testatore purè, sed eius officium erat causaliter suspensum. Secunda ibi, incipit, (& si ex testa. Tertia ibi, (item si pure)[a] ibi fuerat. nec à testatore datus, nec à lege.

ADDITIO.

a Purè. Præmitte quòd in vrbe Romana erant duo prætores, vnus vrbanus, & alter peregrinus, vt scribo post Bart. in l. nec apud. C. de hære. instit. Item præmitte qui dicantur tribuni, vt declarat Iurisconsultus in l. ij. §. isdem. ff. eisdem de origine iuris. Item præmitte quæ dicatur prouincia, quæ ciuitas, vt scribo post Bart. in l. j. §. siue autem. ff. de ope. nou. non. Ias. May.

1 Ibi, namque. probat qualiter illæ. ll. sunt deletæ.† Nota primo, cessante testamentario vel legitimo tutore fieri locum datiuo. Item not. quòd dato tutore in testamento ex die vel conditione, pendente euentu diei vel conditionis locum fieri tutori datiuo. Sed dicet quispiam: si est agnatus, quare non fit legitima, cum legitima tutela sit notabilior ipsa datiua, cum præferatur ex ordine titulorum. Respondetur, hoc ideo esse, quia † quandiu testamentaria tutela speratur per aduentum diei vel conditionis, aut alio quocunque modo cessat legitima tutela. l. si quis sub conditione. de testa. Ratio rationis: nam eo modo tutelæ deferuntur, quo & hæreditas. supra de legi. patro. tu. ad finem. Sed ita est quòd in hæreditatibus deferēdis illa regula est statuta, † quòd quandiu durat hæreditas ex testamento siue speratur, cessat legitima administratio. l. quamdiu. & l. ventre. ff. de acqui. hæredi. ergo sic erit in proposito. Item † not.[a] tutelam testamentariam aditione hæreditatis confirmari, & hæreditate non adita corruere. l. si nemo. ff. de test. tut.[b]

ADDITIONES.

a Item not. † ideo quia resultat quædam perplexitas quando pupillus est hæres institutus, & eidem est datus tutor in testamento: quia tutor non potest esse nisi adeatur hære[di]tas, nec pupillus potest adire nisi cum auctoritate tutoris. §. neque tamen. insti. tit. j. isto interim datur Attilianus tutor, cuius auctoritate adibit, vt hic, vel potest pupillus adire auctoritate iudicis, qui supplebit defectum, vt hic in glo. in ver. extiterit. & facit l. si infanti. C. de iure deliberandi & l. bonorum. C. qui admit. ad poss. licet Bart. teneat oppositum in d. l. si nemo. dicens quòd sutas sola est sufficiens vt operetur confirmationem tutelæ & tabularum pupilli: sed tamen præcedens opinio est tutior, & seruatur, & vide Spec. in tit. de tutore. in princip. Ias. May.

b De testa. tut. Nota etiam ex text. ibi, si el nullus. † quòd ita demum peruenitur ad tutorem datiuum si nullus existat testamētarius siue legitimus vt in glo. Et aduerte, quòd si plures essent legitimi, & vnus moriatur vel cadat à tutela, loco eius non daretur tutor datiuus, sed alij legitimi superstites solum remanent tutores. l. iij. §. sed si ali[qui]d. ff. de leg. tu. Sed si essent plures testamentarij, vno decedente surrogaretur alius datiuus loco eius. l. si quis sub conditione. §. fina. ff. de test. tu. Si autem sit vnus solus testamentarius tutor, qui desinat esse tutor, an succedet legitimus vel datiuus? Dic. si desijt, quia excusatus vel remotus, tunc est locus datiuo, quia iudex hoc agit vt alius detur. d. l. si quis sub conditione. versi. sed si semel. Si verò morte tunc succedit legitimus. d. l. si quis. versi. si tutor. Ias. May.

6 Item not. † tutorem datum propter suspensionem officij
a tutoris testamentarij, cessante impedimento desinere.[a]

ADDITIO.

a Desinere. Not. etiam ex hoc versi. iuncta glo. in verbo, iurisdictionis. & glo. in l. etiam. ff. de tute. quòd † ad hoc vt valeat datio tutoris facta à iudice, requiritur quòd tam pupillus quam tutor datus, sit subiectus iurisdictioni iudicis dantis. Et in tribus locis potest pupillus petere tutorem. vt hic. in glo. in verbo suam. scilicet in loco originis, in loco domicilij, & in loco vbi habet bona. Nam iudex illius loci in quo habet bona, potest dare curatorem illis bonis, vel etiam tutorem dare vniuersis bonis [illegible] certis bonis dari non potest, vt l. cum qui certarum ff. de testa. tuto. & dixi supra qui dari tut. poss. §. certè. & si non reueniatur idoneus in iurisdictione in qua est pupillus, requiritur in ciuitate ibi magis prope equa. l. diuus. ff. de tut. & cur. da. ab his. potest etiam pupillus constituere insolidum domicilium in aliena iurisdictione, vt ibi tutorem habeat secundum Bart. in l. j. ff.
8 de tut. & cur. da. ab his. † Sed an continuus possit dari tutor ciui? dic, quòd sic. d. l. etiam. ff. de tu. secundum lecturam glo. Ias. May.

Item not in verb ab hostibus quoque. quòd captura suspendit officium tutelæ testamentariæ, & ideo pendente tali suspensione de datiuo tutore esse prouidendum. Not. quòd tutore ab hostibus reuerso, recuperatur tutela postliminij. Not. in versi. sed ex his leges quæ in aliquo deficiunt esse delegandas, & ab vsu depellandas, † nihil enim dicitur esse actum, cum aliquid superest ad agendum. & qui in vno peccauit, facilè habentur omnium reus. l. pen. C. ad Sylla. uincta. l. Cassius ff. de sena. Item not. tutores posse dari à prætore & præsidibus. Item à magistratibus. si pupilli facultas quingentorum aureorum quantitatem non excedat.[a]

ADDITIO.

a Non excedat. † Tunc tutoris datio competit iure magistratus, si facultates pupilli non ascendunt vltra quingentos solidos: sed si ascendunt vltra, est mixti imperij, & est speciale quod delegatur. l. moto. §. tutoris datio. de tut. & ibi glo. &c. Ias. May.

11 Item not. † tales tutores creatos teneri cauere rem pupilli saluam fore, tenentur & alia facere de quibus glo. ordi. in l. legitimos. ff. de leg tut. Item no. in ver impuberes esse æquum quòd qui propter ætatis imbecillitatem se tueri, defendere & gubernare minimè possunt, alterius auctoritate regantur.
12 Ideoque † statuta locorum, quibus disponitur maiorem aut minorem non posse obligari sine consensu parentum, aut vicinorum, dicuntur pia, & super naturali æquitate fundata. Item not. tutorem finita tutela teneri rationem reddere tutelæ suæ. in glo. extiterat. consilium glo. non est bonum, quia non generale. Nam licet procedat in pupillo maiore infante, non tamen vendicat locum in pupillo in infantia constituto: quia ille non potest prætorem adire, & eius hæ-

reditatem paternam amplecti.d.l.si infanti.§.fina.quare glo. in l. si nemo ff. de tu dedit consilium, quòd hoc casu detur curator, cuius auctoritate hereditas adeatur.l.cum quidam. C.de administr.tuto. quia adita hæreditate tutela testamentaria confirmabitur.[a]

ADDITIO.

a Confirmabitur. Item † potest dari tutor etiam die feriata in honorem 14 Dei, cum hoc spectet ad pietatem. Vbi verò datur cum inquisitione, tunc iudex debet sedere, vt per Bart.in l.nec mandante. ff. de tut. & cura.da.ab his.& in l.ij.ff.de ferijs. Nam in actibus iudiciarijs qui veniunt expediendi etiam diebus feriatis, de quibus in d.l. ij debet iudex sedere.l.ij. §.confestim.ibi, hoc est sedenti.ff.ad Tertul. & l.iiij. §. hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.& c.Ias.May.

15 Sed † hoc consilium aperta ratione impugnatur: quia licet adolescens cum auctoritate curatoris adire possit hæreditatem.d.l.cum quidam.non tamen potest pupillus adire hæreditatem cum auctoritate curatoris. l. cum vna. §. tutor.ff. de appel.vnde hæc cura.decreta. ad hunc ipsum actum adeundi erit inutilis. Quare gl.vbi supra dedit aliud consilium, scilicet quòd detur alius tutor, cuius auctoritate hæreditas adeatur, & ipsa adita tutela testamentaria confirmatur.l.si impuberi ff.de tuto.& cura.da.ab his.l.si hæreditas.de testa. 16 tute.& hic. Sed hoc consilium videtur dubium, † quia tutor ad binum actum distinctum dari non potest.§.j.supra qui dari tu poss. Vnde inuenio Dyn. Bald. & Barto. & communiter scribentes dicere, non esse opus vt de modo adeundi 17 hæreditatem prouideatur, † quia filius pupillus statim mortuo patre & suus hæres patri, ita quòd non est opus hæreditatis aditione: cuius virtute efficiatur hæres: nam tantum operatur illa suitas in filio instituto, quantum realis aditio in extraneo.l.in suis ff de lib.& posthu. §. posthumi.infra de hæred quæ ab intesta. defe. Sed contra prædicta dixerit aliquis. Nam licet de iure ciuili filius sit suus hæres patri, tamen ex quo ipsi filio iure prætorio est delata potestas abstinendi, & sic potest abstinere, & redactus ad qualitatem extraneorum.l.nam nec emancipatus de lega j.§. sed his.infra de hæredum quali.& diffe.ergo ista suauitas veluti vulnerata per prætorem nil debet operari. Solu. dupliciter. Vno modo secundum communem opi. respondetur, quòd suitas veluti vulnerata, est sublata per prætorem in his casibus, in quibus est vtile filio vt non sit hæres patri, quo fit vt non teneatur creditoribus hæreditarijs. Sed in his in quibus est vtile non esse sublatam, vt est quòd tutelæ testamentariæ confirmentur, libertates & tabulæ pupillares non dicuntur esse sublatæ.l.si filius qui patri.de vul. & pupil.l. filius qui se paterna. & l.Iul. de acquiren.hæredi.cum simi. Vel aliter respondetur, vt alias disputando dixi, quòd prætor per beneficium abstinendi non vulnerauerit suitatem, sed necessitatem. d. l. nam nec emancipatus. & d.§.sed his.vbi dicam late, cum ergo suitas illæsa remaneat à prætore, operatur suos effectus. Ad istum text, respondent Docto. quòd ideo hæc suitas non firmauit testamentariam tutelam, quia fuit vulnerata à testatore per dactionem cohæredis extranei.l.apud Iulia.§ j.ff. ad Treb.l.si filius hæres ff. de liberis & posthum. iuncta. l. si Titio, & Meuio §.Iul.ff. de lega.ij.In fin glo.in verbo con-a ditio.[a] Ego puto, † si hoc casu datus fuisset tutor à iudice, 18 quoad venerit dies vel conditio testamentarij tutoris, quòd b valeret huiusmodi decretum, [b] quia expressio eorum quæ tacite insunt nihil præiudicat.l.iij. de legi. Non obst. regula 19 iuris, actus. quia † fateor palam non posse dari tutorem sub conditione extrinseca, sed sub conditione intrinseca: quia iudicium decretaque detrahunt secum executionem, vt est decretum tutelæ vel curæ, quæ non possunt suspendi in diem vel in conditionem, quia suspensio contraria est executioni.d.l.actus Sed sub conditione intrinseca prouenien te ex natura rei potest bene dari. vt hic, & l. muto. §. si sub conditione. ff. de tutelis.

ADDITIONES.

a Conditio Not.ex hac glo.in verbo conditio, † quòd à iudice potest da- 20 ri tutela sub conditione tacita, licet non sub expressa. & sic not.limitationem. ad l. actus legitimi. vt intelligatur quando actus suspenderetur per conditionem extrinsecam & expressam. Secus per conditionem tacitam. Ias May.

b Decretum. An † decretum possit interponi à iudice non suo, ita vt va-21 leat vel ne. Adde. quod tale decretum potest interponi die feriata etiam in honorem Dei: & sic si illa die potest dari tutor: nisi veniret dandus talis tutor cum inquisitione, quia cum illa die feriata non posset eo casu iudex debet sedere pro tribunali: de quo per Barto.in l.nec mandante. ff. de tuto.& cura.da.ab his & in l.ij.ff.de ferijs.nam de actibus iudiciarijs, qui possunt fieri diebus feriatis, qui habentur in d.l.ij.iudex sedet pro tribunali.l.ij. §. confestim.ff.ad Tertu.& l.iiij.§.hoc autem.ff.de dam.infect.Ias.May.

In fin.glo.in verbo, præfectus. colligitis singu.secundum 22 Bald. quòd † iudex maleficiorum qui habet tractare solum negocia criminalia. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. poterit interponere decretum & tutelæ & curæ: quod est sin-a gulare, si verum est, non disputo nunc.[a]

ADDITIO.

a Non disputo nunc Sed ad istum text.potest responderi vt hic per Ang. 23 de Are. in princ. † quòd imò præfectus vrbis habet etiam cognitionem in ciuilibus, vt l.j.§.cura carnis & §.quies. & l. iij. de offic præfect.vrb.& sedum glo. vult quòd ad præfectum vrbis non spectant cognitiones ciuiles malè dicit, quia contra d.§.circa carnis.Ias.May.

24 In glo.carent.ibi, diuus † Not dari posse tutorem illi qui a est de iurisdictione, dantis, vel ratione originis, vel ratione domicilij, vel ratione possessionum, & in hoc omnes concordant, & hoc tenuit gl.in l.vnic.s. C. vbi pe.tu.pro qua est. l.pupillo.ff.de tuto.& cura da.ab his.

ADDITIO.

a De iurisdictione. † Est tamen casus singularis, in quo iudex qui non ha-25 bet pupillum in iurisdictione sua potest tibi dare tutorem, quando lis vertitur 26 coram eo.in l.fin.§.j.C.de admi.tut. † Et dum glo. hic facit mentionem de domicilio, quomodo contrahatur domicilium, vide text. nota. in l. ciuis qui.'a ij.§ fin.ff.ad munic.& in l.ciues.C.de incolis.l.b.x.& tex.no. 27 iuncta glo in l.ij.eo.titu.C.de incolis.lib.x. † Et dum glo. dicit de domicilio, puto quòd ratione solius domicilij non possit fieri datio, etiam ibi habeat maiorem partem fortunarum suarum, vt etiam tenet glo.in d.l.j.C. vbi pe.tuto.& Ange.de Are.hic. Et hoc teneo non per rationem glo. in d.l. j.sed quia impossibile est quòd pupillus constituat domicilium, nisi re ipsa, id est, stando in loco vbi habet maiorem partem fortunarum suarum: ergo impossibile est quòd habeat domicilium sine fortunis. Et alius modus constituendi domicilium per pupillum, quem ponit Barto. in d. l. j. C. vbi pet.tut.& in l.ij.in fin.de tut.& cur. da.ab his. non placet mihi. scilicet quòd constituat domicilium ad istum actum, tantum, scilicet dationis tutoris: nam impossibile est, quòd ad vnum actum tantum constituatur domicilium, cum finito illo actu intendat non habere ibi domicilium. contra l. ciues.C.de incolis.lib.x.& contra text.not.in l.ij.iuncta glo. C. eod.tit.de incolis.lib.x.Ias.May.

Sed contra communiter tenent Docto. duplici ratione: quia tutor datur personæ, ergo res non sunt considerandæ, probatur in l.in copulandis.C de nupt. & hæc sententia bona, per l.magis puto.§.illud quæri potest. de reb. eorum. Secundo mouentur per l.propter litem §.fin.per l. non solum. §.testamento.ff.de excu.tuto.per l.fin. C. cod.tit.[†] Et si dixeris, qualiter igitur gubernabuntur bona quæ sunt in alieno territorio? Dicunt Docto. quòd gubernabuntur per curatorem, qui potest dari rebus. allegant. l. iurisperitos.§. cum oriundus.de excu.tuto. iuncta. l.in copulandis. C.de nupt. Ad l. vnicam. & ad l. pupillo. facilè respondent, quòd loquuntur in casu quo pupillus habebat domicilium in loco 28 in quo sunt bona constituta. † Illud tamen nota.[a] quòd decretum quod interponitur voluntariè ad actum solennizandum, potest interponi à iudice extraneo. glo. est ordina. in l etiam §.fina.de manu.vin. Bart.in l.j.ad fin. ff. de tuto.& 29 cura.da ab his. In glo. iussu. ibi. §. & hic dicitur. † Sed cum h dic datio tutoris competat iure magistratus vt hic.§.nos autem. videretur quòd cuicunque habenti iurisdictionem posset delegari. d. l. j de offic.eius. Doctor.tenent glo.indistinctè per hunc text.§. nos autem. quia licet competat iure magistratus.non permittitur absolute, sed indemnum si de-30 legetur habenti iurisdictionem.vt hoc text. Ex quo † not.limitationem ad illam regulam, quod ea quæ competunt iure magistratus possunt delegari verum est nisi lex exigat iurisdictionem in delegato, quia tunc non habenti iurisdictionem non posset delegari. In fine glo. Hæc glo. verum loqui-31 tur quoad materiam propositam: † alias appellantur magnæ facultates & paruæ secundum qualitatem & conditionem personarum, vt dixi in §.licet.in glo. egentes. supra ex quib. cau.manu.non licet.& facit glo.in l.illicitas. §. ne potentiores.ff.de offic.præsi.

a Glo.in verb.solidos.[a]

ADDITIO.

a Solidos.Nota ex glo.in verbo solidos, id est, aureos.quòd † vbi moneta

per

32 per statutum ast diffinita. & si reperiatur statutum loquens de moneta simpliciter, illud intelligitur secundum monetam præfinitam in præcedenti statuto & non de moneta legali: vt hic dicitur de solidis, qui declarantur pro aureis secundum aliam legem. de quo vide in l. quicunque. C. de seruis fugi. 33 † Inter contrahentes autem appellatione aureorum intelligitur secundum communem cursum regionis, secundum Bart. in l. vbi autem. ff. de verbor. obliga. & si multiplex & diuersus est cursus in regione nummorum siue aureorum, dic vt per eum. in l. Paulus. de soluto. &c. Ias. May. [Solidos, id est, aureos. Adde Paul. de Castr. in l. fin. C. commu. de leg. & per Doct. in c. conquerente. de offic. ordi. & ibi Fely.]

In fine glo. in verbo periculo. dic vt dicam. in d. §. fin.

1 Glo. in verbo, post pubertatem.[a]

ADDITIO.

a Pubertatem. In glo. in verbo post pubertatem. † quæ sit ratio diuersita34 tis, quare actio tutelæ non nascatur durante tutela. sed aliæ actiones sic sed non exercentur. Dic secundum Bald. in l. j. in penul. col. C. vt actio. ab hæred. quia actio tutelæ est generalis. vnde non nascitur sæpius per singulas causas, quia sufficit semel nasci: & non inuenitur actio tutelæ nisi generalis. Sed actio negociorum gestorum inuenitur generalis & specialis, & ideò licet non nascatur generalis durante tutela, quia alia non potest compleri, oritur tamen specialis in singulis causis: vt l. ij. C. de admi. tut.

2 Glo. in ver. iudicio.[a]

ADDITIO.

a Iudicium. In gl. in verbo iudicio, quæsit ratio diuersitatis. quia intentata actione tutelæ denegetur actio de rationibus distrahendis. & è contra, & tamen intentata actione tutelæ non denegatur actio furti, vel è contra. text. videtur assignare rationem diuersitatis. in d. l. i. §. in tutela. ff. de tute. & ratio distr. sed per verba multum intrincata & obscura, & multum ibi laborat. Nico. de Neapo. Sed tu vide claram rationem quam ponit glo. not. in l. tutores. §. j. in verbo actione. ff. de admi. tutorum Ias. May.

De auctoritate tutorum. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de testamentaria, legitima, & datiua tutela, verum quia parum valeret decretum tutelæ nisi eidem esset tributa auctoritas. argu. in l. ij. §. post originem. ff. de ori. iur. ideò de ea tractaturus intitulauit de auctoritate tutorum.

1 ☞ *Pupillus sine tutoris auctoritate soluendo debitori, non liberatur.*
2 *Pupillus prætextu liberationis, potest se sine auctoritate tutoris naturaliter ac ciuiliter obligari.*
3 *Contra non tutorem præstantem auctoritatem in contractu pupilli datur restitutio in integrum, uel actio in factum ad interesse.*
4 *Pupillus in quibus possit facere deteriorem conditionem suam.*
5 *Tutoris qualibet auctoritas non sufficit, ad obligandum pupillum.*
6 *Pupillaris ætas facit claudicare contractum sine tutore gestum.*
7 *Contractus pupilli claudicat, ubi mutua contrahitur obligatio.*
8 *Emens à pupillo sine tutore, non præscribit.*
9 *Pupillus an sine auctoritate tutoris possit hæreditatem adire licet lucrosa. & nu. 11 & 22. cum seq. nu usque ad nu 30.*
19 *Pupillo agente contra debitores hæreditarios, non possunt ipsi excipere de iure tertij.*
11 *Auctoritas tutoris est in ipso actu interponenda, & in ipsius tutoris præsentia.*
12 *Curator datur pupillo in lite agitanda inter ipsum & eius tutorem.*
13 *Nemo in actu proprio potest auctoritatem impartiri.*
14 *Statutis prouisum est, n mulier possit contrahere sine auctoritate parentum*
15 *Regulariter cum pupillo contrahi non potest, sine auctoritate tutoris.*
16 *Pupillus quomodo possit obligari.*
17 *Pupillus qualiter dicatur factus locupletior.*
18 *Minor habens curatorem æquiparatur furioso, quo ad tollendam efficaciam contractus.*
19 *Pupillus sine tutoris auctoritate contrahens non ligatur sed alios obligat.*
20 *Hæres in adeunda hæreditate, fingitur eadem persona cum defuncto.*
24 *Tutor absque scientia pupilli non potest hæreditatem adire.*
21 *Curator datus pupillo in locum impediti tutoris, non potest auctorisare pupillo ut adeat hæreditatem.*
27 *Pupillus in quibus obligetur, cum non subest onus hæreditarium.*
28 *Aetas pupillaris nec scire nec discernere potest.*
29 *Pupillus non potest agnoscere uel repudiare sine tutore.*
31 *Pupillus regulariter non potest esse in iudicio tam ciuili quàm criminali, absque tutoris auctoritate, & quid de adulto. & nu. 32.*
32 *Pupillus torqueri potest sine præsentia tutoris.*
33 *Possessio momentanea quid sit, & quare sic dicatur.*
34 *A sententia lata in causa possessorij non appellatur. & nu. 35.*
36 *Pupillus de matrimonio suo uiciato accusare non potest: quia matrimonium non potest contrahere.*
37 *Pupillus an ueniam ætatis impetrare possit.*
38 *Auctoritas tutoris post modicum tempus interueniens, tantum operatur, quantum si in ipso negocio interuenisset.*
36 *Differentia inter mandatum & iussum ex una parte & inter auctoritatem & consensum, siue ratihabitionem ex altera. & nu. 41. & 42.*
40 *Auctoritas quæ certo & limitato tempore in aliquo actu interponi debet, an alio tempore interposita ualeat. & nu. 41.*
43 *Leges non sunt impositæ uerbis, sed sententiæ.*
44 *Tutor præsens, sed tacens in contractu per pupillum celebratum, an auctoritatem præstare uideatur.*
45 *Contractus inter absentes per epistolam fieri possunt.*
46 *Actio tutelæ non potest durante tutela inuentari.*
47 *Quando & in quibus casibus actor, tutor, uel curator, durante tutela uel cura, conueniri possit. & nu. 48. 49. & 50.*
51 *Pupilli debitor uel creditor an possit tutor uel curator dari.*
52 *Is cuius res possidetur à pupillo, & potest uendicari. an possit decerni & dari tutor pupillo.*
53 *In causa propria quis iudex statui potest consentiente aduersario.*
54 *Imperator, uel princeps, & qui superiorem non recognoscit potest esse iudex in causa propria.*

AVCTORITAS AVTEM. In negocio in quo versatur merus fauor pupilli, tutoris auctoritas non est necessaria. Fallit in aditione hæreditatis. In eo vero in quo versatur detrimentum pupilli, necesse est eidem tutori auctorisari, quo deficiente pupillaris ætas faciat claudicare contractum. h. d.[a]

ADDITIO.

a Hoc dicit. Vel aliter dicit secundum Bald. hic: Sine tutoris auctoritate pupillus suam conditionem meliorem potest efficere, & tutoris auctoritas ad obligandum pupillum est necessaria, sine qua pupillus gerens actum hincinde obligatorium, contrahentem cum eo sibi obligat, sed ipse eidem minimè obligatur. h. d. vsque ad §. neque. Ias. May.

Diuiditur in vij. partes. Nam in prima ponit dictum bimembre. In secunda illud declarat. In tertia ponit rationem. In quarta ponit illationem. In quinta ponit remotionem. In sexta declarat qualiter tutoris auctoritas sit interponenda. In septima decidit dubium circa materiam. Secunda ibi, (vt ecce.) Tertia ibi, (namque placuit.) Quarta ibi, (vnde in his.) Quinta ibi, (neque tamen.) Sexta ibi, (tutor autem.) Septima ibi, (si autem inter tutorem.) Not. primò quæ dicta sunt in prima parte summarij, quòd in his in quibus versatur fauor pupilli, non est opus interuentus tutoris Ratio, quia hoc casu cessat causa finalis decreti tutoris, decernitur enim tutor in hunc finem, ne imbecillitate ætatis, pupilli ferant præiudicium. §. impuberes. supra tit. j.[a]

ADDITIO.

n Supra tit. j. † Adde tamen quòd pupillus sine tutoris auctoritate soluen1 do debitori non se liberat. licet hic videtur verti fauor. l. quod si forte. §. fi. ff. de sol. Ratio est, quia soluendo vel numerando pecuniam non potest transferre dominium pecuniæ, potest tamen se liberare per acceptilationé. l. ij. de accep. quæ acceptilatio dicitur esse imaginaria § præterea. infra 2 quib. mod. tol. obli. † Adde tamen, quòd pupillus potest se obligare naturaliter & ciuiliter sine tutore, ad hunc finem, vt liberetur glo. est sing. in l. i. ff. de accep. secundum Ioann. de Pla. hic. Item adde ad secundum notabile 3 hic. † si aliquis in veritate non existens tutor, præstet auctoritatem, quòd ille qui contrahit cum pupillo habet duplex remedium, primo restitutionis in integrum. l. j. in fin. ff. quod fal. tu. au. item habet actionem in factum ad interesse contra illum falsum tutorem, vt l. nouissimé. in princip. ff. quod fal. tut. aucto. ita declarat gloss. magi. in princip. l. prima. ff quod fal. tu. auctorita. & ad istud notabile etiam adde quod infra proximè scribo, ibi, an autem pupillus. h. ad gloss. singularem quam supra allegaui.

ſecundum Ioan. Fabr. adde, quòd illud ideò eſt, quia per talem obligationem pupillus efficitur locupletior, vt hic in glo. Iaſ. May.

Item not. quòd vbi tractatur de præiudicio pupillorum, eſt neceſſe tutorem interuenire vt actus teneat.[a]

ADDITIO.

Teneat. Adde † quòd pupillus non poteſt facere deteriorem conditionem ſuam in his quæ ſunt iuris, ſed in his quæ ſunt facti ſic. Vnde pupillus ſine tutore poteſt perdere naturalem poſſeſsionem rei prout eſt facti. l. poſſeſſor. ff. de acquir. rei. domi. poteſt etiam retinere poſſeſsionem alteri. l. quamuis. de acqui. poſſ. Item adde, quòd in delictis pupillus obligatur etiam ſine tutoris auctoritate, quando eſt talis delictum quòd in eo poteſt cadere. l. impuoitas. C. de pœn. §. fin. infra de obli. quæ ex de. l. pupillum. in prin. ff. de reg. iur. l. ſi minor. ff. de adul. tamen propter ætatem mitius venit puniendus l. auxilium. §. j ff. de mino. Item adde, quòd pupillus poteſt obligari re & facto ſine tutoris auctoritate. l. pupillus. ff. de act. & obli. aliàs incipit furioſus. † An autem quælibet auctoritas tutoris ſit ſufficiens? Dic quòd non, niſi interueniat legitimè, aliàs ſecus, vt in caſu. l. tutor. ff. eod. & in alio caſu. l. pubercs. cum ſeq. & in caſu l. aut ſi pluribus. ff. eo. titu. & §. tutor. infra eod. qui ſunt quatuor caſus in quibus auctoritas interpoſita non valet. Item requiritur vt auctoritas valeat quòd ille tutor ſciat ſe eſſe tutorem, aliàs non valet l. quæro. ff. de eo qui pro tuto. neg. geſt. & voluit Bart. in l. multum. ff. de condi. & demon. &c. Iaſ. May.

Item not. † quòd pupillaris ætas facit claudicare[a] contractum geſtum ſine tutore. concor. l. iul. §. ſi ne pupillo. ff. de actio. empt.

ADDITIONES.

Claudicare. Vide glo. notabilem de claudicatione. in d. c. de illis. extra de reſpon. impu. & glo. ſingu. in l. j. ff. de reſcin. ven. quæ dicit quòd claudicat in obligatione contrahenda, non diſſoluenda. Iaſ. May. † Item not. quòd in contractibus ex quibus hincinde mutuæ obligationes naſcuntur, ſi contrahatur cum pupillo contractus claudicat, quia pupillus non obligatur, licet alium ſibi obligatum faciat. † An autem emptor poſſit vſucapere vel præſcribere talem rem emptam à pupillo? text. videtur quòd ſic. in l. ij. §. ſi à pupillo. ff. pro emptore. tamen quia hoc non eſt ita indiſtinctè verum, ideò vide glo. no. in l. cum qui. C. de aucto. præſtan. Iaſ. May.

Not. in verſi. neque.[a] non poſſe pupillum hæreditatem merè lucroſam adire, nec ſuſcipere iure ciuili vel prætorio ſine auctoritate tutoris. Rationem vobis ſtatim dicam.

ADDITIO.

Neque. Et §. neque. h. d. vſque in fin. pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt adire hæreditatem, nec ſibi teſtitam, nec bonorum poſſeſsionem petere quantuncunque talis hæreditas ſit lucroſa, hoc primò. Et auctoritas tutoris debet interponi à tutore præſente, & non per epiſtolam vel nuncium, in ipſo negocio vel contractu, vel incontinenti ante vel poſt, ex interuallo autem nihil operatur, hoc ſecundò. Et ſi interueniat iudicium inter pupillum & tutorem, datur curator pupillo in locum tutoris qui deſinit eſſe curator finito iudicio. h. d. vſque in fin. Not † quòd licet pupillus poſsit facere rem ſibi commodam ſine auctoritate tutoris, non tamen poteſt hæreditatem quantuncunque lucroſam adire. Et eſt ratio vltra alios, quia licet hæreditas ſit lucroſa quo ad pecuniarum commodum, tamen cum ſit nomen iuris, aptum natum comprehendere in ſe vniuerſitatem quandam & commoda & incommoda. l. quod dicitur ff. de impenſis. poteſt in ſe comprehendere ſimiliter vexationes & lites quibus vexaretur, vt in hac glo. in verbo damnum. propter quæ etiam datur reſtitutio minori. l. minoribus. xxv. an. ff. de mino. Et ſimiliter per aditionem hæreditatis quaſi contrahitur. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de acti. & obli. & ſic pupillus quaſi contrahendo obligatur creditoribus & legatarijs, & ad funus defuncti. l. ſi quis ſepulchrum. §. ſi. de reli. ſed pupillus non poteſt ſe obligare, vt ſupra proxi. & l. obligari. ff. de actio. & obliga. &c. Sed quare adeundo hæreditatem, etiam quæ habet commoda & incommoda, ipſe obligat ſibi debitores hæreditarios, ſed non poteſt obligare ſe creditoribus, cum ſit contractus, vel quaſi vltro citroque obligatorius? vt ſupra. in princ. huius titu. Sol. dicit Iaco. & Petr. quòd in proximo caſu prouidetur contrahentibus cum pupillo, quatenus etiam ipſi ſint obligati. habent tamen exceptionem ſi conueniatur à pupillo, iuxta l. ſi id quod. ff. de rei vendi. quando filius non impleuiſſet pro parte ſua vt ibi: vel alio modo quando pupillus eſſet locupletior, vt vidiſtis glo. ſupra. in princ. in verbo obligatur. quæ ratio ceſſat in creditoribus hæreditarijs. † Nam ſi pupillus ageret contra debitores hæreditarios, ipſi non poſſent excipere de iure, tertij. & ſic creditorum cum debitoribus nihil de hoc intereſt, & ſic creditores remanerent in damno, quod lex noluit. d. l. ſi id quod. in fin. ſi minores. ff. de admini. tuto. & cum hac ratione tranſit etiam ſimpliciter. Nicol. de Neapo. hic. Aliam meliorem rationem aſsignat Ioan. Fabr. hic, quia contrahens poteſt imputari quare cum minore contraxerit. l. cum mandato. in princ. ff. de mino. non ſic in creditoribus hæreditarijs. & iſta eſt fundamentalis veritas, & vide Bart. in l. obligari. in princ. ff. eod. Iaſ. May.

Not. in § tutor. † eſſe interponendam auctoritatem in ipſo actu per perſonam tutoris, non per procuratorem, non per epiſtolam aut nuncium. Ratio, quia præſentia tutoris & amicorum circumſcribit in dubio dolum & metum. l. tranſactiones. C. de tranſactio. Not. † quòd vbi exagitanda eſt lis inter tutorem & pupillum, decernendus eſt curator pupillo.[a]

ADDITIO

Pupillo. Hoc verum quando vnus ſolus eſſet datus tutor, ſecus ſi plures eſſent dati tutores, quia vnus tunc in contractu alterius auctoritatem interponere poſſet. l. ſi putes. ff. de teſta. tu. Lat. ſi pluribus. cum l. ſeq. in princ. ff. eo. Item limita per text. ſingularem. in l. ſi ſtoiss. §. j ff. de contra hen. empt. in his quæ ſunt facti, vt declarat Barto. in l. j. §. in fi. ff. ad Trebel. Hoc verum in his quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis, ſecus in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. l. ſi conſul. cum ibi not. ff. de adop. Iaſ. May.

Finaliter † not. in actu proprio[a] neminem poſſe auctoritatem impartiri, concor. l. prætor. ff. de tu. & cura. da. ab his. Vnde cancellarius huius ſtudij non poſſet in hoc ſtudio conuentuari, quia ſibiipſi auctoritatem minimè interponere poſſet.

ADDITIO.

Proprio. Et aduerte ad vltimum notabile ſupra poſitum, quòd in actu proprio tutor non poſsit auctoriſare: ſi opponeretur de toto. tit. ff. de contrario iudicio tutelæ vbi pupillus obligatur tutori ex adminiſtratione, quia aut vis quòd non interueniat auctoritas tutoris & impoſsibile eſt quòd ſolus pupillus obligetur. Aut cum tutoris auctoritate, & hoc etiam impoſsibile, quia in re propria auctorari non poteſt. iſtud mouerunt ſæpe iuriſcon. in l. j. in princ. ff. de contrario iudi. tutelæ & ibi videtur ſignare quòd ſit ſpeciale, vide ibi Nico. de Neapo. Tu dic quòd ibi obligatur re ipſa, quòd poteſt, ſicut tutor, vt dicit Barto. in l. j. C. vbi pu. tu. & text. not. in l. furiosus. ff. de actio. & obli. Iaſ. May.

In fin. in verbo auctoritas not. quòd ille qui promittit aliquid alicui, videtur in dubio gerere actum ſibi præiudicialem. † Ideoque probe ſtatuta prouiderunt, quòd mulier non poſsit aliquid promittere ſine auctoritate parentum, quia veriſimile eſt quòd huiuſmodi promiſsiones præiudicium inferant, vt hic. in glo. obligatur ibi, proximus. dicite, † quòd regulariter contrahi cum pupillo non poteſt ſine auctoritate tutoris. tum quia ſuadet imbecillitas ætatis, tum etiam quia hoc ſuadetur culpa contrahentis, qui cum eo non adhibito tutore contraxit. argu. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. In fin. gl. ſi quæratur † an pupillus poſſit obligari necne,[a] diſtinguitur breuiter, aut loquimur in infante, aut in proximo infantiæ, & tunc talis non obligatur ciuiliter nec naturaliter. l. j §. pen. ff de actio. & obliga. §. nec pupillus. ver. ſed quod diximus. infra de inuti. ſtipula. Ratio, quia in tali infante deficit materia ex qua cauſatur obligatio, hoc eſt, conſenſus. l. cum amplius § is natura debet. ff. de regu. iur. & l. pupillum. l. Stichum §. naturalis. ff. de ſol. Aut loquimur in proximo pubertati, & tunc aut promittit tutori ſuo, & tunc non obligatur nec naturaliter nec ciuiliter. l. pupillus. ff. eo. Ratio, quia lex reſiſtit huic actui, vnde vtraque obligatio impeditur oriri. l. cum lex. de fideiuſ. l. ſi non ſortem. ff de condi. indeb. habuit enim lex pro iniquo, quòd tutor, qui deberet præcauere ne pupillus alteri obligetur, patiatur illum ſibi obligari. argu. in l. altius. ff. ſi ſer. ven. in l. an tibi. C. de in lit. dan. tuto. Aut promittit alteri quam tutori, & tunc ſine tutore, obligatur naturaliter tantum. l. j. in fi. de noua ſi cum tutoris auctoritate, obligatur naturaliter & ciuiliter, ſed læſus in integrum reſtituitur, toto ti. ff. de mino. Fallunt ſupradicta in duplici caſu. Primò, quando pupillus ex contractu eſſet locupletior[b] factus. l. in pupillo. ff. de ſol. & l. iij. ff. commo. quia tunc obligaretur naturaliter & ciuiliter.

ADDITIONES.

Necne. Vide Belionum latius iſta examinantem in §. j. infra quib. mod. re contrah. obliga.

Locupletior. † Quando autem dicatur pupillus factus locupletior, dic vt in l. fin. C. pro empto. Et quo tempore ſufficiat iſtum eſſe locupletiorem, dic vt. ff. de neg. geſt. l. litis conteſtatæ. &c. Et aduerte quòd dum gl. in d. l. ſi. dicit, quòd tunc pupillus dicitur effectus locupletior quando habet pecuniam,

videtur

videtur mihi quòd hoc sit contra text. in §. tunc admonendi. versi. si autem in verbo pecuniam autem salvam habeat. infra quibus alie. licet vel ano. quem text glo. in d.l. fin. alleget prosc. Ias. May.

Fallit secundo, quando contractus emaneret super re non alienabili, quia tunc non valeret contractus etiam cum auctoritate tutoris, nisi iudicis decretum interponatur. l. si quidem & l. si prædium C. de præ. mino. Aut loquimur in maiore, pupillo, sed minore. xxv. annis, & si quidem nullum habet curatorem, obligatur naturaliter & ciuiliter, sed læsus restituitur. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. Aut habet curatorem, & tunc secundum communem opinio. promittens sine curatore obligatur naturaliter, absurdum enim videtur dixit Barto. pupillum sine tutore naturaliter[a] obligari, non autem adultum sine curatore. Cui sententiæ non obst. l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. mino. allegata per tenentes contrarium, quia fateor † quòd minor habens curatorem æquiparatur furioso quo ad tollendam efficaciam contractus, quia quemadmodum contractus initus cum furioso efficaciter non tenet, ita nec initus cum adulto habente curatorem, si curator non interuenerit, quo autem ad causandam obligationem naturalem nequaquam, quia ideò furiosus non obligatur naturaliter, quia caret sensu & intellectu, adultus verò nequaquam. Non obst. secundo, quòd iudex dando curatorem videatur interdicere bonis, & per consequens adultum non obligari naturaliter. l. is cui bonis. de verbo. obligatio. quia respondetur quòd non datur curator vt bonis interdicatur, sed vt tollatur quoddam velamentum & iuris ciuilis efficacia, dixit Bald. aut loquimur in maiore. xxv annis. & ille obligatur efficaciter, nec læsus restituitur, de quibus est glo. ordi. l. j. ff. de noua. & dicatis. vtibi.

ADDITIO.

a Naturaliter. Adde ad prædicta quòd supra † dictum est pupillum contrahendo alios obligare, non autem ipsum aliis obligari, quòd hoc est verum de pupillo intellectum habente, & proximo pubertati: quod etiam in proximo infantiæ ex benignitate receptum est. vt infra de inuti. stipu. §. sed quod diximus. sed infans qui caret intellectu qui obligari potest. l. pupillus. nec velle. ff. de regu. iur. & ibi glo. magistra. Fallit solum in casu in quo infans stipulari potest, scilicet rem suam fore saluam, vt l. seruum. ff. rem pupil. sal. fore. Item intellige quòd pupillus non obligatur nisi sit factus locupletior. l. pupillus. ff. de aucto. tuto. & hic in gl. in verbo obligatur. non enim obligatur infans, non enim obligatur ex eo contracto, sed condictione sine causa, vel ad exhibendum, vt tenet glo. fina. in l. in ff. commo. Sed proximus pubertati factus locupletior, obligatur vtili actione naturaliter & ciuiliter. d. l. iij. in princ. ff. commo. & tenet glo. mag. in fin. de noua. Ias. May.

20 In fin. gloss. in verbo hæreditatem. † Nam cum hæres in adeunda hæreditate fingatur eadem persona cum defuncto, dicitur succedere in vniuersum ius defuncti, quæ fictio ideo est reperta, dicebat præceptor meus, quòd obligationes fundatæ in persona defuncti, nec in hæredem transibant, quia accidentia non migrant de subiecto in subiectum, perinde igitur statutum fuit vt hæres fingatur eadem persona cum defuncto, vt actiones & obligationes non pereant. in fin. glo. in verb. tutoris. quia aliæ sunt clare. Sed quare igitur adultus potest adire cum auctoritate tutoris l. cum quidam. C. de admini. tuto. Solu. ideo potest, quia curator datur adulto iure ordinario pupillo verò iure extraordinario, & hæc est

21 glo. ordi. in d. l. cum quidam. in gl. vllum damnum. † pro expeditione præmitto dupplicem esse literam in hoc §. Prima est, ne pupillus vllum damnum habeat, & hæc est communior. secundum omnes, secundum quam est casus pro gloss. quòd pupillus hæreditatem quantumcunque lucrosam sine tutoris auctoritate adire non possit.[a]

ADDITIO.

a Non possit. † Sed ego dico quòd imò de necessitate debet esse litera, de

22 qua aliàs text. malè diceret, cum dicat, quamuis lucrosa sit, nec vllum damnum habeat: nam impossibile est: quia secundum communem opinio. illa dicitur lucrosa quæ habet damna, iuxta glo. in d. l. si quis mihi bona. §. si fi. ser seruus. ff. de acqui. hæred. vnde esset impossibile, quòd esset lucrosa, & nullum damnum haberet. Ias. May.

23 Alia † litera est, nec vllum damnum habeat, secundum quam esset hic casus, quòd pupillus hæreditatem lucrosam adire posset sine tutoris auctoritate. sed tamen sibi postea competet restitutio in integrum, si sibi damnosa appareret. Veruntamen prima litera in qua habetur, nec vllum damnum habeat, communior est, vt supra dixi. Pro expeditione tamen

a huius articuli, nunquid pupillus possit hæreditatem adire,[a] licet lucrosam sine auctoritate tutoris, variæ sunt opi. Prima est opi. glo. quòd non, & rationem assignat, ne sumptibus & litibus vexetur.

ADDITIO.

a Hæreditatem adire. † Adde tu, quòd quemadmodum pupillus non potest

24 adire hæreditatem sine auctoritate tutoris, ita nec tutor per se absque scientia pupilli potest hoc facere, vt est text. in l. potuit. C. de iure delibe. nisi pupillus sit infans, quia tunc potest etiam solus tutor sine pupillo. l. si infanti. C. de iure delibe. Et ideò communiter tutores in inuentario infantis ponunt se reperisse in bonis infantis spem adeundæ hæreditatis maternæ, quam pupillus moriens transmittit ad hæredes, secundum Barto. in d. l. potuit. Item potest solus tutor petere bonorum poss. licet glo. hic variauerit. Et intellige prædicta de pupillo vt non possit adire sine tutore. &c. in hæreditate extranei, vt ipsa non possit etiam adire, nisi vt supra. In paterna verò pupillus statim est hæres ipso iure ciuili, licet de iure prætorio habeat facultatem abstinendi. §. sui. infra de here. qua. & dif. & l. necessarius ff. de

25 acqui. hære. † Adde etiam quòd curator datus pupillo in locum impediti tutoris, non potest auctorisare pupillum in adeunda hæreditate, sed debet dari tutor alius. l. cum in vna. §. tutor. de appel. secus in curatore adulti. l. cum quædam. C. de admi. tut. Ias May. [Pupillus an possit adire hæreditatem sine tutoris auctoritate Adde l. pupillus. & ibi Bart. de acquir. hære. Ioan. de Imo. in l. veter. ff. eod. Bald. in l. ij. C. ad orfi. Bart. & Bald. in l. potuit. C. de iure delibe.

26 Alij † fuerunt in alia sententia distinguentes inter hæreditatem opulentam ex vna parte. Nam primo casu quando defertur hæreditas pupillo opulenta, tunc dicunt isti, pupillum adire posse sine auctoritate tutoris. In hæreditate autem lucrosa siue locuplete secus. Mouentur isti, quia propriè hæreditas opulenta dicitur illa, quæ affert opes sine incommodo aliquo hæreditas autem lucrosa & locuples est illa, quæ affert opes & incommodum simul. Adducunt isti pro se glo. sing. & not. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acqui. hære. vbi gl. facit differentiam inter hæreditatem opulentem ex vna parte, & lucrosam siue locupletam ex alia parte, pro qua sententia videtur casus in l. j. ff. de officio procur. Cæsa. In contrarium tamen est communis sententia Docto. quòd nullo vnquam casu, siue dicatur opulenta, siue locuples siue lucro

a sa, possit pupillus adire sine tutoris[a] auctoritate, vt plenè habetur maximè per Bald. in l quod fauore. C. de leg. Barto. & alios in l. morte. cum l seq. ff de acquir. hæredi Mouētur ipsi primò per tex. hic, ibi, quamuis sit lucrosa. Secundò mouentur, quia communiter omnis hæreditas affert commodum & incommodum simul, quia hæreditas est nomen iuris, tribuens iura hæreditaria tam in commodo quam sine commodo. l. hæreditas. de verbo. signi. l. hæreditatem. ff. man. & licet aliquo speciali casu posset reperiri aliqua hæreditas sine incommodo, tamē quia regula est in oppositum, lex non se extendit ad illum specialem casum. l. nam ad ea ff. de legi. Assignat rationem Bald in d. l. quod fauore. quòd dispositio huius. § est inuenta quodam iure naturali propter imbecillitatem consilij huius pupilli. nimium igitur si ipse pupillus tali formæ introductæ non possit renuntiare. argu. optimum in l. fin. C de testa. mili. Est alia ratio satis vrgens. Nam more Romano pupillus sine auctoritate tutoris nullo modo potest obligari. l more. cum l. seq. vbi casus supra alleg. Sed si concederemus pupillum posse adire hæreditatem sine auctoritate tutoris esset necessario fatendum fieri ipsum actum ad

27 obligandum. † Et si diceres, in quo debet obligari pupillus si non subsunt honera hæreditaria? Respondeo prout dicit Saly. in d. l. quod fauore. quia obligatur saltem ad sepeliendum ipsum defunctum, si non subsit alia obligatio l. si quis sepulchrum. §. funus. ff. de relig. & sump. fune. Timore ergo huius obligationis, quæ est contra iuris dispositionem, vt d. l tutore. impeditur pupillus adire hæreditatem quantuncunque lucrosam. Memini alias vidisse aliam rationem à clarissimo Domi. Petr quòd eà ratione pupillus impeditur, adire hæreditatē sine auctoritate tutoris, quia non intelligit causam adeūdæ hæreditatis: Nam vt quis possit adire hæreditatem sibi delatā, est necessē sibi ipsum intelligere causam

ex qua deferatur sibi hæreditas, scilicet, vtrum ex testamento vel ab intestato, vtrum tanquam agnatus vel cognatus. l. is qui hæres. ff. de acquirend. hæredita. sed pupillus nullo modo potest discernere causam sibi delatæ hæreditatis.

28 † quia talis ætas nec scire nec decernere potest. l. pupillus si fa ri. ff. de acqui. hæred. ergo non poterit adire hæreditatem sine auctoritate tutoris.[b] ideo tutor sibi datur, vt suppleat iudicium ipsius pupilli. l. quamuis. §. infans. cum simi. ff. de acquiren poss. & hæc ratio videtur vrgentior cæteris, hæc sententia tanquam verior, & in disputando, & in iudicando tenenda esset, maximè per text. nostrum qui violari minimè potest. Nec obst. differentia, quam facit glo. in d. l. si quis mihi bona. inter opulenta &c. quia talis differentia est nulla, & ideo &c. vulg ita. l. illam. C. de colla. Nec etiam obst. quod si nulla sit in hæreditate obligatio, pupillus nullum damnum sustineat, quia imò saltem de facto posset versari, & hanc rationem sensit Iurisconsultus. in d. l. minoribus. ff. de mino. Non obst. l. j. ff. de offic. proco. Cæs. qua loquitur in procuratore Cæsaris, nos autem in pupillo, & non est æque potens priuilegium Cæsaris vel fisci, quantum priuilegium ipsius pupilli. l. verum. in fin. ff. de mino. & l. si tutor & l. j. & ij. C. de ser. pigno. da. manu. & ex his remanet expeditus iste articulus.

ADDITIONES.

a Tutoris. Adde Matthæ. de Afflict. in constitu. Regni. si quis impostorum. col. v. versi. octauo quæritur. de defensis impositis Zilettus

b Tutoris. Concludo etiam in agnitione bonorum possessionis quod [t]utor 29 pupillus non potest agnoscere vel repudiare sine tutore. d. l. bonorum. & l. tenens §. impubes. ff. de bono. poss & no. in l. potuit. C. de iure delibe. & ff. de suc. edic. l. j. §. tutor. sed solus tutor bene potest agnoscere bonorum posse. sine pupillo. l. tutor. & l. si pupillum. ff. de bono. possessi. si ad pupillum. ff. de auctori. tuto. & hoc voluit glo. in d. §. potuit. & l. impuberi ff. de tut. & cura da. ab his licet glo. teneat contrarium, sed non bene. in d. l. bonorum. vbi Ange. & Saly vide. licet quod agnitio bo. poss. consistit in facto, sed aditio in sola voluntate. l. aditio C. de iure delibe. & illa quæ sunt in voluntate alterius per alium expediri non possunt. l. sub hoc. ff. de condici. & demonst. & c. Ias. May.

c Nec obst. differentia quam facit glo. † To respondeo. ad illa duo melius 30 & ad primum dic, posito quod sit vera differentia illius glo. tamen dico quod non posset adire etiam opulentam quam [illegible] nulla incommoda habeat eo. quia militat ratio quæ supra dicitur. quia non intelligit causam suæ aditionis. quæ ratio ita militat in opulenta sicut & in alia. Et eodem modo responde ad sequens argumentum. quod quamuis verum sit quod valet, & damnum sustinet, tamen non posset adire per rationem supradictam. Ias. May.

31 Ibi clarum, ex hac glo. habetis † quod pupillus regulariter non potest esse in iudicio, nec ciuili nec criminali, sine auctoritate tutoris sui, & est ratio quæ ponitur in text, ne vllum damnum habe[a]t. Idem intellig[it]ur quod in adulto curatorem habente Nam adultus curatorem habens fere est similis pupillo. l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. Si autem adultus curatorem non habeat, & non sit maior. xxv. ann. habet legitimam personam standi in iudicio, siue ciuili, siue criminali, atque optimum in l. in testimonium. ff. de testa & plenè habetur in l. j. & in l. iij. §. qui accusare. ff. de accu. Fallit in casu accusationis adulterij. vbi requiritur quod sit maior. xxv ann. l. si maritus. §. lex ff ad l. Iul. quia est intelligenda quando prosequeretur iniuriam alterius, secus autem si suam vel suorum, vt statim videbimus.

ADDITIO.

a In iudicio. † An pupillus possit esse in iudicio sine tutoris auctoritate, 32 vel etiam adultus vide per hunc. Adde tamen, quod licet pupillus non possit esse in iudicio criminali bene potest esse & torqueri sine auctoritate tutoris. & tunc præsentia iudicis supplet tutoris auctoritatem. ita Bald in §. item fortiori [illegible] de pace iura firman. atque text in d. l. clarum. C. de auctor. præstan. & Ias. M[a]y. Pupillus regulariter non potest esse in iudicio. Adde Pau. de Castr. in l. si putas. in ij. col. C. de pecti. hære.

33 In glo. ibi, in l. non entraret. † quid sit ista possessio momentanea, & quare dicatur momentanea, optimè declarat glo. in d. l. momentaneæ. Nam momentanea possessio duplici de causa dicitur. Aut a[ptitu]dine, quia contingere potest vt qui vicerit in possessorio, de facili succumbat in petitorio & ideo non remanebit ista possessio vno momento apud me. Vel dicitur momentanea, quia summariè & momentaneè est procedendum in ipsa. Ideò autem pupillus interueni-

34 re potest, quia de modico præiudicio tractatur † hinc est quod à sententia lata super tali possessione non appellatur. l. j C. si de momen. poss. fuerit appellatum.

ADDITIO.

a Fuer. appella. Adde † quod à sententia lata super causa possessorij non 35 appellatur: hoc est verum de iure ciuili. d. l. j. de iure autem canonico bene appellatur. cle. j. de causa poss. & propriè. Et est ratio, quia talis sententia dicitur diffinitiua, vel quasi diffinitiua, vt not. glo. in c. j. ext. a de iudi. & in c. consultationibus. extra, de offic. deleg. Adde tamen quod Bart. in l. j. C. si de momen. pos. dicit quod licet ab illa appelletur, quod tamen non obstante appellatione potest executioni mandari, & eum sequitur Alber. in l. j. C. eod. titu. vide Bart. aut. loquentem. in l. a. ff. de appel. recipi. Ias. May.

Ibi. sed hæc in adulto. Ideò autem glo. dicit in adulto, 36 † quia pupillus matrimonium contrahere non potest, & ideò de matrimonio à suo violato accusare non posset. text. est in princ. supra de nupt. ibi masculi quidem puberes, impuberes autem matrimonium contrahere non possunt. ibi l. j & ij. ratio huius fallentiæ est, quia princeps cum debet concedere veniam ætatis [b] minori, ipsum per aspectum præsentiam que sui videre vult d. l. j. & ij in glo alle. & ideò ipse minor potest adire sine auctoritate tutoris.

ADDITIONES.

a Matrimonio Adde Hippo. de Marsil. in l. infamia princ. ff. ad l. Corne. de sicari. Zilenus.

b Veniam ætatis. Sed aduerte: † quia dum glo. ista vult quod pupillus po- 37 test impetrare veniam ætatis, dicit de directo contra casum quem allegat. l. j. C. de his qui ven. æta. impe vbi quis non potest impetrare veniam ætatis nisi ex cesserit. xx. annum. &c. Ias. May.

In fin. glo. ibi. & nedum minor. xxv. ann admittitur in iudicium in tali interdicto. In fin. gl. in verbo post tempus ha-

38 betis hanc conclusionem, quod † auctoritas tutoris post modicum tempus interueniens tantum operatur, quantum si in ipso negocio interuenisset, & est ratio quam tenuit glo. in fi. sui Pro maiore tamen declaratione glo. colligite differen-

39 tiam vltra alios qui hic legunt & primo m † est differentia inter mandatum & iussum ex vna parte, & auctoritatem & consensum siue ratihabitionem ex alia. Nam de natura mandati siue iussus est, vt semper ipsum mandatum præcedat. De iussu casus est in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæredita. De mandato est casus in l. si verò remunerand. §. si post mandatum. ff man. & his duobus respondent edictiones, præcepta, licentia siue permissio. De natura verò auctoritatis est. vt vel in ipso negocio intercedat, vel modico tempore post. d. l. si quis mihi bona. §. iussum. vbi casus. & l. obligari. §. tutor. ff. eod. facit. c. causa extra. de iure pat. De natura verò consensus, siue ratihabitionis est vt operetur quandocunque intercedat. l. si cum materia C. ad Macedo. & per Dynum c. ratihabitionem. extra, de regu. iur. & plene per Inno. in c. j. & c. dudum. de reb. eccle non alie in vj. Ex quo not. infertur ad statutum quo cauetur, quod tale quid fiat de mandato siue iussu præsidis, hunc casu est semper necesse mandatum vel iussum antecedere. idem etiam in consilio, quia necessarium est consilium præcedere. l. Titium & Meuium. in princ. ff. de admi. tut. secus esset in ipso consensu, argu. eorum quæ supra not. & hoc patet ex significatione ipsorum vocabulorum. Nam vbicunque præcedat iussus mandatum siue consilium, non est verum illud fieri mandato, iussu vel consilio meo. Si verò consensus quandocunque intercedat, semper est verum dicere, illud esse gestum meo consensu, quod tamen secundum Docto. est limitandum, vbi consensus de forma non requiritur, quia tunc omnino est necesse consensum intercedere eo opere quo is pro forma requiritur. l. fin. §. necessitatem. & ibi glo not. C. de bono. quæ libe. quam Doctor. Bald. Bartol. & alijs sequuntur. faciunt quæ nota. per Innoc. in capit. præterea. extra. de offic. deleg. & hæc omnia sunt de mente Docto. in locis allegat. Omnia hæc quæ supra dixi recipiunt magnam dubitationem. Nam primo quod ei dictu, mandatum siue iussum necessario debere antecedere, videtur cōtra. l. si vero procurat ator. ff. de solu. licet. ff de iudi. l. j. §. sed si ratum. ff. quod iussu. in quibus iuribus habetur quod ratihabitio subsequens mādato æquiparatur.

paratur. Item ille qui ex post facto consensit, obligatur ex titulo quod iussu, ergo non oportet mandatum siue iussum antecedere. Item quod dicit Barto. de consensu, sufficere quandocunque intercederet, non videtur bene dictum. nam significatio huius vocabuli consensus, hic in princ. importat vt ipsum negocium antecedat.[a] Nam dicitur consensus quasi partium assensus. si ergo partes simul consentire dicuntur, ergo consensus in ipso negocio debet intercedere, & hanc expositionem faciat iurisconsultus. in l. j. in princ ff. de pac vnde Bald. in l. fina. C. ad Maced. aliam tradidit doctrinam.

ADDITIO.

a Antecedat. Et facit, † quia auctoritas debet adhiberi certo & limitato 40 tempore in aliquo actu, alio tempore interposita non valet. vt hic. & l. quid ergo. in princ. ff. de his qui not. infa. Et est argu. quòd si syndicus sit auctoritate præsidis, & est factus sine eius consensu, quòd licet princeps velit ratificare, non valet. Contrarium tenent Dyn. & Bald. in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. de acqui. hære. per l. ij. C. de iure fisci. libr. x. & c. cum a. de iure patronatus. c. cum quia illa auctoritas non est propriè auctoritas. sed quædam confirmatio. Et not. hic glo. in verbo, post tempus, simpliciter prolatum, quòd intelligitur post tempus non modicum. &c. Ias. May.

41 Circa† autem prædicta[a] potestis iudicio meo melius dicere ex mente Inno. in c. cósuetudinis. extra. de consue. & Moder. in d. §. iussum. Aut est talis actus qui de forma requirit iussum vel mandatum antecedere, & tunc non sufficit si ex postfacto intercedat. d. §. iussum. & d. §. necessarium. facit. c. adultus. extra. de elect. Aut est talis actus qui de forma non requirit hoc antecedere, & tunc aut actus talis potest stare in pendenti, & tunc ratihabitio subsequens tantum operatur, quantum si mandatum præcessisset, aut talis actus non potest stare in pendenti, & tunc ratihabitio subsequens non sufficit. d. §. iussum iuncta. l. cum qui. §. fin. ff. de acqui hæred. facit. l. actus legitimi. ff. de regu iur. & hæc videtur probabilior doctrina saltem disputando. 42 † Not singulariter aliam differentiam inter auctoritatem ex vna parte, mandatum, iussum, siue cósensum, ex alia. Ná de natura auctoritatis est, vt qui debet auctoritatem præstare, adsit ipsi negocio, non autem ipsam potest interponere per nuncium vel epistolam. casus est notabilis hic, ibi, præsens debet actor fieri. mandatum verò siue iussus, siue consensus potest interponi per nuncium vel per epistolam. De iussu est casus in d. §. iussum. De mandato. in l. j. & multis alijs. ff. man. De consensu est casus. in l. honores. in fin ff de decu & not. Barto. in dict. §. iussum. Adeo autem hoc strictè obseruatur in auctoritate, vt dixit Inno. in d. c. consuetudinis. quòd ex necessitate ille qui præstat auctoritatem debeat formaliter exprimere hæc verba. Ego sum auctor huic negocio, vel auctoritatem meam præsto: quam sententiam sequitur Angel in dict. §. iussum. licet multi hanc sententiam tanquam iuris rigorosam reprobét. Primo adducit Innoc. contra Angel in l. iij. cum sua glo. ff. de admi tut & de peri. l quid tamen. §. si arbiter. Item l. arbitris iuncta. l. iiij. in prin. ff. de re iudi. In quibus dicitur, quòd iudex in iudicando debet absoluere vel condemnare & tum sufficit hic si per verba æquipollentia fiat, quæ sententia videtur probabilior maximè: 43 † quia leges non sunt impositæ verbis, sed sententiæ, l. ij. cum simi. C. communia. de leg.

ADDITIO.

a Circa autem prædicta. † An autem in caso huius. §. inter. in quo requiritur 44 auctoritas tutoris, in contractu pupilli sufficiat eius præsentia, absque eo quòd expressè interueniat auctoritas. & similiter si in aliquo contractu debet interuenire consensus alicuius, sufficiat si ille sit præsens illi contractui, absque eo quòd expressè consentiat, vide text. in glo. l. iij. ff. de aucto. tuto. quæ videtur concludere quòd non sufficiat præsentia, de quo vide Barto. in simili. in l. quæ dotis ff solu. matri. qui idem concludit quod statim dixi, & vide no. in c. dilecti. extra. de arbi. & quod no. Bald. in l. si filius. C. de peti. hære. & Bald. in l. cum pater. §. liberos. de lega. ij. & quod no. in simili per Barto. in l. j. §. si plures. ff. de exercitoria. Et an vbi quis exigit consilium eius qui est particeps in officio, debeat intelligi de consensu, vide glo. ibi not. in c. venerabili. extra. de offic. delega. Adde tamen quòd contrahens cum pupillo potest esse absentem tempore quo tutor consentit pupillo. 45 † nam omnes actus qui consensu celebrantur, possunt fieri inter absentes per 46 epistolam. vt ff. de contrahen. empt. l. j. § fin. † An autem quando in aliquo actu requiritur consilium alicuius, possit fieri actus non habito consilio, vel si habitum, an teneatur illud sequi, vide Bald. in l. j. C. de exercito. &c. Ias. May.

in gloss. iudicium. ibi, vt hic dicitur. colligitis hanc conclusionem ad §. fin. huius tit. dum loquitur de iudicio intentato inter tutorem & pupil. quòd debet intelligi de alio iudicio alterius actus quam iudicio administrationis tutelæ. Nam durante tutela, actio tutelæ non potest interim intentari, nec est nata, vt statim in glo. videbimus. Vnde pro ple- 47 niori doctrina † videamus, quando & quibus casibus actor, tutor, vel curator durante tutela vel cura, conueniri possit. Dicite ex mente Docto. in l. ij. de admi. tuto. & Bar. in l. cum curator. ff. eod. titu. Aut quærimus de tutore, vtrum conueniri possit, & tunc aut conuenitur ex obligatione quæ habet vetustiorem causam tutela, & potest conueniri, & si sint quam plures tutores, alius auctorisabit contra alium, & est casus in §. nostro. & facit. l. si tutor. §. fina. ff. de tuto. & ra. di. iuncta l. si plures. ff. de te. tu. Aut si non sunt plures tutores, dabitur curator ipsi iudicio, vt in §. nostro. Aut quærimus vtrum conueniri possit ex obligatione nata propter aduentum tutelæ, & tunc non potest conueniri, quia actio non est nata. d. l. si eum adhuc. §. fina. de tu. & ra. dist. & l. nihil. in prin. eod. titu.[a]

ADDITIO.

a Eod. titu. Hoc † verum, nisi tutor desineret esse tutor ante tempus, eò 48 quia haberet necesse abesse causa reipu. vel quia bona sua venirent publicanda, quia tunc pupillus etiam non finito tempore tutelæ potest agere cum eo. vt reddat rationem. l. si tutor. ff. de tu. & ra. dis. Et idem si efficeretur monachus, vt ibi no. Ias. May.

49 Aut† quærimus, nunquid possit conueniri ex obligatione nata durante tutela[a] per aliam causam, vt puta, furti vel cómodati, & tunc etiam interim non potest conueniri quantumcunque obligatio & actio sit nata. dict. l. si tutor. cum l. seq. quæ incipit, sed non dantur. de tu. & ra. dis. Si verò quæramus, quando curator conueniri possit, & tunc aut quærimus de contractu facto ante ipsam curam, & bene conueniri potest, ad exemplum tutoris. l. supra alleg. Aut quærimus de contractu facto durante cura, vel de aliqua particulari gestione ipsius curæ male gestæ, & tunc durante cura potest conueniri l. cum curatore. ff de admi. tuto. l. si tutor. in fin. de tu. & ra. dis. l. non quasi §. hanc stip. ff. rem pu. sal. fore. Aut quærimus. nunquid conueniri possit ex ipsa generali administratione, & tunc durante cura conueniri non potest, ad exemplum ipsius tutoris: d. l. ij. C. de admi. tuto. & l. actus. ff. eod titu. Quantum autem ad eum qui gerit pro tutore siue curatore, & qui non est verus tutor nec curator, concludite indistinctè, quòd quandocunque conueniri potest, siue pro contractu ante administrationem pro tutela gesta, siue etiam durante ipsa pro tutela.[b]

ADDITIONES.

a Durante tutela. De hoc articulo vide Cyn. & Saly. in l. aduersus. C. de admini. tuto. Bart. in l. qui habet. §. pupillus. ff. de tutel. & in l. si tutor. §. fi. ff. de tute & ratio. distra. & Matthæ de Afflict. in consti. Regni. minoribus. col. v. versi. quinto. & vbi mo quæro. de tuta balij. Ioan. Bap. Ziletus.

b Pro tutela. † Quando & quibus casibus tutor vel curator durante tute- 50 la vel cura possit conueniri à pupillo vel è contra, pupillum conueniri, vide de hoc glo. in l. j. C. de admi. tut. & Bart in l. curatorem. ff. de admi. tut. vbi plenè sufficiens causæ remissionis. An & quando durante officio possit administrator conueniri concide, & primo in procuratore, siue erat debitor ante mandatum procuratoris ascriptum siue post, vt ex furto, damno dato, vel alia causa, quòd possit conueniri procuratione durante. l. cum procuratore. secundum lectu. ff. de admi. tu. licet glo. contra, & malè, in l. qui proprio. in fi. ff. de procu. Et idem in eo qui se gerit pro procuratore. d. l. cum procu. in glo. Et idem in procuratore furiosi, qui tenetur actione nego. gest. qui potest conueniri etiam dum negocia gerit. l. furiosi. ff. de tu. & ratio. dist & ibi glo. assignat rationem. Sed in curatore adulti dic, quòd in obligatione quæ oritur aliunde quàm ex gestione & furto, vel damno dato, possunt conueniri etiam durante cura. d. l. cum tutore. Sed in ea quæ oritur ex administratione, non potest conueniri pro totali administratione sed pro particulari sic. l. actus. ff. de admini. tuto. & not. in l. ij C. de administra. tuto. &c. Ias. May.

Item in eo qui gerit procuratorem, de hoc est casus. in l. j. §. fi. ff. de contraria actio. tut. Item in procuratore qui quandocunque conueniri potest. l. qui proprio. §. fin. cum l. seq. & per Barto. ff. de procur. Ibi respondeo hic optimè loquitur quantú ad hunc passum. Nam Imperator in d. aut b. ostendit se velle corrigere iura antiqua. Ibi, quod diximus in hoc arti-

culo duæ ſunt opi. Prima, † nunquid ille qui eſt datus curator in teſtamento, poſsit eſſe curator, & in hac opi. fuerunt multi Docto. dicentes ſic. pro quibus facit, quia eſſe approbatus ab ipſo teſtatore. In contrarium eſt veritas, quia etiam datus in teſtamento, talis non poteſt tutor eſſe, & hanc partem tenuit glo. in authen. minoris debitor. C. qui dari tuto. poſ. & in d. authen. vt hi qui ob. ſe. ha. perhi. res mi. & hanc partem tenuit Dyn. in iudicando & conſulendo ſuo. conſil. xxxviij. Idem Azo. in ſum. qui da. tuto. poſ. in ver. idem. Sed & hæc pars tanquam verior eſt tenenda. † In fin. glo. colligitis, quòd is cuius res poſsidetur à pupillo, & vendicari poteſt, non prohibetur decerni tutor pupillo, & hanc ſententiam tenuit glo. in authen. minoris. C. qui tu. da. poſſ. & in l. j. C. de in litem dan. tu. Sed glo. communiter reprobatur, quia qua ratione prohibetur quis decerni tutor pupillo cum quo ſit obligatio perſonalis, eadem ratione prohibetur dari tutor pupillo ex quo poſsit actio realis intentari: nam hic eſt timor malignitatis, ne fortè inſtrumenta ſubtrahat vel deleat. ergo idem ius. vulg. l. illud. ad l. Aquil. & pro hac ſententia introduco. d. authen. minoris. cum dicit, minoris debitor, vel is cui minor tenetur, aut res minoris. Vt igitur illa pars alternatiuè, aut res minoris, aliquid operetur, debemus intelligere vt includat actionem realem alioquin fuiſſet fruſtratorie poſita. §. quibus, in j. conſti. C. Non obſt. quòd illa authen. loquatur de debitore, quia etiam ille qui tenetur actione reali dicitur debitor, vnde ad verba authen. referri poſſunt. faciunt quæ habentur in §. j. de actio. In fin. glo. auctor. non obſt. hæc l. fin. quia ideo † quis ſtatuitur iudex in cauſa propria, [a] quia hoc ſibi tribuit aduerſarius cum quo litigat. facit. l. j. ff. qua. rerum actio non datur. l. admonendi. & l. j. §. fina. ff. de verbor. obliga. in l. Theopompus. de do. præle.

ADDITIO.

a Cauſa propria. Item adde, quòd Imperator vel princeps, vel quiuis alius non recognoſcens ſuperiorem, poteſt eſſe iudex in cauſa propria. l. & hoc Titius. & ibi Barto. ff. de hære. inſti. l. proximè. & ibi Barto. ff. de his quæ in teſt. delen. tamen ſi volunt poſſunt ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius iudicis. l. eſt receptum. vbi gloſſ. & Bartol. ff. de iuriſd. omnium iudic. Iaſ. May. (An temporalis princeps, vel quiuis non recognoſcens ſuperiorem poteſt eſſe iudex in cauſa propria. Adde Bart. in c. j. col. j. verſi. Et ad quem appelletur à ſententia. de inueſtitu in marit. facta. & in tit. de pace conſtan. in ver. volumus. Andræ. de Iſer. in c. Imperialem. §. præterea ſi inter duos. col. vij. verſi. rex aut Imperator. de prohi. feu. alie. per Frederi. Abb. Panor. in c. cum veniſſent. col. ij. ver. opp. contra tex. extra de iudi. & ibi Phili. Deci. col. iij. verſi. ſucceſsiuè. Abbas. Eundem Abb. in c. nouit. col. ij. verſi. not. ex tex. ſingulariter eo. titu. & in c. j. col. j. verſi. & quod dixi. extra de proba. Et Robert. Maran. in tracta. de ordi. iudicio. in vj. part. verſ. appellatio. nu. 32. cum ſeq. in paruis. Io. Bapt. Zilettus.

Quibus mod. tute. finitur. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra viſum eſt de duplici ſpecie tutelæ, & ſubſequenter de earum auctoritate: verum quia contingit tutelam finiri pluribus modis. ideò Imperator de his tractaturus intitulauit, quibus modis tutela finitur. Sequitur nigrum.

1 *Pubertas quomodo olim & hodie dignoſcatur. & nu. 3. & 4.*
2 *Tutela quibus modis finiatur. & nu. 14. & 18.*
4 *Pubertas per turpem aſpectum probari non debet. & nu. 6.*
5 *Maior caſtitas in mulieribus quàm in maſculis requiritur.*
7 *Pronunciatio quæ fit per aſpectum excuſat ignorantes, ſed non ſcientes.*
8 *Pronuntiatio ſuper ætate facta ex aſpectu, excludit minorem à reſtitutione in integrum.*
9 *Qui aliorum opinionem recitat, debet in primis illam commendare.*
10 *Legibus & rationibus non opprobrijs eſt certandum.*
11 *Caſtitas placet & pudititia.*
12 *Caſtitas ſola potens eſt hominum animas Deo præſentare.*
13 *Honeſtas tam maſculo ſicut fœmine conuenit.*
15 *Pupillus doli capax propter ingratitudinem, poteſt in ſeruitutem reuocari, ac exheredari.*
16 *Pupillus quando dicatur doli capax.*
17 *Pubertati proximus quando quis dicatur.*
19 *Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt, veluti regulatrix diſpoſitorum in teſtamento.*
20 *Tutor quando ob ſuſpitionis cauſam remoueri poſsit.*
21 *Iudex quando ſecundum conſcientiam, & quando ſecundum allegata & probata iudicare debeat. & nu. 23.*
22 *Iudicans contra conſcientiam, ædificat ſibi ad gehennam.*
24 *Filiusfamilias an poſsit eſſe legitimus tutor. & nu. 25.*
26 *Exiſtens in pubertate non poteſt habere tutorem.*
27 *Tutela finitur pubertate etiam in furioſo, aut mentecapto.*
28 *Si uni debentur oblationes factæ die dominica, & alteri in die Sancti Martini, & dies Sancti Martini occurrit in die dominica, cui oblationes debeantur.*
29 *Eiſdem modis quibus finitur tutela, finitur officium adiuncti tutori.*
31 *Officio principalis finito, finitur illud coadiutoris adiuncti.*

PVPILLI. [a] † Pubertate, quæ olim in maſculis ex impudico aſpectu conſtituebatur, hodie autem ex numero. 14. ann. in maſculo. & xij. in fœmina ſtatuitur, tutela finitur. h. d.

ADDITIO.

a Pupilli. Iſte tit. totus diuiditur in ſex partes. In prima ponitur, quomodo finitur tutela pubertate, & quid ſit pubertas. In ſecunda, quomodo finitur arrogatione & deportatione. In tertia, quomodo ſeruitute, vel captiuitate, vel per aduentum conditionis, ſiue per mortem. In quarta, quomodo capitis diminutione, tam in perſona tutoris quàm pupilli contingente. In quinta, quomodo per temporis finitionem. In ſexta & vltima, quomodo per rationem tutoris. Secunda ibi, (item ſi in ſeruitutem.) Tertia ibi, (ſed & ſi vſque.) Quarta ibi, (ſed & capitis diminutione.) Quinta ibi, (præterea.) Sexta & vltima ibi,) deſinunt autem. Iaſ. May.

Ibi annis, id eſt, annorum numero. ibi morte, ſcilicet naturali. Not. primo, [a] † tutelam [b] finiri pubertate. con cor. l. j. C. quando tut. vel cura. eſſe deſin.

ADDITIONES.

a No. primo Pallii in rege, cuius tutela non finitur. xiiij. ann. ſed xxiiij. ita ſing. Oldr. in con. lij. incip. quæſtio talis eſt an tutela regis. Adde, quòd etiã finitur arrogatione & reductione impuberis in ſeruitutem, propter ingratitudinem vel captiuitatem, morte tutoris pupilli, vel media capitis diminutione tutoris. minima autem tollitur ſolum legitima. Item qualibet cadi. pupilli. Item finito tempore vſque ad quod datus fuit tutor. Item ſi remoueatur vt ſuſpectus vel aliter ſe excuſet. h. d. Iaſ. May.

b Tutelam finiri. Adde quando tutela finiatur. Petr. de Ferrarijs in ſua practi. in for. libel. quo agit. ad re. ratio. tutelæ in glo. ad ætatem. xviij. anno. & Matthæ. de Afflict. in conſti. regni, minori. in ij. not. de iura balij. Io. Bapt. Zilettus.

Item not. † pubertatem incipere in fœmina olim ex complemento, xij. anno. quod & hodie obſeruatur. † In maſculis olim cognoſcebatur ex inſpectione impudica [a] corporis, quia inſpiciebatur an duplicem haberent lanuginem. hoc hodie eſt correctum, quia ex complemento. xiiij. anno. pubertas, & fœmina viripotens. & eſt talis huius. l. præſumptio. contra quam non admitteretur probatio in contrarium. quia eſt iuris. & de iure. facit quod not. glo. in l. ſi tua ff. quod met. cauſ. & ca. is qui fidem. extra. de ſpon. & hoc eſt verum in materia tutelarum finiendarum, vel in materia teſtamentorum. l. qua ætate. ff. de teſt. In materia autem matrimoniorum contrahendorum, & ſi præſumatur fœmina viripotens in xij. anno. maſculus vero in xiiij. tamen probatio in contrarium admittitur. c. puberes. c. de illis. extra. de deſpon. impu. & dixi ſupra de nup. in princip. † Item not. requiri maiorem caſtitatem in mulieribus quam in maſculis, ratio eſt vt eſt per gloſſ. not. in l. palam. §. quæ. de adulte. ff. de ritu nupt. quæ dicit quòd licet mulier depræhenſa vel damnata coitu illicito efficiatur infamis, non tamen idem ſtatuitur in maſculo, & facit. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi.

ADDITIO.

a Inſpectione impudica. Not. † quòd pubertas non debet probari per turpem aſpectum, bene tamen probatur à iudice ex aſpectu. l. minor. xxv. anno. ex aſpectu. ff. de mino. Adde quod † talis pronuntiatio ex aſpectu prodeſt ignorantibus, non ſcientibus. quia transfert in eos ius probandi contrarium, de quo per Barto. in d. l. minor. & pleniſsimè per eum in l. de ætate. ff. eod. † Item talis pronuntiatio ex aſpectu, ſeu tale decretum excludit minorem à reſtit. in integ. d. l. minor. xxv. anno. ex aſpectu. ſed non decretum ſuper alienatione. l. tutor. ff. de minoribus. &c. Iaſ. May.

Item

9 Item no. ibi, bene positam &c. † quòd cum recitamus opin. aliquorum, debemus in primis illam commendare, fa-
10 cit. l. ij. §. hæc verba. ff. ad velle. quod † facit contra eos qui cum de re aliqua disputât. tanta temeritate sæpe erumpunt, vt non legibus nec rationibus, sed opprobrijs putant esse certandum, contra l. quisquis. C. de posthu. contra præceptum Ciceronis de offic. danda est magnopere cura, vt his quibus
11 cum de aliqua recertamus, & amici & beneuoli esse videa-
a mur. † Not. castitatem a & pudicitiam Iustiniano placuisse.
b ita ipse attestatur in l. ita nobis. C. de adulterijs.

ADDITIONES.

a Castitatem. Addo Hostien. in summa tit. de biga. in §. quare bigamis ver. sed quare exigitur.

b ff. de adult. Et respondeo, † illa enim sola potens est hominum ani-
12 mas Deo præsentare. hoc volui gl. in l. iij. §. institum. ff. de ori. iur. & tex.
13 in. §. j. in authen. de lenonibus. † Et adde, quòd ita honestas requiritur in masculo sicut in fœmina, vbi est eadem ratio. l. maximũ vitium. C. de lib. præte. secus vbi est disparitas. l. multis. ff. de sta. homi. & facit quod not. Barto in l. prima. ff. de verborum signifi. & infra de hære. insti. §. j. &c. Ias. May.

14 In versic. item finitur. † no. tutelam finiri arrogatione impuberis. Ratio, quia subijcitur potestati patris arrogatoris cuius cura gubernari possit, ideo non habet necesse opera tutoris. § illud. supra de adop. iuncto. prin. de tute. Item
a finitur deportatione, seruitute a & affinitate. Ratio, quia his modis perduntur ea quæ sunt iuris ciuilis. supra de tut. in princi. & hoc ex parte pupilli. Ex parte verò tutoris finitur tutela ex maxima & media diminutione capitis. Item & minima si sit legitima.

ADDITIO.

a Seruitute. No. etiam tex. ibi, seruitutem coniuncta glo. in ver. redi-
15 gatur. † quòd etiam pupillus si est doli capax, potest per ingratitudinem in seruitutem reuocari, & similiter potest exheredari: vt no. gl. in §. non so-
16 lum. infra de pupillari subst. Adde quòd † dicitur doli capax quando est
17 proximus pubertati, vt no. gl. in l. impuberem ff. de furt. † & dicitur proximus pubertati, masculus post. x. ann. & medium vsque ad xiiij. annorum, fœmina verò à nono anno cum dimidio, vsque ad xij. vt no. glos. in l. pupillum. de reg. iur. omnis pupillum doli capacem excedere potest omne delictum, præter delictum carnis & adulterij. l. sed si minor. C. de adul. Idem de proximo pubertati no. gl. in l. j. de noua & in §. pupillus infra de inutil. sti. licet gloss. videatur tenere contrarium in l. non tantum circa princ. ff. de excu tu. sed illa glos. inspicit adolescentiam quoad tutelam, ista inspicit adolescentiam quoad contractus & delicta. & est ratio, quia in contractibus & delictis ætas attenditur. in tutelis tempus pubertatis. e. Raynal. & Io. de Pla. Sed secundum illud exemplum iste tex. restringetur ad doli capacem. Tu dic, quòd imò potest loqui etiam in pupillo non doli capace, qui esset captus ab hostibus, vt. §. j. supra de iure pers. sed quia tex. hoc expressè ponit, istud stare non potest. [Quod pupillus pubertati proximus dicitur doli capax. Adde Doc. in c. j de delictis pue. Car. in cle. j. in v. q. de homi Doct. in c. j. in §. qui verò. ver. op. quòd mone. de reg. li. vj. Lap. alleg. cxciij.

18 Item si sit † remotus propter suspitionem, a vel excusatio
a nem legitimam. & hoc ex parte tutoris. Vtrinsque autem & pupilli & tutoris tutela finitur morte. quia mors omnia soluit. §. deinceps. in authen. de nup. Item finitur tutela vel conditione, in quam vel in quem a testatore erat datus tutor. Ideo, quia voluntas testatoris potuit actum tutelæ limitare ad centum euentum conditionis vel diei. §. ad certum. supra
19 qui. d a. tu. pos. eaque † seruanda est veluti regulatrix dispositorum in testamento. l. in conditionibus primum. de condi. & demon. §. disponat. in authen. de nup. Et ideo concludite per versus istos.

Impuberis modis istis tutela finitur:
Si deportetur, pubescat, vel arrogetur,
Si moriatur, vel seruiat, vel eripiatur,
Siue ad certum tempus, conditionis euentum,
Si detur vtroque pone veniente finitur.
Finitur magna, media diminutione.
Capitis tutoris impuberis minima semper.
Finitur causa si iudici iusta videtur.

ADDITIO.

a Suspicionem. Adde quòd † vbi tutor allegatur suspectus, quòd lite contestata lex interdicit sibi administrationem bonorum pupilli. l. quod si forte. ff. sol. matri. & ibi Bart. & ipso postea declarato suspecto, remouetur in totum. & datur alius. vt hic in extraneo tutore, Vbi autem tutor esset agnatus pupilli, tunc propter suspitionem non remouetur in totum, sed datur ei adiunctus. l. si tutor. ff. de suspe. tu. Et idem dicit Bar. in d. l. quòd si fortè, quòd cauti procuratores volentes tollere administrationem alicui tutori, allegant eum suspectum, & pendente iudicio remouetur ab administratione, de quo infra, de suspe. tu. vbi videbimus causas sufficiétes ad suspitionem, & habetur per gloss. & Bar. in l. j. ff. eo. de suspect. tutori. Iason May.

In fin. glo. in verbo, pupilli. No. ex glos. secundum Mar.
21 † iudicem debere iudicare secundum suam conscientiam.
a Io. verò tenuit, secundum alleg. & probata a pro qua opt. est l. illicitas. § veritas. de offi. præsi. Sed ita concorda. Aut aliquid est notum iudici vt iudici, & tunc tenetur iudicare se-
b cundum conscientiam. b Ratio, quia iudicat vt iudex, habet rem notã vt iudex. vnde cũ omnia sint benedisposita bene iudicabit secundum suã cõscientiã, Aut habet rem notã vt priuatus, & tunc debet iudicare secundũ allegata & probata. Ratio, quia iudicat tãquam iudex habet rem incognitam, & ita loquitur lex illicitas. §. veritas. & l. minor. xxv. ann. ex aspectu. ff. de mino. Hæc omnia iudicate esse vera in iudicibus qui sunt infra legẽ, iudices verò qui sunt supra le-
a gẽ, vt Papa, Imperator, & Illustris principis a noster in territorio nostro, qualitercũque habeãt veritatẽ, secundũ illã debẽt iudicare facit. l. j. C. si aduer vendi. Itẽ hæc omnia sunt vera in foro nostro contentioso, & sic de iure fori: de iure verò poli quando res incidit, officium debemus refutare: & si princeps vellet omnino pure te iudicare, debes prius mortem pati quam mala conscientia contra veritatem iudicare:
22 † quia qui iudicat contra conscientiam, ædificat ad gehennam ca. literas extra de rest. spo. c. sacris extra. quòd me. cau. per Canonistas in c. j. extra. de offi. ordi.

ADDITIONES.

a Probata. An iudex debeat secundum suam conscientiam iudicare. vel secundum allegata & probata. Vide Io. And in addi. Spe. in ti. de disputa. & alle. §. fin. vers. licet Ant. de Bu. in repeti. c. vestra prope. fi. extra de cohabi. cle. & mulier Pet. de Bellaper supra dutu. na. col. xvj. versi. no. hic quòd iudex Bal. in l. fi. C. de pæn. iudi. qui malè iudi. Pau. de Cas. in consi. ccxcix. incip. visa inquisitione suprascripta. Bon f. de Vitalis in tracta. malef. in proœ. col j. vers. nec presumant iudicare Iu. de Plarea. infra de actio. §. si minus. in fin. & ibi Ias. col. iiij. vers. in e. gl. ibi. nisi habea. Pari. de Put. in tract. syndica. in ver. allegationes in prin. Item in ver. iudex an si mandat. & in ver. an iudex possit vel debeat. Pe Felv. Sandeum in c. pastoralis. §. quia verò in gl. in ver. quia verò. extra de offi. de leg. vbi regulam cum octo limitationibus ponit. Ias. May. in §. sed iste en. pen. vers. no. quòd quando committitur. infra de actio. & Matthæ. de Afflict. in consti. Regni inci. vt vniuersis. in fi. & in consti. iudi. col. iij. in. ix & x. no. in consti. in quæstionibus. col. v. j. x. not. & in consti. summo periculo. col. j. in iij. no. Hippo. de Mar. si in fin. cele vj. inci. iudex. & in consi. suo xviij. incip. protectot io tu spectrantium. nu. 38. & in sua praxi. crimina. §. diligenter. nu. 16. Phili. Deci. in l. si soror. col. ij. ver. & per istum tex. erguit gloss. C. de collatio. Mar. Ant. Blancum in l. fi. nu. 404. ff. de quæstio. Maria. Sozin. iunior. in consil. lxxix. inci. prospectis omnibus. nu. 34. in ij. vol. Io. Be. Sanctius in consi. incip. iuridicam profecto puto. in fi. quòd extat. in j vol. consi. prædicti Mariani. post consi. vij Io. Mileum in praxi crimina. fol. 29. in gloss. in ver. vicis. & Iodoc. Damhou. in praxi eiusdem materiæ. c. xxvj no. 5. Ios. Baptista. Zilettus.

b Conscientiam. An † iudex debeat iudicare secundum conscientiam
23 suam, an verò secundum allegata & probata vide Ang. in. §. præterea. infra de actio. adde glo. in l. 4. in fi. C. de temp. app vbi no. sunt gl. vide an secundum conscientiam informatam ex præsumptione & indicijs, & aspectibus à priuato. l. ij. in fi. ff. de ferijs. & ibi gl. & l. si irruptionis. §. fi ff. fi. regum. alioquin supplet iudex de facto, quod esse non debet, vt no. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduocatis &c. & quid sit cõscientia scribo in libro albo in verbo conscientia. Ias. May. [An iudex debet iudicare secundum conscientiam suam. Adde gl. in c. iudicet. iij. q. vij. gl. in c. j. de off. ord gl. in c. pastoralis. de off. dele. gl. in §. si minus. insti. de actio. Host. in c. j. de constit. Doc. in c. cum æterni. de re iudi. li. vj. Bar. in l. illicitas. §. veritas. ff. de off. c. præsi. & per S. Tho. secunda secundæ quæstio. lxxvij.]

a Quod Princeps possit iudicare secundum conscientiam. Vide Ballonum. consi. lviij. nu. 3.

a In text. ibi, Sed & a capitis diminutione.

ADDITIO.

a Sed & Item aduerte † circa intellectum versi. Sed & capitis diminutio-
24 ne. in verbo, veluti si in adoptione: quia si intelligis de arrogatione, text. est clarus: si verò intelligis de adoptione in specie, tunc est dubium quomodo filiusfamilias possit esse legitimus tutor. cum pater eum præcedat in gradu. Et gl. hic in verbo. adoptionem. clarè videtur velle quòd impossibile sit filiumf. esse legitimum tutorem, quod reprobat. hic Ange. de Are. quia si pater esset impeditus tali impedimento quòd non posset faciliter tolli, tunc esset locus sequenti legitimo, & sic filiusfamilias est contra casum. l. iij. §. quæri potest ff. de leg. tu. Tu dic quòd est dare casum in quo filiusf. potest esse legitimus tutor in casu huius. §. quando pater esset deportatus si interim filius vocetur ad legitimam tutelam alicuius sui agnati, puta filij patrui sui iuxta. l. iij. ff. de tutel. & cele. si pater postea restitua-

tur,non recuperat iue alteri quæſitum iuxta glo.in l.Gellus.§.& quid ſi tantum.& ibi omnes.& ſic filiusfami.erit legitimus tutor reprobata glo. hic. Dic contra,quia imò recuperatur ius patriæ poteſtatis,vt eſt tex.in §. cum autem.ſupra quib.mod.ius pat.pote.ſolu.& ibi gl.Iaſ.May.

a In fine glo.ᵃ in adoptionem. vel potes dicere,quòd etiam filius tunc adminiſtrabit tutelam,cum talis libertus ſit ibi libertus,patri ſolo vſufructu inde conſeruato.l.non ſolum, C.de bonis quæ liberis.

ADDITIO.

a In §.l.ſi. Iſtam gl.reprehendit Io.Fa.in primo & in ſecundo dicto: 25 † quòd filius viuente patre poteſt eſſe tutor legitimus,ſi pater ſit impeditus tali impedimento de quo ſpes non ſit quòd tolli debet:tunc enim proximior ſuccedit in iure tutelæ.vt l.iij.§.po.ff.de legi.tut.& l.non ſolum. §.ſi quis.& ibi no.ff.de exc.tu. Item procedit in eo quod dicit,niſi in caſu &c.quia conſtat quòd talem ſeruum filius manumittere non poſſet, vt l.ſi.§.filiis autem.C.de bo.quæ liber. Præterea ſi gl.intendit in hac expoſitione,quòd in hoc caſu quo filius talem ſeruum manumiſerit,quòd perdatur tutela per emancipationem,falſum eſt:quia quamuis perdantur illa quæ iure agnationis pertinent,quia definit eſſe agnatus per emancipationem,non tamen perdit illa quæ iure patronatus deferûtur,quia in eis non inſpicitur agnatio,ſed ſolum iuſpatronatus. ſecundum Io.Fa.& ita in prima reprobatione primi dicti huius gl.tenet etiam Ang.de Are.hic. Ego puto quòd in reprobatione ſecundi dicti huius gl.poſſit hæc gl. defenſari ab impugnatione Io.Fab.quia ad.l.ſi.§.filijs autem.C.de bo. quæ lib. reſpondeo, quòd verum eſt quòd filiusfamilias non poteſt manumittere ſeruum maternum,& ſic aduentitium,ſine conſenſu patris.d.§. filijs autem. ſed cum conſenſu patris ſic.& ita ſumitur hæc gla. Et vide etiam Nico.de Neap.hic qui reprehendit gl.vt ſupra.Iaſ. May.

a In text.ᵃ ibi,ſed pupilli & pupillæ.

ADDITIO.

a In tex. Aduerte ad ver.ſed pupilli.quia videtur mihi. quòd iſte verſi. ſit ſuperfluus,dum ibi dicitur,quòd per minimam capitis diminutionem tollitur tutela:quia iſtud de arrogatione etiam dictum erat.ſupra Cognata de ſolutione. Et ſi dicis quòd iſte ver.etiam loquitur quando filius ſiatus in adoptionem,dico quòd eſt impoſsibiliſsimum:quia cum pater haberet filium in poteſtate tempore adoptionis,ergo filius non poterat habere tutorem,ergo nulla tutela potuit tolli:imò etiam poſt adoptionem non poteſt filius habere tutorem,cum remaneat in poteſtate patris naturalis: vt 26 ſupra de adoptio. † & exiſtens in poteſtate non poteſt habere tutorem ſupra de tutelis.in prin. Sed dic,quòd iſte ver.loquitur de communi capitis diminutione contingente in perſonam pupilli:& ſic etiam de minima, & conſequenter de arrogatione. Supra autem tantum dictum fuerat de arrogatione ſola,vnde non ſuperfluit. Sed ſi ſuperius dictum fuerat de minima,ergo multo magis de media & maxime. Vel dic,quod imò poteſt intelligi de adoptione in caſu.l.ſi.in prin,C.de ſon.paſ. Iaſ.May.

27 t † In fin.gloſſ Sed pone quòd alicui pupillo qui erat mentecaptus,prodigus vel furioſus, ſit datus tutor, quando finietur tutela? Dicite quòd finitur pubertate,quia potius inſpitur ætas, veluti cauſa materialis, propter quam eſt datus tutor quam inſanitas tanquam vitium accidentale, argum. optimum.in l.qui habet.§.ſi pupillus.ff.de tutelis Quod fa- 28 cit.ad q. † Ex priuilegio debet presbyter habere oblatio- b nes ᵇ factas in die ſancti Martini alter vero debet habere in die dominica factas: ſi occurrat feſtum ſancti Martini in die dominica, cui dabuntur oblationes? Dicunt peruenire ad illum presbyterum cui oblationes dominicæ debitæ,ſunt vt paritates diei & feſti potentioris conſideretur: Tamen Bar.dixit diuidendas:& dicatis vt d.l.qui habet. Non ob.illa.l.qui habet,quia loquitur in re indiuidua.

ADDITIONES.

a In ſi.gla.ſi.quòd † eiſdem modis quibus ſinitur tutela,finitur etiam 29 auctoritas officij adiuncti tutori,quod eſt multis caſibus.vt infra ti.j.§.interdum.in verbo idoneus.& in l.potuit.& in l.propter.C. in qui.cau.tut. 30 vel cu.ab his.† nam finito officio principalis,etiam finitur illud coadiutoris adiuncti.l.j.C.quando tut.vel cu.eſſe deſinet.& ideo coadiutor datus debili vel ſuſpecto epiſcopo,da quo in c.venerabilis.extra de offi.deleg.deſinet morte prælati eſſe per d.l.j.Iaſ May.

b Oblationes Adde Guil.da cu.& Ang.poſt eum in l.ſi.C.de ferijs.

ADDE Bar.& Hoc.in l.ſi.ff.de offi.pro conſul. Aut.de Bu.in c.ſi.de ferijs.Io.de Imo.in l.qui ſolidum.§.fin.col j.ff.de leg.ij.Ale.de Imo.in l. qui poſthumus in prin. Et ibi.Iaſ.col.j.verſi.item ad iſtam reg.ff.de lib.& poſthu.Io.Ba.Zilettus.

De curatoribus. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra viſum eſt quibus modis tutela finiatur verum,quia finita ea peruenire debet ad dandos curatores Ideo rectiſsimè de curatoribus intitulatum eſt.

1 ☞ Puberes ſi uelint accipiût curatores uſque ad xxu. annum, & quæ ſit ratio.
2 Maſculorum & fœminarum cura eodem tempore finitur.
3 Dictio,uſque,quomodo capiatur.
4 Curator in teſtamento non datur adulto,datus tamen confirmatur. & nu 6.7. & 8.
5 Furioſo,uel mentecapto datur curator in teſtamento.
6 Tutor datur perſonæ,curator rebus.
7 Pater an poſſit in teſtamento dare curatorem neutri.
9 Curatorem an adoleſcentes inuiti accipiant. & nu.10.
Pupillis inuitis curatores decernuntur.
11 Pupillus quare cogatur accipere curatorem ad lites.
12 Tutor uel curator datu. ad lites,an inuentarium facere teneatur.
13 Curator ad certam cauſam dari poteſt tutor uerò non.
14 Furioſi,mentecapti & prodigi.ſurdi & muti, ſunt in agnatorum cura, quibus deficientibus à iudice dantur curatores. & nu.17.
15 Curator pupillo datur,loco tutoris impediti ad tempus.
16 Pupillus cum tutore litem non poteſt mouere,nec econtra.
17 Adoleſcentes ſanæ mentis non ſunt in cura agnatorum,ſicut ſurdi & muti,mente capti & prodigi.
18 Notoriè prodigo an ſit bonis interdictum, ipſo iure & nu.19. uſque ad nume.24.
19 Notorium & ſententia æquiparantur.
20 Prælato notoriè prodigo,an ſit ipſo iure interdicta adminiſtratio.
21 Teſtamentum prodigi ante interdictionem factum ualet.
22 Ex narratione facti poſita in iure,non eſt arguendum.
24 Prodigo perueniento ad bonos mores,ſtatim ceſſat interdictio adminiſtrationis bonorum.nec aliqua iudicis declaratio requiritur nu.28.
25 Prodigo quomodo à iudice bonis indicatur.
26 Interdictum an ualeat ſi iudex interdicat bonis alicui tanquam prodigo, qui non eſt prodigus.
Intellectus l.Seriè egreſſæ.
27 Contractus per prodigum cui eſt bonis interdictum celebratus,an ualidetur per iuramentum in eo per ipſum prodigum factum.
29 Minori prodigo datur curator tanquam minori. non tanquam prodigo, quia cauſa naturalis eſt potentior accidentali.
30 Prodigus cui bonis eſt interdictum,non obligatur naturaliter,minor uerò ſic.
31 Pupilo non habenti tutorem poteſt dari curator.
32 Curator quare habenti tutorem,uel curatorem dari non poſſit.
33 Differentia inter actorem & ſyndicum.
34 Nuncius & procurator qualiter differant, & nu.36.
35 Decretum iudicis requiritur in inſtitutione ſyndici uel actoris.

a MASCVLI. ᵃ Non ſummatur breuius. Ibi plures.

ADDITIO.

a Maſculi Iſte titu. diuiditur in tres partes prin. In prima declarat, qualiter detur curator adulto, & quibus detur. In ſecunda qualiter detur furioſis,mentecaptis,prodigis,mutis,& ſurdis In tertio, qualiter & quibus cauſis detur curator pupillis. Secunda ibi, (furioſi.) Tertia ibi,(interdum) . Iaſon May.

Ibi vſque ad xiiij.an.in maſculis.xij. in fæminis.Ibi, vſque. a hæc dictio , vſque, ᵃ ſtat incluſiuè.Ibi,dantur autem, ſecundum Bal.deficiente legitimo curatore.† No.primo ᵇ maſculos puberes accipere curatorem vſque ad xxv.annum, & ſic in tempore finiendæ curæ a pari ſuccedit maſculus cum fœmina.licet in tempore incipiendæ curæ diſcrepent, nam extractu temporis creſcit ſenſus in maſculo & fœmina. No. rationem,quòd licet ſint puberes,adhuc tamen ea ſunt in ætate vt tueri non poſsint negocia.

ADDITIONES.

a Dictio vſque. Adde Bar.in l.patronus.in.§.Sempronio.ff.de le.iij.Bar. in l.ſi.ff.ad Ter.Io.And.in c.j.de ut.ab Epiſcopo. Arch. in capitulo dudum.xxxiij.do.Raph.cu.conſilio xcix.incip.quædam poſſeſsio ſolita erat.

ADDE. Quando hæc dictio ſtet incluſiuè vel excluſiuè.tex.in c.ij.de hæreti.lib.vj.Gl.in c.j.extra de ordinan.ab epiſco.qui renuntiauit epiſcopa. & ibi Inno. Abba. Panor.et Coll.gl.in c.quamuis.in ver,vſque,de preben. lib.vj. gl in l.id eſt.ff.de dolo.et ibi Bar.ſub §.merito.l.præcedentis.gla. in l.filiusfamilias §.j.in ver.vſque.ff de leg.j.et ibi Bal.et Io.de Imo gl.in l.quidam teſtamento.in ver.vſque.ff.de le.ij Gloſ.in authen.hoc nis C.de procura.et ibi Ia.Butri.Albeti.Saly et Alex.de Imo. Hoſti in ſum.in ti.de ferijs.§.et an.in ferija.in princ.Speca.in tit.de cita.§.j.ver.item ea cipitur,

quòd

quòd citatio. Old. Lan. in consil. lviij incip. consueuit dubitari col. ij. ver. quòd vsque. Archi. in c. si gratiosè, de rescri. li. vj. Cy. in l. à caligato. C. de nupt. & ibi. Bal. & Saly. Pau. de Lazar. in c. cum dilectus. in prin. extra, de fid. instr. Bar. in l. meminisse. in prin. ff. de off. procon. & ibi Bal. Bar. in l. pa. §. ad crimen. in iij oppo. ff. de publi. iudi. & ibi Io. Anto. Alexandri. nu. 186. & Mar. Ant. Blan. nu. 63. & est in sua praxi. cri. defensionem reorũ. Bar. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & in consil. lxvij. inci. pro confirmatione in ij. vol. Hcot. Boye. in c. constitutus extra de resti. spoliato. Al be. de Rosa. in l. si. §. j. vers. vult. ff. de senato. Pet. Iaco. in sua praxi in ti. super conditio. ex morib. col. v. vers. sed prædicta dici, Bal. in l. si merito. ff. de dolo. Bal. in l. post duos. C. de aduo. diuer. iudi. in l. ij. C. de iure emph. & ibi Ias. May. col. lvij. vers. decimo iuxta prædicta Bal. in aureo. hoc. amplius col. si. ver. noua de dictione. vsque. C. de fideicom. & in c. j. §. & quia vidimus col. pen. vers. extra nota. quòd in dilationibus. qui feu. da. pot. & ibi Io. Ant. praxp. si. Mediolanens. col. xvii. nu. 69. & eundem Bal. in c. j. §. si quis de manso. col. iiij. ver. quæro de feminibus. de controuer. inuestit. & in c. significante. col. ij. vers. sed si non apparet. extra de rescript. & in c. fi. col. j. extra de dila. & in c. capellanus circa medium. extra de feo. & in c. venerabilis col. j. vers. sed hic quæro. eo. tit. & in c. cum dilecti. extra de do. & conta. & ibi Abb. Panor. col. vers. non vtimur. Bal. in c. sicut. post prin. extra de cohabi. cle. & mulie. Bal. in consi. cccex. incip. verba dicunt post prin. & ante fi. in j. vol. & in consi. cccexlviij incip. concessa est. in iij. vol. Ang. in §. j in authen. vt ab illustri. Luc. de Pena & Io. de Plat. in l. peculiari. C. de proxi. sacro. scri. li. xij Io. de Imo. in l. j. ff. de condi. insti. & in cõsi. a. incip. in casu præmisso. in primo dubio. Practi. Papiens. in forma posito. actoris in gl. vsque ad annum. & in for. c quando test. produ. ad æter. rei. meme. in gl. vsque ad calen. Ianuarij. Alex. de Imo in l. j col. ij. vers. secundo nota. ff. ad l. falci. & in l. j. § nunciatio. col. xiij. vers. quæritur. an nam Io. de Imo. ff. de oper. no. nuncia. & ibi Clau. Aquens col. ij. vers. quibus addo in primis. Eundem Alex. in consil. cxj. inci. circa primum vol. v. vers. & prædicta. in iij. vol. in consil. xvj. inci. considerata verba ad fi. in iiij. vo. in consi. cxiiij. incip. visa scriptura. col. ij post medium in v. vol. & in consi. xxxv. inci. attentis verb. i. col. j. & ij. eo. vol. And. Barb. in rap. l. cum acutissimum. col. si. ver. adde Ang. C. de fideicom. Clau. Aquens. in l. moribus. in prin. col. j. vers. quia dicta. ff. de vulga. & pupil. sub. Mar. Ant. Baue. in §. & vtrum. col. ij. vers. non obstat modo. Instit. de hære. instim. Sozin. senior. in consi. xxv. incip. dominus Franciscus. col. ij vers. quare assumo. in j. vol. Francis. Curti. iunio. in consi. lxxx. incip habita dil genti consideratione. nu. 2. in ij. vol & Maria. Sozin. iunior. in consi. vj. inci. in causa Thomæ Sanctoria. numero. 48. in primo vol & Copiosissimum D. And. Tiraquel. in suo solemni tract. de retra. consangui. §. in gl. a j. incipien. annum & diem. nu 66 qui maiorem partem supiascriptorum remisisse citat. Io. Bap. Ziletus. Venetus.

b Nota primo. In prin. huius tit. de cura. & in primo notabili hic posito. a Aduerte, quòd † licet in finienda tutela, sit diuersum tempus in masculo, & fæmina, quia in masculo finitur in xiiij. anno. in fæmina. xij. tamen in finienda cura tempus est vniforme in masculo, & in fæmina. vt hoc tex. iuncto tex. supra quib. mod. tu. finitur in prin. Dicunt quidam quòd ratio diuersitatis est: nam ideo citius finitur tutela. quia citius fœminæ efficiuntur subdola, vt dicitur suprà da tute. in prin. hac ratione etiam citius deberet finiri cura. Verum, quia hoc esset nociuum fœminæ, quia perderet citius beneficium restitutionis, ideo lex voluit fauere fæminis. quæ de facili decipiuntur, & differt vsque ad xxv. an etiam in fæmina. Hæc ratio nullatenus placet mihi: nam præsupponit quòd fæmina bene veniat ad perfectam ætatem autem. xxv. ann. sed differtur cura in eius fauore, quod est contra istum tex. Item contra istam rationem multum facit tex. in l. ij C. de his qui ve. æta. impe. vbi fæmina. in. xviij. anno potest petere veniam ætatis. & masculus in xx. Et tamen secundum rationem dictam fauore fæminarum, quæ impetrata venia perdunt beneficium restitutionis, debuisset illud tempus impetrationis in fæminis differri vsque ad xxv. ann. sicut in masculis. quod tamen negat ille tex. Puto ergo in istis non posse aliud dici, quam dixerit gl. in l. j. §. pœnitentiam. in verbo ratus. ff. de postu. quòd in istis quæ sunt positiui iuris, non sit alia ratio, quia pro ratione voluntas. Si tamen ratio esset assignanda, credo quòd suprascripta sit melior quæ assignari possit. Ias. May.

3 Not. dictionem, † vsque, hic stare inclusiuè, concor. l. fin. ff. de sena. Aliquando stat exclusiuè, prout materia & ratio subiecta suadet: quia ex quantitate pretij * a declaratur qualitas rei venditæ, arg. l. vtrum §. si ff. de re. do. & est gloss. ordin. in l. semper insti. ff. de reg. ior. Ex ver. dantur. not. dari curatorem ex eisdem magistratibus a quibus tutores. & 4 in hoc conueniunt tutor, & curator. † Not. curatores b non posse dari in testamento, c sed datos confirmari. & in hoc discrepãt a tutoribus qui testamento possunt dari. §. permissum. supra de tutelis.

ADDITIONES.

a Pretij. Vide ad hunc Bello. consi. xxvij. nu. 5.

b Curatores. Adde Maria. Sozin. iunio. in consi. lxxa. inci. perspectis omnibus. nu. 20. in ij. vol. Ziletus

c In testamento. No. circa illud quod dicitur hic in notabili, videlicet quòd curator non datur in testamento, quòd illud procedit in curatore adulti qui est compos mentis: † Secus autem in curatore qui venit dandus furioso, vel mentecapto, quia tunc talis bene potest dari in testamento, tex. est in l. de creationibus C. de epis. audi. & in l. fin. C. de cura. furi. & hoc ad exemplum tutoris pupilli. arg. l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. minor. vbi æquiparantur pupilli & furiosi. hoc idem voluit Bar. in l. j. ff. de confir. tu. Quæ autem sit ratio differentiæ, quare tutor possit dari in testamento, & curator non adulto. Hanc rationem ponunt Doct. in l. pe C. de test. tut. Tu dices hanc esse rationem, quia a quo talis adultus est maior. xiiij. annis. lex præsumit ipsum adultum habere tantum intellectum, vt petere curatorem sciat absque quod sibi detur. arg. l. j. C. qui pe. tu. Secus in pupillo vel furioso in quibus non est sanitas intellectus. ideo &c. Potest 6 etiam assignari alia ratio † quia tutor datur personæ, curator rebus l. copulandis. C. de nup. sed de rebus filij nõ potest pater disponere nisi vsque ad pubertatem, etiam sibi prouidendo vt l. j. in prin. ff. de vulg. & pup. nimirum 7 cum si post pubertatem non potest sibi curatorem dare. † An autem pater in testamento dare possit curatorem ventri. vide tex. & gloss. in l. si mulier ventris. ff. quemadmodum test. aperi. & ibi gloss. videtur tenere quod non. [Adde Bal. in c. j. col. pen. vers. item certũ est. de militia vasal. qui contu. est in vsibus feudo. Ziletus.] & prædictas rationes & etiam alias ponit An8 ge. de Aret. in §. permissum. supra de tutelis. Adde prædictis, quòd licet teneat datio tutoris in testamento facta, non tamen curatoria facta adulto, sed in testamento sit datus curator adulto, debet confirmari per iudicem l. pen. §. si vterum. ff. de cura. fur. & erit hæc forma. Cum publicè vtile sit, supremas testamentorum iudicia firma esse, & ea per iudices ad effectum perduci: ea propter cum constet euidenter Titium in sua testamento reliquisse curatorem filio suo, nec hæc datio per se valeat. ille curator administrare tanquam verus & legitimus curator non debet, nisi à iudice confirmetur, vt in Spe. in tit. de man. §. cum autem Iason May.

9 Item nota † adolescentes a non accipere curatorem b nisi a volentes. & in hoc differunt a pupillis, quibus inuitis tutob res decernuntur, l. nec non. ff de tuto. & cura da. ab his. l. ij. ff. de tut. §. j. supra eo tit.

ADDITIONES.

a Adolescentes. Adde la Maria. Sozin. in consi. xcvij. inci. pro resolutione primæ quæstionis. nu. 15. in j. vol. Ioan. Bap. Ziletus

b Curatorem.] An autem adultus cogatur accipere curatorem? Dic, aut 10 adultus vult agere. & non compellitur: sed si non putat, repellitur. tanquam minus legitima persona, vt C. qui legiti. perso. non habent standi in iudicio. Si autem pupillus conueniatur, tunc si est infans, non dabitur curator ad litem. vt l. qui habet. §. si pupillus ff de tu. Sed actor habet duo remedia videlicet vt petat à iudice vt ei detur curator, vt l. j. C. qui pet. tut. vel eu. & si alius eum defendat, bene quidem: si verò nullus eum defendat fit missio in bonis defuncti. & procedatur ad venditionem si ex contractu defuncti conueniatur ut dictum. l. videlicet. l. hæc autem. in prin. & l. quidem Iul. 11 ff. ex qui. cau. in pos. ea. Ratio autem quare † pupillus cogatur accipere curatorem ad litem, est, quia legitimam personam non habet standi in iudicio. nisi sit filius, qui licet minor sit, tamen admittitur in iudicio ad defen12 dendum patre, vt. l. vel exigendi. in fi. C de proc. † An autem tutor, seu curator datus ad litem teneatur facere inuentarium gl. tenet quòd non in l. de creationibus. C. de epi. audien. nisi quando haberet instrumenta causæ penes se, secundum Oldr. de quo per Bar. in l. si ad speciem. ff. rem pu sal. fo. Et de hoc, an pupillus cogatur capere curatorem vide quod scripsi supra da tute. in §. &c. Ias. May.

13 † No. curatorem ad certam rem dari posse, & in hoc differt a tutore, qui certæ rei vel causæ non potest dari. §. certæ. supra qui da. tu. testamen. possunt in ver. si furiosi. no. 14 † furiosos, & prodigos esse in cura agnatorum ex. l. xij tabu. quibus agnatis deficientibus, peruenitur ad curam datiuam, Et idem in mentecaptis, surdis, & mutis, secundum verum intellectum, concor. l. fin. §. si autem C. de cura. furio. l. crea15 tionibus. C. de episco au. Ex ver. Interdum not † regulariter habenti tutorem, curatorem dari non debere. Fallit quando tutor vel datiuus, vel testamentarius, vel legitimus impeditur vel excusaretur tempore tutelam administrare. in fi. 16 gloss in ver in litem. dicite, † ex mente gloss ibidem. & hic, quod si pupillus necesse habeat cum tutore litigare, dandus est ei curator si petat: si tamen non petat nec curatorem accipere velit, cogi potest a prætore curatorem suscipere. quæ omnia sunt vera iure. ff. orum, iure tamen authenticorum & ipsa sunt mutata, quia pupillus cum tutore litem non potest mouere, nec econtra authen. minoris. C. qui da. tut. poss. 17 & dicite vt ibi. In fin gloss. in verbo furiosi. † not furiosum & prodigum esse in cura agnatorum. & idem tenuit gloss. in l. de creationibus. C. de episc. aud. Et idem tenet Bald. in mentecaptis, mutis, & surdis, cæteris morbosis. Secus in adolescentibus sanæ mentis, qui non dicuntur in legitima cura agnatorum, licet gloss. contrarium senserit, in l. amissimo. §. fin. de excu. tu. & male Nam cum curatores non possint dari nisi volentibus & patentibus, vt hoc §. qualiter ergo adolescentes subijciuntur alias curæ agnatorum Sed in furioso, prodigo, muto & surdo & perpetuo morbo laborante, ideo statuit lex vt curæ agnatorum subijciantur. quia cũ hi petere non possint tutores ex defectu ingenij, loquelæ

& ſurditatis, lex ſupplet hunc ipſum defectum coniectura quæ eſt, & probat: quia ſi intellectum, loquelam & auditum haberent, coram poſtularent, ex quo ſuis rebus administrandis ſupereſſe non poſſunt. †ex qua gloſſ. hic Bal. colligit, a eam velle quòd notoriè prodigo ſit interdictum a lege bonis. Nam ex quo a lege ſubijcitur iuri agnatorum, intelligitur ſibi interdicta bonorum adminiſtratio, & hanc ſententiam viſa fuit tenere gloſſ. in l. is cui. ff. de teſta. ſequitur do Pet. primo per l. ſi quis cum ſciret. ff. pro emp. per l. j. ff. de cura. furio. fretus eſt etiam ratione, † Nam notorium & ſententia b æquiparantur. l. emptorem ff. de actio. empti. & l. ſi fideiuſſor. § qui pro rei qua ff. qui ſatiſda. cog. Sed per ſententiam interdicitur bonis prodigo ergo & per notorium.

ADDITIONES.

a Bald. colligit. Pro iſta opi. Bal. hic, facit optimus tex. in l. generaliter. C. de epiſ. & cle. facit etiam iſte tex. in ver. ſed & mentecaptis. quem Ang. alle. in contrarium, cum aduerſatiua iuncta cum copula denotet indentitatem in ime: ſed in verſ. præcedenti datur curator à magiſtratibus quando non eſt legitimus agnatus ergo ita hic. Sed dic, quòd aduerſatiue quantum ad caſum expreſſum in §. ſed ſolent. non ad ſubiect. lectam. Et ſi ad iſtam aduerſatiuam reſponderes, quòd imò nõ denotat identitatem in iure, vt videtur eſſe tex. in §. ſed & ſi ex teſtamento infra ti. j. de ſati. tu. reſpondeo, quòd ibi non ponitur ius diuerſum, ie contrarium ver. præcedenti. ſed benè ponitur alia diuerſa deciſio, ſed non contraria deciſioni præcedenti. Et adda quòd gloſſ. hic vltra Ange. de Aret. hic, tenet etiam Barto. in l. ſi furioſi. C. de nup. vt ſit differentia inter furioſos & prodigos. Iaſ. May.

b Equiparantur. Adde an notorium equiparetur executioni factæ per iudicem: vide per Doc. in l. fin. ff. ſi cert. pe. & Doc. in l. decem. ff. de verborum obliga.

ADD. † Quod notorium & ſententia æquiparantur. Hip. de Mar. in rub. C. de proba. col. xxxvj. verſicu. & circa hanc ſpeciem probationis. Ioan. Bap. Zilettus.

Ego ſuadeo hanc opin. per iſtum text. vbi a pari omnino procedunt furioſi & prodigi. Sed palam eſt furioſo eſſe interdictum bonis à lege, ergo & prodigo, vt vna determinatio duo determinabilia determinet æqualiter. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pup. Contrariam ſententiam tenuit gloſſ. quòd non ſit interdictum ipſo iure, imò ſit opus iudicis interdicto in l. j. ff. de cura. furi. & l. is cui bonis. ff. de verbo. a oblig. Hanc ſententiam tenuerunt Docto. communiter a fieri per l. Iuli. ff. de curato. furio. & freti per hunc ipſum verſ. ſed ſolent.

ADDITIO.

a Communiter. Et † pro hac ſententia communi ego allego tex. expreſ- 20 ſum, cui non video bonum reſponſum in c. veritatis. extra. de do. & contu. iancto prio. cum ſin. vbi apertè dicitur, quòd prælato notoriè prodigo non eſt interdicta adminiſtratio bonorum eccleſiæ, niſi ſequuta ſententia interdictionis. Nec ob. ſi diceret quòd aliud ſit in prælato, in quo non verſatur tantum periculum, cum non poſſit alienare ſine conſenſu capituli: aliud in priuato nomine prodigo, qui poſſet alienare, niſi illi eſſet interdictum ipſo iure: quia hoc eſt contra d. c. in fi. vbi vult alienationem ante interdictionem valuiſſe. Primum ſi nõ poſſet alienare, fruſtra poſtea ſeque- 21 retur ſententia interdictionis adminiſtrationis bonorum. Pro † hac etiam parte multũ facit tex. in §. item prodigus. infra qui. non eſt per ſa. te. de quo tex. facit magnum capitale dn. meus D. Hie. Tor. in l. is cui bonis. ff. de verb. obli. vbi dicitur quòd teſtamentum prodigi factum ante interdictionem vniuerſaliter valet. Nec dicas, quòd ibi teſtamentum fuerat factum antequam eſſet prodigus, quia tunc fuiſſet indubitabile, quòd maior qui non eſt prodigus poſſit facere teſtamentum. Nec etiam dicas quòd ibi erat prodigus, ſed non notorius: quia diuinares. Nec etiam dicas vt dicit Ludo. in d. l. is cui bonis. quòd ibi ſit ſpecialis in teſtamento cum teſtamentum ipſum poſſit reuocari: quia ſecundum hoc ſequeretur quòd etiã poſtquam eſſet ſibi interdictum bonis, poſſet teſtari: quod eſt contra illũ tex. Domini Hie. Tor. dic, quòd ibi teſtamentum erat factum antequam eſſet prodigus, prout etiam loquitur ver. præcedens de eo qui ante furorem fecit teſtamentum. Et dubium facit, quia teſtator nõ fuit habilis niſi tempore teſtamẽti non tempore mortis. Potes etiam dicere, quòd ad d. §. itẽ prodigus. faciebat dubium, quia res deuenerat ad eum caſum a quo incipere nõ poteſt quia poſtea erat interdicta ſibi adminiſtratio propter prodigalitatem & ſic eo tempore nõ potuiſſet facere teſtamentum, vnde videbatur quòd antea factum deberet vitiari, iuxta l. pluribus. §. & ſi placeat. ff. de verb. obli. tamen quia iam actus perfectus fuit & conſummatus non vitiatur, licet perueniat ad eum caſum à quo incipere nõ poſſit, iuxta ea quæ habentur in d. §. & ſi placet. Et iſta ſol. magis mihi placet. Potes etiam dicere ad d. c. veritatis ibi in principio dicitur, quòd de dilapidatione publica prædicabat infamia, illa verba eſſe canonicorum ita referentium. vt ibi dicit tex. in verbo retulerunt. quæ verba cum à Papa enunciatiuè proferantur, non inducunt diſpoſitionem c. ſi Papa. de priuile. in vj. & ſic dicam quòd non ſit verum quòd eſſet notoriè prodigus. Et pro hac reſolu-

22 none optimè facit, † quia ex narratione facti in iure poſita, nõ eſt arguendum, vt eſt gl. ſingularis in l. vnica. in iij. lectu. C. quando non pe. par. vt ibi dicit poſt Bar. Iaſ. May.

23 Sed poſſetis reſpondere his ll. quia † loquuntur quando deficiunt agnati. Non ob. dicunt ipſi. l. is cui. quia loquitur in contrahente cum eo quem ſciebat pecuniam ſtatim conſumpturam in paruum vſum. Non ob. l. j. de cura. furio. quia ſuppleri debet per l. Iul. ff. eodem tit. vt à lege curator detur prodigo ſi iudex tamen decreuerit. Non ob. quòd ſententia declaratoria & notorium æquiparantur, quia hoc procedit quo ad aliquid declarandum. Vnde ſi iudex declarat quem eſſe prodigum, iſta ſententia declaratoria bene facit notorium, ſed tamen non diſponit. Sententia verò per quam iudex interdicit bonis prodigo, duo operatur, notorium prodigalitatis, & interdictũ. vnde hoc plus habet hæc ſententia diſponens quia habet interdictum. Probat Bald. Nam per inſtrumentorum & teſtium probationem ſit res notoria iudici, & tamen probatio inſtrumentorum teſtium & ſententia non æquiparantur. l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſi de iureiuran. Ad iſtum. §. reſpondeo vltra alios & dico, quòd licet prodigus ſit ſub cura agnatorum, non tamen dicitur adhuc ſibi bonis interdictum. Ratio, quia licet cura ſit delegata agnatis in habitu, non eſt tamen adhuc delata in actu, nec poſſunt adminiſtrare niſi iudex interponat decretum declaratorium, & decretum delatiuum adminiſtrationis & videtur in ſimili de tu. legitimo. in l. legitimo in princ. Ante ergo quam & ipſe fuerit, non intelligitur delata adminiſtratio curæ agnatis, & per conſequens nec interdicta ipſis prodigis. Pro hoc facit quòd ſtatim dicam in gloſſ. ſequen. ex mente Barto. Subſequenter non ob. ſi quis dicat contra prædicta,

24 † Nam ſi interdictum eſt bonis prodigo a iudice, ſtatim illo peruento ad bonos mores tollitur interdictum. l. j. C. de cura. furio. eodem modo ſtatim quòd peruenit ad vitium prodigalitatis, debet ipſo iure incidere in interdictũ, vt eadem ſit ratio & tollendi & patiendi argumen. regulæ iuris, eius a &c. Ad hoc reſpondet Bald. a quòd illud argumen. procedit quãdo vtrobique eſſet eadem ratio & prohibendi & tollendi quæ non eſt in caſu noſtro vnde prodigo peruento ad ſanos mores, ideo ipſo iure tollitur interdictum, quia facilè res & perſona perfluit & reuertitur ad naturam propriam, hoc eſt ad adminiſtrationem rerum ſuarum. l. ſi vnus. § pactus. ver. quòd & in ſpecie. ff. de pac. iuncta. l. in re mandata. C. mandati. Sed quòd quis incidit in interdictum, non peruenit ex natura rei vel perſonæ, imò contra naturam incidit ipſo iure in interdictum. Non ob. l. fin. C. de ſenten. paſ. vbi prodigo intercíditur adminiſtratio ipſo iure à lege: quia reſpondet Bal. ſingulariter, quòd vbi interdicitur prodigo adminiſtratio ipſo iure à lege, quia illa adminiſtratio verſabatur in re aliena, contra naturam adminiſtrandæ rei. ſed in caſu noſtro ideo non tollitur. vt illa quæ conceditur ex priuilegio. argumen. in l. eius militis. §. militia miſſus de teſtamen. mili.

ADDITIO.

a Reſponderet Bal. Sed aduerte quia Bal. in l. cum fratrem. C. de his quib. vt indi. tenet contrarium eius quod allegatur hic tenere. & ibi reſpondet ad d. l. fi. pro quo facit tex. expreſſus in c. veritatis. de dolo. & conto. vbi prælato notoriè prodigo non interdicitur adminiſtratio ipſo iure, & tamen gerit negocia aliena Iaſ. May.

25 Videamus nunc † qualiter à iudice bonis interdicatur. Dixit hic Bald. quòd duobus modis interdicitur: vno modo dando curatorem, argumen. in l. ſi curatorem habens. C. de integ. reſt. mino. Secundo modo interdicitur, quando expreſſe dicit ſe interdicere. l. Iul. de cur. fu. Non autem placet eorum ſententia qui dixere quòd eo ipſo quòd iudex facit proclamationem ne aliquis contrahat cum tali, quòd videtur interdicere: quia huiuſmodi interdicta debent interponi cũ cauſæ cognitione l. obſeruare. de cu. fu. vnde non poſſunt expediri per nuncios publicos vel epiſtolas. l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de off. procon. in rubro & nigro. cominationes vel epiſtolas &c. Iure igitur faciet iudex ſi interponat primo decretum, deinde faciat publicari, ne ignorantia quenquam inuadat. facit capit. cum in tua. qui ma. ac. poſſ. † Sed

26 quid

quid si iudex interdicat bonis alicui tanquam prodigo, qui temen non est prodigus, an valebit huiusmodi interdictum; Videtur quod non per l. Seiæ egressæ, de tu. & cur. da. ab his. cõtrarium determinant. Doct. & bene. Non ob. l. Seiæ egressæ. quæ loquitur quando error erat super ætate, quæ ætas excusatur ex cursu temporis & natura, vnde decretum contra illum ipso iure est nullum. Sed prodigalitas prouenit ex accidenti super qua iudex potest disponere: vnde si per sententiam disponat & declaret ipsum esse prodigũ, habetur pro veritate. l. ingenuũ. de statu homi. Alia ratio est, secundum Bal. quia statim comperto errore ætatis, ideo decretum nullum remanet, quia & si validum fuisset ipso iure, tempore finietur. supra quib. mo. tut. fin. in princip. quod non est sic in prodigos quia oportet quòd per discursum morum videatur, vitum ad salubrem vitam peruenerit, fatebor quòd errore comperto decretum erit reuocandum, vt de his est glo.

27 paruisa singularis in l. j. in fi. C. de cur. furio. † Sed quid si talis prodigus cui est bonis interdictum, iurauerit a contractum seruare, an validabitur contractus iuramento, dicite quòd non. primo, quia æquiparatur furioso. l. Fulcinius. §. adeo. ex quib. cau. in po. ea l. item pupillo. l. certi condictio. §. quoniam ff. si cert. peta. quibus non obstat iuramentum. l. iusiuran. §. j. de iureiur. Item, quia mortaliter peccat non obediendo iudicibus cap. si quis iurauerit. de malo. & obe. est ergo iuramentum nullum tanquam nutritiuum peccati c. non est obligatorium. de reg. iur. li. vj. Item, quia qua ratione contractus annullatur propter vitium prodigalitatis, eadem ratione annullatur & iuramentum: quia vinculum quod contractum sustinet, est iuramentum, vt patet ad sensum. Ad c. cum contingat. de iureiur. & ad c. quamuis. & ad cap. licet mulieres. de pac. de iureiur. lib. vj. ad authen. sacramenta puberum. C. si aduert. vendi. respondetur per Bart. in l. as cui bonis. de verb. obli.

ADDITIO.

a Iurauerit. Vide de hac materie Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuf. Bar. in auth. sacramente puberum. C. si aduer. vendi. & Bar. in l. Seruus & Augestus. ff. ad l. falci. vbi ponit an iuramentum factum contra formam legis valeat & c. Ias. May. [An iuramentum factum contra formam legis. Adde qualiter se habent leges ad canones in materia iuramenti: vide Petr. de Anch. in rep. c. ecclesiam. de consti. versi. quarto qualiter.
ADDE An iuramentum præstitum contra formam statuti. liget Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiu. & Matth. de Afflict. in cõsti. Regni, quia frequenter in oj. no. de homi non tenendus ratione tertiæ. Ioan. Bap. Zilettus.]

28 Finitur † autem interdictum factum prodigo, statim atque peruenit ad bonum vitæ regimen, nec super hoc requiritur aliqua iudicis declaratio a vt multi dixerunt. l. j. de

29 cura. furio. In fin. gloss. in verbo ex inquisitione. no. † quòd minori datur tutor vel curator vt minoris. non tanquã prodigo, ratio quia causa naturalis veluti potentior considera tur. d. l. qui habet. Non ob. l. si § bestias ff. de posthu. vbi causa accidentalis magis consideratur quam naturalis: quia illud verum quando causa accidentalis tanquam potentior magis alterat naturam, quam naturalis: sed in casu nostro accidentalis non repugnant naturali, sed repugnat effectu: stãt enim simul quòd quis sit minor & furiosus, sed effectus non conueniunt, vt quis habeat curatorem vt minor sanæ mentis, & vt prodigus. Si autem causa accidentalis non repugnat in essentia neque in effectu, naturalis consideranda est. l. eum pater. ff de iure do. Ex quibus dixit Bald. quòd si statutum aliquod de pupillis disponat, aliud aliter dicat de furiosis, quòd si reperiatur aliquis pupillus & furiosus, seruabitur statutũ loquens de pupillis. Sed cõtra prædicta op. Bar. Si datur curator minori prodigo, nõ vt prodigo sed vt

30 minori, non est subuentũ prodigalitati. † Nam prodigus cui bonis est interdictum, non obligatur naturaliter. l. as cui. ff. de verborum obliga. minor autem bene obligatur naturaliter. l. j. in fin. de noua Sol. dixit Barto. quòd consideratur duplex actus. Vnus actus per quem interdicitur bonis, & per quem actum succurritur prodigalitati, quia non obligatur prodigus naturaliter, sed et interdicitur tanquam prodigo: Secundus est actus decretæ curæ, & iste fit tanquam minori.

31 In fin. gloss. in verbo curatores not. † quod pupillo non hãb benti tutorem potest dari curator, c cum qua glo. Doctores videntur semper in iure pertransire.

ADDITIONES.

a Declaratio. Adde quæ scribit præclarissimus D. And. Tiraquel. in tract. cuius est titulus cessante causa. in primo par. numero. 119. & 120. Io. Bap. Zilettus.

b Pupillo. An pupillo habenti tutorem possit dari curator, & idem tenet glos. in l. curator. ff. de tu. & cura. da. ab his. & ibi Bar. & gloss. in l. propter litem. C. in qui. cau. tu. habenti detur curator. Ias. May.

a dari curator. Quæ † sit ratio, quare habenti tutorem vel curatorem

32 a possit dari curator, sed non potest dari tutor habenti tutorem vel curatorem, nisi in casibus hic in glos. magna notatis ibi. ff de tute. l. pe. Dic quòd hæc est ratio, quia paria sunt, non habere tutorem, vel habere malum & inhabilem. l. j. §. sed si nemo. ff. quod cuiusque vni. & ibi no. ibi. ff. de excu. tu. l. propter litem dic. in §. licet. vbi tutor simpliciter datur intelligitur etiã datus ad bona etiam alterius prouinciæ, sed propter difficilem administrationem ab aliqs se excusat, & alius tutor datur vniuersitati bonorum. Ibi, ad tempus relegationis. dic. & est ratio, ne interim negocia pupilli dispergantur. ff. de testa. tu. l. si quis sub conditione Ibi, non excusatus. dic. hoc casu potest dari tutor vel curator arbitrio iudicis, vt infra in glo. in verbo curatoris Ibi, transfuga. dic. quòd non erit verè transfuge. quia cum tunc afficiatur hostis, & perdat ciuitatem. l. post liminij. §. filius. & d. l. remissione. § qui deficiunt. non potest esse tutor. Ias. May.

Sed ego sum. aliquatisper dubius, quia ab ordine legali nulla ex parte est recedendum. l. ij. §. prius de vulga. & pupi. Sed ita est quòd ex ordine legis statuitur, quòd primo pupillo de tutore prouideatur, deinde adulto de curatore, ergo pupillo non erit prouidendum de curatore, cõtra ordinem legis. Et ad l. curator. à contrario sensu respondetur, quòd si ille sensus contrarius rectè sumatur, nihil obstat opinioni prædictæ. dicitur enim ibi, non est dandus curator pupillo si tutor adfuerit, id est, præsens fuerit, à contrario ergo sensu, si pupillus tutorem habeat, & ille tutor abfuerit, poterit dari curator. Et ita puto hanc gloss. intellexisse, & tunc bene.

33 In fin glo. in verbo, velit, dicite, quòd † actor & a syndia cus in hoc differunt a quia syndicus b appellatur proprie ille qui gerit causam & negocia vniuersitatis, actor vero appellatur ille qui gerit causam & negocia singularis. perso-

34 næ. capitulo petitio. & ibi not. extra de procu. Prædictis † alius venit adijciẽdus, scilicet qui gerit negocia alterius, hoc

c est, nuncius, qui differt à procuratore, c non in modo constituendi, sed in modo mandãdi, nuncius enim confert verba executiua rei mandantæ in personam domini mandantis, procurator verò non, sed cõfert in personam propriam, gl. est ordi. in l. j. §. j. ff. de procur.

ADDITIONES.

a Actor & syndicus in hoc differunt. Adde Bar. in l. actor. ff. rem ra. ha. gl. in c. si quis erga. ij. q. ij. Inno. in c. pe. de iur. cal. Io. An. in addi. Spe. in rub de actore ab vniuersitate constituto.

b Quia syndicus. Adde, quòd † institutio syndici vel actoris requirit de-

35 cretum iudicis, vt hic est tex. in fi. & no. gloss. in l. neque. C. de procu. & ff. quod cuiusque vniuersi. l. nulli. vbi gl. no. quòd potestas ciuitatis permittitur egere non vice communitatis in defectum syndici, vt ibi no. per Bart. Et adde, quòd de iure canonico illa differentia nominum administratorũ nõ admittitur, sed sub nomine procuratoris omnes administratores comprehenduntur. c. petitio. de procu. quia sæpe vnum ponitur pro altero. iij. q. j. c. saluatur. in gl. Ias. May.

c Qui differt a procuratore. † Vide bonam differentiam & doctrinam in-

36 ter nuncium & procuratorem, secundũ Bal. qui notabiliter loquitur. Qualiter gesta per nuncium qui concipit verba in personam domini, qui nihil sibi commiserat, valeat vel ne, & an possint ratificari postea per illum cuius se asserit nuncium, vel ne, vide ibi plenè in l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. vbi Bal. notabiliter loquitur. & Doc. & gl. in l. j. ff de contra. heo. emp. Adde gl. notab. in l. item eorum. §. actor in ver. de rato. ff. quòd cuiusque vniuer. quæ tradit differentiam inter actorem & procuratorem, & ibi videas. Ias. May. Bonam differentiam & doctrinam inter nuncium & procuratorem. Adde l. j. ff. de procu. l. qui autem. in §. fi. ff. de consti. pecu. c. cum nuncius. de testi. Spe. in ti. de procu. in §. vt autem. ver. ut.

De satisda. tuto. & cura. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de tuto. & cura. verum quia hi satisdare compelluntur propter vtilitatem pupillorum & adultorum, ideo de ea satisdatione tractaturus Imperator, competenti ordine intitulauit de satisdatione tutorum & curatorum.

s *¶ Tutores & curatores tenentur satisdare rem pupilli, & adulti saluã fore.*

a *Tutores testamentarij & dati ex inquisitione, excusatur à satisdatione,*

non autem legitimi. & nu. 5.

3 *Aduersatiua posita cum copula, an denotet indentitatem in iure.*

4 *Tutor ex pluribus institutis, quis in administratione præferatur. & numero. 6.*

5 *Executor testamentarius an satisdare teneatur.*

7 *Tutela melius per unum quam per plures administratur.*

8 *Respublica commodius administratur per unum per quam per plures.*

9 *Perpetuum dictio, quid significet.*

10 *Curator ut administrare possit quæ requirantur.*

11 *Datiui tutores uel curatores an teneantur satisdare rem pupilli saluam fore.*

12 *Legitimi tutores & curatores, ut à satisdando releuentur, curent quòd tutela uel cura ab ipsis decernatur cum inquisitione.*

13 *Tutorum unus si uult diuidere administrationem & alij omnes gerere, quomodo prouideatur.*

14 *Tutores plures utrum simul agere possint.*

15 *Factum à parte plurium collegarum, quando ab omnibus factum dicatur.*

16 *Iudex pluribus discordantibus, an illos ad concordiam compellere possit.*

NON TAMEN. Satisdatio a tutore vel curatore præstanda, fauore pupillorum & adultorum est repertæ: & testamentarij curatores & tutores dati ex inquisitione, satisdare non compelluntur. [a] hoc dicit. Diuiditur in quatuor partes. [b] Nam in prima ponit regulam cum ratione. In secunda limitat cum rationis assignatione. In tertia ponit aliā limitationem subiungendo rationē. In quarta declarat dubiū circa materiam contingentem. Secunda ibi, (sed hoc non est perpetuum.) Tertia ibi, (item ex inquisitione.) Quarta ibi, (sed si ex testamento)

ADDITIONES.

a Satisdare non compelluntur. vtrum autem hæc satisdatio sit præstanda a quocunque tutore. Vide In. Pet. de Ferrarijs in sua practi. in for. libel. quo agitur ad red. ratin. tutelæ in gl. in suo vltimo testamento. paulo ante fi. nu. 22. in paruis Io. Bap. Zillettur.

b In quatuor partes. Iste titulus totus diuiditur in tres partes principales. In prima ponit cur tutores vel curatores teneantur satisdare. In secunda ponit, quando sunt plures tutores vel curatores qui præferantur in administratione cum socijs. In tertia, quomodo prouidetur pupillo contra officiales qui nullam cautionem vel non idoneam exigerunt. Ias. May.

a Not. primo, regulam, † quòd tutores vel curatores te-
1 nentur satisdare rem pupilli vel adulti saluam fore, quod intelligite datis fideiussoribus. l. j. ff. rē ra. ha. iuncta. l. prætor. de præto stip. No hanc stipulationem esse receptam fauore
2 pupilli & adulti. † Not. tutores testamentarios ab huiusmodi satisdationis onere releuari. Ratio quia fides eorum fuit à testatore approbata. Et eodem modo tutores dati cum inquisitione à iudice. non tenentur satisdare, quia eorum fides satis fuit commendata a iudicibus. Sed dixerit quispiam vestrum, his attentis rationibus etiam legitimi satisdare non tenerentur, quia eorum fides est approbata à lege. Respondetur, quòd est approbata in genere, non autem in specie vel in indiuiduo, sub qua generalitate persæpe erratur in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. sed fides testamentarij tutoris, vel dati ex inquisitione, est approbata in specie, vel in indiuiduo, vnde probatio specialis potior est quam generalis. argumen. titu. de iniur. & dam dato. In textu, ibi, fides.

ADDITIONES.

a Nota primo. Et no. † quòd iste tex. in prin. probat quòd aduersatiua po-
3 sita cum copula, non denotat identitatem in iure, quod est contra regulam glossarum, vt est gl. in l. sed & si lega. in prin. ff. de hære. in inst. & gl. in l. ij. §. fi. & ibi Bar. ff. ne quis eum qui. & gl. melius in l. patris & filij in gl. fina. & ibi Bar. ff. de vulg. & pup. Nisi diceris quòd imò hic denotat idem ius, propter id quod dicitur in ver. itaque per se. vbi Imperator declarat eum in proximè præcedenti versi. non potest enim tutor vel testamentarius vel legitimus compelli ad satisdandum, sicut & in princip. tex.
4 † Item pondera hic esse tex. no. in versi. quòd si nemo. quòd quamuis testator qui dedit plures tutores, disposuerit expressè, per quem velit tutelam administrari, quòd tamē isti electo à testatore, præferetur alius in administratione qui offeret satisdationem, illo nolēte satisdare, quod no. Et ad id quòd proximè dixi de dictione sed &, aduerte, quia aliqui libri non habēt copulam sed &, vt libri noui in formis.

b Fides. † No. quòd electio testatoris, fidem electi approbat, & satisda-
5 tionem excludit. Et idem est in executore testamentario. l. firmo. § j. ff. quando dies lega. ced. l. nulli. C. de epis. & cle. nisi post testamentum cœperit esse non soluendo. l. liberto. §. legius. ff. de an. le. per Bar. in l. dimus. ff. si cui plusquam per l. fal. Similiter tutor electus à iudice per inquisitionē, necessariò præsumitur idoneus, ideo non satisdat. ff. de confirm. tu. Ex ex hoc infertur, quòd facto iudicis contrarium probari potest. Et colligitur in gl. in ver. idonei. quòd non solū præsumitur pro factis à iudice. sed etiam pro fidendis, vt colligitur in l. en tempore. ff. de peculio. & de hoc vltimo vide Inno. in cap. nuuit. extra. de eo qui furtiuè ordines suscepit. Iason. May.

Ex hoc versicu. sed si ex testamento vel ex inquisitione,
6 † nota, tutelam per vnum regi posse, & si alter alteri satis offerat, præferetur qui satisdationem, præstiterit. Si verò nemo obstulerit satisdationem tunc is præferetur quem testator aut iudex præferendum putauit, si aliquo signo possit apparere. Si autem nec hoc appareat, tunc ille præferetur quem maior pars elegerit. Ex quo colligitur, quòd illud quòd maior pars fecerit, dicitur facere & ipsum totum: circa quem articulum dicam inferius. Si autem omnino discordat in eligendo iudex, debet officium suum im-
7 partiri, vt in cōcordia fiat, quia hoc est vtilè pupillo † quòd potius tutela per vnum administretur quam per plures, per variasque manus spargatur l. legitimos. §. j de legi. tuto. l. si plures. §. per filios. de admi. tuto. Ideoque per populum da-
8 ta est potestas senatui, de hinc principi, † quia fuit commodius rempublicam per vnum quam per plures administrari. l. ij. §. nouissimè ff. de ori. iur. & dicit Aristo in Metapysica. Entia noluni malè disponi pluralitas enim principum odiosa. Princeps ergo vnus ideoque Fraterno primi madiuerunt sanguine muri. cum duo fratres Imperium eodem tempore gubernarent. l. fina de re. diui. & ibi glo. In fi glo. in ver
a bo perpetum a † hoc verbum multa habet significata Nam
9 aliquando insinuat temporis spacium. l. prima. ff de excep. Aliquando importat quantitatem temporis, annorum. xxx. vt infra de perpe. & tempo. actio. in prin. Aliquando importat quantitatem maioris & minoris temporis secundū quòd suaserit qualitas subiectæ materiæ Vnde si dederis vestimētum famulo tuo vt perpetuo illud vestiatur, intelligitur perpetuum, id est, quoad tecum steterit, & ipso recedente poteris ipsum spoliare vestimento. gl. est in l. id vestimentum. ff. de pecu. Barto. & Bald. & cæteri in l. in his, §. scimus ff solu. matri. Aliquando sumitur perpetuum, id est, sine interuallo, quia continuum. l. humanitatis, C. de impu. & alijs substi. Aliquando sumitur perpetuum quasi generaliter personā ligans. l. hac edictali. C. de secun. nup. l. leges. & l. humanum. C. de legi. Aliquando sumitur perpetuum, id est, generalè in se, vt hic, de quo per glo. in l. j ff pro socio. In gl approbata. ibi, secus. intelligite, ne gloss. vos decipiat. quòd secus est in matre. hoc est, quia curatores dati a matre confirmantur ex inquisitione: dati vero a patre, sine inquisitione onere satisdandi releuantur l. j eum. l. ij. ff de confirm. tu. Ratio autem quā datus a patre sine inquisitione magis cōfirmatur quam datus a matre, ponitur in gloss. vt bene sequitur. In gloss. elec-
10 cti. ibi, ergo. §. ti. Vos dicite plenius. quòd † ad hoc vt curator possit administrare, requiritur primò quòd iudex interponat decretum delatæ curæ vel declaratiuum, & sit curator legitimus, vt hic, & supra titu. j. § furiosi. Secundò requiritur quòd iste curator conficiat inuentarium. l. fin. C. arbi. tu. l tutores. C. de admi. tu tertiò requiritur quòd teneatur satisdare rem adulti saluam forè, vt hic. Quartò requiritur quòd iuret se facturum vtilia adolescēti, inutilia autem prætermissurum, vt in auth. vt hi qui ob. res mi. per hi. § fin. & l. de creationibus. C. de episc. audi Item requiritur quòd permittat adultum defendere, licet plerique dixerint, & malè, huiusmodi promissionem nō esse necessariam, eo quòd claudatur sub illa. quòd promittat vtilia se facturum, inutilia autem prætermissurum. sed malè, quia illa promissio refertur ad res, hæc verò ad personam. Finaliter requiritur decretum iudicis, quo res adolescentuli administrandæ declarantur, & erit hæc tanquam inuestitura possessionis curæ. l. fin. § j. C ar. tu. Si tamen iste adolescens haberet bona in diuersis territorijs, iudex originis posset interponere decretum quod extenderetur ad bona alterius territorij. l. magis puto. ff de

re. co

re.eorum.l.papi.litem.§.fin.de excu.tut. Barto. in l. pupillo.de tu.& cu.da.ab his.Cyn in l.vnica.C.vbi petan.toto.& cu. Ibi.§.primo not.casum specialem secundum gloss.quòd legitimis tutor non satisdat, valet in patrono tutore liberti.idem tenuit gloss.supra de legi.pa. tuto. & dicatis vt ibi.

51 In fin gloss.Sed contra prædicta oppon. fortites, † quòd tutores vel curatores dati à iudice qualitercunque, siue cum inquisitione siue sine, indistincte teneantur satisdare, vnde oppon de §.nos autem.de satisda.tuto Huius timore contrarij inquit gloss. in l.prima.C.de tuto.& cu.quòd omnes satisdant. dixit hunc. §. noua constitutione correctum, quòd non placet Doct. Nam cum ille.§.sit posterior ad illum, absurde diceretur quòd hic per illum corrigi debeat. Quare ea mente Doct.melius dicite: Si quæratur an datiui tutores vel curatores satisdare teneantur, aut sunt dati sine inquisitione, & tunc tenentur satisdare, si autem cum inquisitione, tunc aut sunt dati à minore magistratu, aut sunt dati à superiore Primò casu tenentur satisdare. & ita loquitur.§ nos autem. Posteriore verò casu minimè, & loquitur.§.noster. hic enim operatur excellentia honoris & dignitatis argumentum in l.si quis ex argentarijs.§ primo.ff.de eden. Dixit tantum Cyn.in d.rub & Bald.in l.legitimos.ff.de

52 legi.tu vnum dictum egregium, † quòd si legitimi tutores vel curatores velint releuari curent quod tutela vel cura ab ipsis decernatur cum inquisitione, allegar. d.l.legitimos.§. primo versiculo.an ergo.de legi.tu.quod dixit Baldum esse

b singulare.b

ADDITIONES.

a Perpetuum. Adde Rapha Fulg.consi.clviij.incip.in causa beordicti polastri.Alexan.da Imo.consi.lx.inci.omisso multiloquio.in j. volumi.

b Singulare. † Quid autem si vnus tutor vult diuidere administrationem

53 & omnes alij gerere, quis præferetur: Dic quòd fiat diuisio cæteris inuitis, per officium iudicis.arg.l.& puto.ff.fa.er.& l.communi diui.§.si duo

54 ff.communi diui.de quo per Bart.in d.l.j §.pe. ff.de admi.tuto. † Et nunquid plures tutores simul agere possunt? Barto.in l. decreto.§. duobus.ff. de admi. tu. concludit, quòd non, reo postulante vnum ex eis eligi, ne in plures distrahatur.l.iam tamen ff de iudi.sol &c.

55 In fin.gloss.in Ver.maior. † Si quæratur, an quod facit pars plurium collegarum etiam omnes fecisse intelligatur: dicite, quòd quædam sunt communia pluribus vt vniuersis, & tunc quòd facit maior pars omnes fecisse intelligun tur, vt hic, & l.quod maior.ff.ad muni.& l.aliud.§.refertur. ff.de reg iur. Quædam verò sunt communia pluribus vt singulis, & tunc quòd maior pars fecit, omnes fecisse non intelligentur, ita loquitur l.fundum ff de serui.rusti præd. Regula limitatur, scilicet quãdo quædam sunt communia pluribus vt vniuersis, quòd factum à maiori parte intelligatur factum ab omnibus Primò, fallit in casu in quo tractaretur de confirmando magistratu vltra tempus à lege statutum: vnde si maior pars vniuersitatis vellet rectorem confirmare vltra annum, non posset.§.fi.in authen.de defenso.ci. Secundò fallit quando maior pars vniuersitatis statueret aliquid quòd concerneret præiudicium aliquorum de vniuersitate: vnde si maior pars vniuersitatis statueret, quòd tales de tali patria non dent vocem in eligendo rectore, non valeret, nec dicerentur omnes fecisse, si illi contradicerent, allegatur gl. in ca. cum omnes.extra de consti. Tertiò fallit, quando maior pars faceret aliquid punibile, vnde si maior pars studij statueret non esse obediendum literis ducalibus in casu aliquo, omnes non dicuntur fecisse, nec cõtradicentes puniuntur l.de magist.conue.secundum vnum intellectum. Vltimò fallit, quando maior pars statueret aliquid insuetũ pertinens ad officium suum.d.l.j de ma.conue.secũdum alium intellectum. Secunda regula, in qua dicebatur, quòd quæ

a sunt communia pluribus a vt singulis, factum à maiori parte non intelligitur factum ab omnibus. fallit in l.maiorem. ff de pac.ne fauore libertatis pereat iura creditorum. Secundò fallit in l.si plures. de reli. & sum.fu. fauore religionis. Tertiò fallit in l consilio.§ fi.ff de cu.fu.

ADDITIO.

a Pluribus. An in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, quòd maior pars fecit dicatur factum ab omnibus, vide Bar.in l.& .... §.fi.ff. de pac. vbi fauore liberationis dicitur factu à pluribus, de quo per Dy.in c.quòd omnes.extra.de re iu. (Maior pars quod fecit an dicatur factũ ab omnibus Adde c.cũ omnes.de cõsti. Doc.in c.bonæ.de postu.præla. & Doc.in c.j.de his quæ si à ma.parte ca. Et quõ cognoscitur quæ sit maior pars vide per Gl.& Doc.in c.ecclesia vestra.Io.vlt mo.de elec.Gl.in c in canonicis. ar.di.Gl.in l.vbi adsunt.ff de tu.& cura.da.ab his.Bar.in l.iiij.in §.Cato. in vl.col.ff.de ver.obl.& Abb.in c.prudentiam.de offi.deleg.]

55 In fi.glo in verbo partes.† dicite. Si quæratur an pluribus discordantibus iudex debet eos compellere ad concordiã, videtur dicendum, aut discordant in præiudiciũ proprium, & tunc si iudex requiratur vt officium interponat, bene interponere potest. Si autem non requiratur, nequaquam, imò res viribus fortunæ erit subijcienda.l. si cautiones. ff fami. erc.l fi.§.j.C.communia de leg Fallit si iudex viderit timeri de rixa & armorum coadunatione.l.non est singulis de reg. iur.gl.est in l.si vsufructus, legatur.§. Sed si inter duob.alias §.equissimum.de vsufr. Aut discordant in præiudicium tertij, tunc res non est committenda fortunæ, imo recto iudicis arbitrio terminanda, vt hic & l.huiusmodi.§.si de leg.j.]

a *Tutores & curatores ex mala administratione tenentur. & omnia eorum bona sunt tacitè obligata, ac qui uel receperunt minus idoneam satisdationem, uel non receperunt & nu.11.& 12.*

3 *Actio subsidiaria transit ad heredes.*

4 *Paria sunt aliquid non fieri, uel minus idoneè.*

5 *Actione subsidiaria non tenetur præfecti urbis, & alij habentes potestatem dandi tutorem.*

6 *Actio directa quæ sit & quæ utilis.*

7 *Pupillus præfertur cæteris creditoribus in bonis tutoris, ratione malæ administrationis.*

8 *Pupillus in bonis magistratus causa minoris diligentiæ adhibitæ, non præfertur alijs, sed cum cæteris creditoribus partem habet.*

9 *Fideiussores magistratus non tenentur actione subsidiaria pupillo.*

10 *Pupillo quæ actio competat pro mala tutoris administratione.*

11 *Intellectus ad l.j.ff.de magistra.conuenien.& nu.13.*

13 *Iudex maleficiorum qui tenetur accipere fideiussionem & non accepit, quando de negligentia tenetur.*

14 *Iudices maleficiorum qui differunt processus, ut à successoribus expediantur possunt in syndicatu conueniri.*

§. SCIENDVM. Finita tutela vel cura, non solum tutores vel curatores quondam conueniri possunt, verum etiam qui satisdationem non receperunt, vel minus idoneã

a quam debuerunt h.d.a

ADDITIO.

a Hoc dicit. Iste §.diuiditur in quatuor partes. In prima ponit, quòd officiales possunt conueniri actione subsidiaria. In secunda ponit, quando dicta actio competat, & an transeat ad hæredes. In tertia ponit an tutores vel curatores possint compelli satisdare. In quarta declarat, cõtra quos officiales dicta actio subsidiaria competat. Secũda ibi, [subsidiaria autẽ.] Tertia ibi, [quibus constitutionibus.] Quarta & vltima ibi, [neque autem præfectus.] Ias. May.

1 Not.primò † tutores & curatores qui male administrauerunt, teneri pro mala administratione, & pro hoc omnia eorum bona sunt tacitè obligata pupillis & adultis à lege, vt ratio administratæ tutelæ vel curæ reddatur.l.pro officio.C.

2 de admi tu. Item no, † non solum posse conueniri tutores & curatores pro mala administratione, verum etiam eos qui satisdationem exigere solent, si non exegerunt, aut minus idonee l.j.ff.de magistra.conue.a

ADDITIO.

a ff.de mag.con. Item no. † quòd nedum magistratus tenetur actione

3 subsidiaria, sed etiam hæredes eius. Est tamen differentia, quam facit Iurisconsultus in l.non similiter.ff.de magi.conuen. & hoc vult glo. hic in verbo constitutionibus. quia magistratus tenetur de dolo, lata culpa, & leui sed hæres non tenetur de leui, nisi in tribus casibus quos ponit tex. not.in in l.j.de hæredi.tu. Ias. May.

4 Ex quo no. quòd † paria sunt non facere, vel minus idonee facere concor.l.quoties.ff.qui satisd.cogan. No tutores

5 & curatores compelli satisdare captura pignorum. † Finaliter no. præfectum vrbis & prætorem non teneri hac actione subsidiaria, nec etiam præsidem prouinciæ, nec alium quem quam cui est potestas dandi tutorem.

a Glo.in ver.subsidiaria ibi, & vsuræ.a

ADDITIONES.

a Subsidiaria. Ad euidentiam glo.in verbo subsidiaria, præmitte † quòd

6 actio directa est illa quæ expressè venit ea verbis & mente legis. Illa autẽ

diaitur vtilis, quæ venit ex mente tantum, ita declarat gloss. in l. actio. ff. de neg. gest. licet in effectu non differant, vt ibi est text. Et aduerta dum

7 glo. vult, quòd † aliquando papillus potest conuenire tutorem, & aliquando magistratum: tantum est differentia, quia si aliquando conueniat tutorem ratione malæ administrationis, præfertur cæteris creditoribus. l. dabimus. §. si quis cum tutor. ff. de priui. credi.

8 † Si autem conueniat iudicem causa minoris diligentiæ adhibitæ, non est priuilegiatus, sed venit cum alijs. l. j. §. priuilegium. ff. de magi. conue. & ibi per Bartol. de ratione diuersitatis Ias. May.

b Et vsuræ. Item aduerte dum dicitur, quòd † nedum tutor conue-

9 nitur ad vsuras, sed etiam magistratus: hoc tamen fallit in fideiussore ipsius magistratus. d. l. libertus. §. fi. imò fideiussores magistratus in nihilum co-

10 ueniat, quantum est ad pupillum. l. j. in princi. ff. de magi. conue. † Et dum gl. in prin. vult, quòd contra curatorem competat actio directa negotiorum gestorum, malè dicit, & contrarium tenet glos. in l. actio. & ibi Bart. ff. de neg. gest. & glos. in l. minori. & ibi Bar. C. de neg. gest. & in contrarium habet rubricam. ff. de tut. & ra. distra. & rub. de contraria & vtili actio. ergo contra curatorem competit actio in factum quæ appellatur subsidiaria. l. quoties. ff. de præfec. vr. Nec ob. l. fi. hic allegata in glos. quia responde vt ibi per Bar. qui tenet contra hanc glos. Et de hac glos. & circa eam vide Bartolum & alios in lege prima. C. de aden. post ungu. gloss. ibi. Iason. May.

In gloss. in verbo neque. Hæc gloss. inducitur in argumentum contra scholares, quibus est data potestas æstimandi domos à rectore, vt ex parua æstimatione possint conue-

11 niri. † Sed circa prædicta dubitatur: pone quòd ille qui soluet, non exegerit satisdationem à tutore vel curatore, eo, quia erat soluendo tempore quo conuenitur: nunc non est soluendo, an possit magistratus conueniri? Dicite quòd sic sic, tamen vtroque tépore esset soluendo, nihil magistra-

a tui posse imputari. lege prima. §. diuus. ff. de magi. conue. a

ADDITIO.

a ff. de mag. con. † intellige. d. l. j. de magistratibus, vt teneatur in sub-

12 sidium, esse verum quando ad ipsum magistratum spectat recipere fideiussores, vt scripsi in text. Item limita, esse verum quando tutor ipse non fuisset soluendo à principio. & tempore quo potuerit conueniri erat soluendo, sed tamen postea esse effectus non soluendo, tunc magistratus non tenetur. l. j. §. si magistratus. ff. de mag. conue. sed ad ipsum tamen magistratum spectat probare eum tunc fuisse idoneum. l. ex persona. C. de prob. l. fideiussores. §. si tu. ff. de fideicom. & per Bar. d. §. magistratus. & lege vno est necesse. ff. de proba. & l. Aemilius. ff. de admi. tu. no. Iason. May.

15 Ex quo † dixit not. Bald. quod iudex maleficiorum qui tenetur accipere satisdationem, si non acceperit tempore perpetrati delicti, & tempore quo fit contra eum executio, non poterit magistratus pro negligentia conueniri in syndicatu, lege primo. §. diuus. ff de magi. conue. Si tamen magistratus qui sperat officium suum de proximo finiturum, differat accipere satisdationem, & hoc onus transeat ad successorem, ipse conueniri debet. lege prima. §.

14 sciendum, de ma. conue. † quod facit contra iudices qui differunt processus, vt illi à successoribus expediantur, qui potuerunt in syndicatu conueniri. d. l. prima. §. sciendum. ff. de ma. conue.

De excusa. tuto. vel cura. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de tutoribus & curatoribus, verum quia hi varijs ex causis excusari solent, ideo de his tractaturus intitulauit Imperator de excusatione tutorum vel curatorum.

1 *Numerus filiorum legitimorum & naturalium excusationem præbet à tutela & cura.*
2 *Pater per filium, Magister per discipul. & Ciuitas per subiectum, honorantur.*
3 *Arrogati & adoptiui filij non excusant à tutela & cura.*
4 *Nepotes ex filio à tutela & cura excusant.*
5 *Filij defuncti non præstant excusationem patri. nisi sint defuncti in acie pro republica pugnantes.*
6 *Mortui in acie principis finguntur viuere per gloriam.*
7 *Filij nisi sint legitimi & naturales, non præbent excusationem à muneribus.*
8 *Ingressi religionem mortui mundo dicuntur.*
9 *Vulnerati in bello, & extra bellum mortui, an fingantur mortui in bello. & nu. 10. & 11.*
10 *Deperditum in bello id dicitur, quod propter belli causam perditur.*
12 *Filij in bello vulnerati, & in patria mortui, patri non prosunt, & supra nu. 9. 10. & 11.*
13 *Sententia nulla, ex causa superueniente iustificari non potest.*
14 *Sententia lata à iudice delegato, inuiso rescripto causæ delata, nulla est.*
15 *Tutela munus publicum auctoritate, & utilitate priuatum dicitur.*
16 *Munus quid sit, & quid donum.*
17 *Administrantes res fiscales, & absentes causa reipublicæ à tutela & cura excusantur.*
18 *Procurator Cæsaris, consiliarij. & adhærentes Principis, excusationem à tutela & cura, ac publicis muneribus habent.*
19 *Magistratum habens excusatur à tutela.*
20 *Facilius impeditur faciendum quàm quòd factum tollatur.*
21 *Priuilegium quod habeo propter te, an mihi contra te competat. Doctoris uxor an domina à marito uocari debeat.*
22 *Beneficium respectu certæ rei concessum, ad alium casum trahi non debet.*
23 *Numerus liberorum an excuset patres, non solum à muneribus personalibus, uerum etiam patrimonialibus.*

EXCVSANTVR. Habens tres liberos in Roma, vel quatuor in Italia, & quinque in prouincijs, à tutela & cura potest excusari, si sint naturales & legitimi: secus si naturales, tamen, siue legitimi tantum. Et idem in nepotibus ex filio est censendum.

1 hoc dicit. No. quòd † numerus trium liberorum in Roma, & quatuor in Italia, & quinque in prouincijs, habet excusa-

a re patrem ob onere tutelæ, & curæ, & hoc a operatur fauor liberorum, ex quorum respectu onus patribus infertur,

2 † quia & honoratur Pater per filium, Magister per discipulum, Ciuitas per subiectum, in authentica. de defen. ciui. §. primo. & ibi nota quia in illis locis maior est honor patri habere filios, quam in prouincijs. Hæc limitabitis esse vera in filij legitimis & naturalibus. Si verò essent naturales tantum non posset pater propter eos excusari lege secunda. §. primo. ff. eodem quia non debet ex delicto suo habere priuilegium. Item in secundo limitabitis esse vera, nisi sint adoptiui, & sic legitimi tantum, alioquin daretur materia se excusandi à tutela vel cura propter facilem filiorum adoptionem, vt hic.

ADDITIO.

a Et hoc. Hanc rationem ponit Io. Fab. hic, quam sibi ascribit ipse. Si ista ratio est vera, sequeretur quod etiam arrogati non excusarent, & ta-

3 men videtur cótra intellectum gloss. hic, volentis † quòd adoptati ab auo naturali prosint, quia transeunt in potestatem, ergo idem in arrogatis. Præterea quòd ista ratio non sit vera, patet. Nam non est verum quòd per adoptionem ideo non fiat excusatio, propter facilem filiorum adoptionem: quia postquam tutela semel est suscepta, filij postea suscepti non excusant, vt supra dixi. Cogita tamen, quia ad illa bene posset responderi. Sed magis aduerte ad intellectum huius gloss. & ad id quod supra dixi de arrogatis, quia credo verius esse falsum, quamuis nullus aduertat. Nam dum gloss. vult, quòd adoptati ab auo vel proauo prosint, quia hodie transeant in potestatem, est falsum: quia secundum hoc olim adoptiui indistincte transibant in potestatem & familiam, & tamen non excusabant. l. sextumdecimum. §. adoptiui. ff. de vac. mu. Et per hoc patet, quòd nec etiam arrogati excusant, cum de iure filiorum, quantum ad transitum potestatis non esset differentia inter arrogationem & adoptionem. Tenen ergo quòd adoptati ab extraneo vel ab auo, & arrogati nec olim nec hodie, siue transeant in potestatem siue non excusant, sed solum legitimi & naturales. Et rationem diuersitatis puto, quia onus adoptiuorum vel arrogatorum habet ex voluntate, vnde eum non excusat ab alio onere, sed onus naturalium & legitimorum habet ex necessitate, vnde ab altero excusat &c. Ias. May.

4 Item † nota sicut numerus filiorum habet excusare pa-

a trem à tutela, vel cura, a ita numerus nepotum ex filio, secus ex filia, quia nepotes ex filio sequuntur familiam aui paterni

5 §. finali. supra de patria pote. † Item nota in versicu. filij quòd filij defuncti non præstant excusationem patri, nisi sint

b defuncti in acie b pro republica pugnantes: † quia licet

6 tunc mortui sint per naturam, dicuntur tamen viuere per gloriam. l. qua actione §. si quis in colluctatione. ff. ad legem Aquil.

A ddi.

ADDITIO.

a Tutela vel cura. † Et ideo si quis à muneribus vult habere excusationem propter filios, necesse est quòd filij sint legitimi & naturales, secus si essent legitimi, vel naturales tantum, vt ff. eod. l. ij. §. legitimis. & d. §. oportet. Ias. May.

b In acie. Idem dicam † de filijs religionem ingressis, qui dicuntur mortui mundo. l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Sed contrarium est verum, quia isti mortui pro cælesti patria, dicuntur viuere per gloriam, sicut mortui pro temporali patria, vt hic. Iason May. [De filijs religionem ingressis. Adde capitulo placuit. el. ij. xvj. q. j. & in capitulo in presentia. de proba. dic quòd sunt mortui quo ad actus ciuiles non naturales, vt in capitulo secundo de posthu. Item tales non sunt mortui quo ad comedendum & ad impregnandum mulieres & cum matres secundum Spec. in ti. de teste. §. j. ver. item excipitur. & per Ioan. de Ana. in c. sicut dignum. el. ij. de homi. in ij. col. ver. collige etiam hic.]

9 Sed hic Doct. dubitauerunt. † Pone quòd filij sint vul-
a nerati in acie belli, & reducantur in patriam a ac moriantur, nunquid prosint ipsi patri, vt in bello defuncti dicantur?
10 Videtur quòd sic, † quia illud dicitur deperditum in bello, quòd propter causam belli est deperditum. l. j. §. ex incendio. ff. de incendio rui. & naufra. & quia locus mortis debet trahi ad locum vulneris, arg. in l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil.

ADDITIO.

a Reducantur in patriam. † An vulnerati in bello, & mortui extra bel-
11 lum, fingantur in bello mortui &c. Hic adde, quòd quamuis mortui in bello & in acie prosint patri, tamen filij capti in acie & existentes captiui non prosunt patri, tex. est no. in l. ij. C. qui numero lib. & gl. in l. ij. §. oportet ff. eodem de cuius decisione multum miratur Nico. de Neapo. hic, & in d. §. oportet, & rationem ipse assignat in d. lege secundo Iason. May.

a Veritas est in contrarium, per l. bello. ff. eodem. a

a l. bello. ff. eod. No. propter armigeros, Dic quòd hoc tenet Dyn. & Bal. in l. bello hic alleg. in l. ex incendio. ff. de incen. rui. naufra. l. in bello. ff. de capti. & l. damni. ff. de damno. infec. Non ob. hic tex. quia hoc est inuentum fauore pupillorum ne careant tutore Ias. May.

12 Non ob iura contraria, quia † ideo tales filij vulnerati in bello, & mortui in patria, non prosunt patri, quia non finguntur viuere, ratio, ne duæ fictiones simul concurrant, fictio enim cadere debet super terminis veris & naturalibus, non autem super terminis fictis, d. l. bello. & l. j. C. de do. promis. l. eum post. §. gener. ff. de iure do. Essent enim duæ fictiones, prima translatiua de loco ad locum, vt locus mortis trahatur ad locum vulneris. Secundò, quòd mortuus in patria fingatur mortuus in bello, super hac. no. fictione non potest cadere alia fictio, quia tales filij mortui per naturam, finguntur viuere per gratiam, sed in iuribus contrarijs non tractabatur nisi de vna fictione, hoc est, translatiua de loco ad locum. Vnde hic dicunt Doct. quòd si conuentio fuerit facta cum duce belli, quòd æstimatio equorum mortuorum in bello resarciatur armigeris, quòd habebit locum in æquis vulneratis in bello & mortuis domi, quia ibi tractatur de vna sola fictione, & armigeri petunt æstimationem de iure communi ex conuentione, l. j. ff. de pac. l. j. §. si conueniat. ff. deposi. & idem dicunt Doct. de morte, vt tempus mortis trahatur ad tempus vulneris. d. l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. Vnde pone aliquis vulnerauit aliquem, iudex putans illũ vulneratum esse mortuum, facit decapitari vulnerantem, si postea vulneratus moritur, videtur iustificata sententia decapitationis, quia tempus mortis trahitur ad tempus vulneris,
13 quòd non placet, ea ratione, quia † sententia nulla ex causa, superueniẽte iustificari non potest, regula iuris quòd ab initio. iuncta l. prolatam. C. de senten. Præterea si duo ex tribus iudicent, tertio absente non citato, sñia est nulla, nec postea approbatur ex approbatione tertij subsequente gl. ordin. in
14 l. instar. C. de iure fisci. lib. x. † Eodem modo, si iudex delegatus iudicauerit non viso rescripto causæ delegatæ, sententia est nulla, licet ex postfacto appareat instrumẽtum, c. cum in iure peritus. & ibi gl. extra de off. & po. iudi. dele. Dicatis. &
a in d. l. bello. In tex. ibi munus a publicum &c.

ADDITIO.

a Munus publicum Item no. ibi, munus publicum, † quòd tutela est mu-
15 nus publicum scilicet auctoritate, sed vtilitate priuatum. Et ideo licet sit alicui concessa immunitas à muneribus publicis, non excusatur à tutela, nisi specialiter sit dictum. l. spadonem. §. qui acceperit. ff. eo. Et dum hic fit mentio de munere, adde quot modis capiatur, declarat tex. in l. munus
16 tributum. ff. de verbo. sig. † Et propriè munus dicitur bonum alicui iniunctum de publico, quod necessitate subitur. l. munus propriè ff. de verbo. sign. dona autem propriè sunt quæ nulla necessitate, sed sponte præstantur, vt ibi dicitur. Et quid sit tale munus publicum, declarat Iurisco. in l. pupillus. §. munus. eo. ti. hic in gl. s. alleg. quia munus vt ibi dicitur, est officium priuati hominis. ex quo commodum ad singulos vniuersos ciues remoq; eorũ. Imperio magistratus, extraordinariũ peruenit &c. Ias. May. [Quot modis capiatur munus A[?] de gl. in. l. cum plures. in §. tutor ff. de admi. to. ca. sunt nonnulli. j. q. j. ca. & si quæstiones. de simo. gl. in c. statutum in. §. in super. de rescrip. lib. vj.]

17 Ex §. item diuus. † not administrantem res fiscales a posse
a excusari ab onere tutelæ & curæ Eodẽ modo absens causa reipublicæ, perpetuo excusatur ab illa tutela & cura. Si tamen ante absentiam illa tutela vel cura deferatur, excusatur non perpetuo, sed pro tempore quo abfuerit, statim, reuersus tenebitur administrare, nec vnius anni in hoc casu habet spatium.

ADDITIO.

a Fiscales. † Idem in administrante alia bona Cæsaris, & sic idem in pro-
18 curatore Cæsaris. l. administrantes in prin. ff. eodem. Nam princeps dicitur habere duplex patrimonium & duplices procuratores. glos. in l. procuratos. C. de eden. tex. & glos. in §. si iusta de vsucap. l. bene à Zenone. C. de qua. præscrip. l. apud Iul. §. fina. ff. de leg. j. Idem est in consiliarijs & adhærentibus, personæ, ipsius principis l. iurisperitos in prin ff. eod. & isti imperpetuum excusantur, vt ibi dicit tex &c. Et sic patet, vtilitatem fiscalem & publicam præferri priuatæ. l. j. ff solu. matri & hoc verum intelligite, quòd excusantur post administrationem susceptam & inceptam vno autem prius, vt not. ff. eo. l. non tantum. § sanè & §. vacatet. ff. eo. l. propter magistratum & l. administrationem. & ita etiam excusantur à publicis muneribus. vt. ff. de vaca. mune. l. his oneribus. in fin & ff. de iure immu. l. semper. §. negotiatores &c Ias May.

19 † Finaliter not. quòd ille qui habet potestatem aliquam, puta, quia magistratum exercet, excusatur à tutela vel cu-
20 ra sibi deferenda, nõ autem à iam delata, † quia facilius quid impeditur faciendum, quam iam factum tollatur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

a Glo. in ver. senestribus.

ADDITIO.

a Senestribus. Not. in gloss. in verbo senestribus. quòd Imperatores debent operam bello & studio alternatiuè, sex mensibus. nam hoc studium scilicet legum & armorum, est necessarium pro sustentatione reipublicæ, vt in principio huius libri. Sed quæro, cui prius dederunt operam. Dicit gl. quòd bello in l. postliminium. §. filius. ff. de captiuis. vt dicit, disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam charitas liberorum. Ias. May.

In gloss. excusantur. ibi. §. fina. hoc tenet Barto. In fi. hoc
21 communiter approbatur. Ex quo colligitis, quòd † priuilegium quod habeo propter te, possum de iure vti contra te. Ex quibus infertur, quòd vxor doctoris vel militis quæ habet priuilegium ex persona mariti, vt à quacunque domina appelletur, poterit vti hoc beneficio contra maritum, vt ipse maritus habeat necessè eam dominam appellare tamen ipsa faceret contra stimulos naturales, si hoc ipsa exigat à marito. Secundò infertur ad quæstionem. Scire debetis quòd si sit finita dilatio data actori, & postea detur noua dilatio reo, hæc eadem dilatio est præstanda actori ex persona rei. l. petendæ. C. de temporibus in integrum restitutio. pe. Pone quòd tu reus conuentus velis renuntiare dilationi, ne ego actor vtar, nunquid possis ex prædictis: Videtur determinari quòd non, quia hoc priuilegio dilationis quod ego actor habeo propter reum, vti possum te inuito. d. l. amicissimos §. fin. l. si post mortem. § fi. de contrata. Et hoc fuit visus tenere Bal. At Bar. contra qui limitauit primum intellectum gl. pro quo l si iudex circũuento minore. ff de minori. de quo dicatis, quia non determino, vt in l. petendæ supra allegata. & d. l amicissimos ff. de excus. tu Si tamen quæratur an priuilegium quod habeo propter, te vti possum contra te. dicite, aut tu participas de eodem priuilegio, aut non, Primò casu non possum vti contra te. d l si iudex circumuento posteriore autẽ casu possum vti cõtra te. d. l. amicissimos. §. fin. & l. assiduis. C qui potior. in pigno. habea. In fin. glos in
22 verbo, in prouincijs. ratio est, † quia beneficium alicui attributum respectu certæ rei de iure singulari, non debet ad

alium casum extendi, arg. in l. ius singulare. & l. quod contra. ff. de legi. in fi. ff de cõstit. prin. in c. cum dilectus. extra. de ap. In gloss. minimum. in fin. Sed contra prædicta oppo. & imò

23 videtur quòd † numerus liberorum non solum habeat excusare patres à muneribus personalibus, verũ etiam à patrimonialibus, vnde opponi de l. si quis decurio. C. de decurioni. lib. x vbi habetur quod numerus liberorum excusat patrem à quibuscunque muneribus. Solu. ibi loquitur de numero duodecim liberorum, non autem minus. Et ibi nota, duplicem speciem munerum publicorum, quia quædam sunt publica auctoritate, sed vtilitate priuata, ad quæ bene facit. l. hi qui ascripti. C. de appel. l. prima. §. si quis tutor. ff. quando appella. sit. In gloss. per gloriam. in fin. dicite, quòd habetur pro mortuo quo ad beneficia tributa de iure ciuili, secus quo ad ea quæ producuntur de iure naturali vel gentium. l. quidam. ff. de pœn. In gloss fin. in verbo excusantur. Nam ignominiosè remittitur antè completam militiam, nullam habet excusationem, est enim triplex remissio, vna quæ fit propter honestatem causam & iustam, puta infirmitatis alia ignominiosa, vt si quis propter negligentiam arma deponat l. milites agrum. § missione. ff. de re milita. Simile dicitur in scholare, quia in eo est honesta remissio quando gradu adepto reuertitur in patriam suam, vel quando antè adeptum gradum, studium deponit ex causa necessaria, puta infirmitatis vel mortis parentum, quando autem deponit studium propter voluptates quibus inuoluitur tempore Carnispriuij, & ita est ignominiosa & eum infamat..

1 *Tres diuersæ tutelæ præstant excusationem à quarta, fallit ut hic.*
2 *Onus tutelæ impositum uni de domo, alios ab alia tutela excusat.*
3 *Paupertas excusat à tutela.*
4 *Mala ualetudo per quam quis rebus suis præesse non potest, excusationem præstat.*
5 *Sententia lata contra infirmum, qui comparere non potest, nulla est si hoc iudex sciebat.*
6 *Imperitia literarum excusat à tutela & cura.*
7 *Inimicitia excusat à tutela, & nu. 11.*
8 *Inimicus alicuius præsumitur inimicus filiorum suorum, & aliorum in sua agnatione & domo.*
9 *Faciens ligam uel parentelam cum inimicis meis, præsumitur inimicus meus.*
10 *Argumentum à contrario sensu ualet & tenet.*
12 *Maior lxx. annis à tutela & cura excusatur, minor autem xxv. annis, nec uolens admittitur. Idem & in milite.*
13 *Pupilli uel adulti creditor, uel debitor, an admittatur ad tutelam uel curam, & nu. 15. & 16.*
14 *Actus per impositionem pœnæ ualidatur.*
16 *Determinatio una respiciens plura determinabilia, æqualiter determinat.*
17 *Affectantes gradus rectoratus, ab oneribus propter efficium non excusantur.*
18 *Collecta à patre soluta prodest filio.*
19 *Pauper quis appelletur.*
20 *Rusticitas oui simplicitas est annexa, excusationem præbet à tutela.*

ITEM PROPTER, Non summatur. Nota primò quòd propter litem, quæ est de omnibus bonis cum pupillo vel adulto, quis excusari potest à tutela vel cura. Idem si sit de hæreditate aliqua vel maiori parte bonorum, vt hic,

1 & l. propter litem. ff. eodem. Item not. † tria onera a tutela-
a rum vel curarum præstare immunitatem vocato ad quartam.

ADDITIO.

a Onera. Et ad istum textum dum vult quòd tria onera trium tutelarum, vel curarum præstant excusationem à quarta tutela, vel cura, adde hoc procedere siue sint ista tria onera simplicia, vt tres tutelæ vel curæ: siue mixta, vt tutelæ & curæ simul. l. secundo. §. amplius ff. eodem Item hoc procedit siue istæ tres tutelæ vel curæ sint expeditæ, siue adhuc pendeat appellatio super tertia. lege duximus. in principio. ff. eodem. Item hoc procedit etiam si sit vna sola tutela adeò ponderosa, quòd æquipolleat tribus. quia tantam excusationem præstat sicut tres tutelæ onerosæ. casus est singularis in lege si ia qui. in versiculo. cæterum. ff. eodem. Ista tamen regula huius text. recipit octo limitationes, colligendo simul ea quæ hic dicuntur in gloss. & quæ hic dicuntur per Aeg. in distinctione sua, licet ei aliqua addam. Et primò fallit, nisi istæ tres tutelæ essent leues aut leuissimæ, vt quia exigui patrimonij vt hic dicit gloss & est tex. licet glo. non alleget in l. spadonem. §. fin. ff eodem titulo. Secundò fallit, nisi altera ex istis tutelis esset honoraria, vt hic dicitur in gloss. Tertiò fallit, nisi istæ tutelæ essent affectatæ, vt hic in gloss. post istum text Quartò fallit, nisi istæ tres tutelæ essent eiusdem patrimonij, licet diuersorum pupillorum, vt hoc tex & dicitur hic in gloss. Quintò fallit, nisi altera istarum trium tutelarum esset breui tempore finienda, puta intra semestre, vel breuius tempus, vel etiam quarta de nouo suscipienda esset breui tempore duratura, tunc non præstat excusationem. tex. est notabilis in l. non tantum. in prin ff. eo. Sextò fallit, quando istæ tres tutelæ essent eiusdem generis. secus si essent duæ imperfectæ ex causationes diuersi generis. vt duæ tute-

a læ & duo filij l. j. in fi. C. qui numero lib. tut. Iason. May. † Item suff. ex tres tutelas esse in vna domo, vt omnes homines tam pater quàm filij excusentur, siue pater gerat, siue filius de consensu patris. l. dicimus. § si pater, de excu. tut. Et idem si impositio præstanda sit onere personali, vel si impositio præstanda sit in onere personali, vel sit impositio ratione personæ, quia sicut plura extrema, ita & plures præstantiores l. licet. C. de decu. & est glo. singularis in l. ij. C. qui ætat. ve. & per Barto. in d. l. dicimus. §. si pater. &c. Ias. May.

Item not. quod numerus pupillorum vel adultorum, non arguit pluralitatem tutelarum vel curarum, sed numerus patrimoniorum concordat. l. tria. & l. diximus. §. fin.

3 ff. eodem. Item not. quòd † propter paupertatem quis excu-
a satur à tutela [a] vel cura, concor. lege paupertas ff eodẽ quod qualiter intelligatur statim dicam in glossa Item not quòd
4 † aduersa valetudo [b] quæ præstat impedimentum voca-
b to ad tutelam vel curam in rebus suis administrandis, præstat immunitatem ad administrandas res alienas.

ADDITIONES.

a [Propter paupertatem quis excusatur à tutela. Adde Arch. in capitulo paup. xj. questio. iij. vbi enumerat. priuilegia paupertatis in quibus est iste.

b Valetudo. † Adde etiam, quòd aduersa valetudo & infirmitas me-
5 dicamis, qua quia non potest comparere in iudicio, reddit iudicium nullum, si iudex contra infirmum scienter proferat sententiam: si autem ignoranter, tunc valet, sed restituitur in integrum. Et ideò cautela est quòd iudici nonnetur infirmitas, ita no. Bar. & videtur tex. in l. quæ situm. ff. de re iudicata. Ias. May.

6 Nota in versiculo similiter. quòd † ignorantia literarum iuncta experientia rerum, non præstat immunitatem
7 à tutela & cura. Item no. in versiculo item si propter, † quòd
a si datur tutor, propter inimicitias [a] potest excusari à tutela & cura.

ADDITIO.

a Inimicitias. Adde, quòd etiam vbi † quis est inimicus alicuius quòd
8 præsumitur inimicus filiorum suorum, & aliorum in sua cognatione & domo. l. vnica. C. si quacunque prædi. potestate. l. si res prouinciæ. l. ij. &
9 iij. ff. de lib. causa Et similiter. † qui facit ligam vel parentelam cum inimicis meis, præsumitur meus inimicus l. liberi. C. de inoffi. testamen. & ibi Saly. & qualiter repellatur testis, vide glos. tertia questio. secunda. in princip. & in capitulo cum oporteт. extra de recusa. & in Spe. de teste in prine. &c. Ias. May. [Inimicus alicuius an presumatur inimicus filiorum eius Adde Bald. in capit. vasallus. el. j in tit. si de feudo fue. controu. in v. sib. feu. Bald in l. Athlete. in §. dat remissionem. ff. de ex cu. tu t. item inimicitia semper præsumitur durare nisi probetur contrarium secundum Bal. in l. ignoret. in fi. C. ad exiben. Bal. in l. seruus. C. famil. ercis. & Bal. in auth. si dicatur. C. de testi.

10 Item not. † tenere argumentum à contrario sensu. [a] con-
a cor. l. primo. §. huius rei ff de offic. eius. Not. quòd non excusatur si quis dicat non cognouisse patrem pupilli vel a-
11 dultorum. Not. quòd inimicitiæ capitales, vel causa a te mota, vel a patre pupillorum vel adultorum, præstant Immunitatem excusationis à tutela & cura. Nota quòd
12 † maior. lxx. annis à tutela & cura potest excusari: minor autem. xxv. annis nec volens admittitur. Idem & in milite. In fin. gloss. in verbo propter litem. Not. quòd
13 creditor pupilli, vel adulti hodie non potest admitti ad tutelam vel curam Idem apertè tetigit gl. in l. pater. ff de proc. Item in authen. minoris. C. qui da tu. pos litem sub dubio in l. propter litem. ff eod. Alij tenuerunt contrarium quod sequutur R ay & Dy. dicentes, quòd licet creditor possit excusari à tutela & cura, nõ tamẽ prohibetur tutelã administrare vel

vel curam, si creditum suum amittit.d.authentica.minoris. b Bald.tenet opin.communem.Glo. [b]mouetur ratione subtili, vt & ipse attestatur. Nam quotiescunque remotio impedimenti procedit actum actus valet & tenet.l.in tempus.ff. de here.insti.

ADDITIONES.

a Tenera argumentum à contrario sensu. Adde l.qui testamento in § mulier.ff.de testa. Bar.in l.si quis locuples.ff.de manu.testa.Bald.in l.conuenticulam.C.de epis.& cle.item in c.cum apostolica de his quæ fi.à prælatis c.sciendum.viij.q.j.Io.An.in c.publicato.de electio.

ADDE Io.de Nauiza.in sua Sylua nuptiali.in j lib.nu.168. ver.à contrario sensu fol.43.in paruis Ioan. Baptista Zilettus.

b Mouetur. Et pro ista parte facit† quia per positionem pœnæ actus validatur.l.si.ff.de diuor. & maximè quando respicit præiudicium alterius, vt vult Bart.in distinctione sua in l.prætor.in prin.ff.de oper.nou.nunci. Ias.May.

15 Si vero † actus præcedat remotionem impedimenti, actus non valet nec tenet, etiam subsecuta remotione.l.j.§. si filius.de lega.iij.l.j.de regu. Cato. Sed hic præcedit actus datiuus tutelæ, ergo sequitur remotio impedimenti, hoc est, amissio debiti. hæc remotio velnti præcedens non validat actum nullum præcedentem: Sed vos possetis respondere, quòd iste actus est remotio impedimenti simul concurrunt, vt ignis & calor, quia eoipso quòd tutelam acceptat, eo momento creditum perdit. Mouetur secundo, quia quemadmodum creditor prohibetur, ita & debitor nihil potest amittere, nisi tutela priuari. Idem dicemus in credito-16 re vt priuetur tutela vel cura: †nam vna determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter determinat.l.quamuis C eod.l.hoc iure.ff. de vulg.& pup. Sed possetis respondere, quòd debitor precisè grauatur in hoc, quia ad duplicationem debiti exoluendi tenebitur. Adijcite prædictis, quòd creditor modicæ quantitatis, vel etiam debitor, non prohibetur ad tutelam vel curam admitti: quinimo potest excusari, quia de minimis lex non curauit.l.Scio.ff.de in integ.resti. Et appellabitur modica quantitas arbitrio iudicis, terminatis secundum quantitatem patrimonij pupilli vel adulti. Glos.est in d.authen minoris. In glo tria ibi.§.j. dixit Barto. 17 in d.l.tria onera.quòd † isti qui affectant per practicas gradum Rectoratus non possunt excusari ab oneribus, quia officium summa cum opera affectarunt. ibi omnes computarentur. ex hoc dicit Bald. quòd † si pater [a] soluat colle-18 ctam, filius suus excusatur, & econtra: quod verum est, si filius cum patre habitet, & sint bona communia, secus si seorsum, & sint bona separata.l.duximus.§.fin. & ibi gl.parua.ff.eodem.

ADDITIO.

a Pater soluat. Adde quæ amplissimè more suo scribit illustris Iurisconsultus. [illegible] D.Andr. Tiraquel. in l.si vnquam in præfatione numero.15.16.17.18.19.20.21.22.& 23. C. de reuocan. donationi. Ioan Bapt.Zilettus.

In fin.gloss.hæc gloss.iudicio meo apertè loquitur contra casum l.si quis tutor.§.j.de ritu.nup. Non ob.§.si ciuitates, quia ibi loquuntur in eo qui erat obnoxius futurus ex facto alieno, honorarius autem tutor est obnoxius ex facto proprio, & fuit responsio Iurisconsul.in d.l si quis tutor.§.j.de quo honorario tutore habetur in l.quid si forte.§. 19 j.ff.de solu. In gloss.paupertatem. ibi oporteat.not.† illum appellari pauperem [a] qui habeat necessè laborare pro victu. Idem tenuit glos.in l.paupertas.ff.e. Ex quo dixit notabiliter Bald. quod si sit factum legatum pro puellis pauperibus, [b] maritandis, illæ comprehenduntur sub legato, quæ habent necesse laborare pro victu & vestitu. In fi.gloss.not. tribus modis quem appellari pauperem. Primò, qui non habet tantum in modis vt pupillus & adultus. Secundò, qui non habet facultatem .50.aureorum pro quo lege nonnulli. de accus.gloss.primò.§ fin.in authen.de exhi.& intr.reir. Tertiò, qui haber necessè laborare pro victu & vestitu, vt hic.& l.paupertas.cum gloss.ff.eodem. Alibi dicitur, quòd ille pauper appellatur, qui non habet facultatem centum aureorum.§.sed si nostra infra de succes.lib. Alibi, quòd statur opin. vulgi quis appelletur pauper, & quis diues, gloss. in authentica præterea.C.Vnde vir & vxor. puto ego quòd ille appellatur pauper, qui miser est ingenio & nihil capit. Tamen pro concor.harum gloss.distinguite ex mente Bart. Cum quæritur, quis pauper sit appellandus, dicite. Aut tractamus de actu in quo versatur modicum præiudicium prætextu paupertatis, & tunc statur opin. vulgi, & vera sit sententia gloss.in l.vbi adhuc.C.de iure do. Aut loquimur in actu in quo versatur magnum præiudicium, vt hic & tunc, aut lex in eo actu prætaxauit quantitatem, & tunc ille qui non habet illam quantitatem, pauper appellatur. & ita loquitur.l.nonnulli. ff.de acc. & § sed nostra.infra de succes. libe.& glo.in §.fin.in authen.de introdu.& exhi.reis. Aut lex non taxauit certam quantitatem, & tunc tota res arbitrio iudicis relinquitur, & ita loquitur gloss.in d.authen. præterea: qui tamen iudex secundum qualitatem patrimoniorum & qualitatem personarum quem pauperem appellabit. facit.l.illicitas.§ ne potentiores.ff.de offic.præsi.ad quòd benè facit.l.sed si susceperit, cum gloss.ff.de iudi. In fin. gloss. in 20 verbo nescit.† No.itademum rusticitatem præstare excusationem, si rusticitati annexa sit simplicitas. Si autem non sit annexa simplicitas.sed sint rustici sagaces & versuti, vt sunt hodie omnes, secundum Baldum tunc enim non excusarentur.d.l.athletæ.§.de rusticis. In fin.gloss.in verbo milite. quia aliæ sunt claræ, dicite. vt per gloss. in l.pen. ff. ex quib.cau.maior in integ resti.& dixi in §.filiusfamilias si militauerit.§.quib.mo.ius po.sol.

ADDITIONES.

a Illum appellari pauperem. Adde glos.in authen.de hære.& fal.gloss & Doc.in c.& prohibetur.ij.q.j.gloss.in summa.xxj.quæstio.j. domi.in c.quo iure.viij.distin.Abb.in c.quod super his.iiij.no.de voto.Barto.& Doc. in authent.preterea.C.vnde vir & vxor A.nge.in l.si mater & filij.C.qui bo.ce.pos.

ADDE Quis appelletur pauper, & qualiter paupertas probetur, quæ scribit præclarissimus.D.Hi.Gigas in suo tracta.de pensioni.q.lxxx.numero.9.& 10.quæ iste scribit supra quib.ex cau.ma.non lic.in prin.numero.18.& 19.& ibi vide addi.Ex.sel.D. Nic.Belloni, se etiam addi. meam amplissimam sub litera.A.incipi. quis autem dicatur pauper. Ioan. Bap. Zilettus.

b Pauperibus. Quæ dicatur puella pauper vt consequatur hoc legatum. vide Bellonium consi.xvj.per totum qui consuluit contra Deci.

a Glo.item maior. [a]

ADDITIO.

a Maior. In gloss.item maior septuaginta. quærit Pe.quæ est ratio diuersitatis, quòd minus tempus requiritur in illo quam in isto? & dicit quòd est, quia iudex qui habet prouidere toti vniuersitati, habet minus otiue quam tutor, & ideo excusatur propter minus tempus vt hic latius habes per Nico.de Neapo.qui cum hac ratione transire videtur. Sed non est generalis in quocunque alio munere personali, puta in custodia castrorum: vnde ego non scitem aliud dicere, nisi specialè esse fauore pupillorum, vt plures reperiantur tutores, prout dicit glos.in simili in prin.huius tituli in verbo minus.ad fi.Ias.May.

a Glo.in ver.nec volens. [a]

ADDITIO.

a Volens. In glos.in verbo nec volens.ibi.nisi à commilitone. Iaco.de Aret.in d.l.maritum. §.fin. vt refert Nico. de Neap.hic & ibi tenet contrarium.& d.§.fin.intelligit in veterano, vt ibi latius per Nico. In fin.glos. aduerte, quia leges allegatæ per gloss.non loquuntur de quarto gradu.sed dicunt ipsum ad tutelam legitimam admitti, quasi nō ad testamentariam vel ad datiuam.argumentum eodem titulo.§.Deo amabiles.& in d.§.presbyteros. sed possunt presbyteri quia cum ipsi admittantur ad hæreditatem agnatorum & cognatorum vsque ad quartum gradum, vt §.interdicimus.in authen.de eccle.titu.eodem iure admittuntur ad tutelam vsque ad quartum gradum secundum Pe.argu.supra de legi.pa tu.ad fi.Nico.de Neapo.Ias.May.

1 *Qui propter officium excusari vult, illud exercere debet.*
2 *Proponens unam excusationem & non probans potest intra statuta tempora aliam proponere & probare.*
3 *A tutela uel cura non appellantur. sed excusanda est infra quinquaginta dies, & tale tempus à die scientiæ currit.nu.15.& 16.*
4 *Interpretatio legis ita fieri debet, ne per eam in absurdum non incidamus.*
5 *Tutor simpliciter datus, an ad uniuersum patrimonium datus censeatur.*
6 *Curator esse non cogitur quis illius, cuius fuit tutor.*
7 *Falsæ excusationes non liberant à tutela.*
8 *Proponenti plures exceptiones sufficit unam probare. & si in probatione succumbit, aliam intra tempus à iudice statutū probare potest numero.24.*

9 *Legum Doctores an excusentur à tutela.*
10 *Triuium uel quadriuium quid sit.*
11 *Ex priuilegio apostolico & imperiali, & antiqua consuetudine studia sunt approbata.*
13 *Recedatur à communi statuto propter excellentiam & sapientiam uiri.*
15 *Appellari an & quando possit à publicis muneribus.*
16 *Patri & marito quod tempus de[tur] ad accusandum mulierem de adulterio.*
17 *Scire quilibet præsumitur quæ fu[nt n]on quæ communiter accidunt.*
18 *Excusatio & exceptio in scriptis [est] redigenda sicut actio.*
19 *Terminus datus ad opponendum, [int]elligitur datus ad opposita probandum.*
20 *Curator an possit matrimonium contrahere cum adulta.*
21 *Maritus an possit esse curator, uel procurator uxoris suæ.*

ITEM ROMAE.[a] Non summ[atur]. Not. primò, Grammaticos, Rhethores, Medicos, qui [artem] exerceati Roma vel in ciuitate propria, à tutela & cu[ra] excusari. Secundò, not. ex mente Bald. quòd † ille qui v[ult ex]cusari propter officium, debet illud exercere oon en[im] sufficeret habere officium nisi habeatur in exercitio & actu. quod facit cótra istos notabiles Notarios, qui non [e]xercent actum Notarij, vt non debeant habere confectiones Notariorum. Eodem modo nec Scholares qui nõ visitant Scholas, de quibus habetur in rubrica sol. ma. & in l. generaliter. C. de Epis. & cle. No. ex ver. qui autem, quòd † ille qui proposuit vnam excusationem & non probauit, potest intra tempora aliam proponere & probare. facit. l. spadonem. §. qui autem iura. ff. eod. Cautè tamen faciunt causidici, qui proponūt aliquas species exceptionum, & protestantur non sibi præiudicare alijs proponendis. Ex ver. qui enim. no. † quòd à nominatione facta de tutore & curatore non potest appellari, sed excusari infra quinquaginta dies, qui dantur illi qui est in ciuitate, vel prope per vnum miliare. Si autem vlterius abfuerit, dantur pro singulis. xx. miliaribus singuli dies, & vlterius. xxx adijciuntur. Not. singulariter, quòd † interpretatio est ita fienda, & lex singularis extendenda, nè prauo modo intelligendo, incidamus in absurdum. concor. l. scire oportet. ff. eodem. §. primo. Ex versi. datus autem. not. quòd † curator simpliciter datus intelligitur datus ad vniuersum patrimonium.[a]

ADDITIO.

[a] Patrimonium. Hoc verum intellige, quando talis tutor fuisset datus à habente potestatem in vniuerso patrimonio pupilli: secus si iudex dans non haberet illam potestatem: puta quia pupillus haberet patrimonium Mediolani & Papiæ, & esset datus tutor per iudicem Papiensem: quia tūc non intelligitur datus ad patrimonium Mediolanense, ita probatur ff. de bonis auct. iudi. pos. l. cum vnus. §. sed qui. ff. eo. l. propter. litem. & l. nō solum. §. si in testamento. & ibi no. Ias. May.

No. in ver. qui tutelam administrauit, quòd † à cura eiusdem potest quis excusari, etiam si testator eum finita tutela posse excusari noluerit: quia sufficiet si cui vel in paucis amici laboribus consulatur. §. tutori. C. de neg. ge. l. tutores, qui se. ff. de admi. tu. Ex ver. Item rescripserunt not. maritum excusari à cura vxoris etiam si ingessisset se in administrandis rebus vxoris. † Finaliter no. quem propter falsas allegationes non debere excusari ab onere tutelæ, nec talis excusatio eum liberat.[a]

ADDITIO.

[a] Liberat. No. vltra dicta hic, quòd † habens plures exceptiones, non est necesse quòd omnes proponat & probet. sed sufficit vnam de propositis probare. Et ideo dicunt aduocati. Non astringens sed ad singula omnia probanda, sed aliquam earum concor. l. propter litem. §. j. ff. e. & ibi gl. & si succombat in probatione illius, poterit aliam intra tempus statutum à iudice probare. Item debet opponens specificè omnes exceptiones nominare: non autem sufficit nominare in genera, puta, propono exceptiones meas. Et ideo non valeat practica procuratorum, qui exceptionibus aliquibus positis dicūt, saluis alijs omnibus exceptionibus. nam propter talem generalitatem sibi non saluantur, nec eas post tempus lapsum ad proponendum possunt probare. l. scire oportet. §. scire. ff. eo. & ibi Bal. nisi de nouo superuenerit exceptio, vel si prius competebat iuret de nouo ad eius notitiam peruenisse quo casu illa practica valeat, vt hic, & c. pastoralis. in glo. extra. de except. Ias. May.

[a] In glo. gramatici ibi. Iureperitos. no. † quòd licet Grammatici, Rethores, Dialecti, si artē suā exerceant in Roma vel in patria propria, excusentur à tutela & cura. legum tamen Doctores non excusantur nisi doceant in Roma. & ita videntur Docto. transire.

ADDITIO.

[a] In gloss. Et aduerte, vt intelligas, dum gl. dicit de his qui docent triuium quòd † excusantur omnes: hi verò qui docent quadriuium non excusantur, vt intelligas quid velit dicere triuium, & quid quadriuium, debes scire quòd artes liberales sunt septem grammatica, rhetorica, logica, arithmetica geometria, musica, & astrologia. Ex his tres primæ tendunt ad vnum finem, siue versantur circa vnum, tribus vijs: nam omnes versantur circa sermonem: grammatica circa congruitatem sermonis: rethorica circa ornatum sermonis: logica siue dialectica circa veritatem sermonis. & ideo istæ tres appellantur triuiæ, quasi tribus vijs vnum finem habentes. Aliæ quatuor similiter tendunt ad vnū finem quatuor vijs, qui finis est proportio, siue ordo siue cōmensurabilitas rerū. Nam arithmetica versatur circa mensuram per viam quantitatis discretæ, scilicet numerorum: geometria per viam quantitatis continuæ, scilicet linearum, punctorum, & angulorum, & sic hæ duæ generaliter: musica circa modum vocum & sonorum: astrologia verò circa motus stellarum, & sic hæ duæ simpliciter: Ita habui ab artistis. Ias. May.

Ego † non possum acquiescere huic opinioni de legum Doctoribus, quibus mundus illuminatur: nam hi sunt milites, alij verò non. l. aduocati. C. de aduo. di. iudi. Non obst. sed reprobari. quia fateor quòd Doctor actu legens non excusatur ratione lecturæ. nisi legat in Roma, vel in vrbe Constantinopolitana, in quibus sunt delegata studia approbata reliqua autem studia quæ nec lege, nec cōsuetudine sunt approbata adulterina studia appellantur, nec quisquam ibi graduari potest. l. j. C. de sta. li. vr. Rom. & Consti. Si tamen Doctor in Roma vel patria propria exerceat practicam, nemo sani capitis dixerit ipsum non excusari, si magistri scholarium excusantur. Et quæ dicta sunt de Doctore legēte in Roma, locum sibi vendicant in Doctore legente Papiæ & Paduæ. in quibus dicit Barto. † ex priuilegio apostolico & imperiali, & antiqua consuetudine sunt studia approbata. In fin. ex hac gloss. & in l. per eam. alleg. colligitis, † quòd propter virum excellentem[a] & sapientem recedi potest à communi statuto: vnde vir valde disciplinatus, etiam si artem exerceat vltra numerum, vel extra patriam, à tutela & cura potest excusari. Respondeo, quia licet sit extra patriam suam, tamen excellentiam patriam decorat. Vnde licuit antiquis temporibus statutum condere, quòd vltra promotores necessarios quis examinandus teneretur accipere in promotorem. d. Bald. vel reuerendum d. Episcopum Vicentinum, vt fuit in ciuitate ista. quia propter eorum excellentiam licuit recedere à communi statuto. in fin. gloss. in verbo intertem pora, † sed huic sententiæ videtur aduersari. c. ap. pastoralis extra de exceptio. vbi qui proposuit aliquas exceptiones & non probauit, non potest etiam intra tempus alias proponere. Solu. dicunt Docto. quòd illud loquitur in tempore à iudice statuto ad opponendum exceptiones: secus in tempore à lege statuto, vt hic: quia mitius agitur cum lege quā cum homine. l. si eum dies. §. fin. & l. seq. ff. de arbi. In fin. gloss. in versieu. appellant.[b] Not. † quod nominatione facta de aliquo ad munus publicum auctoritate, sed vtilitate priuatum, non potest appellari, sed excusari sic. Quando autem est facta nominato ad munus publicum auctoritate & vtilitate, tunc potest appellari. Ratio differentiæ, quia priore casu est datus terminus ad excusandum: vnde cum in eo termino sic possit excusare, non indiget remedio appellationis. Sed posteriore casu nullus terminus est datus ad excusandum, vnde habet necesse appellare, si velit se ab onere iniuncto releuari. Ratio rationis. Nam ideo si in muneribus publicis auctoritate & vtilitate, non est datus terminus ad excusandum, quia ibi tractatur de maiori præiudicio. vnde fuit celerius prouidendum: sed in muneribus publicis auctoritate non tractatur de tanto præiudicio, vnde longior mora potuit dari. facit. c. vbi periculum. extra de elec. l. s. vj. l. j. §. duæ causæ. ff. de Car. edi.

[a] Excellentem. Adde quòd propter eminentem scientiam hominis licitum est iura transgredi Bar. in l. sed & reprobari. §. j. in prin. ff. de excusa tu. Ludo. Roman. Ales. de Imo. Philippus. Decius. & alens in l. e. im quid ff. si cer.

ff. si cert. peta. Luca. de Pena in l. ad splendidioris. in fin. C. de diuers. offi. lib. xij. Pau. de Puteo. in tracta. syndi. in ver. Iustitia. Fely. in c. j. col. x v. ver. fallit septimò. extra, de constitutio. Ias. in l. j. col. ij. ff. de legi. & in l. iubemus. col. oj. ver. decimo fallit. C. de iudi. Matthæ. de Afflict. in proœmio constitu. regni. q. xvj. nu. 4. Barb. Cassa. in suo tracta. gloriæ mundi. in x par. in xxx. considerati. col. pen. car. 18. & Barto. Cæpol. in l. si contra. nu. 14. 15. & 16. de vsucapio. pro empto. dicit. quòd cum Eugenius Papa esset Bononiæ & ibi Ioan. de Imola legeret. de sero. quòd propter suam excellentem scientiam per ipsum Eugenium non obstante statuto & consuetudine quòd nullus forensis posset legere Bononiæ de mane, positus fuit ad legendum de mane. hoc idem refert eius discipulus Andr. Barb. in c. cum vigesimum col. vij. de offic. deleg. in c. clerici. col. iiij. in fi. de iudi. & in proœmi. cle. §. salutem. col. vij. in fin. & in tracta. de præstan. cardinali. j. q. j. par. col. xv. Hippoly. de Marsil. in l. vnius. §. cognituram. col. versi. & facit dictum Bartol. ff. de quæstio. dicens dum esset scholaris Barbariæ, hæc viua voce ab ipso audiuisse. Et nunc attestatur famosissimus Doctor Do. Ioann. Baptista de Plotis Nauariensis Patricius. in cons. cviij. incip. casus super quæ petitur consilium. nu. 36. & 37 in j. volu. consiliorum criminalium diuersorum Doctorum. Ioann. Baptista Ziletus Venetus.

b In verb. appellat. Aduerte ad hanc glo. dum in princ. videtur dicere 16 quòd isti quinquaginta dies proponendæ excusationis quamuis sint vtiles, quia non currunt nisi à tempore scientiæ, vt hoc text. tamen debes continuari intra quatuor menses. & alleg. l. mariti. § præterea. ff. de adult. illa l. venit hoc modo. Nam scis quòd ad accusandum mulierē de adulterio, patri & marito dantur. lx. dies, qui sunt vtiles & currunt à die facti diuortij. Extraneis etiam dantur quatuor menses etiam vtiles & currentes à die facti diuortij, intra quos quatuor menses elapsis lx. diebus admittuntur etiam pater & maritus iure extraneorum. Et etiam tempus quinquennij, quod est commune tam patri quàm marito & extraneis, & istud quinquennium non est vtile, sed continuum, & currit à die commissi criminis, ista omnia habentur in l. si maritus §. j. & ibi glo. declarat. ff. de adulterijs. Modo ad propositū. Dicitur in d. §. primo, quòd illi. lx. dies, & illi quatuor menses sint vtiles, & consequenter non currant nisi à die scientiæ, debet tamen istud sic accipi, dummodo crimen quinquennio cōtinuo non sit sopitum. Idem etiam dicemus in proposito, quòd licet isti quinquagēta dies sint vtiles, & non currāt nisi à tempore scientiæ, istud sit verum, nisi causa cognoscendæ excusationis sit finita quatuor mensibus, qui continui sunt, & currunt ex die nominationis. Glo. hic tenet contrarium nihil tamen respondet ad d. §. j. Potes dicere, quòd in casu nostro isti quinquaginta dies dantur tantummodo ad proponendas excusationes, & sic ad initium, quatuor verò menses dantur ad perficiendum negocium, vt dicit. d. l. §. j. in diebus lx. Quia ergo esset absurdum quòd prius præscriberetur cognitioni, quam propositioni, & sic quòd posset proponi, sed non cognosci: ne incidamus in hoc absurdum, intelligimus tempus illud quatuor mensium currere à die nominationis, & à die scientiæ. Sed in casu. d. §. præterea. tempus illud tam sex mensium quam quinquennij, totum datur ad instituendum accusationem, non autem ad perficiendum, vt est text. in d. l. mariti § quinquennium. & ibi est glo in verbo ad eum. ominium ergo si elapso quinquennio. quo excluditur crimine: sic etiam excluditur tempus sex mensium: quia hic non sequitur aliquid absurdum, prout in casu præcedenti. Ias. May.

In fin. gl. in verbo quinquaginta dies no. esse subaudienda verba legum, ne vos traducant in absurditatem, vt tempus ignoranti currat. similis est glo. in authen. sed hodie. C. 17 de temp. ap. iuxta finem glo. in verbo cognouerunt. † Not. quòd quilibet præsumitur scire non modo quæ sunt, quæ communiter accidunt. Idcóque dixeritis glo. quæ appellatur singularis per Doctor. in d. l. si tutor. quòd notitia eorum quæ communiter sunt præsumatur, non esse singularem, quia hæc concordat, quam ipsi non allegant. Sed pro gl. facit text ad literam. in c. cum in tua. extra qui ma accu. non pos propter quod aliàs quidem deputatus ad syndicandum Rectorem, libellum cuiusdam suscepit, qui illum produxit finito tempore syndicatus: debebat se ignominiose proclamare, quia illa erat ignominia proclamosa. In fin. 18 gl. in ver. excusare. no. duo. primo. † quòd sicut actio in scriptis redigenda est. auth. aut referatur. & authen. libellum. C. de lit. conte. ita excusatio & exceptio est in scriptis redi- 19 genda. Item not. † quòd terminus datus ad excusandum, intelligitur simul datus ad excusationem probandam, vnde dicunt Docto. quòd terminus datus ad opponendum, intelligitur quoque datus ad opposita probandum. vnde in casu nostro habebit quinquaginta dies, intra quos proponet excusationem & causam probabit. l. quinquaginta. ff. 20 eod. in g'o. excusare. ibi per totum not. † quòd curator non potest matrimonium contrahere cum adulta. quòd verum intelligite de iure ciuili, de iure autem cano. aliter est, vt habetur & no. in c. pen. extra de se. un. nupt. In fin. gl. Sed con- 21 tra prædicta opponitur, & imò videtur. † quòd maritus a possit esse curator vxoris: vnde opponitur [a] de l maritus. C. de procu. Sol. maritus datur procurator ad litem, quia non habet exercere nisi illam litem. Item & potest quandocunque reuocari, & procuratio finiri. Secus est in curatore, cuius cura non finitur ex voluntate vxoris, sed ex tempore à lege statuto.

ADDITIO.

a Opponitur. Adde tu, quòd maritus potest esse procurator vxoris in rebus per vxorem reseruatis. non datis in dotem, & admittitur tanquam persona coniuncta sine mandato, cum cautione tamen de rato. l. maritus. C. de procu. sed in rebus paraphernalibus, scilicet vltra dotem marito traditis, admittitur ad agendum, tanquam procurator & legitimus administrator, sine aliqua cautione. l. fin. C. de pact. conuen. In dotalibus autem agit nomine proprio, cum sit dominus earum. l. doce ancillam. C. de rei vendic. Et aduerte, quia ratio hic assignata non videtur generaliter vera. Nam pone quòd esset procurator omnium bonorum, & mandatum non esse integrum, quo casu non potest reuocari, certè esset eadem ratio quæ & in curatore. Cogita. Ias. May.

Item curator habet administrare omnia bona & negotia adulti. vnde si maritus malè administret curam suæ vxoris, facilè eum inducere posset ad conficiendum inuentarium: sed si maritus esset curator vxoris ad vnam litem, non habet necesse facere inuentarium. glo. est notabilis. in l. de creationibus. C. de epis. audi.

De suspectis tuto. & cura. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine & modo. Supra visum est de tutore & curatore, ac etiam eorum excusatione: verum quia hi aliquando non excusantur, imò inuiti tanquam suspecti remouentur, ideò de his tractaturus Imperator, intitulauit de suspectis tutoribus & curatoribus. &c. Ias. May.

1 *Crimen suspecti tutoris descendit ex lege xij. tabullarum.*
2 *Prætor Romæ, Præses in prouincijs, & legatus proconsulis, de crimine suspecti tutoris cognoscunt.*
3 *Cognitio de suspecto tutore potest delegari. & nu. 15.*
4 *Tutor quilibet potest de suspecto accusari, & etiam patronus, dummodo ei fama conseruetur. & nu. 5.*
7 *Pubes accusat de suspecto, cum consilio coniunctorum. & nu. 9.*
8 *Quilibet de suspecto accusat, etiam mulieres, quæ ex pietate mouentur. & nu. 6.*
9 *Adultus habens curatorem, & pupillus, in quibus æquiparentur.*
10 *Tutor suspectus quis dicatur.*
11 *Mali mores reddunt quem suspectum.*
12 *Accusatio suspecti tutoris, tam ante, quàm postquam quis administrare cœpit, potest intentari.*
13 *Crimen suspecti tutoris, & ciuiliter & criminaliter intentatur.*
14 *Agens de suspecto tutore quando teneatur se inscribere.*
16 *Administratio quando sit remouenda à tutore de suspecto accusato.*
17 *Accusatio de suspecto an sit publici iudicij.*
18 *Administrare quis impeditur propter dolum non propter culpam.*
19 *Tutor à tutela & propter dolum & propter culpam remouetur.*
20 *Puniri grauius debet ille qui malo modo gerit tutelam, quam qui nullo.*

a SCIENDVM. [a] Seipsum summat.

ADDITIO.

a Sciendum. Istud principium vsque ad §. consequens h. d. De crimine suspecti descendente ex lege xij. tab. prætor Romæ, & in prouincijs præses & legatus proconsulis cognoscunt: & quilibet tutor, potest accusari de suspecto, etiam si sit patronus dummodo eius famæ consulatur. h. d. vsque ad d. §. consequens. Ias. May.

Diuiditur in septem partes. Nam in prima declarat, vnde prouenia crimen suspecti tutoris. In secunda, qui possunt de tali crimine cognoscere. In tertia, qui tutores de suspecto possint accusari. In quarta, à quibus possint accusari. In quinta, quis dicatur suspectus. In sexta, quando quis possit accusari de suspecto. In septima ponit, quā pœnā remotus & suspectus patiatur. Secūda ibi, (datū est autē.) Tertia ibi, (ostendimus qui.) Quarta ibi, (consequēs est.) Quinta ibi, (suspectus autem.) Sexta ibi, (sed antequam.) Septi- 1 ma ibi, (suspectus autem.) No † primò, crimen suspecti tutoris à lege xij. tabu. prouenisse, & per hoc legitimum ap-

2 pellatur.concor.l.j.ff.eod.Secundò,† not. de crimine suspecti tutoris cognosci posse per prætorem in Roma, per præsidem in prouincijs, & legatum proconsulis. Ex quo not. 3 † quòd cognitio de suspectu tutore potest delegari.concor. l.cognitio.ff.de offic.eius cui man. & iurisdi. & facit.l.j.ff. 4 eod. Item not.† quoscunque tutores siue testamentarios siue legitimos, siue datiuos, posse de suspecto accusari. Et erat maxima ratio dubitandi, præsertim in testamento tutoris, quia eius fides est adeò approbata, vt ab onere satisdandi releuetur.supra de satis.in fin. principi. vnde videbatur quoque releuari à crimine suspecti. Ratio decidendi fuit, quia licet eius fides sit à testatore approbata.tamen pupilli iudex non debet pati malum administratorem. l.in confirmando.& l.vtilitatem.ff.de confir.tut.Item no. quòd 5 † cum patronus accusatur de suspecto, debet taliter remoueri ne illum committetur, infamia. quod qualiter seruari a debeat dicam in glo. Not.in §.consequens.a accusationem suspecti tutoris appellari quasi publicam, id est, populi- 6 cam. Not.† quòd ille demum mulieres accusare possunt de suspecto, quæ motæ sunt ob pietatem & necessitudinem, & sunt iunctæ pupillis vel adultis: item illæ quæ ob propensam beneuolentiam & pietatem mouentur, quod solet stare in iudicis arbitrio. Cæteræ verò non admittuntur, quia hoc est officium virile, non muliebre.l. cum prætor.§.fin ff. de iudi.l.ij.ff.de regu. iur. & ideò dixit litera, quasi publicā: 7 vnde dictio, quasi, stat diminutiuè.† No.etiam puberes, posb se accusare curatores de suspecto ex consilio tamen necesc sariorum: c quia illis magis est ingenij quam pupillis.

ADDITIONES.

a Not.in §.consequens. Iste §.consequens.vsque ad §.suspectus. h. d. in 8 summa.† Quilibet admittitur ad accusandum de suspecto, etiam mulier, quæ tamen pietate ne affectione pupilli mouetur. Item impubes non potest accusare tutorem suum de suspecto pubes autem curatorem potest, cum consilio necessariorum h.d.Ias.May.

b Puberes. † Contra istud notabile opponam. Nam adultus habens cu-9 ratorem æquiparatur pupillo.l.si curatorem.C. de in integ.resti.mi.iuncta l.certi conditio.§.item quæri potest.ff.si cert.peta.Bar. in d. l. si curatorem.simpliciter dicit, quòd illa regula fallit in accusatione suspecti tutoris, in qua non æquiparantur pupillus & adultus. Cur autem diuersum, ibi nihil dicit. Ego puto ex traditis per Barto. in l. j. §. fuit quæsitum.ff. ad Treb.posse sic dici, quòd in his quæ concernunt administrationem patrimonij, vt est emere, contrahere, & similia, adultus habens curatore æquiparatur pupillo. Et est ratio, quia ex quo datur sibi curator, interdicitur ei taliter administratio, quòd nihil possit facere sine curatore, sicut nec pupillus. Hinc est, quòd in his quæ non concernunt administrationem, adultus & pupillus non æquiparantur: vt est facere testamentum, quod potest adultus, & non pupillus, propter pleniorem intellectum. Et per hoc etiam sequitur, quòd cum accusare ipsum tutorem vel curatorem, non sit de administratione aut de officio curatoris, vel tutoris, certè pupillus & adultus non æquiparabuntur: vnde adultus poterit accusare curatorem ratione plenioris intellectus, pupillus verò tutorem. & credo quòd ista sit mera veritas. Ias.May.

c Necessariorum. An vbi requiritur consilium alicuius, ille teneatur sequi illud consilium, vide Bart.in l.j.§.si plures. ff. de exercitoria. & l. Titium.§.altero.ff.de admini.tu.Ias.May.

10 Not.in §.suspectus, † quòd ille appellatur suspectus, qui non gerit ex fide tutelam vel curam, licet soluendo sit. Non 11 ergo facultatès, sed† mali mores reddunt quem suspectum. Concor.l.suspectus.ff.eod.& §.penu.& §.suspect. infra eo. 12 Vltimò † not. accusationem de suspecto non solum intentati posse postquam quis administrare cœpit, sed etiam ante: quia fortassè in alijs tutelis malè versatus erat. concor.l. iij.§ quæri potest.ff.eo, Glo. super verbo lege.ibi, vt dictum est. Vos dicite ex mente Bart.in l. j. in fin. ff.eod. & Doctor. 13 quòd † crimen suspecti tutoris potest intentari dupliciter. Vno modo ciuiliter, quando ille qui intentat solum petit tutorem vel curatorem vt suspectum remoueri, & hoc casu nulla requiritur inscriptio. quia talis solum prosequitur priuatam vtilitatem pupillorum vel adultorum, non autem vindictam publicam.c.tuæ. & ibi not. extra. de procu. Aliquando agi potest criminaliter, vt cum quis petit aliquem vt suspectum remoueri: & hoc amplius, propter crimen condemnari: & hoc casu tenetur se inscribere, quia nō solum priuatam vtilitatem prosequitur, sed & vindictam publicam postulat. & ita loquuntur iura, supra allegata. & hoc casu non poterit in hoc iudicio procurator interuenire. In primo verò casu benè admittitur. l.non solum.§.fin ff. de procur. In ead.glo. in fin. Sed dices tu, secundum hoc se-14 queretur, quòd † quando quis agit ciuiliter vt tutor vel curator solum remoueatur, non autem condemnatur, quòd deberet se inscribere ad pœnam infamiæ: quia remoto accusato, illum comitatur infamia. Respondet Bart.in d.l.j.ff. eod. nequaquam: quia illa pœna est intrinseca quæ ex ipsa remotione sequitur absque alia sententia. alioquin, dicit ipse, sequeretur absurdum, quòd vbi quis agit actione de dolo, vel alia quæ infamat, teneretur se inscribere: quod nul-15 la lege cauetur. Glo.super verbo legata.in fin.† vos dicite, aliter. Si quæratur, an cognitio suspecti tutoris possit alicui delegari aut hæc accusatio est intētata criminaliter: (quod qualiter intelligatur supra declaraui.) Et tunc procedit, l.j. §.suspecti.ff.ad Turpi. Aut fuit intentata ciuiliter, & tunc delegari potest. ita loquitur hic, & l.j.ff.eo.titu. & l. cognitio.ff.de offic.eius.& ita sedatur hæc quæstio quæ fuit olim inter Franc.Accur.& Dy. vt refert Bart.in l j.ff.eo. & Cyn. in l.fin. C. eo. Glo. super verbo, omnes.ibi, ius naturale. Sed habetis in glo. quòd litera ponit genera singulorum, & nomina singulorū sub genere comprehensa. Vos debetis eam intelligere, vt ponat species tutorum, vt intelligunt laici, non autem nomina in indiuidua. Si verò habetis, & non singula generum, & tunc stat clare. Glo.super verbo dicendum. in fin. Vos melius distinguendu respondere secun-16 dum Barto. in l. si tutor. ff. eodem.† Si quæratur, an tutor tanquam suspectus sit remouendus. Aut loquimur in tutore qui nulla necessitudine est iunctus pupillo, & tunc propter dolum & culpam remoueri potest, vt dicitur in §. suspectus. infra eod. Aut loquimur in tutore qui est iunctus necessitudine ipsi pupillo, vel etiam in patrono, & tunc si quidem petatur remoueri propter culpam, poterit remouerit: si propter dolum, tunc debet curator adiungi. Posset tamen esse tantus dolus, dixit Bart. quòd esset indignus hac reuerentia, & ideò ex toto remouendus & infamandus: & hoc stabit in arbitrio iudicis, facit.l.j.ff.eod.

a Glo.parcendum.a

ADDITIO.

a Parcendum. In glo. parcendum. in fin. dic, quòd commodum positum per glo. vt patronus si moueatur vt suspectus, non infametur, scilicet quādo in sententia non exprimitur dolus, non procedit: quia sola expressio doli in sententia remotionis, non est illa quæ reddat illum infamem vel non. Sed hic ideò redditur infamis, quando ille qui petit eum remoueri, dicit illum remouendum per dolum: nam hæc assertio reddit eum infamem si remoueatur: quia fingitur remotus per dolum, vt infra eo. §. suspectus. Ias.May.

a Glo.in verb.quasi.a

ADDITIO.

a Quasi. In glo. in verbo † quasi publica. dum dicit, quòd ideò dicitur 17 quasi publica. quia non cuilibet indistinctè permittitur, vt statim probatur &c. ista glo. ad quam non aduertunt Doct. pessimè dicit: quia si illa non dicitur omnino publica, eò quòd fœminæ non admittantur, certè nulla accusatio esset publica, & nullum delictum sine iudicium publicum, cum semper fœminæ repellantur. quòd est notoriè falsum. Ioan.Fabr. dicit, quòd ideò non est propriè publica, quia desistens non incidit in Turpillianum.l.j.§.suspecti.ff.ad Turpil. Potes ad hoc respondere prout respondet glo. in d.§.suspecti. quòd speciale sit fauore pupilli, vt plures habeat accusatores pro se. Alij dicunt quòd non est propriè publica. quia potest constitui procurator. l.non solum.§.fin.ff de procu.iuncta.l.pen.§. ad crimen. ff. de publi.iudi. Sed errant, quia quando instituitur accusatio suspecti ciuiliter motum, tunc benè potest interuenire procurator. d. l.non solum. §. fin.& ita ibi declarat Barto. aliàs secus. Tu tamen vide & tenet theoricam Bart.in l.j.ff.de pu.iudi. quam etiam refert & simpliciter sequitur Ange.de Aret.hic.Ias.May.

Glo. super verbo procedunt. ibi, fœminis, Et est ratio. nam cum istæ personæ, mater, nutrix, auia, & soror, ratione necessitudinis admittantur, non debet considerari an sint pudicæ vel nō. alioquin nihil distarent ab alijs mulieribus, quæ nulla necessitudine pupillis vel adultis iungūtur: quia illæ admittuntur ita demum si pudicæ fuerint, vt in ver. sed & si. In ea.glo. in fin. dicite, quòd est in iudicis arbi. aut primo prætaxare quantitatem intra quam iuretur in litem. aut iuramentum postea præstitum limitare. l. videamus §. penult. ff. de in litem iuran. Glo. super verbo remoueri. ibi, contra hæc non est bona. per text. in l.ij.C.eod. in ead glo. in 18 fin. Hæc vlt. est bona, Ex qua colligere,† quòd propter dolum impeditur quis administrare. Rursum postquam administrauerit remouetur à tutela & cura, nedum propter dolum,

dolum, verum etiam propter culpam. Sed dices tu, nonne facilius est quod impeditur fieri quam factum tollatur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. 19 † Si ergo remouetur propter dolum, multò magis debet impediri administrare propter culpam. Respondeatis quòd argumentum[a] procederet, nisi ratio diuersitatis in oppositum suaderet. Nam licet antequam administrauerit fuerit in culpa, nihilominus posset euenire, quòd in administratione non erit in eadem culpa. Sed quando iam administrauit, & cum culpa res clara est quòd culposè administrat, vnde tunc remoueri potest, vt saluum sit ius pupillorum & adultorum: arg. l. vtilitatem. ff. de confir. tuto.

ADDITIO.

a Quod argumentum. Ista solutio non videtur bona, quia idem esset in dolo. Nam licet à princ. antequam administraret fuerit in dolo, tamen postquam administrauit forte non erit in dolo. Sed dic, quòd & antè & post semper, propter dolum possit tutor remoueri, per iura hic in glo. alle. Sed aduerte quia iste præsupponit quòd propter culpam quis non possit impediri administrare, quod est falsum, & contra. l. hoc enim. in fi. nec gl. hic istud vult. Sed glo. nostra benè facit differentiam in hoc inter dolum & culpam, quia antequam administret, posset tutor accusari de suspecto propter dolum. d. l. ij. & iij. C. eo. sed non propter culpam. In remotione autem non est differentia: quia ita propter culpam sicut propter dolum potest tutor etiam antequam administret remoueri, & impedire administrare. d. l. hoc enim. §. fin. & hoc tene. & in hoc iste fallitur. Tu magis cane, propter distinctionem Bart. in d. l. hoc enim. §. fin. cuius distinctionem tene. Et ad glo. hic cuius vltima solutio approbatur per omnes hic, dicas, quòd ratio diuersitatis est secundum Iac. & Petr. quos referunt & sequuntur 20 Ioan. Fab. & Nico. de Neapo. hic: quia † magis debet puniri ille qui malo modo gerit, quam ille qui nullo modo, quia multo peius facit: sicut magis punitur qui tradit rem vitiosam, quàm ille qui nullo modo tradit, vt l. si sterilis. §. cum per venditorem. iuncta l. Iul. in princ. ff. de actio. empt. & melius probatur secundum Ioan. Fabr. ex notatis per Glo. & Doctor. in §. sciendum. in verbo subsidiariam. supra de satisda. tu. Et per hanc rationem patet clara solu. ad argumentum quod ille facit, quod difficilius tollitur aliquid postquam est in esse productum. nam verum & quando est eadem causa secus si maior in iam producto in esse, quàm in producendo prout est hic, vt est ex prædicta ratione appaiet. Ias. May.

1 ¶ Tutor vel curator propter dolum remotus, est infamis, propter culpam non.
2 Administratio interdicitur pendente iudicio de suspecto.
3 Iudicium suspecti tutoris eius morte extinguitur.
4 Mentiri non debet pro morte alicuius conseruanda.
5 Tutor quibus casibus non tantum est remouendus à tutela, sed etiam est extraordinariè puniendus.
6 Alimenta pupillo denegans, illum denegare videtur.
7 Doctoribus promittentibus maria & montes scholaribus, ut eos acquirant, non est credendum.
8 Doctores practicantes scholares & ipsos pecunia allicientes à Rectore grauiter puniri possunt.
9 Tutor accusatus de suspecto, remouetur etiam si satisdet.
10 Nulla pestis ad nocendum efficatior, quàm familiaris amicus.
11 Securitas de non offerendo ab illo peti potest, à quo quis timet offendi.
12 Suspectus propter paupertatem quis non redditur, sed ex malis moribus.
13 Boni mores plus valent, quàm diuitiæ.
14 Sententia simpliciter in dubio ad acta assertoria refertur.
15 Iudex non tenetur causam exprimere.
16 Patronus propter dolum à tutela remotus, an officiatur infamia.
17 Tutor de leuissima culpa non tenetur.
18 Infamia duplex, iuris & facti, & eius effectus.
19 Omnes tenentur scire iura, vel per se, vel peritiores consulendo.
20 Mulieres non excusantur propter iuris ignorantiam, & sicut eunt vadunt ad ecclesiam pro indulgentiis, & rustici ad nemus pro lignis, ire debent ad doctores pro consiliis.
21 Lata culpa regulariter æquiparatur dolo, fallit in tribus casibus.
22 Tutor negans posse præstari alimenta pupillo, an sit puniendus, vel remouendus.
23 Exprimens vitia rei venditæ, an pretium restituere teneatur.
24 Contra emptorem fraudolosè faciens mouere litem super re empta, qualiter iudex se habere debeat.
25 Emptor non tenetur soluere pretium nisi venditor det idoneos fideiussores, cùm imminet euictio in limine contractus ante pretij solutione.
26 Tutor qui propter inopiam non potest satisdare rem pupilli saluam fore, an à tutela remoueatur.
27 Scientia non inflammat hominem, sed superbia ex ea proueniens. Intellectus ad l. licet. §. ea. de procuratoribus.

§. SVSPECTVS AVTEM. Non summatur breuius. Not. 1 † primo pœnam quam patiuntur tutores vel curatores remoti tanquam suspecti à tutela vel cura: quia si quidem remoti sunt propter dolum, infamantur infamia iuris & facti: Quæ autem sit infamia iuris, & quæ facti, dicam in glo. in verbo æque. Si verò ob culpam, non infamantur. Not. in versi. si quis. quòd 2 † pendente iudicio tutoris vel curatoris accusati de suspecto, interdicenda est ei administratio.[a]

ADDITIO.

a Administratio. Et adde, quòd interdicitur ei administratio vt debitor pendente iudicio suspecti, non possit eidem soluere, vt soluendo liberetur, vt. l. quòd si fortè. §. 1. ff. de sol. Et hinc dicit Bart. in d. l. quòd si fortè. quòd cauti procuratores volentes impedire administrationem allegant ipsum suspectum. de quo scripsi supra quib. mod. tu. finitur. §. fi. Ias. May.

Ex quo colligit hic glo. quòd prælato accusato, pendente hoc iudicio, est interdicenda sibi administratio rerum ecclesiæ, vt hic in glo. quæ per hoc redditur expedita. Est tamen interim alendus ex bonis ecclesiæ vt not. glo. in l. fin. C. de ord. cog. Not. quòd 3 † iudicium suspecti tutoris non transit contra hæredem, eo mortuo pendente iudicio. Ratio est, quia causa finalis huius iudicij est terminata: nam tutor qui petebatur remoueri per iudicem, remotus est per mortem. Et per hoc non obst. l. si cum hominem. ff. de fideiuss. vbi instantia litis transit in hæredem aduersarij, ac etiam contra hæredē. Ratio quia causa illius iudicij non reperitur finita.

In text. ibi, mandacium.[a]

ADDITIO.

a Mendacium. Not. in text. ibi, mendacium. quòd 4 † quis non debet mentiri pro morte alicuius seruanda, vide glo. xx ij. q. ij. c. ne quis arbitr. & mandatum sit à sciente, dicit glo. in l. ij. §. si minor. C. si minor se maior. dix. & per Bart. in l. de ætate. §. j. ff. de inter. act. Ias. May.

Not. in versi. si quis tutor quòd tutore se contumaciter absentante ne alimenta pupillo subministret, fit missio in possessionem bonorum eius: & si obdurauerit, remouēdus est à tutela. Not. ex eo. versi. de missione hoc ex causa custodiæ, 5 † & adde tres casus in quibus tutor non solum remouetur vt suspectus, sed etiam venit vlterius extraordinariè puniendus. Primus, quando falso negat alimenta pupillo posse decerni. Ratio, quia hic magis delinquit, quia delinquit circa personam & vitam pupilli, quam si res malè administraret: 6 † quia denegando alimēta videtur necare pupillum. l. vel necare. de libe. agnoscen. l. si victum. ff. de re iudi. vnde nimirum si grauius punitur. Secundus casus, quando quis adeptus fuit tutelam pretio, & hoc propter odium ambitionis & simoniæ. Et colligit hic glo. arg. contra Docto. qui data pecunia scholares,[a] acquirunt, cui similis est glo. in l. j. §. item solent. ff. de offic. præfect. vrb. facit. l. in eos. ff. de iur. 7 † Alibi dicit glo. quòd Docto. qui promittunt maria & montes scholaribus,[b] vt eos acquirant, non sit credendum in l. non omnes. § à barbaris ff. de re mili. quod facit contra quendam Doctorem qui pridie dicebat quòd istæ practicæ inceperunt tempore D. Christopho. cum concurrebat cum domino Bald.

ADDITIONES.

a Scholares. Adde quod doctor mutuando pecuniam scholari vt intret secum qui aliàs non intraret committit vsuram, vt voluit Ioan. Calde. in c. voluit. in v. quæstio. de vsuris. Sed ad hoc vide Bald. in l. j. §. solent. ff. de offic. præfect. vrb. & in proœm decretali. col. viij. Pet. de Anch. in regu. peccati. in viij. q. de regu. iuris. lib. vj. Saly. in auchen. ad hæc. col. viij C. de vsur. Eundem Abb. in c. nauiganti. in pen. col. eo. tit. Ias. in l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff si cert. pet. Anto. Corset. in notabili. suis ver. Docto. j. incip. pro solacio. & Fely. in c. ij col. j. ver. ea quibus infertur. de magistris, qui dicit quòd communior conclusio videtur esse quòd non sit vsura. Ioan. Bapti. Ziletus.

b Scholaribus. Contra Docto. qui data pecunia scholares acquirunt, vide quod alibi dicit Bart. per illum text. in l. j. in princ. C. de studiis liber. vrb. Romæ. lib. xj. & vide duo pulchra quæ per illum text. not. colliguntur per glo. & expressius Bart. in l. j. C. de anno. ciuilibus. lib. xj. 8 † Et dicit Auge. de Are. hic has glo. esse notandas propter Doctores practicantes scholares & ipsos allicientes pecunia precibus, & omni modo. quia possunt per eorum Rectorem puniri. Et addidem etiam esse si doctor mutuet pecuniam scholari vt eum vtatur, vt est glo. in l. quin etiam. ff. de calum. quam allegat Nico. de Neapo. hic. Ias. May.

Tertius casus, quando libertus fraudulenter administrat tutelam filiorum vel nepotem patroni. Ratio, nam cum eis magis teneatur quam extraneis, malè administrando magis delinquit, vt in l. si mandato. §. j. ff. man. & in l. an

tibi,C de in litendam.tut.in l.altius,ff.si ser.ven.& in c.cum quidam.extra de iureiuran. vnde nimirum si grauius punitur. Not.ex §. nouissimé. tutorem accusatum de suspecto, licet satis offerentem, nihilominus à tutela remouendum.

9 Not.rationem,† quia satisdatio non minuit animum maleuolum, sed magis præstat facultatem malignandi in facul-

10 tatibus pupilli. concor l.quia.ff.eod † & nulla pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Et alibi, nocendi fraus quæ non speratur, longé potétior est. Quod facit contra eos qui cum timent ab aliquo offendi, & fideiussorem de non offendendo [a] acceperunt, postea ab illo aduersario non se præcaueur, talis enim præstatio fideiussoris non imminuat sibi animum maleuolum tibi nocendi. Et idcò salubrius esset consilium, componere pacem, quam satisdationem accipere.

ADDITIO.

a De non offendendo. † Not.contra illos qui timent ab aliquo offendi, 11 & requirunt ab eo satisdationum de non offendendo: vide tamen quod hoc possint facere si velint Bart.in l.j.C.in quibus causis coloni vel censi.lib.xj.& Guil.in l.illicitas.§.ne potentiores.de offic.præsi.& Bart.in l. denuntiamus.C.de his qui ad ecclesiam confu.& in l.qui bona.§.illo. ff. de dam.infect & Cyn.in d.l.denuntiamus. & Albe. & Saly. ibidem, qui dicunt debere dari fideiussionem, aliàs sufficit promissio cum hypotheca, & potest dari licentia portandi arma pro sui defensione, & ducédi secum gentes, secundum Saly. & Guil.in d.l.denuntiamus, & potius Spe. de homicidio.de offi.deleg.§.sequitur.vide in versi.porro.&c.Ias.May.

12 Vltimo not.quòd† quis redditur suspectus ex malis moribus, non ex facultatibus leuibus, vnde pauper & fidelis nó potest vt suspectus remoueri, cócor.l.suspectus.ff eo. Et facit illud Terentij. Heu heu quamuis mihi mala paupertas est, hoc vnum curaui [a] vt essem fidelis.

ADDITIO.

a Curaui.† Et meritò, plus tamen conferunt boni mores quàm diuitiæ 13 multæ ad fidem præstádam.l.scire oportet.§.fi.ff de tut.& cur. da. ab his. facit quod not.glo.in l.adoptio.cum si.in fio.ff.de adop.&c.Ias.May.

a Glo.super verbo [a] infamis.in fin. similem glo habetis.in l.hæc autem.ff.eo.tit.& l.quid ergo.§.ignominiæ ff.de infa.

14 Et est ratio huius glo.& similium, quia† sententia simpliciter lata, in dubio refertur ad acta assertoria. l.in summa.ff. de re iud.l.ij.& iij.& fi.C de sen. quæ sine cer. quanti. Si igitur erat assertum, tutorem remouendum propter dolum, sententia remotionis simpliciter lata debet intelligi secundum actum assertorium. Si autem actus assertorius fuerit duplicatus, tanquam asserens culpam & dolum, debet sententia in mitiorem partem trahi. l.si præses.ff. de pœnis.

15 † Potest tamen iudex in sententia exprimere causam sed tamen non tenetur.c.sicut extra de sen.& re iud. Nisi in casibus in quibus tractaretur de honore iudicis, à quo aut in quibus immineret ex actio de euictione, de quibus in d c. sicut.& in l.ij §.ignominiæ.ff.de infa.

ADDITIO.

a Verb.infamis.Ista glo.in princ.† dum dicit,excepto patrono.& sic vult 16 quòd patronus remotus propter dolum non efficiatur infamis, malè dicit, per ea quæ tradit Bart.in l.si tutor.ff eo. Item contra hanc glo. videtur facere text.in l miles.§.missionum.ff.de re mili. Sed solue vt notabiliter soluit glo.in l.ij.§.ignominiæ.ff de his qui notan.infa.quia ille. §. nouissimum.est intelligendus secundum distinctionem huius glo. vt dicit glo. in d.§.ignominiæ.& sequitur Io.Fab.hic: quamuis, vt ipse etiam dicit, fiat magna calumnia ad illum text.ad quem non potest sine violentia responderi.Ias May.

a Gl.super verbo culpam.[c] in fin.Et secundum hunc modum intelligendi ad l.impuberibus.§. si fraus. responderi posset ex mente Barto.quòd ob latam culpam bene posset tutor remoueri, vt ibi, sed tamen non infamari, vt hic. Dicite tamen vt dicam in fin.glo.sequentis.

ADDITIO.

a Culpam. Eadum glo. dicit de leuissima culpa reprehenditur per alios 17 omnes hic, vt Ioan Fab.& Nic.post antiquos: quia † tutor non tenetur de leuissima, vt l.quicquid.& ibi glo.C.ar.tut.vide Bart.in repe.l.quòd Nerua in pr.col.ff.depo.facientem mentionem de glo.hic.Ias.May.

18 Glo.super ver.æquè ibi,de facto.† Est enim duplex infamia, scilicet infamia [a] iuris & infamia facti. Infamia iuris appellatur illa quæ infertur per sententiam magistratus, vel quæ infertur ex facto damnato & prohibito à lege, de quibus factis habetur in l.j.ff.de infami. Infamia facti appellatur, quæ insurgit non ex facto prohibito à lege nec approbato, ex quo tamen læditur opinio hominum. Et huius infamiæ triplex est effectus. Primus, quia talis infamis repellitur à dignitate, l.Cassius. ff. de sena. Item repellitur à testimonio.[b] c.testimonium.extra de testi. Item eius virtute qui alias repelleretur, tunc non repellitur à querelando, & præstat quærelam fratri contra testamentum fraternum, si talis infamis fuerit in eo institutus l.fratres.C. de inoffic.test. de quibus per glo.in l j ff.de infami. In ea gl.ibi,impuberibus.

19 § fin.dicite † quòd omnes tenentur scire iura per se, vel peritiores consulédo.l.in bonorum.ff.de bo.pos.tit.generali.

ADDITIONES.

n Duplex infamia. Adde glo. in c.omnis. vj. quæst.in.j.& §.porrò,& ibi Doct.iij.quæstio.vij.

b Testimonio. An infamis infamia facti vel iuris, à testimonio repellatur,& quid in ciuilibus,& quid in criminalibus.vide Bald. in c. cum nostris. in prin.extra de proba.& in cap.j.an remonens debe.cest.in vsi feu. Abb. Panor.in c.licet.col.ij.versi.& nota singulariter.secundum vnum intellectum extra de proba.& ibi Fely.col.iiij versi.nota octauo,& Phili. Deci. col.vj.ver.tertio fides testium detrahitur.Lodu.Roma in singu. ccccleix. incip.dubitatio est magna.Bart. Cæpol. in consi. le .causarum criminali. col.ij.versi.præterea infames.Melchior de Facinus.in consi.lxxcij. incip. nobilis & egregie domine Io. nu. 14.in j.vol. consiliorum criminalium diuersorum Doctorum Pact.Papien.in for.libel.iura.testi. in gl. potestate.nu.8.in paruis.Matthæ.de Afflict.in const.Regni. pactarenorum. col. vj.ver sed bonum est hic videre,cum seq.de pactarenorum receptatorib.& in constitutione more.col.ij.versi. vigesimoquarto regulariter, de blasphemantibus Deum.Fely.in c testimonium.col.iij. versi. secunda conclusio. extra de testi.Lanfran.de Oria.in c quoniam contra.in versi. testium depositi.nu.125.cum seq Hippoly.de Mar.in l j.§.præterea.col vj. versic. & aduertas quia prædicte. ff. de quæstio in singu. cia. incip. infamis. in sua practi.crimi.in §.diligenter nu.81.in consi.lxxiij.incip.summi numinis. nu.ex.& in consi cj.incip.illumina quæso.nu. 16. cum seq.Stepha. Aufre. in tracta.de reproba.testi.in ver.infamis.& in ver.malæ vitæ nu.65.Ioan. Crot.in tract.de testi.in iij.part.princ.q xi.,nu.157.cum seq Maria. Sozi. Iunior.in consi.lxxxviij incip.circa præsentem consultationem.nu.10 & 15.in ij.vol. Mar.Anto.Blancum.in l fi.nu.152 ff. de quæst. Do. Iodocum Damhouderium.in pract crimi.in c.ij.incip.cum testimonium visus. num. 13.& præclarissimum Do.Pet.Calæparum.in consi.xcij.nu.3.in ii.volu. consiliorum criminalium diuersorum doctorum & Do.Io.Bap.de Plotis. in l.si quando.nu.793.C.vnde vi.Ioan.Bapt.Zilettus.

c Tu.generali. Not.in hac glo. quòd vnusquisque præsumitur scire iura. vt l.regula.in ea allegata,quæ est vera, per se vel consulendo peritiores, vt l.bonorum ff.de bo.pos.tit.de generali. Adde circa id quod dicit de milite & muliere, not. in c.j. de controuersiæ inter dominum & emptorem. 20 in vsib. feud. Et dic † quòd mulieres non excusantur regulariter propter ignorantiam iuris. l. iuris ignorantia. C. qui admit. quia vt ibi dicit Bald. quemadmodum fœminæ vadunt ad ecclesiam pro indulgentijs,& rusticæ vadunt ad nemus pro lignis,ita etiam ire debent ad doctores pro consilijs, iuxta l.in bonorum.§.sciendum. C. qui admit. Excusantur tamen mulieres rusticæ & milites propter ignorantiam iuris in casibus tantum à iure expressis & non in alijs.l.fi.C.de iur.& facti.igno.Ias.May.[De rusticis. adde Alex.de Imo.in l.si ab hostibus.col.iij. versi. sed iuxta hoc quæro.ff. sol.matri.& in l.iuris ignorantia.col.j.versi.in glo.ij. C. qui admitti & ibi Philip.Deci.col.ij.versi.tertio text.hic fallit, & famosissimum doctorem Do.Hippoly.Rimioaldum nu.5.& 8.Zilettus.

21 In ea. glo. in fin.† Ex hac glo.colligitis, & tenere menti, a quòd regulariter lata culpa [a] æquiparatur dolo. Fallit in tribus casibus. Primò quando tractatur de pœna corporali, quo casu propter pœnam molliédam non æquiparetur dolo. Et hoc omnes fatentur. l. in lege Cornelia.ff. de sic. Secundò fallit in delatione iuramenti in litem, quia illud iuramentum præstatur iure quodam singulari, vt quia constituatur iudex in re propria aduersario contradicente contra.l.omnibus. C. de testa. Cui sententiæ non obst.l.ij. & l.à quo.C.de in litem iuram.quia speciale est fauore pupilli, vt propter dolum & latam culpam hæredum tutoris, in litem iurare permittatur. Tertiò fallit, vbi tractatur de infamando aliquem.& hoc propter magnam pœnam infamiæ quæ non debet esse minor viris honestis, quam pœna corporalis.l.isti quidem.in fin.ff.quod met.causa.Cui sententiæ non obst.l.liberorum §.notatur.ff.de infa.quia loquitur quando quis infamabatur ex ipso facto, etiam propter latam culpam. Secus quando infamia irrogabatur per sententiá, quia lex magis factum abhorret.l.palam.§.j ff.de ritu nupt. Secundò huic sententiæ non ob.l.j.ff.de infa. vbi damnatus in causa tutelæ vel depositi efficitur infamis, & tamé in his venit dolus & lata culpa l.contractus. de reg.iur. quia debet intelligi quando fuit damnatus propter dolum, nó autem propter culpam, & hanc tenet glo.l in actionibus.ff.de in lit.iuran. Glo.super verbo decessent.in fi.& per hoc non obst.si dicatur, iudicium cœptum contra hæredem transise debere.l.si cum hominem.ff.de fideiuss.quia ibi loquitur

in casu

in casu in quo per mortem rei actor intentum consequutus non fuerat.

ADDITIO.

a Lata culpa. Quando & in quibus casibus lata culpa æquiparetur, dolo, vide Bart. in l. quod Nerua col. vj. versi. item quæro an lata culpa ff. depositi. & in l. j. §. 1. ff. si quis testa lib. esse ius. fuer. Petr. de An ba. in cle. j. de homici. Saly. in l. Senatus. C. de his qui sibi adscrib. Abb. Pano. in c. cognoscentes. col. ij. versi. in glo. si. not. de constitutio. & ibi Fely. in ea. col. versi. circa primam faciem, & in eo. loco Philip. Deci col. v. versi. tertia cõclusio. in j. lectura. & in ij. lectura. col. iiij. versi. in quantũ autem Abbas Prac. Papien. in forma inquisitionis in glo. appensat in paruis. nume 4. cum seq. Alex. de Imo. in l. hoc edictu. col. ij. versi. nota ad gl. secũdam Pau ff quod quisque iur. & in l. iusto. colum. viij. ver aliam vtilem cum ver. seq. ff. de acqui. possessio. Barbu. Cæpo. in l. quis sit fugitiuos. §. apud Labeonem. nu. 21. ff. de ædili. edicto. Ang. de Castro in consi. xxxvij inter consilia criminalia Bar. Cæpo. incip. visa inquisitione & confessione. col. iij. ver. non autem. Iaco. Canem in consi. xcj. inter prædicta consilia Cæpolæ incip. cum Petrus Malusatus colum pen. versi. videtur etiam alia ratiõne. Fran. Bran. In trac. de iudiciis. q. v. ij. par. nu. 23. & 24 Hippoly. de Mar. in l. in lege Cornelia. in primis verbis. ff ad l. Cor. de sicari. & in l. j. col. pen. versi. nota etiam hanc. C. eo. ti. Matthæ. de Afflict. in consti. Regni violentiam. colum. x. iuxta in contra nuto tamen facit. de violentis circa possessio. Robet. Maran. in tracta. de ordi. iudicio. in iiij. par. 1. dist. num. 40. Tho. Grammati. in consi. v. causa. crimi. incip. in causa Antonij de Cauago. nume. 4. & in voto xxj. inci in causa crimi. inci. In causa Anthonij de Canaigo nu. 4. & in voto. xxj. inci. In causa inquisitionis formatæ. nu. 15 Philip. Deci. in l. qui sine dolo. ff. de reg iur. Clau. Aquens. in l. j. col iiij. versi. successiuè. in quantum Bar. ff. de legi Mar. Ant. Blancum in sua practi. crimi. in §. visis indiciis. nu. 137. cum seq. & in §. ignorantia. nu. 23. & D. Iodo. Damhouderi. in pra cti. eiusdem materiæ. c. lxxxv. incip. quoniam proximè nu. 8. & famosissimum doctorem D. Io. Baptistam de Plotis in repeti. l. si quando. nu. 299. C. vnde vi. Io. Bap. Zilettus.

Gloss. super verbo, si quis tutor, primus intellectus. est verus

a Glo. in ver. remittendum. a

ADDITIO.

n Remittendum. Gl parua in verbo remittendum vult, quod † quan-
22 do tutor præsens per mendacium negat alimenta posse pupillo præstari, quòd est puniendus, non autem remouendus. Tu dic contrarium scilicet, quòd imò sit nedum puniendus: sed etiam remouendus. Id vult iste supra in notabilibus. Istud etiam sentit Ang. de Aret. hic. dum remittit se ad notata in dicto. §. tutor. Et pro hoc contra glos. pon dera illum tex. in d. l. tutor. §. tutor. hic allegatum in gl. dum ibi dicitur. Hic ergo non quasi suspectus remouebitur, sed & remittatur puniendus, illa enim implicatiua. Et, debet necessariò implicatè, vt non tamen puniatur. sed etiam remoueatur, ad hoc etiam bene facit l. prima. §. item solent. supra de offic. præfe. vbi Itẽ si tutor tanquam suspectus remouetur quando non præstat alimenta: quanto magis erit suspectus quãdo negat posse præstari, & conuincitur de mendacio: quia tunc magis præsumitur quòd habuerit animum decipiendi pupillum. Et puto quòd ista si verius &c. Ias. May.

a In gl. præstat a in fi. † & pro hac gl. vel melius contra gl.
23 est casus ad literam in l. si post perfectam C. de euid Sed pone quòd aliquis vendat tibi librum, vel equum, & dicat, iste equus non videt, & claudicat, & centum milia vitia exprimit quæ non sunt vera: reperitur postea quòd equus vel liber patitur aliquod vitium, vel aliquem errorem occultatũ. Ego volo repetere pretium & restituere equum vel librum. vel tu opponis, quòd tu asseruisti librum vel equum cẽtum milia vitia & errores complecti, quare dicis te non teneri, quæritur quid iuris? hæc quæstio fuit Bononiæ. Vera sententia est, quòd teneris restituere pretium, quia fuisti in dolo, exprimendo vitia quæ non erant, vt plena fides tibi adhiberetur, allicere sque illum ad emendum. l. prima. §. j ff. de
b actioni. empti

ADDITIONES.

a Præstat. In gl. in verbo, præstat. adde: † vbi emptor fraudulosè facit
24 ab aliquo amico moueri litem super rẽ per eum emptã: vt sic differat solutionem pretij: quòd iudex debet deferre iuramentum emptori an hoc faciat per calumniam: an malitiosè hoc petat, vt inquit gl. in l. atqui. natura. ff. de ne. gest. & si apparet iudici ipsum malitiosè petere. non audiat ipsum. ar. l. si fideiussor. §. si ff. qui satisdare cogan. & hoc volt Ang in d. §. stipula-
25 tio duplæ &c. Ias. May. † No. etiã ex gl. in verbo præstat quòd quotiescunque imminet euictio in limine contractus ante solutionem pretij emptor non tenetur soluere pretium, nisi venditor det idoneos fideiussores. d. l. si post perfectam. C. de euic. de quo per Bart. in l. j. §. stipulatio duplæ. ff. de præto. stipu. & an venditor compellatur satisdare iure actionis, vel ope exceptionis? Dic, quod ope exceptionis: & solũ tenetur respectu illius duntaxat mouentis quæstionem. d. §. stipulatio. & ibi per Bart. Ias. May.

b ff. de act. empt. Vide de illo qui dicit æquum suum esse cecum, vt sub hoc colore posit tegere aliud delictum verum, de hoc Spe. in ti. de emp. & vendi. §. nunc videndum restat ver j. ij. & iij. Ias. May.

26 Gl. vltima in fi non obstat quòd † litera dicat in contrario, quòd propter inopiam remoueatur à tutela & cura, quia fateor mediatiuè & remotiuè, non autem immediatiuè & principaliter. Principaliter enim remouetur, quia non satisdat: ista verò causa non satisdandi bene prouenit ex paupertate. Similiter dicitur alibi, quòd ex longo tempore perditur possessio, & tamen possessio non perditur ex longo tempore, sed perditur ex obliuione quæ causatur ex lon
27 go tempore. Alibi dicitur, † scientia hominem inflammat,
a tamen scientia hominem non inflat. a sed inflatur, ex superbia quæ causatur ex sciẽtia. tex. est cum gl. in l. licet. C. de acquiren. poss. Sic in proposito tutor remouetur propter inopiam, hoc est, remouetur propter satisdationem non præstitam, quæ tamen causatur ex inopia. Et si dixeritis, nonne quod est causa causæ, est causa causati l. licet. § ea. ff. de procur. cum ergo inopia sit, causa non satisdandi. erit quoque
b causa remouendi contra istum tex Sol. b quædam est causa ex qua, & tunc procedit argumentum, quod est causa causæ, est causa causati & ita loquitur. l. licet. §. ead. de procur. Vnde cum contractus sit causa ex qua producitur obligatio, & ex obligatione actio, bene sequitur quòd sicut contractus est causa obligationis, ita quoque sit causa actionis. Quædam est causa propter quam, & tunc argumẽtum non procedit. l. si quis argentum § fina. C. de dona. & ita loquitur hic.

ADDITIONES.

a Scientia hominem non inflat. Adde tex in c. j. de sententia. & gl. in ea. legimus. c. l j. xxxvij. dis. originaliter. j. ad Corin. primo.

b Sol. Sed contra istam solutionem facit. l. manumissionas. ff. de iusti. & iure. vnde forte puto quòd iste est verus intellectus ad hunc tex. Quia in hoc tit. videmus qui remouentur tanquam suspecti. dubitabatur numquid tutor qui est fidelis, sed est pauper esset remouendus tanquam suspectus: & sic cum infamia. & dicitur quòd non; non tamen negat quin posset remoueri non tanquam suspectus, sed eo quia est pauper. & sic concordabit cum l. ij. C. de tuto & cura. qui non satisd. allegata in gl Hoc tamen non firmo nec teneo. Sed hoc potes tenere, quia remotus vt suspectus etiã sine dolo, quamuis non efficiatur infamis de iure, efficitur tamen infamis de facto, vt volt gl. supra in verbo non æquè: & ideo dicit tex quòd pauper & fidelis non est remouendus vt suspectus: quia saltem in istam infamiam facti incideret, sed benè posit remoueri eo quia est pauper. d. l. ij. C. de tut. & cura. qui non satis. Et istud est vt credo sustentabile: & forte verus intellectus. Ias. May.

PRIMI LIBRI.
FINIS.

IO. CHRISTOPHORI PORTII IN SECVNDVM LIBRVM INSTITVTIONVM LECTVRA.

De rerum diuiſione. Rubr.

HIC Titulus frequens eſt & quotidianus, ideò diligenter aduertendus. Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Quia omne ius quo vtimur, aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actus pertinet. § fin ſupra de iure natu.gen.& ci.l.j.ff. de ſta.ho. ideò viſo ſupra de perſonis, ſequebatur ex ordine videre de rebus. Cæterum quia res aut acquiruntur de iure gentium, aut acquiruntur de iure ciuili. ideò quemadmodum iure gen.acquirantur, tractat in §.ſingulorum. infra eo.vſque ad titu.de vſucapio in quo tractat quemadmodum acquirantur iure ciui.vſque ad tit.de obli. Verum quia etiam res aut acquiruntur titulo vniuerſali, aut ſingulari, ideò ſubijcitur quemadmodum titulo ſingulari acquirantur. Et eſt expedita glo.rubricæ. Io.Chriſto.Portius.

1 *Titulus ad titulum continuandus.*
Lex ad legem non eſt continuanda.
2 *Dictio, modo, & dictio nunc. ſunt dictiones demonſtratiuæ.*
3 *Communia omnibus quæ ſint.*
4 *Dominium litorum publicorum, uel maris quanto tempore præſcribatur.*
5 *Accidentia concr*[illegible]*ri debent ſecundum eorum ſubiectum.*
6 *Littus maris ubi ſ*[illegible]
7 *Flumina & portus p*[illegible]*a ſunt, & ius eſt ibi omnibus piſcandi. & numero 8.*
9 *Riparum uſus publicus eſt, proprietas uerò illarum, eorum eſt quorum prædijs adhærerent.*
10 *Predio uendito, an ſit menſurandæ ripæ fluminis illi cohærentes, item foſſata & ſepes.*
11 *Imperator eſt totius mundi dominus, quo ad protectionem & defenſionem, non quo ad dominium.*
12 *Villa quid ſignificet.*
15 *Villa fungitur muneribus ciuitatis cui ſubeſt.*
14 *Flumina quæ publica, & quæ priuata eſſe dicantur, & qualiter inter ſe differant, & nu.18.*
15 *Conſtitutus in poſſeſſione piſcandi.xxx.annis, poteſt alium prohibere, ne in eum locum accedat ad piſcandum.*
16 *Qui molēdinum per.xxx.annos in aliquo flumine tenuit, an alium prohibere poßit, ne ibi molendinum habeat.*
17 *Priuati fluminis dominus, poteſt in eo quicquid libet facere.*
19 *Cluſam facere non licet in flumine publico, niſi auctoritate publica præcedente, & in tali cauſa potior eſt conditio prohibentis, numero.20.*
21 *Opus in meo proprio factum, poſſum deſtruere.*
22 *Cauſa rei & poßidentis ſemper potior eſt, quando ex parte rei & actoris eſt iuſtitia.*
23 *Via publica non impedit ius cohærentiæ.*
24 *Ius cohærentiæ à loco religioſo non impeditur,*
25 *Publica utilitas præfertur priuatæ.*
26 *Publicum & commune dupliciter conſideratur.*
27 *Mare an ſit commune, & qualiter conſideretur.*
28 *Iudex quis ſit delicti in mari commißi. uel contractus ibidem celebrati.*
29 *Præueniſſe dicitur qui perſonaliter capit delinquentem.*

SVPERIORI LIBRO. Principium iſtud nō ſummatur breuius, quia diuidendo procedit. Sed tit. diuiditur primò in duas partes, quemadmodum duas partes rubrica complectitur. Nam in prima tractat, quemadmodum res diuidantur. In ſecunda tractat, quemadmodum acquirantur. Secunda incipit ibi, in (§. ſingulorum.) Rurſus prima ſubdiuiditur in tres. Nam in prima continuat hunc titulum ad præcedentes. In ſecunda ponit bimembrum rerum diuiſionem. in tertia, diuiſionis membra proſequitur. Secunda ibi, (quædam.) Tertia ibi, (& quidem.) Not. primò, † titulum ad titulum eſſe continuandum, & debito ordine ſituandum, concor. l.ij. ff. de ſta. ho. & habetur in prœmio Sexti decretalium. Lex autem ad legem non eſt continuanda not. glo. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. Situantur enim tituli, vt cognitio materiarum ex ordine tradatur, leges autem ſubordinantur vt negotia 2 prout incidunt determinentur. Not. in verſi. † modo, quòd dictio, modo, eſt demonſtratiua præſentis temporis. Et a idem eſt in dictione, nunc. a l. prima. ff de condict. indebi. l.j. §. nunc tractemus. ff. de tu. & ra. diſ. quod benè facit ad dicta teſtium interpretanda. Not. primam diuiſionem rerum, quia quædam ſunt in patrimonio noſtro, quod intelligitur actu vel potentia, vt ſunt res prophanæ. Quædam verò ſunt extra patrimonium noſtrum, nec actu nec aptitudine eſſe poſſunt, vt ſunt res ſacræ & religioſæ. Et iſta diuiſio æquipollet illi quæ habetur in l. prima. ff. eodem. ſcilicet rerum quædam ſunt diuini iuris, quædam humani: quod idem eſt dicere, quòd quædam ſunt in patrimonio, quædam verò extra. Not. in §. quædam ſecundam diuiſionem rerum, quæ quinque membra complectitur: quia aut ſunt communes, aut ſunt publicæ, aut nullius, aut vniuerſitatis, 3 aut ſingulorum. † No quod aer, mare, & littus b maris communia ſunt de iure naturali.

ADDITIONES.

a Nunc. Adde l. conditionum. & ibi Barto. ff de condi. & demon. Bald. in authentic. contra rogatos. C. ad Treb. & p 1 Innoc. in c. ſecundo requiris. de appel.

b Littus maris. An † autem dominium iſtorum littorum publicorum, 4 vel maris quod eſt penes principem vel populum Romanum, præſcribi poſsit ſpatio. xxx annorum? Dic quòd non. l. fin. ff. de vſuca. ſed bene præſcribitur tanto tempore cuius initij memoria non extat. & c. l. vſum aquæ. C. de aquæductu. libr. x. An & quando in iſtis fluminibus publicis vnus poſsit præiudicare alteri puta faciendo molendinum & ſimilia, vide Bart. in l. quominus. ff. de flum. & quæ differentia ſit inter riuum & flumen. vide in l. ſecunda. §. ſi ff. de fluminibus. Iaſ. May.

5 Not. in verſi & per hoc. quòd † accidentia concreta regulari debent ſecundum eorum ſubiectum. Si igitur mare eſt commune, ergo & littora maris, facit ad l. quod per manus. ff. de iure codi. No. nemini eſſe prohibendum ad littus maris accedere, dummodo a villis, a monumentis & ædi-6 ficijs ſe abſtineat. No. in ver. eſt autem. † quid ſi littus maris, quia nō habet certum & determinatum locum. Sed quemadmodum mare creſcit, aut decreſcit nouum littus cau-7 ſatur. Not. in §. flumina. † quòd flumina & portus appellantur publica: & in hoc differunt à mari, quod appella-8 tur commune. Not in §. riparum. † vſum riparum appellari publicum. & in hoc conuenit cum vſu littorum maris, qui etiam appellatur publicus. §. littorum. infra eo. Ex quo colligitis, & text. infert, neminem prohiberi piſcari in flumine publico, nec etiam ſiccare retia ſuper ripam, nec ligare naues funibus ad arbores ſuper ripam natas. Not. in ver. 9 ſed proprietas. † quòd proprietas riparum non eſt publica. imo in domino eorum qui habent prædia quibus ripæ adhærent, & in hoc differt à proprietate littorum maris, 10 quæ communis appellatur. vt ſtatim dicam. † Ex quibus infert Vbertus de Bobio, quem ſequitur Bald. in l. riparum. ff. eod. titu. quòd ſi tu vendidiſti mihi prædium pro qualibet pertica, quòd etiam ripa fluminis cui prædium adhæret ſit menſuranda, & pro ea pretium exoluendum, allegant. l. id quod. § j. ff de peri. & commo rei ven. allegant etiam rationem, nam cum hæc ripa quo ad proprietatem ſit in dominio venditoris, venit commenſuranda, & intelligitur vendita, vt hic, & l. qui tabernas. de contrahend empt. Bart. tenuit contrarium, nam cum iſta ripa pleno iure non pertineat ad venditorem, non intelligitur venire in contractu venditionis. ar. in l. ratio. & in l. ex empto. ff. de actio. empt. & per Bart. alleg. gloſſ. in l littora ff de contrahend empt. Sed opi. Verti & Bald. videtur probatior. Nam licet quo

ad certum

ad certum vsum, puta piscandi, & naues arboribus litigandi, dicatur vsus ripæ publicus, quo tamen ad proprietatem & cōmodum percipiendi fructus ex arboribus, pertinet ad dominum prædij cui ripa adhæret. Arbitratur tamen iudicem recte facturum vt ex quantitate prætij vel valore prædij iudicaret, an ripa esse mensuranda necne: ar. glo. not. in l.semper in stipulationibus.ff. de regul. iur. Et idem dicunt in fossatis, vt fossata prædiorum & sepes veniant mensuranda, text.est cum gloss. not. in l.prædia.§.pe.ff.de fun.instrumen. lega. Hæc etiam voluerunt Bartol. & Bald. in l. littora. ff. de contrahen. empt. quod etiam iudex arbitrabitur ex quantitate prætij, & ex valore rei. argumen. d. gloss. & l. vtrum.§. finali ff. de reb. dub. Gloss. super verbo habentur. in fin. gloss. bene loquitur & communiter approbatur. Gloss. super verbo iure. in fin. Hæc gloss. inquantum exponit iure naturali, id est, iuregentium, communiter reprobari solet, eo quòd videtur nimis restringere text. Item, quia, quando Imperatori placuit loqui de iure gentium, illud expressit, vt in §.riparum. & §.litiorum. infra eo. Non obst. argumen. gloss. quia fateor quod res cæteræ inspecto iure naturali primæuo, communes appellantur. Sed quia iusgentium illi iuri naturali derogauit quòad res cæteras, non sunt appellatæ communes, sed aut publicæ, aut vniuersitatis, aut singulorum. Sed hæres, scilicet aer, aqua, & mare, ideo communes appellantur, quia quantum ad eas iusgentium non vulnerauit ius naturale primæuum. & hoc propter rerum earum per maximam magnitudinem: vnde sequitur literam non esse aliter subaudiendam. Gloss. super verbo mare. in fine. 11 † Non. ex gloss. quod licet vulgo dicatur quòd Imperator sit dominus totius mundi. a l.deprecatio.ff.ad l.Rhodiam de iactu.l.benè à Zenone.C.de quadri. præscri. hoc debet intelligi quoad protectionem & defensionem, non autem quòad dominium, & ex hoc sedatur quod de Mar. & Bul. allegatur Bul. dixit æquum. b Sed Marti. habuit æquum.

ADDITIONES.

a Imperator sit dominus totius mundi. adde Gloss. in capitu. conuenior.xxiij. quæst.viij. & Bald. in l.j.C. de sum.trinita. Adde Barto. in extrauagan. ad reprimen. in versicu. totius orbis. Felyn. in capitu. cum non liceat in vltim colum. Io. Igne. in disputa. an text. Franciæ recognoscat Imperatorem. colum.j. & Francis. Cur. Iunior. in consi.138. incip. præsupponitur in facto illustrissimi domini marchionis nume. 13.& in consil.184. incip. omissa argumétatione ad partes. numero 4. Ziletus.

b Vide ad istud dictum vt ipsum intelligas Bellenum libro primo Supput.c.j.

Gloss. super versicu. villis. ibi, ab alio ædificatis. Sentit igitur hæc gl. hunc tex. esse intelligẽdum quod quis piscari potest in littore maris, dummodo se abstineat à villis, monumentis, & ædificijs ab alio positis. Ex quo infertur quod quis possit ædificare in littoræ maris, quòd videtur contra. l. quamuis.ff. 12 de acquirend. re. domini. In ead. gloss. in fin. † Ex hac gloss. habetis significationem huius termini, villa. Nam vt dicit glo. a proprie sumitur villa a pro quadam campania, in qua retia ponuntur, vel fructus reponuntur, vt l. arboribus in gloss. alle. Improprie autem sumitur villa pro territorio vbi sunt plures domus extra ciuitatem, prout exposuit glo. in d.l. arboribus.ff. de vsufru. & sentit hic in fi. dum dicitur congregatio hominũ. 13 † Vnum tamen notate, quòd villa fungitur muneribus ciuitatis cui subdita est tex. est in l. qui ex vico.ff. ad munici. cui. concor. tex in auth. qui. mo. na effi. sui. in §. si quis ex qualibus. Glo. su14 per verbo flumina. in fi. No. † bonam differentiam inter flumina. Nam quædam sunt flumina quæ habẽt perpetuam & continuam causam, hoc est, vt inquit text. continuo defluunt. in l.j. §.j.ff. de flumi. & talia flumina dicuntur esse publica, puta Rhenus & Padus. Quædam sunt flumina quæ non habent perpetuam causam, & tam sæpe crescunt quam sæpe defluunt, & talia flumina dicuntur esse priuata, puta Rapo. & Melloncellũ, prout inquit gl. in d.l. nemo. Nec ob. quod etiam in fluminibus publicis aliquando contingat, vt ex arescant, puta æstate. Nam sufficit quod habeant perpetuam causam defluendi hoc est, quòd naturaliter defluere possint. prout inquit tex. in l. prima. §.j. de flumini. pu. vnum tamen notate secundum Bald. in d.l. nemo.ff. eod. & erit alia differentia inter publicum flumen & priuatum, quòd priuata flumina non habent causam alluuionis. Et est ratio notabilis, quia flumina publica quantum ad effectum alluuionis, dicuntur quasi quidam censitores & iudices. l. ergo.§.fi.ff. de acquir. re. do. Sed flumina priuata rediguntur ad instar cuiuslibet personæ priuatæ, modo persona priuata non potest esse iudex. l. cum prætor. in prin.ff. de iudi. ergo nec flumen priuatum habebit causam alluuionis.

ADDITIO.

a Proprie sumitur villa. Adde Bart. in l. si fratris. in §.j. ff. de leg.j. c. venerabilis de censi. c. ad audientiam. & ibi Docto. de censi. & Galli appellant ciuitatem villam.

Glo. super verbo omnibus. in fi. Ex hac gl. habetis hãc con15 clusionem, iuncta opin. Io. de qua in fin. gloss. quod † ille qui fuit in quasi possessione piscandi. xxx. annis potest prohibere a alium ne accedat ad piscandum in eo loco. a pro qua sententia videtur casus in l. si quisquam. in glo. alleg. licet contra fortiter faciat l. fin.ff. de vsuca. Sed respondeo, vt respondet gloss. quod in l. si quisquam. erat in quasi possessione piscandi: quod dictum ita simpliciter intellectum, non videtur bene posse procedere, nam stat simul, quòd vnus fuerit in quasi possessione piscandi, & tamen alius etiam piscari possit, quia flumen est capax plurium. arg. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum.ff. commo. Et ideo soluendo gloss. dicatis, vt procedat prout declarat Bal. in l. intantum in prin.ff. eo. tit. scilicet, quando iste qui primo piscatus erat prohibuerat alios volentes accedere ad piscandũ, & isti prohibiti acquieuerãt prohibitioni, nec cõtrauenerãt, nã tũc iste prohibẽs bene cõstituitur in quasi possessione iuris piscãdi, faciunt optime vltra ipsum quæ habẽtur in l. prius. ff. de no. ope. nun iuncta l. fi.ff. de vsucapi. titu. generali. & tunc 16 tuebitur iste prohibens præscrip. xxx. annor. † Et facit ad quæb stionem, vtrum ille qui tenuerit molendinum b per. xxx. anno. in aliquo flumine, possit alios prohibere ne ibi molendinum habeant, de qua plenissimè per Bal. in rub.ff. eo. tit.

ADDITIONES.

a In eo loco. De hac præscriptione piscandi. vide Bellonum consil.j. nu.6. cum seq.

b Molendinum. An qui tenuit molendinum per xxx. annos in aliquo loco possit alium prohibere vide Barto. plenè in repe. l. quominus.ff. de flumi. & vide gloss. & Bald. in l. si manifestè. C. de seruitu. & c. Ias. May. [An qui tenuit molendinum per xxx. annos. Adde an quis posset præscribere quid ipse solus & posteri sui habeant molendinum in tali villa, ita quid alius non possit ibi facere molendinum. dic quod sic secundum Bal. in l. item lapilli.ff. de rerum diui.]

Quantum tamen ad materiam fluminis publici vel priua17 ti, addite sex quæstiones. Prima quod † in flumine meo priuato licet mihi quicquid libet facere, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. Secũda con18 clusio, quòd † flumen priuatum dicitur quatenus in nostrum agrum ingreditur, & quod non habet perpetuam defluendi causam, quia tam, sæpe accrescit quam sæpe defluit. d.l. prima. §.j.ff. de fluminib. iunctis his quæ habentur per gl. in l. ne19 mo.ff. eo. tit. Tertia conclusio sit ista, quòd † in flumine publico non liceat mihi facere clausam, prout dicunt Doct. siue aliud opus, siue mihi prosit, siue tibi non obsit nisi precedente publica auctoritate, facit. l. si vnus. §. paciscar.ff. de pac. & totus. titu. 20 ff. ne quid in loco pub. Quarta conclusio est, quòd † in tali causa semper potior est conditio prohibentis, maxime secundum Bald. si teneat locum defensoris. Quinta conclusio est, quòd 21 † ante opus factum in aliquo flumine publico, licet cuique prohibere ne fiat: post factum opus non licet, nisi remedio interdictorum, puta, ne quid in flumine, ne quid in loco pub. illud tamen habetur, quòd quodcunque opus in meo proprio factum, licet mihi auctoritate mea destruere. l. quemadmo.ff. 22 ad l. Aquil. Sexta conclusio est, † quòd si sit iniusticia ex parte actoris, & pariter ex parte rei semper reus potior est, & est ratio, quia reus semper se iustificat, actor autem aliquando vtique petit. text. est in l.j.§. idem erit.ff. ne quid in lo. pub. pro quo facit, quia in tali causa potior est conditio possidentis. l. fina.ff. posside.§. commodum infra de interdi. Gloss. super 23 verbo adherent. in fin, not. perpetuo, quòd † via publica non habet impedire ius coherentiæ. Hinc insurgit practica tabellionum, qui ponunt etiam pro cohærentijs agros qui sunt vltra viam publicam. Et pro gl. est casus in l. maritus.ff. de acqui. re. do quam gl. hic allegat.

ADDITIO.

Not. quòd via publica non habet impedire ius cohærentiæ, vide in l. seruitutes. in fin. ff. de seru. vbi dicitur etiam † de loco religioso intermedio an impediat, & dicitur quod sic &c. Ias. May.

Aduerte verum ita gloss. quæ incipit. † Sed quid si piscator, quòd vlti. opin. gloss. est verior, quia ille qui vult ligare naues, prætendit publicam vtilitatem, ille autem qui vult incidere arbores, prætendit priuatam, & publica vtilitas proculdubio præferenda est priuatæ. §. quod autem. in authentic. de non alie. Hanc tamen vltimam gloss. limitatam secundum aliam opin. gloss. in l. nemo. siue in l. vbi parum. ff. eodem. quando simul conuenirent, & nauta volens ligare nauem, & dominus volens incidere arbores: aliàs autem locus esset primo occupanti. Gloss. super verbo publicus. in fine. Colligitis ex gloss. duas opin. Prima Placentini. quòd publica, communia dicantur. Secunda fuit opin. Ioann. vt hæc inter se differant: Vos omissa disputatione dicite vtranque bene loqui. diuerso tamen respectu. † Aut enim consideramus publicum in se, seu quo ad proprietatem, & vera sit opinio. Ioann. aliud est esse commune, vt aer, aqua, & mare: aliud esse publicum, vt flumina, portus, & similia. Aliquando consideramus publicum & commune quo ad vsum, & hoc casu vera sit opinio. Plac. vt communia publica dicantur, sed non è cõtra publica dicantur communia, nisi respectu quorundam vsuum. Sed instabit aliquis, quod imò mare non sit commune, imò non sit in nullius bonis sicut est aer & aqua profluens. Solu. dixit Bald. quòd † mare tripliciter considerari potest. Aliquando in nullius bonis, vt aer. aliquando potest considerari quo ad aptitudinem vsus producendi, & hoc casu dicitur commune, quia aptum natum producere vsum nedum conuenientem hominibus, verum etiam omnibus animalibus. vt est bibere, & lauare. Aliquando considerari potest quo ad actum vtendi, vt hic. Aliquando dicitur commune, si actus vtendi omnibus animantibus sit communis, vt bibere & lauare. Aliquando dicitur publicum, si actus vtendi solùm conueniat hominibus, vt est piscari. Sed diceret aliquis: secundum hoc communia flumina deberent communia appellari, quia sunt apta nata producere vsum omnibus animalibus conuenientem, sicut & mare. Solu. dixit Bald. quòd licet ita sit quòd possit hunc vsum producere, tamen quia homines magis sibi appropriant vsum fluminis quam vsum maris, quia multæ sunt partes maris ᵃ in quibus homines versari non possunt. Ideo mare est positum sub membro communis, cætera in fluminibus sub vsu communis. Io. Christ. Porc.

ADDITIO.

Maris. Quæritur. † si aliquis commiserit delictum in mari, vel contraxit, quis dicatur iudex illius delicti. Dic quòd ciuitas & iudex habens merum & mixtum imperium, cui propinquior est illa particula maris, in quo commissum est delictum, vel celebratus contractus. l. ita. C. de classicis. libr. x. & hoc sentit Barto. in l. Cæsar. ff. de publi. & Ioan. Andr. in capitu. vbi periculum. de elec. in vj. vbi ponit de Papa mortuo in mari, qui debet eligi per ciuitates propinquiores, vbi autem essent duæ simul propinquæ, ambę cognoscerent, & esset locus præuentioni. argu. l. si quis postea. ff. de iudi. & per Barto. in l. iure petitos. §. cum oriundus. ff. de excusa. tuto. † & præuenisse diceretur qui personaliter caperet delinquentem, secundum Io. And. in c. j. de obla. ad ra. &c. Ias. May.

1. *Illa que sunt uniuersitatis non dicuntur singulorum.*
2. *Testis in causa uniuersitatis, an unusquisque de uniuersitate esse possit.*
3. *Locus, ubi est ecclesia, ea diruta, sacer remanet.*
4. *Sacra alienari & obligari Prohibentur, excepta causa redemptionis captiuorum, & redemptionis ecclesie, uel augmentandi cœmiteria, & nu. 19.*
5. *Anima hominum quibuscunque rebus est præferenda.*
6. *Confugiens ad ecclesiam nondum consecratam, non potest in ea capi.*
7. *Locus religiosus quis dicatur, & que necessaria sint, ut religiosus efficiatur nu 8.*
9. *Actio que detur contra inferentem mortuum in locum alienum.*
10. *Socius inuito socio, non debet in fundum communem mortuum inmittere, licet secus in commune sepulchrum.*
11. *Scholaris introducens mulierem inhonestè uiuentem potest à societate repelli.*
12. *Proprietarius non potest inuito usufructuario in fundum inferre cadauer.*
13. *Vtile præfertur directo.*
14. *Que ab initio sunt uoluntatis ex post facto sunt necessitatis.*
15. *Muri ciuitatis sancti appellantur.*
16. *Vniuersitatis que esse dicantur.*
17. *Imperatores dedicare non possunt.*
18. *Imperator ungitur in brachio dextro ad differentiam Pape qui ungitur in capite.*
20. *De redditibus ecclesie quid fiendum.*
21. *Pœna transcendentis mœnia ciuitatis Romane, uel alterius ciuitatis, que sit.*
22. *Par in parem non habet imperium.*

§. VNIVERSITATIS NOMINE. Quæ sub publica necessitate vel vtilitate statuuntur in aliqua vniuersitate, vniuersitatis esse dicuntur. hoc dicit. † No. primò, quòd illa quæ sunt vniuersitatis, non ᵃ dicuntur singulorum. concor. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius vo. c. qui manumittitur. xij. q. ij.

ADDITIO.

Vniuersitatis non Idem dixit ibi gloss. de liberto vniuersitatis, vt possit vocare in ius vnumquemque de vniuersitate sine venia, licet secus sit in liberto priuati. l. quamuis. ff. de in ius vo. &c. Ias. May.

Ex quo dixit gloss. in l. in tantum. §. vniuersi. ff. eod. quòd † vnusquisque de vniuersitate potest testificari in causa vniuersitatis, quia causa vniuersi. non dicitur propria singulorum. Vnde non obstan. quod quis prohibeat in causa propria testificari. l. nullus. & l. omnes. C. & ff. de test. quia hæc nõ est propria causa singulorum, sed vniuersitatis. Cui sententiæ multum aduersari videtur, quòd quilibet de vniuersitate commodum percipit ergo appellatur causa propria. l. j. §. in propria. ff. quando appo. sit & propterea Doctor. ita distinguant. Si quæritur an quilibet de vniuersitate possit testificari in causa vniuersitatis, ᵃ aut loquimur in his quorum notitia non potest facilè haberi nisi per eos qui sunt de vniuersitate, puta quis sit electus lector aut prior, & tunc quilibet de vniuersitate admittitur propter difficultatem probationum. argumen. in capitu. veniens. in fin. extra de testi. in l. consensu. §. super plagijs. C. de repud. & est gloss. not. in §. cogitandum. in authenti. de mo. loquimur in his quorum notitia haberi potest etiam per alios, & tunc aut est talis res ex qua commodum illi de vniuersitate percipiunt in particulari, vt sunt prata & pascua vniuersitatis, & tunc non admittitur ad testificandum, quia testificaretur in causa propria. dicto. §. impropria. Aut ex tali percipitur commodum in vniuerso, vt sunt stadia & theatra, & tunc admittitur ad testificandum: ᵇ quia non dicitur causa propria, nec percipere commodum in particulari. sed dicitur vniuersitatis, & in vniuerso percipere.ᵇ

ADDITIONES.

Testificandum. An quis vniuersitatis possit esse testis in ipsa vniuersi. vide Barto. in dicto §. vniuersita. in lege, in tantum. ff. eod. Secundò ex §. nullus. nota, quæ dicantur res in nullius bonis. Iaso. May. An quilibet de vniuersitate possit testificari in causa vniuersitatis. Ad. de Inno. in capitu. nupt. de testa. Specu. in titu. de teste. in §. j. versicu. sed nunquid in causa vniuersitatis Doctor. in capitu. cum R. canonicus. de offic. deleg. Arch. xij. quæst. ij. in sum. idem Archid. in capitu. super prudentiam. xiiij. quæstio. ij. Anto. de Butr. & Ioan. de Imol. in capitu. cum nuncius. de testa. Abb. consi. xvj. incip. ad claram decisionem presentis dubij. in j. volumi. Alexand. de Imol. consil. xliij. incip. visis & ponderatis his quæ continentur in processu. in iiij. volumine. idem Alexand. sibi contrarius. consi. lxviij. incip. viso & nundum discusso processu causæ. in ij. volu.

Not. res sacras appellari quæ per pontificem sunt consecratæ. † Not. quòd diruta ecclesia, nihilominus locus in quo erat ædificata, sacer remanet, ᵃ & ideo si de nouo ædificatur, non indiget alia consecratione. Not. † res sacras non posse alienari nec obligari, nisi per redemptionem captiuorum; quia † anima hominum quibuscunque rebus est præferenda. l. sancimus. C. de sa. san. eccle.

ADDITIO.

Sacer remanet. Adde tamẽ, quòd † licèt locus nõ dicatur sacer antequã sit cõsecratus, tamẽ ecclesia ante cõsecrationẽ habet illa priuilegia, videlicet

scilicet vt in ea quis non possit capi, quemadmodum si esset consecrata, vt habetur in capitu. primo, extra de immuni. eccle. & in capitu. fina. extra de conse. eccle. vel alta. Et quando committatur sacrilegium de iure ciuili vel canonico, & quæ sit eius pœna, & qualiter intelligantur statuta loquentia de sacrilegio, an intelligantur secundum ius canonicum vel ciuile, vide de omnibus per Docto. in l. si non dubium. C. de furt. & in l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. peculatus & l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. Ias. May. Ante consecrationem an ecclesia habeat priuilegia. Adde Car. Zab. in capitu. inter alia. in ij. quæst. de immu. ecclesia. extra.

Not. in versic. religiosum. a † illum locum appellari religiosum, in quo cadauer est sepultum, quòd verum est pro eo spatio quod occupat cadauer in terra & supra, ex latere verò non l. j. §. sepulchrum. ff. de reli. & sumpt. fu. Si tamen membra hominis in varijs locis essent sepulta, ille locus appellaretur religiosus in quo caput esset. l. cum diuersis. ff. de reli. & sump. fun.

ADDITIO.

a Religiosum. Et sic not. ex illo text. † duo esse necessaria vt locus efficiatur religiosus: primum, quòd ibi sit mortuus illatus: item quod sit illatus à domino vel quasi domino loci. † Vnde si quis infert mortuum in locum alienũ ignoranter, contra eum datur actio in factũ vt mortuũ remoueat, & nõ erit locus religiosus: vel loci pretiũ domino præstet & erit religiosus. Si verò inferat mortuum in locum alienum scienter vel dolosè, vel aliter sepulchrũ deuastet, cõtra eum datur actio in factum. de sepulchro violato, ad pœnam centũ aureorum. Sunt, & aliæ pœnæ, de quibus in l. j. §. prætor ait. & §. sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. fun. An autem sepulchrum vel locus sepulturæ vendi possit, dic vt in capitu. ad abolendam. extra de sepultu. vbi dicit Ioan. Andr. quòd nullus constitutus in peccato mortali vel alias paganus potest sepeliri in ecclesia. Ias. May.

Not. † in communem locum non licere inuito socio cadauer sepelire, sed in commune sepulchrum bene permittitur. Ratio, quia primo casu vtitur socius re ad vsum non destinatum, nimirum si prohiberi potest Secundo verò casu vtitur sepulchro ad vsum destinatum, ideoque prohiberi non potest. l. Sabinus. ff. communi diui. † Et ideo si aliquis scholaris vellet introducere in domum mulierem inhonestæ vitæ, posset licite à socijs prohiberi, & à societate repelli. gloss. est in l. non aliter. ff. de vsu. & habi. Not. ex versicu. item si alienus. non licere † proprietario inuito vsufructuario in fundum inferre cadauer, quia per hoc præiudicaretur ipsi vsufructuario. a

ADDITIO.

a Vsufructuario. Et potest esse ratio. quia † quando concurrunt habens directum & habẽs vtile, præfertur qui habet vtile. l. in causæ. §. fi. ff. de procu. & infra. in. §. thesaurus. Ias. May.

Not. in verbo alienum, quòd ille qui semel promisit sepeliri cadauer, non potest postea prohibere, quia † quæ ab initio sunt voluntatis &c. l. sicut. C. de actio. & obli. Finaliter not. † muros ciuitatis sanctos appellari. Not. rationem, ex qua colligitis bonum esse argumen. ab allusione vocabuli. de quo dixi supra de tit. in prin. Gloss. super verbo si qua. in fi. dicite ex mente Docto. quòd † hæc omnia dicuntur vniuersitatis, & quòad dominium, & quòad vsum communem, vt hic. & l. sicut. §. j. ff. quod cuiusque vniuersitas. Est tamen differentia inter res vniuersitatis: quia quædam vniuersitates appellantur, & quòad dominium & quòad vsum communem, vt sunt theatra & stadia. Quedam verò sunt vniuersitates quo ad dominium & quoad vsum particulariter, vt sunt prata vniuersitatis. ex quibus commodum percipitur in particulari, & ita dicunt Doc. Gl. super verbo, nullius ibi, singularis. Sed dices aer nam aer nec est in bonis hominis singularis, nec hominum in communi. Item nec redigi potest in bonis alicuius, ergo debuisset poni sub membro, nullius. Sol. quod aer sit communis omnibus, & in nullius bonis, prouenit facto naturæ. & ideo communis omnibus appellatus est, Sed res sacrosanctæ & religiosæ sunt dedicatæ Deo facto hominum. Et ideo non communes, sed in nullius bonis appellatæ sunt. Gloss. super verbo pontifices. in fin. Dicite, quòd † Imperatores hodie dedicare non possunt, quia non sunt hodie sacerdotes. licet vngantur oleo sancto, ad differentiam Papæ, qui vngitur sacro chrismate. † Item vngitur in brachio dextro, a ad differentiam Papæ, qui vngitur in capite. c. vnico. extra. de sacra. vncti. non tamen per hoc sacerdotes efficiuntur.

ADDITIO.

a Item vngitur in brachio dextro Adde quia Imperator vngitur oleo. vide per Docto. in capitu. vnico. de sacra vnctio. & melius per August. de Ancho. in tracta. de potestate Papæ quæst. xxxviij. art. ij. Et an ista vnctio sit necessaria in Imperatore: vide per Arch. in capitu. si in adiutorium. x. di. idem Arch. in c. quoniam. ea di.

Gloss. super verbo redemptione. in fin. addite quod propter redemptionem ecclesiæ, † vel augmentandi cœmeteria, licitum est alienare a res ecclesiæ. Et quod dicitur, propter captiuos liberandos b licitum esse alienare res ecclesiæ, limitabis esse verum quando timeretur de eorum morte, gloss. est not. duodecima quæstio. secunda capitu. aurum habet ecclesiæ. † De redditibus enim ecclesiæ fiendæ sunt quatuor partes. vna quæ venit dispensanda in refectione ecclesiæ, alia in alimentatione pauperum, & alia tribuenda prælatis. & habetur & not. in dicto capitu. aurum habet ecclesia. sed plerique faciunt vnicam tantum partem, quam sibi solis prælati attribuunt & malè.

ADDITIONES.

a Alienare Quibus causis sit permissa alienatio rei sacræ vel non vide alios casus in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis ecclesijs. Iaso. May.

b Propter captiuos liberandos. Adde glo. summæ. duodecima quæstione secunda. & gloss. magnam in lege, quemadmodum. C. de agri. & censi. libr. vndecimò & ibi Barto. & Docto. in capitulo, nulli. de reb. eccle. non ali. & per Laurent. de Rodul. in repe. capitulo, sine exceptione. xij. q. ij.

Glo. super verbo, mortuum. in fin. Hæc gl. in quantum cõcludit, quòd diuersis partibus æqualibus capitis, sepultis, neminem locum effici religiosum, communiter reprobatur, quia imo omnes religiosi efficiuntur. argu. in l. via. §. quicunque. ff. de ser. rust. prædio. & hoc satis suadet fauor religionis, cui multa debentur. l. ossa. in fin. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fu. Gloss. super verbo muri. in fin. Dicite ex mente Doctor. quod † ille qui transcendit sine licentia muros vrbis Romæ, punitur pœna capitali. ille verò qui transcendit alios muros punitur pœna arbitrariaria, quia certa pœna contra illum non reperitur statuta. & ideo iudicis arbitrio relinquitur. in fin. ff. de iure delib. Glo. super verbo, delinquerunt. in fi. Sed contra opp. & imo videtur, quod Romulus inique fecit decapitari fratrem quia Remus non transcendit murum ciuitatis, sed transcendere voluit, & sic non consummauit delictum. Dic, quòd fin. liter transcendit, & ad text. l. fin. respondet. hi singulariter gloss. exponendo transcendere voluerit, id est, voluntariè transcenderit. Ex qua dicunt Barto. & Bald. quod si statuto caueatur, quòd si quis violauerit mulierem decapitetur, intelligetur de illo qui voluntariè violauerit, & in effectu non autem de illo qui violare attentauerit. Sed iterum dicet quispiam quomodo potuit Romulus punire Remum, cum essent pares in regno, & pariter eorum patri successissent. † Cum par in parem non habeat imperium. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. Sol. dicunt Docto. quòd licet pariter successerint in regno, tamen diuiserunt sorte quadam imperium per tempora, vt vnus vno tempore regnaret, alter alio. Sed finaliter dicetis, quòd ista pœna ratione sanguinis erat in fratre mitiganda lege, secunda. ff. de recepta. Sol. dicunt Doctor. quod ratione sanguinis in delictis consummatis non est mitiganda pœna, vt hic: sed l. ij. non loquitur in delicto consummato. Et dicetis vt ibi.

1 *Ius naturale appellatur ius gentium.*
2 *A vetustioribus inchoandum est.*
3 *Ex iuribus antiquis facilius noua cognoscuntur.*
4 *Argumentum à iuribus antiquis correctis, inclusis tantum in corpore iuris valet.*
5 *Scriptura ad substantiam legis non requiritur.*
6 *Occupanti conceditur quod in nullius bonis reperitur.*
7 *Animalia capta, quomodo capientium fiant.*
8 *Restitutus pristinæ libertati quando quis dicatur.*
9 *Sola vulneratio feræ non facit eam suã, nisi capiatur. & nu. 24. & 25.*
10 *Consulens in re dubia, debet ad partes disputare.*
11 *Tempus non est modus inducendi. aut perdendi dominium.*
12 *Thesaurum non solo tempore perditur.*
Inspicitur quod euenire potest.

13 Dominus non debet seruum fugitiuum in alienis domibus perquirere sine auctoritate iudicis.
14 Auctoritate iudicis licet in domibus alienis perquirere rem furto subtractam, quando aliqua indicia praecedunt.
15 Indicijs praecedentibus. propter ueritatem eruendam peruenitur ad torturam.
16 Inuito domino licet in alieno querere, propter publicam utilitatem.
17 Indicare furem an quis cogatur.
18 Fur qui uendidit scienter rem furtiuam, potest eam impunè ono fide narari, & reddere primo domino, si est pauper fur.
19 Receptans furem pœna receptatoris tenetur.
20 Capta in alieno fundo, per eum qui contra uoluntatem domini ingreditur. an fiant capientis, & nu. 22.
21 Via publica dirupta, per fundum alienum ire licet, & idem si est uia priuata.
23 Bestiam alienam, an quis retinere posit si in prato suo reperit.

§. SINGVLORVM. Rerum dominia acquiruntur aut iuregentium, aut iure ciuili: & à vetustioribus est inchoandum. hoc dicit.[a]

ADDITIO.

a Hoc dicit Diuiditur hic §. in. xij. partes, secundum quòd. xij. modi quibus acqoiritur dominium, hic poountur. scilicet de iure naturali & gentium. Primò, qualiter acquiratur dominium rerum venatione seu apprehensione animalium. Secundò.]. § Item & ea. qualiter acquiratur captiuitate. Tertiò, in §. præterea. qualiter alluuione & inundatione aquarum. Quartò, in §. cum ex aliena. qualiter commixtione. Quintò, io §. cum in soo. qualiter acquiratur ædificatione. Sextò, in §. si Titius. qualiter acquiratur plantatione. Septimò, in §. literæ. qualiter literarum impositiooe. Octauò, in §. si quis qualiter acqoiratur cultura. Nonò, in §. thesauros. qualiter acquiratur inuentiooe. Decimò, in §. per traditionem. qualiter acquiratur traditione. Vndecimò, in §. venditæ. qualiter acquiratur vẽditione. Duodecimò in §. amplius. qualiter acquiratur perditione. vsque in fi. Iaf. May.

Not. primo, rerum dominia acquiri aut iuregentium, aut iure ciuili. Seundò, not. † ius naturale appellari iusgentium. Sed contra hoc videtur facere. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Sol. dicite, quòd ius naturale potest considerari dupliciter, vno modo, quòad ea quæ omnibus animalibus conueniunt, vt est bibere & comedere, & maris & fœminæ coniunctio. Et hoc modo nunquam appellabitur iusgentium. Alio modo considerari potest quòad ea quæ solum gentibus conueniunt, & hoc dupliciter. Nam quædam sunt quæ ab exordio naturalis creaturæ producta sunt in esse, vt est fidem & pacta seruare, & hoc appellatur iusgentum primæuum siue antiquum. Quædam verò sunt quæ ab exordio rationalis creaturæ producta non sunt in esse, sed fuerunt statuta postea superexcrescenti malitia hominum, vt seruitutes, bella, captiuitates, & hoc appellatur ius gentium secundarium, quòd nullo modo appellari potest ius naturale, sed primum sic. & ita loquitur l. hoc iure. ff. de iusti. & iur. &c. ius gent. distinct. j. Not. † à vetustioribus[a] esse inchoandum. concor. l. iij. ff. de iure immu. & facit. l. j. ff. de abo. scriben. facit quod inquit Cicero in libro officiorum primo. Adolescentis officium est maiores natu vereri.

ADDITIO.

a Vetustioribus. Not. ibi vetustioribos &c. quòd † iura antiqua possumus considerare, vt facibus noua cognoscantur Adde. † quòd à ioribus antiquis correctis, inclusis tantum in corpore iuris, licitum est arguere. l. j. in princip. ff. de coniun. cum aman. li. secus si noo sint inclusa hæc iura in corpore iuris, qoia tunc est pœna falsi vbi quis ea allegat. l. j. §. j. C. de lati. li. tollenda & l. ij. §. huic agitur. C. de nouo codi. compo. Et ad l. j. supra alleg. concor. gloss. in capitu. oooit. de iudi. vbi dicit, quòd licet totum ius ciuile tolleretur, tamen duraret eius ratio. & duodecimaquæ stiono secundo capitulo, cũ deuotissimam &c. Iaf. May.

Not. in versiculo, ciuilia. text. melius probantem alio text. quòd † ad substantiam legis non requiritur scriptura: ibi, & leges scribi. erant ergo antea leges quam scriberentur, de quo dixi in §. lex. supra de iure naturali gen. & ciui. & habetur in lege, prima. C. de legi. Nota in versiculo, fore, quòd feræ bestiæ & volucres, ceteraque animalia si in nullius bonis sint, occupanti conceduntur. Nota regulam, quòd † ea que in nullius bonis sunt naturali ratione occupanti conceduntur. Item not. posse quem venari & aucupari in fundo alieno, nisi prius à domino prohibeatur. Not. in verbo quicquid:[a] † ita demum animalia capta permanere in dominio capientium, si eorum oculos non effugerunt, aut in libertatem naturalem ita se contulerint, vt difficilis eorum sit persecutio. Si autem ista animalia capta, ita mansueta fuerint effecta, vt licet custodiam effugerint, in domum tamen reuerti soleant, non euadunt dominium eius qui cœpit. l. nisi. ff. eo.

ADDITIO.

a In verb. quicquid. Et sic not. in verbo naturalem libertatem, † quòd res tunc dicitur restituta pristinæ libertati dimittentis, si taliter sit liberata seu relaxata, quòd difficilis ooo sit eius persecutio, quòd not. propter detentos, vt detentus in carceribus tunc dicatur relaxatus, quando est taliter restitutus pristinæ libertati à potestate detinentis, quòd si velit, à conspectu detinentis aufugere possit: alias verò non dicitur relaxatus, sed dimissus, vt sic statim capi possit, vt hic, & l. uj. ff. de acquiren. rerum domi. Iaf. May.

Not. in versiculo, illud quæsitum. † feram ita vulneratam vt facile capi possit, non effici in dominio vulnerantis, nisi etiam cœperit. Not. rationem quia multa euenire possent cur non capiatur. Ex quo colligitis inspiciendum esse quod euenire potest. Vltimò nota modum consulendi.[a] † quia in re dubia debet consultor allegare ad partes, & primò pro ea quam tenere recusat, & postea pro ea in quam intendit inclinare, & argumenta prioris confutare: vt hic exemplo Imperatoris, qui opiniones recitat, vt videtis, concordat. l. naturalem. §. j. ff. eo. & quod not. gloss. & Doct. in l. proxime. ff. de his quæ in testa. delen.

ADDITIO.

a Consulendi. Adde Hi. Cag. in lege, finali numero. 75. C. de pactis. Ziletus.

Gloss. super verbo capta. ibi, l. Thesaurus. Not. ex glo. tempus perdendi dominium Thesauri. Sed contra dices tu. † nam tempus non est modus inducendi, neque perdendi dominium. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obligat. quia tempus nihil est, sed est quædam rerum comitantia: ergo gloss. male. Solu. dicite, † quod dominium Thesauri non perditur ex tempore immediate, sed perditur ex obliuione hominum, quæ causatur ex longo tẽpore. l. peregre. ff. de acquiren. poss. habetur in. l. l cet. C. eodem. Gloss. super verbo, plane. ib. l. ij. Not. ex gloss. † non licere domino serui fugitiui illum perquirere in domibus alienis: quod verum est sine auctoritate iudicis, qui se falicem exhibere debet in ea præstanda. dicta. l. secunda & l. prima. §. primo. de seru. fugiti. Et hæc vera in seruo fugitiuo. † secus in alia re tua furto ablata, gloss. est ordi. in §. sed hæc. infra, de ob. quæ ex quasi deli. & in dicta. l. prima. §. primo. de serui. fugiti. Et hoc operatur odium seruorum: quia intantum est prona natura malo, vt cum aliud furari nequeunt, domino saltem cinerem furantur. gloss. in l. Iul. §. primo. ff. de actio. empt. Non debet[a] igitur iudex impartiri auctoritatem perquirendi mihi rem meam furto subtractam, in domibus alienis. Ratio, quia iniuriosum & inuidiosum est paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ patere diuitias. l. secunda. §. post. C. quando & quibus quarta pars debe. lib. x. Hæc limitabitis esse vera, nisi præcedant aliqua indicia etiam leuia, quod res mea sit in domo tua: tunc enim iudex impartiri mihi debet officium suum, vt inquirere possim. Ratio, nam videmus quod † præcedentibus indicijs propter veritatem eruendam licitum est hominem ponere ad torturam l. milites. C. de quæstio. l. prima. ff. eodem. quantomagis ergo licitum erit hoc casu inquirere veritatem per ingressum domus? arg. in l. seruorum. in fin. ff. de pœnis. Et ideo sufficiunt leuia indicia, quia hic tractatur de modico præiudicio. Facit quod habetur in l. facultas. C. de iure fisc. libr. x. & l. tertia. §. ibidem. & l. Thesaurum. ff. ad exhibend. † Item limitabitis hæc esse vera nisi, versaretur publica vtilitas. l. quosdam. C. de metallariis. libr. x. vbi text. cum gloss.

ADDITIO.

a Non debet. † An autem qois cogatur indicare furem? dic quòd non cogitur à parte. l. idem. §. si tibi ob indicium. ff. de condi. ob tur. cau. sed à iodice sic super ioquisitiooe generali. l. congruit. ff. de of. præsi. Ité quando inducitur in testẽ cõtra inculpatũ de furto, & iurat dicere veritatẽ. aliàs puniretur de periurio. l. nullũ. C. de testi. Itẽ quãdo vẽdicatus ab aliquo res furtiua, quæ reperitur penes eum, debet de vrbanitate, si

vult

vult euitare omnem suspitionẽ malã, Indicare iure furẽ.l.ciuila.C. de fur. & ibi Barto. aliàs non tenetur. Sed de iure canonico tenetur post emissum edictum. si quis sciat rem furtiuam eam inducet. sub pœna excommunicationis, vt capit.qui cum furem. extra de fur.& ibi dicit Innocen. 18 † quòd fur qui vendit scienter rem furtiuam, potest eam de nouo furari impunè, & reddere eam primo domino, si est pauper fur. Nec ille penes quem res furtiua reperitur dicitur fur, quia sublatæ sunt species furti concepti: sed ad euitandam suspitionem debet indicare. Et hoc verum, nisi scienter eam acceptasset, quia dicitur fur non manifestus.l. eos.C.de 19 furtis, † sed receptator furem tenetur pœna receptatoris secundum Bal. in l.qui vas.§.qui furem. de fur.&c. Ias. May. [Indicare furem an quis cogatur. Adde Io.And.in addi. Spec. in rub.de furt. Barto. & docto.in l. ciuile.C.de furt.Ant. de Butr.in capit.nemo.extra de simo. Abba.Panor. in c.qui cum fure.extra de furt. Ludo. Roma.in singula.decccliij. incip. an nunquid teneatur quis.& Ange. de Aret.in tracta. malefic.in versicu.& vestem cælestem.nume.21.ibi August. de Bonfrancis. in additio. Zilettus. Receptans furem. Adde qualiter puniatur receptans furem vel rem furatam. Excellentissimum criminalistam Ang.Are.in tract. malefic. in gl.& vestem cælestem.nume.20 & ibid. Augu. de Bonfrancis.in addi. Hippo. de Marsilis in l.si cra.col.viij.versi.sed vltra Ange. & alios. eam versi.seq. ad leg. Corne.deficari.& in l. is qui cum telo.in primis verbis. C. eo.tit. In consi.xxix.incip. solamen omnium.nume.1.& 2.& consi.liij.incl.longe est domious.nu.21.cum sequentibus. Matthæ.de Afflict. in consti.pactarecoorum.col.11.versi. quarto quæro in tit. de pacta renorum receptatoribus & preclarissimum Do.Pet.Falleri.in sua praxi cri.infragmentis. nume.246.& Do. Ioddamhouder. in praxi eiusdem materiæ.c.xvj.incl. sunt multi.nume.2.Io.Ba.Zilettus.]

20 Glo. super verbo ingrediatur.in fin. Not.ex glo.† quod capta in alieno fundo per eum qui contra voluntatem domini ingressus est, non efficiuntur capientis. Contrarium determinatur glo.in l. diuus.ff. de ser.rusti. prædio. Idem videtur tenere in l.naturalem.§.j.ff.eo. & illas videtur sequi Bal. ea ratione: a nam licet lex prohibeat ingressum ᵃ fundi alieni inuito domino, non tamen prohibet quin animalia quæ in nullius bonis erant, in eo fundo reperta, capientis non efficiantur, imo permittitur, per regulam hic positam. & licet ingrediatur contra voluntatem domini, satis est quod talis ingrediens propter vitiosum ingressum pœna iniuriarum puniatur.l. non solum.§. pe.ff.de iniur.

ADDITIO.

a Ingressum. Adde aliquos casus, in quo licitum est intrare fundum alie- 21 num: † puta, si via publica est dirupta, licitum est ire per campum tuum. l.si locus.§.fina.ff. quemadmodum.ser.admittatur. Idem etiam si via priuata est dirupta.l.j.§.Iulianus.ff. de iti. actuque priua. aliàs autem extra istos duos casus non licet ire per campum tuum siue alienum.l.per agrũ. C. de seruit.& l.hoc autem.de seruis fugi. per locum à speciali. vide infra, de seruitu.in §.& no.j.distinctio.c.j.&§.Ias.May.

22 Dy.† verò tenuit hanc glo. cuius mihi sententia benè placet. Primò per iura hic in glo. allegata. Secundò suadeo ratione: quia ex quo iste ingrediens incidit in factum à lege damnatum, ingrediendo contra voluntatem domini, non debet aliquod commodum percipere.l.non dubium.C.de legi.l. itaque fullo.ff.de fur. Et per hoc non obst.regula quod in nullius bonis &c.quia illa non vendicat sibi locum quando initium esset vitiosum. hoc probatur hic in l.plane. quasi dicat, Licet tibi dixerim quòd quòad acquirendum dominum eorum quæ in nullius bonis sunt nihil referat, an in suo quis, an in alieno capiat, tamen hoc verum est, nisi contra voluntatem domini ingrediatur. Et per hoc etiam non obst. quòd propter ingressum puniatur actione iniuriarum: quia posset ex captura maius percipere lucrum, quam ex vitioso ingressu pati mulctam. Fateor tamen non licere huic domino fundi retinere venatorem, quòad capta per eum restituat, si eum cognouerit. & in hoc 23 approbo glo.in d.l. diuus. quæ hoc exprimit. † Eodem modo si tu reperias in prato tuo alienam bestiam, non est tibi licitum a retinere ᵃ si dominum cognoueris, sed more ciuili debes expellere: si autem dominum non cognosceres, posses causa tui iuris conseruandi retinere.l.Quintus.ff.ad l.aquil.

ADDITIO.

a Retinere. No. an quis possit retinere bestiam inuentam in prato suo, vide de hoc Bar. in l.prætor.§. si dominus.ff de damno infect. & infra si quadru.pau.fecis. dicatur.in prin.vbi per Docto. & vide in Specu.titu.de actore.§.j.versicu. pone nostro. & in.§.cæterom. ad l. Aquil. infra vide glo.in § si læsent.infra iniur & Barto.in l.hoc amplius.ff.de dam. infec. &c.Ias.May.

Gloss. super verbo difficilis. ibi impossibilis. hæc gloss. non benè loquitur, imo text. vt iacet ad literam est intelligendus: quia statur arbitrio iudicis, examinare, an tanta sit difficultas recuperandi, vt tollat mentem & animum perdentis retinendi dominium, vt sentit gloss. in verbo. capitu. infra eo. Gloss. 24 super verbo capit. in fin. † Hæc glo. communiter tenetur, vt hoc totum residcat in iudicis arbitrio. Si enim ista bestia esset a ita vulnerata, ᵃ vt aliter fieri non posset quam vt caperetur, quia semimortua prostrata est, certe statim efficeretur vulnerantis. hoc probatur in versic. possessore. ibi, quia multa, à contrario sensu. Et hunc text. induxi ad determinationem quæstionis mihi commissæ. Quidam reuerendus tunc prælatus promiserat cuidam spectabili nunc Doctori, dare schachum matum de milite nigro. Item cum milite redegit Regem sub linea militis, sub qua erat Rochus post militem: item remouit militem, & dicit se captasse regem cum milite. Ille dicit nequaquam: quia statim atque remouet militem, Rex efficitur captiuus Rochi, vnde Rex est captus à Rocho, non à milite. Et in hanc sententiam ego inclinaui per istum text. licet enim miles ita coegerit regem vt capi posset, non tamen suus adhuc erat effectus, ideo Rocho prius occupanti conceditur.

ADDITIO.

a Vulnerata. De † materia istius, an bestia vulnerata dicatur esse vulne- 25 tis, quantumcunque per alium postea capiatur, vide gloss. benè loquentem in l.naturalem.§.illud.ff.de acquirendo rerum dominio. vbi spectatur consuetudo, quæ in his seruatur. Ias. May.

Glo. super verbo. capias. Ideo ibi non consideratur quod euenire potest, quia ille talis euentus non erat ciuilis nec honestus. Futurus igitur euentus tunc demum consideratur cum ciuiliter & honestè euenire potest.

1 ¶ Animalia quæ conceduntur occupanti, & quæ non.
2 Apes occupanti conceduntur, & earum faui. & examen quod ex aluco tuo euolauerit, eo usque tuum est, quousque persequeris & nume. 3.
3 Exteriora demonstrant conceptum interiorum. & nu. 7.
4 Animus deserendi locum per scholarem in scholis occupatum quomodo cognoscatur.
5 Scholaris matriculatus qui recedit à studio, si postea reuertitur, an sit de nouo matriculandus.
6 Qui stat in studio decennium dicitur ibi sortiri forum.
8 Gallinas alienas retinens quando dicatur furtum committere & numero 11.
9 Formosam mulierem carnaliter cognoscens, minus delinquit, quam cognoscens turpem.
10 Scholaris minus delinquit si cognoscat puellam ad se uenientem, quam si ad eam iret.
11 Furtum sine animo furandi non committitur.
13 Cognoscens mulierem propter pecunias. non luxuriosus dicitur, sed auarus.
14 Aprum captum in laqueis alterius, an capere liceat.
15 Doctori solenni attestanti de consuetudine, an sit credendum.
19 Feræ non fiunt occupantis si reuertendi consuetudinem habeant.
17 Famulo ægrotanti an debeatur salarium pro tempore infirmitatis.
18 Actio an pro re minima detur.
19 Pignus uendi potest, deficiente minima solutione.
20 Modicum arbitrio iudicis dicitur.

§. APUM QUOQUE NATURA. Diuiditur tres partes, secundum intellectum gl. Nam pr. ma loquitur de his animalibus quæ sunt fera à natura, sed ex accidenti sunt immutata. In secunda loquitur de animalibus quæ à natura in totum fera sunt. In tertia loquitur de his animalibus quæ à natura sunt mansueta, neque ex accidenti immutata. Secunda ibi, (pauonum.) Tertia ibi, (gallinarum.) Ego autem aliter diuido. Nam in prima loquitur de his animalibus quæ à natura sunt fera sed ex accidẽti sunt immutata, In secunda loquitur de animalibus quæ à natura in totum fera sunt. In tertia loquitur de his quæ sunt fera à natura, neque ex accidenti immutata. Et secundum hunc modum intelligendi versiculo, in his refertur ad omnia suradicta in §. apum. & hoc dicit.

1 † In his animalibus quorũ natura est fera, nec ex accidenti immutata, ea natura est vt occupanti cõcedantur. In his vero animalibus quorũ natura est fera, sed ex accidẽti mansueta, ea regula tradita est, vt tunc demum occupanti concedantur, quãdo consuetudinem reuertendi ad priorem dominum perdiderint. In his verò animalibus quorum natura est mansueta, neque ex accidenti immutata, ea regula est reddita, vt quocunque perueniunt, in dominio tamen primi apprehensoris permaneat. h.d.

2 No. primo, † apum feram naturam esse: vnde si apes alienæ in tua arbore ascendunt & fructum fecerint, nec ipsæ nec fructus tui sunt, quo ad eas includas, aut fructum percipias, ideò primo occupanti conceduntur, potes tamen iure ingredi volentem prohibere. Not. in §. examen. † quod si examen apum tuarum

3 euolauerit de fundo tuo, vsque tunc durat tuum, vsque quo est in conspectu tuo, nec difficilis est earum prosecutio. Item limitabis hoc esse verum, nisi consuetudinem reuertendi haberent, quia tunc licet conspectum tuum effugissent, nihilominus in tuo dominio permanerent. hoc probatur in versic. in his. infra eo. si ipsum generaliter ad præcedentia inferamus. Sed ego do casum in l. iij. §. item feras. versi. item si apes. ff. de acqui. possess. Ex quo aliud colligitis, quod quemadmodum præcedente titulo habili ad translationem dominij, solo conspectu rei acquiritur dominium. l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acqui. pos. Eodem modo & solo conspectu continetur, vbi titulus tam præcessit, vt hic. Not. pauonum naturam esse feram. Colligitis & aliud in versi. nam & apes. bonum esse argumentum ad actu vnius animalis ad aliud. Not. in versi. in his. regulam quòd vbi animalia quorũ natura est fera. sed ex accidẽti sunt mansueta, retinent animũ reuolandi & redeundi, dicuntur permanere in dominio prioris domini. No. in versi. reuertendi. quòd animus

a reuertendi depræhenditur ex actu exteriori. [a] vnde exteriora demonstrant conceptum interiorum. l. Labeo. ff. de sup. lega. Et dixit Philosophus, quòd accidentia exteriora magnam partem conferũnt ad eruendam veritatem. l. hi qu. ff. de tu. & cu. da. ab his. Ex quibus infertur ad duplicem quæstionem. Prima

4 est, quòd † si Scholaris occupauerit aliquem locum in scholis, quòd ille locus est sibi conseruandus quòad ex omnino illum deseruerit. text. est glo. ordi. in l. fina. C. de offi. magi. mi. Certe hic animus deserendi probabitur, si consuetudinem ad illum locum reuertendi deposuerit, vt quia alium locum occupauerit, vel scholis negligens non visitet, ar. huius §. j. & l. naturalibus. §. fin. ff. eod. Secundò inducitur per aliquos. Nam statuto cauetur quòd Scholares nõ matriculati non debeant gaudere beneficio studij. Et idem est de iure communi. gloss. ordi. in l.

5 eos. C. de offi. magi. mili. † Pone igitur quod Scholaris recedat à studio, postea reuertatur, an prior matricula sibi proderit: dixerunt aliqui quod non, per istum text. quia videtur deposuisse animum gaudendi beneficio matriculæ, ex quo consuetudinem reuertendi ad studium perdidit. Vos dicite breuiter secundum Bart. Aut Scholaris abfuit à studio spacio quinquẽnij, & reuersus matricula nõ sibi proderit. alle. l. iij. C. de domesticis & prote. Aut abfuit minori tẽpore, & sic se aut contulit ad officia. vel alia artificia, vt sunt mercantiæ & datia. & tunc prior matricula reuerso non proderit, quia videtur propter talia animum deposuisse scholast. cum. allegat. c. legimus. §. fina. extra de offi. dele. Si autem ad alia se non contulerit, prior matricula sibi

6 proderit, hoc scribit Bart. in l. aut facta. ff. de pę. † Addite prædictis, quòd ille qui stat in studio decennio dicitur ibi sortiri forum. l. ij. C. de incolis. libr. x.

ADDITIO.

a Exteriori. Adde, † inquantum dicitur in prin. versi. deprehenditur ex

7 actu exteriori. quòd cum hæreditas adeatur solo animo. l. si aura. C. de iure delib. quòd ex actibus exterioribus colligitur animus. de quo plenè per Barto. in l. gerit quis. ff. de acquiren. hæredita. Similiter an quia tanquam socius dederit alicui rem vendendam, præsumitur ex actibus exterioribus. vt not. gloss. in l. si Margaritam. ff. pro socio. Similiter an quis præsumatur donare seu habere animum donandi, cognoscimus per coniecturas an subsit aliqua affectio &c. vt not. gloss. in l. iij. ff. ad Valle. Similiter an quis sit filius, colligitur ex verbis eius vt in gloss. l. quidam in fin. ff. de conditio. institu. Item an quis habuit animum occidendi, colligitur per coniecturas, vt not. gloss. in. l. j. C. de sica. Similiter an quis latitet colligitur per coniecturas. vt l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quib. caus. in possess. ea. Similiter an quis faciat animo furandi. l. inter

omnes. de furtis. Et de testibus deponentibus super prædictis vide Bart. in d. l. diuus. &c. Ias. May.

8 Not. in §. gallinarum. quòd † in animalibus quorum natura est mansueta, nec ex accidenti immutata, ea est natura vt quocunque euolauerint tua remaneant, licet animum redeundi deseruerint. Ex quo sequitur, quòd si tu forte in festo Carnispriuij gallinas [a] alienas receperis, furtum committas, [b] nec liberaris pœnitentia restituendi. l. qui ea mente. ff. de furtis. quod verum limitat Barto. nisi illæ gallinæ ad domum tuam peruenerint, quia tunc tale furtum remittitur per penitentiam restituendi. l. j. ff. de ser. fugit. Ratio, quia quando quis incitatur à re vel persona, cum qua vel supra quam delinquit, minus delin-

9 quere dicitur. † Ideo dixit alibi glossa nota quòd ille qui

c habet copulam cum formosa [c] muliere minus delinquit, quam ille qui habet copulam cum turpi. Ratio, quia priore casu magis incitatur à natura, item citius se absoluit ab actu Veneris, ista est glo. in c. fur. xiiij. quæst. vj. Dicebat etiam Præ-

10 ceptor meus, quòd † Scholaris minus delinquit qui cognoscit mulierem ad se venientem, quam si ad eam vadat. Alibi dixit Cyn. quòd non est vir ita senex, ita edoctus, qui non amet fætus etiam vilissimæ mulieris si ipsum illa deprehendit in l. j. C. de rap. virgi.

ADDITIONES.

a Gallinas † An si quis fuerit furatus forte in festo Carnispriuij gallinas,

11 dicatur committere furtum, vel ne, vide Barto. hoc ponentem in l. qui ea mente. ff de fur. Ias. May.

b Gallinas alienas si receperis an furtum committas. Adde text. in c. fur. xiiij. q. v. & gl. si in pœ. Gregoriano.

c Formosa. Adde Abb. Panor. in c. cum quidam. col. ij. versic. & per hoc potest determinari. extra de iureiuran. & ibi Fely. col. iij. versi. item nota. quòd faciens actum. Ias. in §. ea male facip. versic. & per alias multas rationes. infra de actionib. & ibi. Ludoui. Gomes. col. iiij. nume. 21. versic. & pro ista parte, benefaceret simile. Michael Canoni. in parrochiale curato. de peniten. recipien. c. iiij. fol. 104. & Io. de Neuiz. in tract. syluæ nuptialis. lib. ij. nume 58. in fin. in paruis fol. 69. Ioan. Bapt. Ziletus.

12 Vltimo no. † non committi furtum sine animo [a] lucrandi,

a l. j. ff de furt. Ratio, quia voluntas & propositum distinguunt maleficia. c. cum voluntate. extra de sen. excom. Et dixit Philo-

13 sophus, quòd † qui cognoscit mulierem vt arripiat pecunias, non dicitur luxuriosus, sed auarus. l. verum. ff de furt. Gloss. su-

14 per verbo incluserit. in fin. Dicite, quòd † cum semel Bul. reperisset aprum illaqueatum in laqueo vicini, quem ad apros capiendos proposuerat, noluit capere aprum, eo quia timebat scandalum, non futurum iudicium: hoc est, timebat vociferationem populorum, & quandam infamiam facti. non autem timebat futurum iudicium, quia sibi de iure licebat capere: & hoc communiter tenetur, reprobata opi. Mar. de qua in d. l. in

15 laqueum. Gloss. super verbo, examen. in fin. † Et sic ex quo glossator de consuetudine seruata attestatur, erit approbata plenè consuetudo. Nam vt dixerunt Iacob. Butr. Bald. & alij in l. de quibus. ff. de legi. quòd quando quis solemnis Doctor in

b suo cõmentario attestatur de consuetudine, [b] est plenè probata consuetudo, ea ratione, quia ex quo attestatur hæc in commentario suo, & ad hoc eius fides est approbata cum laureatur, eius dicto statur. argumen. in l. Theopompus. de dote præl. Et per hoc non obstat quòd dictum vnius dictus nullus appelletur. l. iusiurandũ. C. de testi. quia loquitur in casu in quo testis deponebat in facto, in contradictorio iudicio, nec eius fides erat publicè approbata, & ita Doctor. communiter concludunt. d. l. de quibus. Gloss. super verbo talis regula in fi. not. tria genera animalium de quibus in gloss. Sed tamen inquantum gloss. concludit quod. §. apum. loquitur de his animalibus quæ sunt fera à natura, neque ex accidenti immutata, non puto benè loqui. Primò, quia contra casum. l. iij. §. item

16 feras. versi. item euolauerit. † nihilominus non conceduntur occupanti, si consuetudinem habeant reuertendi. Secundò, ad hoc moueor per. §. pauonum. infra eo. vbi æquiparatur natura pauonum naturæ apum: & tamen secundum gl. natura pauonũ ex accidenti immutatur. Tertiò moueor per versi. in his in quo traditur regula generalis, ergo ad omnia præcedentia est referenda. l. si idem. §. fi. ff. de iurisd. om. iu. l. talis scriptura. ff. de le. j. Fateor tamen quòd si essent tales apes quarum natura ex accidente

denu immutata non esset, glo. bene loqueretur. Glos. super verbo lucrandi. ibi. ff. commoda. Idem dicunt Doct. in impensis f ctis in infirmitate famuli, si modicæ fuerint. Amplius di-
17 xit glo no. † quòd pro emptore infirmitatis famuli tenemur
e eidem præstare salarium e. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufr. Ratio quia ex quo non stat per eos, sed propter infirmitatem, excusantur. l. cum heres. §. Stichus. ff. de sta. li. l. qui operas. ff. loca. l. j. §. diuus. ff. de var. & extraor. cog. quod verum limitare quãdo esset famulus ad certum tempus locationis, quia pro tempore est celebratus cõtractus, à quo recedi non licet: vnde si per eum non stat, excusatur. Si autem esset famulus sine præfinitione temporis locatus, arbitrarer eum de iure expelli posse, sed quo ad scandalum, hoc est periniquum & inhumanum.

ADDITIONES.

d Sine animo. Adde Gandi. in tract. maleficio. in rubr. de furi. & latroni. Alex. de Neuo in consili. lxxxviij. inci. post consilium editum. num. 3. in j. vol. consiliorum criminali. diuersorum Doctorum. per me impressioni traditum. Thom. Grammati. in consil. l. causarum criminali. incip. In causa capitæ; nei Caianelli nu. 5. & D. Iod. Damhouder. in praxi criminal. c. cx. incip. explicatis varijs. numero. 5. Ioan. Bapti. Ziletus Venetus.

b Consuetudine. Adde quod idem voluit Bartol. in repeti. l. de quibus. col. viij. vers. quarto principaliter. crediturque quód dictum licet à plerisque nõ modicæ auctoritatis Doctoribus reprobetur. vt Alex. de Imo. in l. post doté. col. pen. ver & iuxta hoc quæri posset. ff. sol. ma. & in consi. v. incip circa primũ dubium. in. iij. vol. Fran. Aretin in cons. cxxxij. incip. in causa quæ vertitur inter homines. col. ij. vers tamen hijs nõ obstantibus. Ias. May. in. d. l. de quibus in antepen. col. quẽ refert & sequitur Io. Fran. Purpura. in. l. neque pactio. col. vij. vers. sed hoc est declarandum. C. de transactio. & Hiero. Cagnol. in authen. si quis maior. col x. vers. ad hoc accedat celebre dictum. C. e. ti Iaso. in authen. si qua mulier. col. liij. in fi. C. de sacrosanct eccle. Pet. Philip. Corne. in consi. lxxxiij. incip. Circa primum consultationis articulum. col. pen. in. iiij. vol. Fran. Curti. senio. in consi. lxviij. incip. Domina Franceschina. col. Roch. Curti. in. c. fi. col. xcij. vers. v. quæro an Doctor. extra de consuetu. Philipp. Deci. in. c. ex parte. col. fin. vers. qui hoc confirmauit. extra de rescrip. & in consi. clxv. incip. viso tenore. col. fi. vers non obstat vltimo. Ludo. Gozadin. in consi. cxxxv. incip. prætiter agendo, clarum. col. ij. vers. quinto & si dicatur. num. 12. Hippoly. de Marsil. in practi. crimi. in. §. constante. num. 45. & in consi. lxxij. incip. scientissimum omnium. num. 42. & Tho. Gramma. in voto. xij. incip. in causa Ferragudi. num. 3. Tamen dico, quod magis communis est opinio Bar. nostri luminis, à qua nõ est recedendum & ita cum eo transeunt infrascripti qui sunt numero plures, videlicet Bal. in. c. cum dilectus. col. j. vers ibi, probata extra de consuetu. Pau. de Castr. in consi. clxj. incip. in præsenti causa. in prin. vbi dicit, esse credendum Bal. attestanti de quadam consuetudine. in. l. cum antiquioribus. ff. de iure deliberan. Io. de Imo. in. l. j. §. nũciatio, col. ff. de oper. no. nũcia. Raph Cuma. in consi. lvij. incip monasterium iure locationis. in fin. & in consi. clx. viso testamento quoodam Reuerendissimi. Guid. Papæ in con. xxj. incip. ex facti. narratione col. fi. & in q. sua cxxxix. incip. secoudum communem. Paris de Puteo in tracta. de syndica. in ver. consuetudo. ver s. de qua consuetud. ne. Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsam. in ver. responsiões extra de proba Bartho. Cepol. in cons. xxxix. causarum crimi. incip. Lucius ciuis. col. iij. vers. & quia quando & in consi. lviij. incip. Paulus Faber col. iij. vers. & ideo cum ciuitatis. And. Barba. in. c. si quis clericum. col. xxxij. extra de iudi. & in consi. lxvj. inter consilia Franc. Curti. senio. incip. sapiente optimus. col. ij. ver. pro qua consuetudine. Pet. de Barbobus in consi. xcviij. incip. visa inquisitione formata contra Sambbidam. nu. 10. in. j. vol. consiliorum criminali. diuersorum Doctorum. Bap. a S. Blasio in rub. decreto. in vj. q. principali. Cardinal. Alexandrin. in prælu. feudo. col. iij. vers & clarum est & in. c. j. §. præterea ducatus. col. j. vers. & nota quod doctori. de peohi. feud. alie. per Frideri. Sozin. senior. in consi. lxvij. incip. visis inuestitura. col. ix. & in consi. cxviij. incip. visa. col. ij. vers. sed ad hoc, in. j. vol. Ias. mutata opinione in. l. admonẽdi. col. clij. ff. de iureiurã. & in. l. fructus. col. iij. vers. & quod Doctori. ff. soluto. matrimonio. Ioan. Maria Riminaldus in. l. liberti. num. 3. ff. de offi. assesso. Matthæ. de Afflicta. in consti. Regni. Siciliæ incip. Castellani. in fi. sub ti. vt Castellãni mittant seruientes & c. & in consti. quis. jnis. §. voluntati. col. ij. versi. & glo. Marini. sub tit. de probabili experientia medicorum. Lancello Deci. in. l. si fideiussor. §. meminisse. col. j. vers. prestat etiam. ff. de leg. j. idem firmauit eius frater Philipp. Deci. & melius mutato proposito. in. l. ij. in. §. mutui datio. prope. fin. in. ij. lectu. ff. si cert. pe. & in consi. ccxv. incip. peo tenui. & c. in fin. in consil. cccij. inci. in causa illustrissimi Principis plumbini. num. 13. in consi. cccxx. incip. quæritur. ad fin. vbi attestatur. hanc esse magis communem opinionem. & in consi. ccccl. incip. in casu venerabilis. Claudi. de Seyssel. in. l. si quis id quod, col. iiij. vers. quinimo, ea quo. ff. de iur. omni. iud. Ludo. Bologni. in repeti. auth. habita, col. xj. vers. superest autem. C. ne fil. pro pat. Ant. Capri. in decisio. Neapoli. decisi. 176. incipiẽ. in causa domini Dominici. num. 50. & 53. Fran. Curti. iunio. in consil. lxj. incip. habita diligenti consideratione. nume. 7. Ludo. Gozadin. in consili. lxix. incip. prima facie dicendum num. 68. Hieco. Gratus. in consi. xij. incip. contra quam plures senatores. num. 18. in. j. vol. qui dicit quod magis communiter ita tenetur & D. Marcus Mantua Benauidus Clarissimus præceptor meus. in. l. admonendi. num. 169. ff. de iureiur. Carol. Corta. in secundis suis memoria. in litera. F. in ver. Francigenæ. Stepan. Bertrã in cons. ccclxij. incip. nihil opponitur num. 5 in. j. volu. Barth. Cassen. in consi. lxix. incip. viso processu. num. 8. & Mariam. Sozin. iunio. in consi. la. incip. videtur fortasse. num. 10. in. ij. vol. & in consi. cxxxj. incip. vidimus iustissime. num. t. eod. vol. Ioan. Bapt. Ziletus venetus.

e prestare salarium. An seruo ægrotanti debeatur salarium pro tempore infirmitatis vel ne: vide gl. etiam in. l. si vno. ff. loc. contrariũ. huic glo. Ias. May. Adde per Bar. in. l. si dun. in. §. item cum quidam. ff. lo. Spec. in tit. de lo. in. §. postquam. ver. quod si mercenarius. Hos. in sum. tit. de loc. in. §. quæ actiones versic. quid autem. cum seq. Inno. & Ioan. Andr. in. c. propter sterilitatem. de loca. & ibi diffusé per Barba.

18 In ea glo. in fi. † si queratur, an actio sit danda pro re minima: aut ista actio competit a de iure communi, & tunc etiam pro re minima dari potest, vt hic. & l. si proprietarius. ff. de dam. infec. Hoc fallit in actione de dolo, quia infamat. l. si oleum. in fi. cum. l. sequenti. ff. de dolo. Aut ista actio tribuenda est de iure singulari, & tunc pro re minima non tribuitur. l. Scio. ff. de in inte. resti. ti. generali. quia facilius tollitur ius singulare quam ius commune. l. militis. §. militia missus. ff. de testamen. milita. & c. Io. Christo. Portius.

ADDITIO.

a Actio competit. Adde, † quod etiam vno numero deficiente creditori
19 ad complendam solutionem, potest creditor vendere pignus. l. quan-
20 diu. C. de distra. pigno. Et adde, † quod quid dicitur modicum arbitrio iudicis. l. omnino. ff. de impen. de quo per Bar. in. l. si proprietarius. ff. de dam. infec. Ias. May.

1 *Capta ab hostibus an ipsorum capientium efficiantur.*
2 *Lapides Pretiosi in litore maris inuenti, an sint inuentoris, uel apprehensoris. & num. 4.*
3 *Statutum quod inueniens latronem lucretur tantum non habet locum in eo qui solum inuenit, sed non apprehendit.*
4 *Solo uisu an acquiratur dominium.*
5 *Partus uentrem imitatur quoad conditionem personæ.*
6 *Hominis gratia Deus omnes fructus Procreauit.*
7 *Iurisdictio iudicis ordinarii, potest à non subdito per consensum prorogari.*
8 *Iurisdictio limitata & restricta an prorogari possit.*
9 *Peritorum iudicio standum est.*
10 *Officialis qui uulneratum detineri non fecit, ex quo periti dixerunt uulnus non esse mortale, non tenetur in syndicatu si uulneratus moritur.*
11 *Sententia lata secundum iudicium Peritorum, an reuocetur, si appareant peritiores asserentes contrarium.*

§. ITEM EA QVAE. Diuiditur in quatuor partes. In prima tractat quemadmodum rerũ dominia captiuitate acquirantur. In secunda quemadmodum inuentione acquirantur. In tertia, quẽadmodum accessione discreta acquirantur. In quarta quemadmodum alluuione acquirantur. Secunda ibi, (item lapilli.) Tertia ibi, (item ea que.) Quarta ibi. (preterea.) Capta ab hostibus capientium fiunt iure gentium. h. d. Not. primo
1 captiuitate acquiri rerum dominia de iure gentium. † Secundo not. capta ab hostibus effici ipsorum hostium. cu aduersari videtur. l. si captiuis. §. j. e. l si quid bello. ff. de capti. Sed vos respondere ex mente Doc. hoc modo. Si quæratur an res ab hostibus capte hostium efficiantur. aut talia que semel fuerunt hostium, aut capiuntur talia que nunquam fuerunt hostium. Primo casu talia capta non efficiuntur capientium, sed iure quodam postliminii euolant ad eos qui prius fuerant domini. ita loquuntur iura contraria. Secundo vero casu distinguitur: aut sunt bona mobilia, & illa efficiuntur capientium: aut sunt bona immobilia, & tunc non efficiuntur capientium, imo fisco applicantur, vt. d. l. captiuus. §. fi. Item not. captiuitate quem in seruitutem deduci. Not. captum ab hostibus, & in patriam reuersum, iure postliminii priore statum re-
a cuperare. Not. in. §. item lapilli & gemme. quòd † lapilli & gemme repertæ in litore maris efficiuntur iure gentium inuentoris. quod qualiter intelligatur dicam in glo.

ADDITIO.

a Item lapilli. De hac questione, an lapilli & gemme sint inuentoris. an veró apprehensoris vide in. l. iij. §. Neratius. ff. de acq. pos. & vide tex. optimum de hoc, quod sint apprehensoris, non autem inuentoris. in. l. si Barsatoram. C. de fideius. vbi non aliter quis dicitur inuenire aliquam
3 rem, nisi eam apprehendat † quód facit ad statutum dictans, quod si quis inuenerit latronem, debet habere. x. vt non aliter quis inueniens furem debeat habere. a. nisi ipsum furem capiat, de quo per Cy. & Doc. in. d. l. si Barsatoram. & Ang. & Imo. in. d. §. Neratius. & aliquid in. §. thesauris. intra eo. Ias. May.

No.m.§. item ea.quòd nata ex animalibus nostris, nostra efficiuntur per accessionē discretā: & ad quē eius spectat dominiū principalis spectare debet dominiū partus accessori.iij.de pec.leg.Not. alluuione acquiri nobis dominiū. Item not.quod ea quę vi fluminis fundo tuo adiecta sunt,tua non efficiuntur, nisi longiore tempore steterint, ita quod arbores proiectę in fundo tuo radices egerint.Glos.super verbo euaserint in fin, Et est ratio ,nam si euaserunt hostium manus corpore tantum, animo ad eos reuertendi ,dicuntur adhuc in dominio hostium , ex quo reuertendi consuetudinem habent. §. pauonum.ver.in his.supra eo.& l.naturalem.ff.eo. Glo.super
4 verbo inuentoris.ibi.intelligere. Not. ex hoc,quòd † solo visu non acquiritur dominium lapillorum vel gemmarum,repertorum vel rep rtarum in littore maris,sed requiritur apprehensio. Sed contra hoc oppo.& videtur quod solo visu acquiratur dominium.l.j.§.si fuerin.&.l.quarundam,& l.quod in eo. §.j.ff.de acquir.pos.Solu.illud procedit,quia per visum precedebat titulus habilis ad translationem dominij,hic autem nullus titulus precedebat, ideo requiritur corporalis apprehensio,& ita concludunt Doc.Ego tamen arbitrarer disputatiue defensari posse,quod ex sola inuentione lapillorum acquiratur dominium inuentori.Moueor primò per istum tex. qui solum facit mentionem de inuentione,& nihil e primit de corporali apprehensione,ad idem facit l.lapilli.ff eo. Secundò moueor,quia thesaurus acquiritur solo visu & inuentione, vt glo.innuit,ergo idem in lapillo & gemmis. Tertiò moueor: nam quamadmodum domina singulorum præcedente titulo habili ad translationem dominij, solo visu acquiruntur: ita ea quæ sunt in nullius bonis,deberent acquiri solo visu, cum ita sint apta transire in dominium inuentoris, quemadmodum bona singulorum cum eorum voluntate apta sunt in dominio alterius transire. Non ob.§.feræ.& sequentes: quia loquuntur in animalibus quorum dominia solo visu & sola inuentione non acquiruntur, quia possent antequam apprehendantur de facili fugere. Secus est in lapillis, gemmis, & margaritis.Non ob.hæc dictio,item quæ venit continuatiuè, & stat respectiuè,quia respondetur quid repetit effectum acquirendi,non autem formam acquirendi,qua si dicat,sicut ex supradictis modis ac ...untur rerum dominia de iure gentium, ita acquiruntur inuentione de iure gen.sed tamen in alijs requiritur apprehensio,in istis sufficit sola inuentio.Ex prædictis determinatur questio Duo erant scholares,vnus ipsorum vidit annulum,alter postea vidit & apprehendit,cuius esse debet? Secundum glo.erit apprehensoris: secundum me inuentoris erit . In fi glo.dicit vt dicam in.§.thesauros. Glo. super
5 verbo ex animalibus.in fi.Et est ratio,† quia partus ventrem imitatur,quo ad conditionem personæ.l.& seruorum.ff.de sta. ho. Glo.super verbo domino.in fi.ratio ibi ponitur,quia ab-
6 surdum est vt homo,† cuius gratia Deus omnes fructus procreauit,dicatur in fructu.l.victus.ff.de vsufru.&.l. iustissime.ff. de æd l.edi.& d cam in.d.§.in pecudum. Glo.super verbo intelligere.Ratio ponitur ibi,quia princeps qui limitatos agros militibus condonauit,videtur prohibuisse augmentum alluuionis,ar.in.l.testamenta omnia.C.de testa.Ex quibus inferunt no
7 tabiliter Doc.† Scire debetis,quòd iurisdictio iudicis ordinarij potest à non subdito prorogari per consensum.l. si conuenerit.ff.de iuris.om.iu.l.j.ff.de iudic.c.pen.extra de offi. & pote. iud.deleg.Verum limitant.Doc. nisi talis iurisdictio esset expressè limitata ad certum locum vel certas personas à superio
8 re. Vnde† pone statuto caueri,quòd iudex maleficiorum solummodo possit cognoscere causis criminalibus, aliquis vult prorogare ad causas ciuiles, non poterit, quia iurisdictio expressè est limitata & restricta.Eodem modo,si statuto caueatur quòd Rector possit solummodo cognoscere de causis ciuilibus,aliquis vult prorogare ad causas criminales,non poterit,quia eius iurisdi.est expresse limitata & restricta. Eodem modo si statuto caueatur quòd Rector possit solummodo de causis scholarium cognoscere,non poterit iurisdictio eius ad alios prorogari.Si autem iurisdictio non esset expressè limitata,Vt quia dicatur,habeat Rector iurisdictionem in scholares, tunc posset prorogari, ita scribunt.Doc.in l.testamenta.C.
9 de testa. Glo.super verbo longiore,in fi. not.† ex glo.esse standum iudicio perritorum in arte.concor.l.j. ff.de ven. insp.
10 c.significasti,extra.de homi.Ex quibus dicunt Doc.Pone, † ad aliquis vulneratuit Titium mortiferè, potestas misit medicos vulneratum,illi retulerunt vulnus non esse mortiferum,& ideo non fecit detineri malefactorem, moritur postea vulneratus, an poterit officialis pro negligentia syndicari: dicunt Doctores ex predictis quod non quia non est in culpa qui credi-
a dit peritis in arte.[a] ita not.in.l.illicitas.§. sicut.ff. de offi præsi.

ADDITIO.

11 a Peritis in arte.† Quid autē si iudex tulerit sententiam suam secun-
a dum dicta aliquorum peritorum,dicentium aliquod vulnus esse mortale,propter quod iudex condemnauit vulnerantem ad mortem, & alii postea peritiores viso vulnere dicant cōtrarium eius quod dixerint primi,scilicet vulnus non esse mortale,an debeat sententia retractari,vide Albe.in proemio ffosom.vide Io.Ad.in addi.ad Spec.in tit.de homi.§. j.ver.sed pone.& Bal.in.l.ab hostibus.§.si vir.ff.sol.matr.dicentes quod sic,licet Panor.contra in d.c.significasti.el ii.tamen prima est tenenda tanquam communis.arg.eorum que voluit Bal.in.l.j in fi.ff.de senato. & Ioan.And.in c.j.de consti.in vi. Et hæc omnia sint tibi pro clariori doctrina peritorum in arte &c.Ias.May. Sententiam si iudex tulerit secum peritorum dicta.Adde Dionisium de Bariginis in cōsi.xxxvj.inci. ex vulneribus & percussionibus.num.12.&.13.in ii.vol.consiliorū criminalium diuersorum doctorum per me edito.Ioan.Bap.Zilettus.

a Glo.in ver.acquisitæ.

ADDITIO.

a Acquisitæ.Io glo.in verbo acquisitæ,in §. alluuione. in fine dicatis, quod quando facto aque arbor seu pars fundi vnius collaoit in fundo alterius,quod nec habet locum vtilis rei vēdicatio,nec actio in factum Nec ob.iura in ea allegata,quia loquuntur quando facto hominis illud esset factum,secus si facto aque,vt hic, & ita intellige glo.in d.§.de arbore &c.Ias.May.

1 *Insula in mari ti nata in nullius bonis est ,ideo occupantis efficitur, nata verò in flumine: est habentium prædia uicum pro modo latitudinis fundi,& num.2.3.& 5.*
2 *Vna quæque, pars secundum suum totum gubernari debet.*
4 *Raro contingentia sunt sub lege communi.*
6 *Possessio ex inundatione aquarum perditur,& non dominium nisi ibi tandiu aqua steterit,ut alueum fecerit.num.8.*
7 *Præscriptio ex inundatione aquarum interrumpitur. sicut possessio perditur.*

1 §.INSVLA QVAE IN MARI NATA.† Insula in medio maris natata in nullius bonis dicitur,& ideo prius occupanti conceditur,hoc primo. Si verò nō in mari, sed in flumine publico nata fuerit,si quidē in medio,cōmunis est eorum qui habent prædia ab vtraque riparum parte,pro modo latitudinis eorum, Si vero non sit in medio est proximioris.h.d.
2 No.† primò,insulam natam in mari,appellari in nullius bonis. Ratio,quia vnaqueque pars secundum suum totū gubernari debet l.quid per manus.de iure codi.Cum ergo mare sit in nullius bo-
3 nis,ergo & insula in eo nata. Not. † talem insulam concedi prius occupanti,per regulam illam, Quod in nullius bonis est, occupanti prius conceditur.§.feræ.supra eodem. Not in ver.
4 raro.quòd † super his que raro eueniunt [a] nihilominus lex disponit,quid videtur contra l.nam ad ea.ff.de legibus.Sed tamen
b dicitur quòd ideo hoc fit,h e vt materia ad plenum declaretur: quia si solum loqueretur de insula nata in flumine, videretur esse idem de nata in mari,quod tamen est falsum, vt hic. Ideo vt dubietas tolleretur,statuit quid iuris in insula nata in mari,li-
5 cet hoc raro euenire soleat.† Si tamen eueniant naturaliter. lex super his prouidere debet.l.si ma or quinquagenaria.C.ad orfi. & habet s duplicem limitationem ad l.nam ad ea.Not.iterum, quod si insula nascatur in medio flumine, efficitur communis eorum qui habent ab vtraque parte prædia,pro modo latitudinis prædiorum. Si verò non sit in media parte fluminis, efficitur illius qui in prædio est proximior.Cetera notabilia colliguntur
6 per tex.quia clara sunt,Glo super verbo manere in fin. No.† ex
a inundatione [a] aquarum perdi possessionē inundati agri dominium tamen nō perditur,nisi aqua tandiu ibi steterit vt alueum conficeat.Et est ratio differentiæ,quia possessio est facti,& à solo animo dependet: vnde statim atque deponitur animus possidendi, vel ex natura rei cum est inundata,vel alia causa exteriori, puta propter concursum hostium,perditur ipsa possessio.l.cum vnus.§ fina.ff.d. bo, auth pos.Sed dominium est iuris, nec pendet ex animo,sed in re consistit,ideo facile nō perditur.l.si quis

vt

fi.§.differentia.de acquiren.posses. Ex prædictis dixit Bartol. dictum egregium in l.naturaliter.ff.de vsuca.quòd isti qui possident prædia penes flumina quæ sæpe ea inuadere solent, vt sunt multi in isto Comitatu,raro præscribunt. Probat ipse† nam ex tali inundatione perditur possessio, ergo interrumpitur præscriptio.l.sine possessione.ff.eo.titu.quæ interruptio tanquam naturalis,omnibus prodest.l.naturaliter.ff.de vsuca. Et idem dixit in his prædijs quæ sunt prope confinia belli, super quibus solent hostes incurrere.d.l.fundus.§.fina.Et idem dixit tempore belli cœlestis,hoc est,epidimiæ, quæ viget in loco possesso, quia perditur possessio,& interrumpitur præscriptio. de quibus per eum in.d.l.naturaliter.aliqui in c.de quarta. extra de præscri.

ADDITIO.

Eueniunt. Adde Philip. Deci. in l. ea que raro.numer. 2.ff.de reg. iur. Zilettus. | Inundatione. Not.ex ver.alia sané causa.rationé,quia inundatio aquarũ non immutat dominiũ agri, sed ager inundatus remanet eius cuius erat ante inundationem.concor.l.adeo §.insula.in fi.ff.eo. nisi sit perpetua.l.pen ff.de re.du.vel nisi sit inundatio faciens alluuionem,quia tunc & proprietatem & vsumfructum facit perdere.l.si ager. ff. qu.mo.vsufru.amittatur &c.Ias.May.

1 Specificans quærit dominium rei specificatæ non reducibilis ad priorem formam.
2 Contrariæ sententiæ potius sunt distinctione concordandæ.
3 Duo uincula plus quam unum operantur.
4 Confusione uoluntaria uel fortuita communicantur dominia rerum.
5 Commixtio uoluntaria non autem fortuita,uel contra uoluntatem rerum dominia communicantur num.18.
6 Materiæ appellatione non comprehenditur materiatum.
7 Statutum prohibens portare frumentum , non comprehendit portantem farinam.
8 Res cœpta habetur pro completa.& num.9.10.11 12 & 13.
9 Nihil actum esse dicitur,cum aliquid super est agendum.
10 Libri incepti in legato librorum non ueniunt.
11 Verbum fecerit,rem perfectam denotat.
12 Intellectus ad .l.& si non sunt.§.quid ergo.ff.de co.& arg.leg.
14 Legum correctio est euitanda.
15 Obligatio accessoria cum principali conformari debet.
16 Licet ex commixtione specierum facta contra uoluntatem domini res ipsæ non communicentur.fallit in pecunia commixta.
17 Differentia inter confusionem ex commixtionem.
18 Frumentum unius commixtum cum frumento alterius,an & quando dicatur commune.

† §. CVM EX ALIENA MATERIA. Diuiditur in quatuor partes,Nam in prima tractat quemadmodum dominium acquiratur specificatione. In secunda tractat quemadmodum acquiratur accessione.In tertia tractat quemadmodum acquiratur confusione. In quarta tractat quemadmodum acquiratur commixtione. Secunda ibi(si tamen) Tertia ibi,(si duorum). Quarta ibi(frumentum.)conficiens de re aliena aliquem speciem ad priorem materiam non reducibilem, bona fide & nomine proprio efficitur dominus speciei. Secus si sit ad priorem materiam reducibilis,h.d.

ADDITIO.

a Priorem materiam. Procedit iste.§.quando ab ignorante materiam esse alienam,species fabricata est,vt tunc fiat dominus,secus si a sciente materiam alienam,quia tunc dicitur illius cuius est materia.l.de eo.§ si quis.ff.ad exhibendum.Ias.May.

1 Not.Primo summarium,vt† quandò,specificatur a res quæ non potest reduci ad priorem materiam , efficitur illius qui specificauit.Et est ratio:nam cum ista species nunquam fuerit in alicuius bonis conceditur huic specificanti,& prius occupanti.§.fere.supra eo.Et hac ratione mouebantur, quia tenebant indistincte specificata esse specificantis. Si autem sit reducibilis ad priorem materiam,remanet,illius cuius fuerat materia ratio,quia licet hæc species quo ad formam diceretur in nullius bonis,tamẽ materia nõ dicebatur in nullius bonis, quæ cum adhuc duret,dicitur illius cuius erat antea.est ratiò Iurisconsulti in l.inquantum.§.illud fortasse.ff. de leg.iij.facit.l. adeo.§cum quis.ff.de acquiri.re.do.

ADDITIO.

a Specificatur. Aduertas,quód licet specificans efficiatur dominus materiæ quo ad dominium,tamẽ potest ille cuius erat materia,agere actione in factum contra specificantem pro ipsa materia,vt sic non locupletetur cum aliena iactura, vt inquit glo.not.in verbo species,in fi.infra quæ communiter tenetur.Ias.May.

2 Not.secundò,† oppositiones contrarias potius fœdere distinctionis concordandas,quam totaliter reprobandas.concor l.duo.ff.de acqui.hære.l.adeo.ff.de iurisd.om.iud. Not.in versi quòd† si partem.plus operari duo vincula quam vnum.con cor.auth.cessante.C.de suis & legi.Not.in versicu.si tamen accessorium cedere suo principali,& ideo accessorie acquiri dominia rerum Not.in.§.si duorum,† confusione facta voluntate domini,vel casu fortuito,communicari dominia rerum.b

ADDITIONES.

a Duo vincula. Adde tex.in.l.fi.C.de edicto Diui Adria.tol.in.§. sed hodie supra de adoptio.& in auth.de consangui .& vteri fratri.§.j.colla.vj.Io.Ba. Zilettus.

b Domina rerum. Et hoc casu vnosquisque ad materiam aget pro rata ponderis,quid in massa habetur, licet tempore actionis non sit certa sed veniat postea in processu certificanda.l.Marcellus. §.Pomponius.ff. de rei.ven.Ias.May.

5 Not.a in §.quod si frumentum.† cõmixione ita demum communicari dominia rerum,si voluntate dominorum facta fuerit. Secus si contra voluntatem,aut casu fortuito,& in hoc differt à confusione de quibus videbitis super glo.

ADDITIO.

6 a Not.etiam ex hoc. §.† appellatione materie non comprehendi materiatum,quod ad pristinam naturam reduci non potest.l.lana. & l.quæsitum. §.illud.ff.de le.iij.§ & sic videtur,quód si statutum prohibet portare frumentum non intelligitur prohibere portare farinam,quia farina non potest reduci ad frumentum.Sed contrarium tenuit Bar.in l. quesitum.§.illud licet contra Bar.teneat Alb.de Rosa.in ii.parte statutorum.de his qui sunt sui vel alie.iur. & c.Ia.May.

8 Glo.super verbo facta in fi.† colligitur ex glo.speciem cœptam haberi pro completa.Sed contra hoc oppo.de.l.ædificia.§.j.de verbo.sig.Sol. ideo ibi res cœpta non habetur pro completa quia ibi.lex vtitur verbo composito, & dictione quæ habet significare rem prefectam.l.vrbana.§.pernoctare. ff.eo.tit.de ver.sig.vtitur enim verbo perfecerit.Sed iterum con
9 tra oppo.quia† nihil dicitur esse actum, cum aliquid superest agendum .l.pe.in fi.ff.ad Syll.ergo res incœpta non habetur pro completa Sol. illa lex loquitur in statutis artis tradendæ,quæ ars ad plenum tradi debet, & tunc nihil dicitur es-
10 se actum cum aliquid superest agendum.† Sed iterum oppo. de.l. librorum.§.sed tamen Cassius.de leg.iij. vbi in legato librorum non veniunt libri incœpti.Sol.dixerunt aliqui quòd ille.§.loquitur in materia vltimæ voluntatis.Sed hæc sol.non est bona,quia secundum hoc deberent facilius venire libri incœpti in vltimis voluntatibus, in quibus amplior fit interpretatio,regula iuris,in testamentis, quare Raph. Ful. reprobauit
11 istam glo.& bene,vt puto.† Nam hæc litera,vtitur verbo,fecerit,quòd importat rem perfectum.l.j.quod quisque iur. ergo debet intelligi de specie completa.Præterea cum hic loquatur de dominio auferendo ab aliquo,& alteri acquirendo,debet fieri stricta interpretatio,vt ita demum priuetur quis dominio,si res fuerit perfectè specificata,& iuxta ea quæ haben-
12 tur in l.fi.ff.de condi.prin.† Non obst.l.& si non sint.§.quid ergo,quia loquitur in specie, que quantum ad materiam erat completa,sed deficiebant quædam qualitates ab bene esse,& hoc probatur in.d.l.librorum.vbi in legato librorum veniunt
13 libri quibus deauraturæ deficiũt.† Si igitur quæratur an res incœpta habeatur pro completa,aut loquitur in statutis naturæ siue artificil,& tunc res habetur pro completa,vt hic:aut loquitur in statutis artis tradendæ,& tunc idem l.fi.C. ad Sylla. aut loquitur in statutis artis adipiscendæ,& tunc respicimus ea quæ sunt facti,quia dimidium facti qui bene cœpit habet l.j.ff.de orig. iur. Glo.super verbo ab aliquo,ibi,communis imo propria specificantis,si specificat nomine proprio,& bona fide.vt in hoc.§. In ea glos.in fina.q.d.glos. hoc casu res efficitur specificantis.Dicunt tamen Docto. quòd est specificanda qualitas rerum ex quibus facta est species.Nã si illa res in qua habuit bonam fidem,erat pretiosior illa in qua habuit malam fidem,efficitur specificantis,alias non l.quicquid.ff. eo. titu.Glo. super verbo specia.ibi, secundum Placen. Iste Pla-

cen.pessimè loquitur quòd propter pueros male loquatur. Sed tamen in eo quòd dixit causa exempli, posset bene loqui: est enim causa exempli, quòd frumentum de spicis non posset reuerti nec reduci ad priorem formam & materiam: non tamen innuit quòd frumentum efficiatur illius qui grana excussit de spicis, quia non dicitur fabricare nouam speciem, sed illam quæ erat cooperta detegere, & ita loquitur contrarium. In ea glos. 14 ibi, corrigi, hec est mala ratione vulgari, † quia legum correctio est euitanda. l. vnica. C. de inoffi. do. c. cum expediat. de elect. libr. vj. Glo. super verbo pretiosior, contra. sed debetis hec verbum contra, referre ad l. quæ sequitur in glo. In ea glo. ibi lo- 15 qui Solue. vt ibi, † scilicet quòd ibi loquitur de obligatione accessoria, que debet confirmari cum principali, vt ibi videbitis. Glo. super verbo commixtum. in fi. Ex hac glo. colligitis nota- 16 biliter, quòd † licet ex commixtione specierum facta contra voluntatem domini, ipse res non communicentur, & sit dominus non priuatur re sua, hoc tamen, fallit in pecunia commixta, & hanc opi. tetigit glo. in. l. si alicui. & l. singularia. ff. si cert. pet. cam que sequitur. & communiter Doct. quia multa singularia reperiuntur in pecunia numerata. l. singularia. ff. si cer. pet. eam que sequitur Bart. & communiter Doct. quia multa singularia reperiuntur in pecunia numerata. l. singularia. ff. si cer. pe. Sed do. Christo. & Rapha. reprohauerunt has glo. nullam constituentes differentiam inter commixtionem numerorum, & commixtionem aliarum specierum: sed solum referre dicunt, an iste species ita commixtæ possint separari, & decerni quo casu communicantur, si commixtio facta fuerit contra voluntatem domini, vnde si tuum frumentum rubeum fuerit commixtum cum meo albo, non efficitur commune, quia singula grana discerni possunt. Eodem modo si nummi tui argentei commixti fuerint cum meis aureis, non efficiuntur communes, vt hic, & l. si frumentum. §. j. de rei vendi. Aut istæ species fuerunt ita commixtæ vt nullo pacto discerni possint, vt frumentum tuum album cum meo albo, & pecunia tua argentea cum mea eiusdem formæ & bonitatis, & tunc hæres communicantur, etiam si contra voluntatem tuam commixtio fa- a cta fuerit. Probant ipsi nam [a] confusione rerum non alia ratione res illæ communicantur, quam ratione impossibilis separationis & cognitionis. §. si duorum. §. supra eodem. ergo idem in permixtione, vbi impossibilis sit separatio & cognitio. l. illud. ff. ad l. Aquil. Ad hunc tex. respondent ipsi, quòd venit intelligendus quando frumentum tuum à meo cognosci & separari facilè poterat: quæ responsio bene suadetur per ver. sed in alterutro. ibi, arbitrio &c. Hoc fallit in caso. l. si alicui ff. de solu. vbi illi nummi non communicantur, sed efficiuntur proprii, commiscentis, propter concursum harum causarum. Primò, quia ibi præcedebat titulus habilis ad translationem dominii, secundò subsequebatur bona fides, tertiò commixtio. quartò impossibilis cognitio, vnde nimirum. si res non communicatur, sed commiscentis efficitur. Et idem in frumento. vino, oleo, & cæteris.

ADDITIO.

a Nam confusione. † Not. differentiam inter confusionem & com- 17 mixtionem, quia confusio propriè est vbicunque fit transitus in alienam substantiam: sed vbi substantia, & sic prima materia non mutatur, tunc est commixtione. licet pluries vnum as sumatur pro alio, vt l. Pomponius scribit. ff. de rei vendi. Adde tamen quod vbi res commixte non possunt faciliter separari, tunc talis commixtio habet vim confusionis, secundum Ang. in. l. Pomponius. §. si plurium. ff. de rei vendi. Ias. May.

Glo. super verbo alterutro ibi, melius. Vos Plenius dicite 18 ex mente. Doct. † Nam siquidem frumentum tuum [a] fuerit com a mixtum cum meo voluntate tua tunc efficitur commune, & vniculque nostrum competit actio communi diuidundo, pro parte aduocanda l. j. C. communi diuidun. Aut fuit commixtum contra voluntatem tuam, vt hic. Aut est facilis separatio frumenti tui à meo, & tunc tua grana à te vendicari poterunt. l. si frumentum. §. sed si plumbum. ff. de rei vendi. Aut separatio est indifficilis, & tunc iudex arbitrari debet circa duo, hoc est, quantitatem & qualitatem, non autem circa corpora frumenti, vt hic, vt pro modo quantitatis & qualitatis restitutio fiat illud b tamen nunquam iudex statuere debet, vt species diuidantur, [b] quarum diuisio operatur earum diminutionem. l. vsufructua- c rium. §. si in variis. ff. de vsufruct. Et legitur ibi per Ia. Bu. [c] qui fuit ad placeam, & accessit ad mulieres quæ habebant corbem ficuum: Iacobus volebat diuidere ficus, illa respondit quòd species ficuum non poterat diuidi, deinde dixit sociis videte quòd mulier ista scit leges, & hoc factum dum legebat Bononiæ d. §. si in viuariis.

ADDITIONES.

a Frumentum tuum Vide de hoc an frumentum excussum de spicis, efficiatur specificantis. Ang. in l. Pomponius scribit. ff. de rei ven. Ias. May.

b Diuidentur. Quid iudex debeat statuere, vt species diuidantur vel non &c. vide optimum casum in quo species venit diuidenda in l. Cum Stichus. in prin. ff. de solu. vbi naturalis casus. Ias. May.

c Iacobum Butrigarium. Adde quod hoc idem refert Ias. May. in l. eo gasti. §. si seruus ad fin. ff. si cer. pet. & in l. singularia. eo. viij. ver. quantum speciale. eo. tit. & scribit Io. de Neuizanis in tract. sylux nuptial. lib. iiij. nu. 89. in paruis. fo. 146. Io. Bap. Ziler.

1 ☞ Aedi ficium solo cedit. & num. 7.
2 Nemo cogi potest eximere tignum alienum iniustum suis ædibus.
3 Aedificium factum in solo alieno an solo cedat.
4 Facilius præstatur ius excipiendi quam ius agendi.
5 Aedidificans ex aliena materia in solo proprio, non efficitur. materiæ dominus.
6 Paria sunt possidere, uel dolo desiisse possidere.
8 Verbum præteriti temporis est abnegatiuum præsentis.
9 Actio ad duplum de tigno iniuncto datur contra bona fide. afficantem in solo proprio.
10 Bis idem restitui non debet.
11 Furti condictio datur contra ædificantem mala fide de materia aliena, etiam constante ædificio.
12 Aedificatum in alieno quod pendet supra meum nullo iure seruitutis, an possim propria auctoritate tollere.
13 Arbores duæ simul uncta an una arbor conoscatur, an plures, itaque accusatus quod inciderit arborem, debeat pro duplici arbore, uel pro una condemnari.

§. CVM IN SVO SOLO ALIQVIS. Diuiditur in duas partes. Nam in prima loquitur, quando quis ex aliena materia ædificauit in suo solo. In secunda loquitur econtra, quando ex sua materia ædificauit in solo alieno. Secunda ibi, 1 (ex diuerso.) Aedificium cedit solo: † & ideo si quis ex aliena materia in solo ædificauerit, efficitur dominus edificii, quo durante non poterit materia vendicari ab eo qui dominus fuerat materiæ: eo autem destructo vendicari potest, nisi duplum æstimationis fuisset consecutus. h. d. Nota. primo, ædificia solo. ce- 2 dere. Notat. Secundo, † non posse quem cogi eximere tignum alienum ædibus suis iniunctum: quod prouenit ea ratione, ne ciuitas deformetur suis ædificiis: dirupto tamen ædificio vendicari potest, quia cessat tunc causa deformationis vrbis. l. cætera. §. j. de legat. j. Not. hunc. §. volentem eum qui iniunxit posse conueniri in duplum ad æstimationem, actione de tigno iniuncto. Ratio, nam cum dominus materiæ aggrauetur in hoc, vt sine facto suo priuetur re propria, fuit ei merito in alio succurrendum, vt duplum æstimationis assequi possit. ar. in l. quid ergo pœna grauior. ff. de infa. Not. ex secun- 3 da parte, quòd † si quis ex propria materia ædificauerit in solo alieno, siquidem scienter, priuatur dominio materiæ, vt nec cōstante nec dirupto ædificio vendicari illam possit, quia voluntate propria ad alium translata videtur, ex quo cum scit ædificans sedere solo, scienter videtur materiam suam condonare voluisse domino soli, vt hic. Si verò ædificauerit bona fide, putans solum esse suum, & tunc siquidem solum possidet, dominum petentem solum & ædificium exceptione repellet, nisi soluat æstimationem materiæ, & fabrorum impensam: & hoc quando bona fide ipse ædificauit: Si verò mala fide ædificasset, hac exceptione se tueri non posset, si vero ipse non possideat, non potest agere. Et in hoc differt à. §. præcedenti, quia hic ille qui ædificauit erat dominus materiæ, ibi verò aliter, vnde facilius hic dominus materiæ priuatur iure agendi, quia facto suo hoc ius sibi tollitur: ibi autem non facto suo, sed alieno dominium abdicatur, vnde consulitur actione de tigno iniuncto, vt 4 supra dixi, Ex quibus elicitis, † quòd facilius præstatur ius exci-

piendi quam ius agendi. Concor. l. si in area. ff. de condi. indebi. l. ij. §. proponitur de superficie. Ratio, quia ius excipiendi conceditur ex quadam æquitate. l. qui æquitate, de except. do. Cum igitur æquum sit vt dominus soli non locupletetur cum iactura huius possessoris qui bona fide ædificauit, nimirum si exceptio conceditur vt expensas consequatur: sed ius agendi conceditur per punctum iuris. l. ij. §. deinde ex his. ff. de origi. iuris. vnde cum non subsit aliqua materia ex qua causari possit, ius agendi non præstatur: quod qualiter intelligatur, infra dicam. Glos. super verbo, ædificauerit, in fine. Colligitis ex gloss. † quòd quando quis ex aliena materia ædificat sciente in solo proprio, non efficitur dominus materie, imo ... ab eo vendicari potest. Sed contra hanc glo. oppo. nam ad hoc vt rei vendicatio intentari possit, requiritur concursus duarum causarum, hoc est, dominij ex parte agentis, & possessionis ex parte conuenti. l. in rem. & l. officium. ff. de rei vendi. Sed iste qui ædificauit non possidet materiam. l. eum qui edes. ff. de vsuca. ergo materiam vendicare non poterit. Preterea licet edificauerit mala fide, non videtur quòd materia vendicari possit, ne ciuitas deformetur edificiis, vt hic. Præterea nonne satis est, quòd pœna dupli condemnetur per actionem de tigno iniuncto? Sol. ad primum respondetur, quòd non conuenietur rei vendicatione, quasi possideat, sed quia dolo & mala fide desijt possidere. Ita respondet Iurisconsultus in l. j. §. fin. de tigno iniuncto, † parta enim fuit, possidere, Vel dolo desiisse possidere. l. is qui dolo. ff. de rei vendi. & regula iuris, parem. quo casu quia non potest eximi de edificio, certe iurabitur, vt habetur in d. l. in rem. §. tignum. Et per hoc non ob. secundum, quòd vrbs non deformabitur. Non ob. quòd pœna dupli teneatur actione de tigno iniuncto, quia respondetur quod vna actio per aliam tollitur, vt statim videbitur in glo. magna. Glo. super verbo edificat. in fi. Dicite † quòd ideo in l. in tantũ solum cedit edificiũ, quia edificatũ erat in mari. quod, quo ad vsum dicitur cõmune quo ad dominiũ dicitur in nullis bonis, occupanti primo conceditur. §. fere, supra eo. At hic edificatur in solo quod erat in dominio hominis priuati Gl. super verbo, desinit in finali. Sed dicet quispiã. secundũ hoc videtur hec litera implicare cõtradictionẽ, cũ dicit, qui dominus fuerat materie non desinit esse dominus, nam illud verbum fuerat, † est verbum preteriti temporis, quod est abnegatiuum presentis. l. iij. §. lege Iulia. & ibi glos. in versi. palam. ff. de testi. Sol. istud verum est, nisi verba sequentia ratione contradictionis euitande aliud euitarent, vt hic. Et sic habetis limitationem ad illam regulam, quod verba preteriti temporis sint abnegatiua presentis, Glos. super verbo. de tigno. ibi dixerint. Not. ex glos. † quod contra bona fide edificantem a in solo proprio b de materia aliena, datur actio ad duplum de tigno iniuncto. Sed contra hanc glo. oppo. de l. de eo. in fi. ff. de do. inter vi. & vxo. vbi solum contra bona fide edificantem competit simplum. Item suadetur ratione: nam si datur contra bona fide edificantem, ergo est bonæ fidei. † sed bona fides non patitur vt his idem restituatur. l. bona fides. ff. depositi. l. qui bis idem. ff. de verbo. oblig. ergo non conuenietur ad duplum. Sol. Ad l. de eod. respondetur, quòd ideo datur in simplum, quia fuit edificatum cum voluntate domini materie, tamen voluntas iure refragante pro nulla habita est. Non ob. d. l. de eod. in fi. de dona. inter vi. & vxo. quòd licet ille ædificauerit bona fide, tamen ex quo dominus materiæ grauatur in hoc, quia priuatur re sua sine facto suo, allen anir in al o, vt duplicatum consequatur. l. eum qui. ff. de iureiur. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. In ea glo. ibi, condictione furtiua. † Not. contra ædificantem mala fide de materia aliena, dari condictionem furti, etiam constante ædificio. Sed contra nam constante ædificio non est dominus materie ille qui furatur, patet, quia vendicare non potest, vt estimetur, ergo non competit condictio furtiua quæ solo domino rei datur. l. si pro fure. ff. de condi. fur. Sol. dupliciter respondetur. Primò, quòd imo est dominus, vt hic. & licet vendicare non possit vt æstimetur, vendicare tamen potest vt in litem iuretur. Vel aliter, licet non sit dominus rei, tamen quia sine facto suo est priuatus dominio, competit & olim condictio furtiua. §. si tamen. s. eo. & l. & ideo. ff. de condi. fur. Gl. super verbo appellatione. ibi, contra pro quibus facit quia in campania cessat ratio deformandi vrbem, ergo cessabit lex xij. tabu. & §. noster. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus nihilominus Doct. ita pertranseunt. Glos. super verbo vendicare in fi. ex hac glo. colligitis notabiliter casum in quo melior est conditio dolosi, quam non dolosi, quia dolosus vti potest beneficio præscriptionis, non dolosus verò nequaquam, sed hoc non contingit ex dolo aliquo, sed negligentia non petentis. Glo. super verbo non potest ibi, ædificauit, & ideo tunc non præiudicatur domino materiæ quominus dirupto ædificio illam vendicare possit.

ADDITIONES.

a Aedificantem. An autem contra fabrum, vel alium magistrum qui fabricauerit ædificium, vel mensem de re aliena possit agi, vide glo. in d. l. in rem. §. tignum. quod not. Iason. May.

b Proprio. † An autem ædificatum in alieno, quod pendet supra meum nullo iure seruitutis, possim tollere propria auctoritate dic quod non. l. quemadmodum. §. si protectum. ff. ad l. Aqui. & l. cum claue ff. de dam. infec. nisi prius denuncietur illi qui habet protectum supra meum vt supra in præcedenti apostilla. † Et an duæ arbores simul iunctæ, censeantur vna arbor, an plures, vt sic accusatus quod inciderit arborem, debeat condemnari pro duplici arbore an pro vna, Dic, quod si iunctura est supra terram, quod dicitur vna, alias secus. l. si gemma ff. arborum furtim cæsarum. & ibi vide Bar. notantem ad plures quæstiones. Ias. may.

1 Plantata & sata sub cedunt.
2 *Argumentum de bonæ fidei ædificatore, ad eum qui bona fide plantauit aut seminauit, bonum est.*

a §. SI TITIVS ALIENAM PLANTAM. † Plantata & sata cedunt solo, si tamen plantata radices egerint. h. d. Diuiditur in duas partes. Nam in prima loquitur quemadmodum acquiratur dominium per plantationem. In secũda tractat, quemadmodum acquiratur per semen. Secunda ibi, (qua ratione.) Not. primo, ita demum plantata cedere solo, si radices egerint, si autem radices non egerint, non cedent solo, sed remanent in dominio eius cuius antea fuerant. Not. quòd licet arbor tua sit sita in fundo tuo, si tamẽ rad ces extulerit in fundum vicini tui, non manet tua. Itaque potius consideretur locus radicum, quam locus stipitis & ramorum, quia per radices arbor viuificatur. Si autem arbor quæ est in fundo vicino tuo, ita radices peregerit, vt omnibus opus sit ad viuificationem, tunc arbor illa communis efficitur. Not. in ver. qua ratione, quòd quemadmodum plantata cedunt solo, ita & sata. Not. quòd licet plantata & sata cedant solo, tamen si dominus soli petat solum, potest repelli exceptione, à bonæ fidei possessore, quia bona fide seuit vel plantauit, vt soluat impensam plantæ seminis, & laboris. Finaliter no. † bonum esse argumen. de bonæfidei edificatore, ad eum qui bona fide aut plantat, aut seminat, quo ad impensas iure exceptionis consequendas. Glo. super verbo commutatur. in fi. & hæc vltima communiter approbatur per l. in rem. §. sed si quæcunque. ff. eod.

1 *Scriptura cedit chartis & membranis & num. 5.*
2 *Tabula cedit picturæ.*
3 *Intellectus ad. §. si purpuram supra eod.*
4 *Dominus picturæ, tabulæ dominus efficitur quo ad dominium directum.*
6 *Legum correctio est euitanda.*

§. LITERE QVOQVE. Diuiditur in duas partes. Nam in prima loquitur quemadmodum acquiratur dominium per scripturam. In secunda loquitur quemadmodum acquiratur dominium per picturam. Secunda ibi, (si quis in aliena.) Aliena scriptura cedit charte, † sed tabula cedit picture. h. d. Not. primò, scripturam cedere chartis & membranis, ideo dominus chartarum vel membranarum acquirit dominium per scripturam alienam ipsius scripturæ. Si tamẽ hec scriptura possideatur a scriptore, dominus chartæ vendicans exceptiõe repelletur, nisi scripturã impensam soluet. si scriptor fuit in bona fide, existimans chartam prius ad se pertinere. Not. † in. §. si quis. tabulam cedere picture. Not. rationem, quia ridiculum videtur vt pictu-

ra nobilissimi pictoris, vilissime cedat tabulæ. Ex ista ratione colligitis, quòd ad hoc vt picturæ cedat tabula, requirũtur duo. Primò, quod pictura sit nobilissima, tabula verò vilissima. Si autem econtra, tabula nobilissima pictura verò vilissima, quia de carbonibus, tunc pictura cederet tabulę. Si autem vtraque esse bonæ estimationis respiceretur valentia vtriusque. l. & si non sint. §. perueniamus. ff. de auro & ar. le. l. in rem. §. j. ff. de rei ven. †Cui seuerentie non ob. §. si purpuram. supra eod. vbi purpura res nobilissima cedit vestimento villi quia illud ideo euenit, quòd illa purpura erat apposita vestimento accessorie: sed accessorium principali cedit, & non contra l. quod per manus. ff. de iure codi. l. si in emptione. de contrahen. emp. hic autem pictura non erat apposita vt cederet tabule, sed pictor apposuit vt pictura locum principalis haberet. vnde si quis depingeret nobilissimam figuram super pariete, tunc quia ista figura pingitur accessorie, cederet parieti, licet vilissimo, Vltimò not. quòd à pictore a possidente picturam, non potest tabula vendicari nisi soluatur impensa picturæ. Idem econtra.

ADDITIO.

A pictore. †Adde quod dominus picturæ. bene efficitur dominus tabulæ, quo ad dominium directum, sed quo ad vtile dominium tabula remanet illius cuius erat primo, hinc est quod sibi competit vtilis actio aduersus pictorem, vt hic. & contra extraneum Possessorem præfertur pictor tanquam directo dominus. Ias. May.

Glo. super verbo chartæ. ibi. §. sed si quæcunque. Doc. communiter impugnant hanc glo. per istum text. qui solum vult prouideri scriptori iure exceptionis, nón autem iure actionis, & ad idem facit l. qua ratione. §. literæ. ff. eod. Non ob. d. §. sed si quæcunque. quia loquitur in re separabili à materia, sed literæ a charti, sinæ lesione separari non possunt, ideo aliter in illis est statuendum, vt hic. In ea glo. io si. Not. †ex glo. & olim & bodie scripturam cedere chartæ, contrarium tenuit in l. in rem. §. j. ff. de rei ven. in l. qua ratione. §. literæ. ff. eod & illæ videntur communiter approbari, nam ideo olim scriptura cedebat chartæ vilissimæ quia cara scriptura non habebatur l. ii. §. omnibus. de do. in iure reci. Cũ ergo cara sit hęc scriptura, nõ cedit scri. chartæ. sed charta scriripturæ. Tamẽ opi. gl. videretur in diputãdò, melior †quia legũ correctio est euitãda in l. vnica. C. de inoffi. do. & quia loquitur hic de literis aureis, que nõ debuerãt etiã tunc emi vilissima pecunia, nisi saluando dixeritis, vt gl. respondet in l. qua ratione. §. literæ, quòd raro euenit vt ex auro literæ conscribantur, & ideo non inspiciendum. l. nam ad ea. ff. de legi. Glo. super verbo cedere. ibi, de scriptura. Idem de pictura. In fi. glo. quod glo. dixit de colore & atramento, bene loquitur, quod vero dixit de homine vel vrso, non benè, quia non est inquirendum quid sit depictum, dummodo honestum vtrunque enim habet exornare materiam, sed benè est inquirendum qualis sit color.

1. *Bone fidei possessor facit fructus suos.*
2. *Malę fidei possessor tenetur ad quoscunque fructus.*
3. *Fructuarius supplere tenetur gregem agrum & vineas.*
4. *Mala fides superueniens an impediat possessorem lucrari fructus.*
5. *Bona fides sine titulo operatur lucrum fructuum.*
6. *Possessor qualiter fructus suos faciat, eosque lucretur.*
7. *Fructus in fundo nascentes pars fundi appellantur.*
8. *Partus mulieris antè editionem appellatur portio uiscerum matris.*
9. *Vsufructarius an faciat factus suos, antequam eos in horeo. reddat.*
10. *Differentia quotuplex constituitur inter usufructarium & bone fidei possessorem.*
11. *Grex quid comprehendat.*
12. *Homines decem constituunt populum, & duo congregationem. ac duo constituunt rixam decem uerò turbam.*

§. SI QVIS A NON DOMINO. †Bone fidei possessorium titulo fructus consumptos facit suos, restantes verò restituere tenetur: malæ fidei autem possessor & de extentibus & de consumptis conueniri potest boc dicit. Not. primò bonæ fidei. possessorem, iusto titulo concurrente, facere fructus consumptos suos, extantes verò restituere teneri, id que ratione naturali prouenit quia æquum videtur quòd ex quo bonam habet fidem, & iustum titulum laborauit que in cultura & cura, quòd commodum ex fructu percipiat, qua ratione videretur aliud esse in fructibus naturalibus, quia hæc litera de industrialibus solum loqui videtur, vt dicam cum glo. Secundò not. †malæ fidei possessorem teneri ad omnes fructus siue extent, siue consumpti fuerint concor. l. certum. C. de rei vendi. Not. in §. his verò, fructus non pertinere ad vsufructuarium, neque colonum, nisi ab ipsis percipiantur. Not. vsumfructum ad hæredem non transmitti, de quo videbitis in §. finitur. infra de vsufru. Not. in §. pecudum quæ dicantur in fructu pecudum quæ patent ex litera. Not. in §. partum aocil e non dici in fructu no. rationem de qua in tex. Not. †in §. sed si gregis. vsufructuarium gregis vel vinæ tenere supplere capita defecta gregis, ac etiam defectas arbores & plantas vinearum. Glo. super verbo bona fide. in fi. Not. †sufficere bonam fidem interuenire, vt bonæ fidei possessor fructus lucretur, nec malam fidem superuenientem vllo pacto nocere. Sed contra hoc op. de l. certum. C. de rei ven. vbi mala fides superueniens impedit possessorem fructus lucrari. Sol. dicunt Doc. quod ibi mala fides superueniens facto domini, qui litem fuit cum possessore contestatus, vnde superuenientia malæ fidei prodest domino, hic autem loquitur quando mala fides peruenit aliunde quam ex facto domini. Ratio differentiæ, quia primò casu est acquisitum ius domino facto suo, vnde sibi auferri non debet, vt nota. gloss. in l prima. C. si aduer. vend. Et facit quod not in d. l. si quid bello. §. primo. ff. de capti. Gloss. super verbo iusta. in fin. †Ex hac gloss. colligitis singulariter quòd bona fides possessoris etiam sine titulo, operatur lucrum fructuum. Sed dices tu quomodo potest in possessore cadere bona fides nisi titulus interueniat, cum scire debeat vniusquisque, quo suum non est ad alium pertinere. l. fi. C. vnde vi. Respondet Doct. id quod gl. hic dicit sufficere bonã fidẽ, intelligi sine titulo verò, requiritur tamen titulus putatiuus ex iusta causa causatus. vt quia reperi ego hæres scriptus, fundũ vel aliam rẽ in hæreditate, quam putabam ad testatorem meum pertinere: ex hoc causatur titulus pro hærede putatiuus, qui producitur ex probabili causa, regula iuris, qui in alterius. faciunt quæ habentur in l. Celsus. de vsucapio. Gloss. super verbo cogitur. ibi, sed & partus hoc operatur odium illius qui intulit metum vel vim. In eadem gloss. quemadmodum. hoc operatur contumacia illius qui emit rem prohibitam à lege. In eadem gloss. ibi, l. prima. hoc procedit. quia ille emit circunscripta solennitate iuris. In eadem gloss. in fin. si quæratur igitur, † qualiter possessor fructus suos faciat & lucretur. Aut loquimur in bonæ fidei possessore, aut loquimur in malæ fidei possessore. Priore casu, aut loquimur de fructibus naturalibus, & tunc eos nullo modo lucratur, quia nulla eius opera, nulla industria a interuenit, l. fructus. ff. de vsur.

ADDITIO.

Industria. Ia. tamen de Are. quem sequutus est Old. in l. bonę fidei. tenuit quòd in fructibus naturalibus sic distinguendum. Aut bonæ fidei possessor habet titulum, & facit etiam naturales suos non ratione seminis, sed ratione possessionis. at io l. qui scit. §. in alieno. de vsur. & ita intelligitur. l. bonæ fidei. aliàs si non habet titulum, vel habet non verum, tunc non facit suos, ita intelligitur. l. fructus. vide Bart. in d. l. ex diuerso. de rei ven. Ias. May.

Aut loquimur in fructibus industrialibus, & tunc si quidem habet titulum verum vel putatiuum & bonam fidem à tempore contractus, ipse lucratur fructus, lege qui scit. §. final. ff. de vsuris. & mala fides superueniens non præiudicat, nisi superueniat facto domini rei. l. certum. C. de rei vendi. Si verò nec habeat titulum verum nec putatiuum, nullo modo lucratur, vt hoc. §. qui exigit duo, bonam fidem, scilicet, & iustum titulum. Si verò loquimur in malæ fidei possessore, tunc si quidem habeat titulum, tenetur de extantibus & perceptis, à percipiendis verò liberatur, propter iustum titulum. Falli in quatuor a casibus qui sunt in gloss. & ex legibus in ea

alleg

allega. Si verò non habeat titulum, tenetur de perceptis, consumptis, vel extantibus, & de percipiendis. l. si nauis. § finali ff. de rei vendi. Sed pone, Tu emisti à me bona fide vineam maturam, quæ erat Titij, tu percipisti vuas, Titius petit à te vineam cum fructibus an lucretur hos fructus. Videtur quod sic, quia sunt industriales. In contrarium puto veritatem, quia tu non percepisti cura & industria illius qui laborauit,† & præterea illæ vuæ & illa blada quæ erant in fundo tempore venditionis. appellatur pars fundi. l. fructus pendentes. de rei ven. ergo dominus vendicare poterit tanquam fundi partem. Similè videmus,† quòd partus mulieris antequam edatur, portio viscerum matris appellatur. l. j. §. ex rupto. de ven. inspi. Et per hoc patet responsum ad hunc text. quia loquitur de fructibus industrialibus qui cura & cultura bonæ fidei possessoris percipiuntur.

7 8

ADDITIO.

a Falllit in quatuor. Vos non potestis reddere rationem comprehendentem omnes prędictos casus, quam quòd in illis quatuor casibus possessor malæ fidei cum titulo, tenetur ad fructus percipiendos: quia ille titulus reducitur ad non titulum & perinde est, ac si nullus esset titulus. arg. notatorum. in l. nec vllam. ff. de pe. hære. Ias. May.

Glo super verbo ipse. ibi, sui. Hoc verum limitate, nisi alius percepisset nomine vsufructuarij, quia tunc vsufructuarius percipere diceretur argu. in l. ita autem. § gessisse. de admi. tuto. & ita voluit glo in d. l. qui sit. §. præterea. In ea. gl. in fin. vtraque expositio est bona in se sed vltima magis conuenit literæ. Glo. super ver. percepit. ibi, in horreo. 9 † Idem & si non in horreo essent repositi, sed tamen essent a plenè[a] percepti, vt quia frumentum esset excussum. à spica sua. d. l. si vsufructuarius. allegata in glo.

ADDITIO

a Plenè percepti. An vsufructuarius faciat fructus suos antequam eos in horreo reddat: vide in l. diuerso. ff. de rei ven. per Ange. [Adde glo. in c. præsenti. de offi. ordi. lib. vj.] Quid de colono quando faciat fructus suos, vide Bart. & Ange. in l. si apes. ff. de furtis. &c. Ias. May.

10 In ea gloss. in fin. Not.† quadruplicem differentiam inter vsufructuarium & bonæ fidei possessorem. Prima, quia vsufructuarius facit fructus suos, si ipse percepit vel alius eius nomine: bonæ fidei verò possessor facit fructus suos à quocunque percepti fuerint, etiam si non eius nomine. Item vsufructuarius facit fructus suos si ad plenum percepit: at bonæ fidei possessor facit fructus suos statim atque à solo separati sunt. Item vsufructuarius facit fructus suos & naturales & industriales, bonæ fidei verò possessor solum industriales. Item vsufructuarius non transmittit ius vtendi, & fruendi ad hæredem, bonæ fidei verò possessor 11 sic, vt habetis in glo. Glo. super verbo gregis. in fin.† no. decem oues, vel quinque seu quatuor porcos constituere a gregem,[a] plus igitur valet vnus porcus quam duæ oues. 12 † Decem autem homines constituunt populum. x. quæst. iij. cap. vnio. tres verò constituunt collegium. l. Neratius ff. de verbo. signi. Si tamen duo moriantur in vno conseruatur ius collegij. l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusque vniuer. duo constituunt congregationem. c. j. extra de electio. duo constituunt rixam. decem verò turbam. l. prætor. §. j ff. vi bono. rapto. de quibus est glo. ordi. in d. c. j extra de elect. Glo. super verbo ex fœtu. in fin hæc glo. communiter approbatur, vt non solum ex fœtu aliarum suppleat capita, sed etiam opus habeat aliunde quærere & supplere.

ADDITIO.

a Constituere gregem. Adde l. oues. ff. de abige. & in l. j. ij. & iij. ff. de rei ven. c. j de elect. c. licet canon. in §. is etiam de elect. lib. vj. & glo. in verbo gregibus. in c. j. de deci. lib. vj.

1 Thesauri in loco proprio, sacro, uel religioso, casu inuenti, sunt inuentoris: in alieno, inter dominum & inuentorem diuiduntur. & nu. 4. & 7.

2 Thesaurus quid sit.

3 Pecunia inuenta in fenestra domus uenditæ remanet uenditoris.

5 Thesaurus ab emphyteuta uel feudatario inuentus in fundo emphyteuticario, uel uasallitico cuius sit.

6 Thesaurus est fortunæ beneficium.

8 Thesaurus an sola inuentione sine apprehensione queratur.

9 Lapillorum & gemmarum dominium sola inuentione non acquiritur.

10 Intellectus ad l. si Barsatorem.

1 §. THESAVROS. † Si quis in loco suo data opera a vel fortuito thesaurum inuenerit, totum[a] suum facit. Idem si fortuito inuenerit in loco sacro, vel religioso. Si autem in loco alieno publico vel priuato fortuito inuenerit, dimidiam partem lucrifacit, aliam dimidiam restituit domino soli h. d.

ADDITIO.

a Totum suum. Adde, quòd est verum si casu fortuito hoc contingat: secus si data opera perquirit, quia est totus domini. l. j. C. de thesau. Adde ad hoc glo. x q. ij. c si quid inuenisti &c. Ias. May.

a Not. quòd si quis inuenerit thesaurum[a] in loco proprio, siue data opera, siue fortuito, illius thesauri dominus efficitur: & hoc suadente quadam naturali æquitate Nam ex quo thesaurus in nullius bonis erat, ex æquitate iuris gentium inuenienti erat concedendus. § nullius. supra eo.

ADDITIO.

a Inuenerit thesaurum. Not.† quid sit thesaurus. quia est pecunia abscondita ab ignotis dominis vetustiori tempore, cuius despositionis pecuniæ memoria non extat. Vnde si quis abscondisset causa lucri vel custodiæ, nó propriè dicitur thesaurus, nec recipiens facit suum, vt ff. ad exhiben. l. thesaurus. & l. item Labeo. ff. fami. her.† Idem si inuenisset pecuniam in sacculo positam in fenestra domus venditæ, quia remanet venditoris, vt l. fin. ff. de rei vendi. Ias. May. (Adde quòd requiritur vt thesaurus dicatur thesaurus. vide per Barto. consi. xxix incip. clementissimum & pessimum saluatorem. in iij. volu. in princ.

2 3

4 Secundò not.† quòd si thesaurus fuerit in loco religioa so[a] vel sacro casu fortuito, non data opera, efficitur in solidum inuentoris. Item not. quòd si inuenerit in loco alieno publico vel priuato non data opera, sed fortuito dimidiam 5 lucri facit, alteram domino soli restituit. Glo.† super verbo in suo. ibi, licet Placen. not. ex glo. quòd si emphyteuta vel feudatarius inuenerit thesaurum in fundo emphyteuticario vel vasallitico, quod totũ sibi licitum facit. licet. Placẽ. dixerit solum pro dimidia. nam emphyteuta & feudatarius appellantur vsufructuarij. c. j. §. in primis. quib. mod. feud. amit. in vsib. feudo. sed ad vsufructuarium non pertinet thesaurus inuentus iure vsufructuarij. l. diuortio. §. si fundum. ff soln. matri. ergo nec ad vasallum vel emphyteutam: sed solum iure inuentoris dimidia ei tribueretur. Præterea hæc litera loquitur de eo qui inuenit in fundo suo iure directi dominij. argu. in l. j §. qui in perpetuum. ff si ager. vec. peta. nihilominus Doctor. pertranseunt eum glo. ista, freti, per l. b sciendum. § j ff. qui satisda. cog.[b]

ADDITIONES.

a Religioso. Adde glo in c. si quid inuenisti. xxiiij. q. v.

b ff. qui satisda. cog. Et pro opi. istius glo. facit ratio talis.† nam thesaurus 6 beneficium fortunæ est, vt ff. de acqui. rer. dom. l. si is qui. §. j. sed habeo quod ad emphyteutam damnum fortunæ spectat, vt l. j. C. de iure emph. ergo etiam & commodum. argu. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & l. eum qui. ff. de iureiur. item facit pro hoc text. iste qui dicit, si quis in fundo suum &c. quia emphyteuta potest dicere talem fundum emphyteuticum esse suum ergo &c. vt est text. in l. fin. C. de fun. pa. & in l. possessore. in fin. &c. Ias. May.

Ad argumentum respondent, quòd emphyteuta & feudatarius benè dicuntur vsufructuarij. quia habent ius in re, sed quòd tale ius dominiũ appellatur, cuius ratione thesaurus in eo inuentus illis appropriatur. Non obst. hæc litera, quæ loquitur de loco suo: quia satis appellatur suus, ex quo vtilè dominium habent in illo. Ex quibus inferunt Doct. quòd si dominus inuenerit thesaurum in fundo emphyteuticario, vel in fundo vasallitico, dimidiam lucri facit, altera dimidia ad vasallum vel emphyteutam deuoluitur. Secundò inferunt, quòd si extraneus in fundo tali inuenerit thesaurum, illum partietur cum vasallo vel cum emphyteuta, non autem cum domino fundi directo. quia quando habens directum dominium concurrit cum habente vtile, habens vtilè est præferendus. l. in causæ. §. fi. ff. de procura. In ea. glo. in fin. & de hoc est casus ad literam in l. vnica, C. de thesau. Glo. super† verbo religioso. in fin Hæc vltima approbatur communiter: Diuus enim Adri. considerauit hic naturalem æquitatem, quæ ita se habet, quòd ex quo in nullius bonis erat, inuentori concedatur. §. feræ. supra eod. quia thesaurus inuentus in loco sacro vel religioso, di-

citur inuentus in loco qui de iure gentium dicitur in nullius bonis.§. nullius. supra eod. Sed secundum iuris rigorem loca sacra & religiosa dicuntur Cæsaris vel Reipubl. & ideò ibi statuitur vt dimidia Cæsari vel Reipubli. restituitur. Sed tamen cum hodie loca sacra vel religiosa non dicantur Reipublicæ, sed in dominio superioris ecclesiæ. c. j de senten. & re.iudi. libr.vj. Ideò dicunt Docto. dimidiam prælato, & dimidiam inuentori esse tribuendam. Finaliter quæritur Pone quòd† quis inuenerit thesaurum in alio loco, non tamen illum apprehendat, ᵃ an statim & possessio & dominium inuentori acquiratur. gloss. in l. vnica. C. de thesau. dixit, ex sola innentione, nulla secuta apprehensione, acquiri. Idem tenuit glo. in l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acquirend. rer. domi. idem tenuit in §. item lapilli. supra eod. titu. pro qua allegatur hic. §. qui solum de inuentione mentionem facit. Sed in contrarium allegatur. l. ij. §. Neratius ff. de acqui. posses. Item, quia solus aspectus oculorum non operatur translationem dominij vel possessionis, vbi nullus titulus habilis ad translationem dominij præcesserit. l. iij. § si iusserim. de acqui. possess. Sed hic nullus titulus præcedit, ergo solo aspectu dominium non acquiritur nec possessio, item pro hac sententia allegatur, † quia dominium lapillorum & gemmarum sola inuentione non acquiritur. §. item lapilli. vbi glo. supra eod. ergo nec dominium thesauri. Præterea licet lex vtatur verbo, inuenerit. debet tamen subaudiri, & apprehenderit siue occupauerit. l. si Barsatoram. C. de fideiu. Vos tenete communem sententiam, quòd sola inuentione thesauri, nulla apprehensione subsecuta, dominium acquiratur, ac etiam possessio. Non obst. l. iij. §. Neratius. quia ibi non interuenerat aspectus oculorum, sed solum scientia existentiæ thesauri. Nec ob. quòd ibi litera requirat amotionem thesauri, quia subauditur vel æquipollens, id est, oculorum aspectus. probatur ea. l. iij. in princ. iuncta. l. j §. si iusserim. eod. titu. facit quod not. in l. ob æs. C. de prædi. mino. Non obst. secundum argu. quòd non præcedat titulus: quia respondetur, quòd tantum operatur inuentio & aspectus oculorum rei quæ in nullius bonis erat, quantum operatur aspectus oculorum rei alienæ cum titulo præcedenti, vt not. in d. l. j. §. si iusserim. & in dict. l. iij. § j. Ratio, quia quando res est in nullius bonis, causatur saltem titulus pro suo. Non ob. quòd gemmæ & lapilli sola inuentione non acquirantur, quia respõdetur speciale esse in thesauro: quia cum domino fundi dimidiam restituat contra æquitatem iuris gentium, quæ dictat, quòd ex quo thesaurus erat in nullius bonis conceditur occupanti. § j. supra eod. ergo in alio alleuiatur, vt sola inuentione sibi dominium acquiratur & possessio. arg. in l. cum qui. de iureiur. Sed hæc ratio non esset bona, quia non generalis. non enim haberet locum eo casu quo thesaurus in fundo proprio inuentus esset, cum tunc insolidum suum faciat. vnde ego respondeo quòd etiam dominium lapillorum vel gemmarum sola inuentione acquiratur hoc sentit ille. § item lapilli † Non obst. l. si Barsatoram. quia loquitur in casu in quo quis promisit latronem inuenire, aut in manibus iudicis captus poneretur. ideòq; si statutum dixerit si quis inuenerit latronem, lucretur tãtum, an habeat locum in eo qui solum inueniet, sed non apprehendat, sed non determino, sed dicatis. vt ibi.

ADDITIO.

ᵃ Apprehendat Quis præferatur ao apprehendens thesaurum repertum in aliquo loco, an verò prius inueniens, sed non apprehendens, vide, vbi aliod habetur in simili in §. item lapilli. &c. Ias. May.

1 ☞ *Dominium quæritur traditione, quod procedit prout hic.*
2 *Venditor uel alius qui promisit tradere, tradendo possessionem habentem seruitutem satisfecisse dicitur.*
3 *Traditio an probetur, per uerbum tradidit in instrumento positum.*
4 *Verba uacuam liberam & expeditam quid operentur.*
5 *Notarius est tanquam testis.*
6 *Dominium non transfertur per traditionem rei factam à non domino, qui reputabatur dominus.*

15. PER TRADITIONEM. Traditio facta à domino vel ab alio, eius voluntate, titulo habili præcedente, operatur in accipientem dominij translationem. h. d. Nota primo, † traditionem rei ᵃ à domino factam, dominium teansferre in accipientem: quod verum intelligitur in domino qui habet liberam administrationem bonorum suorum: secus si non haberet, quia furiosus, pupillus, vel mentecaptus. l. pupillus. de aucto tuto. Idem si non tradatur à domino, sed ab alio, eius nomine & voluntate. vt infra eod. versi. nihil. Item hoc verum limitate, si fiat ex causa habili ad translationem dominij, alioquin nulla traditio non operaretur dominij translationem. §. & si quidem. infra eod. l. nunquam nuda. ff. eod.

ADDITIO.

ᵃ Traditionem rei. Adde etiam, hoc esse verum quãdo illa traditio præcedit consensum. l. per procuratorem. C. de procur. Item, hoc verum vbi in tali traditione non est necessaria scriptura, vt hic in glo. fi. & l. j. §. præ dia ff. de suffrag. Item hoc verum vbi re tradita quis nihil tenetur soluere, tunc non transfertur nisi facta solutione, vel habita fide. §. venditæ. infra eod. Item hoc est verum in re mobili, sed in re immobili requiritur quòd quis inducatur. in l. si fundu. ff. de fundo. &c. Ias. May.

Not. nullam esse differentiam inter Italica prædia & Prouincialia: quod verum intelligite quoad dominij translationem secus quoad tributa soluenda. l de his. C. de episco. & cle. Glo. super verbo transferuntur. in fin. Not. ex glo. quòd quoad dominij translationem sufficit traditio etiam non vacuæ possessionis. & hæc communiter approbatur. Sed contra eam fortiter. op. de l. ij. § j cum ibi not. de acqui. rer. do. & de l. j §. j. de actio. empt. vbi opus est vacuam possessionem tradi. Sol. Dicunt Docto. quòd illud est speciale in venditore qui tenetur vacuam ᵃ possessionem rei venditæ emptori tradere. Nam cum emptor habeat titulum onerosum, quia grauatur in solutione pretij debet sibi ex alio prouideri, vt vacua possessio rei venditæ tribuatur. l. cum qui. ff. de iniur. † Sed pone, quòd venditor, vel alius promisit tradere, tradat possessionem quæ debet seruitutem, an intelligatur satisfecisse promissioni. Dicite quòd sic, per text. l. quod ad seruitutes. ff. de euic. secus si dixisset promisit tradere vacuam, liberam, & expeditam: tunc enim non dicitur promissioni satisfactum, si seruitutem debeat. d. l. quod ad seruitutes & ita communiter not. in instrumentis. † Sed pone quòd instrumento reperiatur scriptum, qualiter talis vendidit & tradidit talem rem Titio, an erit probata traditio? Glo. in l. ij. C. de acquirend. posses. visa est tenere quòd sic. Bart. & communiter Docto contra per l. prædia ff. de acquiren. poss. Mouentur ratione, nam traditio est facti. l. consilio. in fin. de eu. furio. ergo verba non sufficiunt. l. si procuratorem. § j. ff. man.

ADDITIO.

ᵃ Vacuam. † Quid operentur hæc verba, vacuam, liberam & expeditam, vide per Bart. in l. vitiom. §. fundo. ff. de legi. j. & per glo. & Doctor. in l. cum res. C. de proba. & aliod in §. quod autem. infra de vsucap. & per Bart. in l. si emptione. vide in simili per glo. in l. non solum. §. si status. ff. de procur. & ibi Bald. videlicet quando quis promisit designare. Ias. May.

† Præterea notarius est tanquam testis. ᵃ l. dominus Labeo. ff. de test. qualiter igitur potest testificari de traditione rei quando non vidit? contra. l. testium. in fin. de testib. Saluat tamen Barto glo. duplici casu, Primò, quando contrahentes & notarius erant in præsentia rei quæ tradebatur: Item quando res tradita erat mobilis, & pro hoc facit quod habetur in l. sciendum. ff. de verbo. obliga. & in l. j. C. de fide instru. libr x. † Sed si res tradatur à non domino, quem tamen recipiens putabat esse dominum, nunquid transfertur dominium? Dicite quod non. sed bene transfertur conditio vsucapiendi. l. traditionem. ff. de publi. l. clauibus. ff. de contrahen. emptio.

ADDITIO.

ᵃ Testis Adde l. hac consultissima. C. qui testa. face. poss. Ioan. Andr. in regula cum quid vna. de re. io. lib. vj in mercu.

1 ☞ *Dominium rei uenditæ non transit in emptorem, etiam re tradita, nisi pretium sit solutum, uel aliter satisfactum. & nu. 16.*
2 *Venditor non tenetur dominium rei uenditæ, in emptorem transferre, emptor uerò tenetur pretium uenditoris facere.*
3 *Dominium transfertur per clauium traditionem.*

Venditor

4 *Venditor cum non ult dare rem nisi pretium habeat, nec è contra. rem penes tertium deponere debet.*
5 *Venditor generis tenetur in emptorem dominium transferre.*
6 *Vendere rem alienam quis potest sed non pignorare.*
7 *Contractus venditionis non ualet, quando venditor promittit de dominio rei transferendo in emptorem.*
8 *Paria sunt pretium soluere, aut quoquo modo satisfacere.*
9 *Paria sunt quantum ad translationem dominij, pretium soluere, uel uenditorem emptoris fidem consequi.*
10 *Fructus non sunt coloni nisi soluta mercede domino rei locatæ, uel pro eo habita fide.*
11 *Pignoris non dicitur facta restitutio, nisi soluto pretio, uel de eo fide habita.*
12 *Qui per alium facit, per se fecisse uidetur.*
13 *Retrouenditio necessariò sequi debet, ut rescindatur uenditio.*
14 *Venditor iure pignoris. potest sibi rem uenditam retinere donec soluatur pretium.*
15 *Pignus & dominium concurrere non possunt.*
17 *Qui iurauit soluere ad terminum, & soluit elapso termino euitat pœnam periurij.*
18 *Re uendita & tradita, in dubio præsumitur uenditorem secutum fuisse fidem emptoris.*
19 *Quis possit habere fidem de pretio.*
20 *Procurator in instrumento confessus habuisse & recepisse pretium domino non præiudicat, neque emptorem liberat, nisi in instrumentum dicatur habuisse & recepisse pretium in præsentia mei notarij enumeratum.*
21 *Faciens per alium an ipse propriè facere uideatur.*
22 *Statutum quòd producens exceptionem & non probans puniatur. comprehendit dominum producentem per procuratorem exceptionem quam probare nequit.*

a §. VENDITAE VERO RES. ᵃ Re vendita & tradita, dominiom in emptorem non transfertur, nisi pretium fuerit solutum, vel aliter pro eo satisfactum, vel
1 venditor emptoris fidem sequutus fuerit. h. d. Not. † primò
b re vendita & tradita, ᵇ quòd soluto pretio, vel aliter satisfacto, dominium ipsius rei transfertur in emptorem. quod verum intelligire, si venditor erat dominus. alioquin dominium non transfertur, sed conditio vsucapiendi. d. l. clauia bus. ff. de contrahen empt. † Non enim tenetur venditor, rei venditæ in emptorem dominium transferre, licet contra emptor teneatur in venditorem pretij dominium transferre. l. ex empto. in princ. de acti. empt. Ratio differentiæ, quia venditor est obligatus in specie tradenda, emptor verò est obligatus in genere. itaque habet latas habenas perquirendi pecuniam, cuius dominium transferre posit. vnde ipsi venditori magis succurritur, vt dominium rei venditæ transferre non teneatur. argu. optimum. in l. qui decem. §. qui hominem. ff. de solu. iuncta l. statu liberum §. illum. ff. de sta. liber. Et est glo. ordi. in d. l. ex empto.

ADDITIONES.

a Vero res. Adde ad hunc §. glo. ij. in c. fin. extra de pigno. Ziletus.
b Vendita & tradita. Item non refert an quis tradat rem personæ, vel eius procurator, vel alij de eius voluntate. Item interdum sine traditione ex volonatte domini permanentis rem suam penes aliquem permanere.
3 † Item per traditionem clauium transfertur dominium. l. clauibus. vsque in fin. ad §. hoc amplius. ff. de contrahen. empt. [Adde l. cum pater. in §. pater. pluribus. ff. de leg. ij. Adde etiam Oldrad. in consi. ccix. incip. in causa hospitalis & Dy. in reg. beneficium. num. 21. & ibi Moder. in apostil.
4 Ioan. Bapt. Ziletus.] † Quid autem si venditor non confidit de emptore, nec è contra. quia venditor non vult dare rem nisi habeat pretium, nec è contra? Dic quòd vterque ipsorum debet deponere penes tertiam personam l. ædiles. §. fi. ff. de ædi. edic. Ias. May.

5 Ex quo infert Barto. quòd † si quis venderet in genere, puta decem corbes frumenti vel metretas vini, quòd tunc tenetur dominium transferre, nec nuda traditione liberaretur. alleg. l. si sterilis. §. cum per vẽditorem. in verbo datum. & verbo dari. de act. empt. Cum igitur venditor liberetur
6 sola traditione rei, insurgit, † quòd non solum quis rem propriam. sed & alienam vendere potest, non tamen in præiudicium domini, sed in præiudicium ipsius venditoris. l. rem alienam. de contrahen. emp. Pignorare autem rem alienam nemo potest. l. aliena res. ff. de pigno. actio. Ratio differentiæ. nam in re pignorari data, ius constituitur creditori per debitorem. l. j. de pign. actio. vnde cum debitor in re aliena nullum ius habet, pignorare illam non potest: sed in re quæ venditur, de necessitate ius emptori non constituitur. imò venditor sola traditione liberatur. d. l. ex empto. ff. de actio. empt. vnde nimirum si res pro aliena potest vendi, & est gl. in l. rem alienam. de contrahen. emptio. Addite prædictis,
7 † quòd si quis venderet rem ea lege, quòd teneretur in emptorem transferre dominium, talis contractus venditionis esset nullus. sed vt contractus innominatus teneret. text. est sing. in l. fin ff de condi ob cau. Eodem modo si venderet vt non teneretur transferre dominiom contractus emptionis & venditionis annullaretur. Debet igitur simpliciter agi, vt res vendita tradator: de dominó transferendo vel non transferendo nihil dicatur. text. est singu. in l. cum manusa-
8 ta. §. fina. ff. de contrahen. empt. item not. † paria esse, pretium solui, vel aliter satisfieri: quod verum est, si creditor hoc patiatur, eo autem inuito aliud pro alio solui non po-
9 test. l. ij. ff si cert. peta. Not. † paria esse pretium solui, vel venditorem emptoris fidem sequi, vt in eum dominium transferatur. concor. l quod vendidi. ff. de contrahen. empr.

ADDITIO.

a Paria esse. Et sic not. quòd † nisi pretium sit solutum, vel habita fides
10 de pretio, non transfertur dominium rei venditæ Adde, † idem esse dicendum in alijs contractibus. puta locationis, & similibus, vt non aliter fructus sint coloni, nisi soluas mercedem domino rei locatæ. vel pro eo sit
11 habita fides. vt tenet glo. in l seruus. §. locatum ff. de furt. † Item pignoris non dicitur facta restitutio, nisi soluto pretio, vel de eo habita fide. l. iij. ff. de pignu. acti. in l. si rem. §. omnis. eo. tit. Ias. May.

Not. in eo ver. nihil referre an quis rem suam tradat, an
12 a verò alius eius nomine & voluntate: quia, † qui per alium facit, ipse fecisse videtur. l. ita autem. §. gessisse. ff de admi. tu. Vltimò not. negociorum gestorum cum libera, posse rem domini vendere, & venditam tradere.

a Glo. super verbo ius. in fin. a

ADDITIO.

a In fin. Vide de materia huius glo. C. de rei vendi. l. in ciuile. videlicet, an sit differentia inter pactum legis commissoriæ, & adiectionem in
13 diem: quia Bald. ibi approbat hanc glo. † nam ad hoc vt venditio rescindatur, necesse est quòd fiat actus retro similis, scilicet retro venditio, argu. l. venditio. & arg. l. prout. ff. de sol. & l. ab empt. ff. de pactis. Ias. May.

14 Not † venditorem rem venditam iure pignoris retinere posse, quòad sibi pretium soluatur, vel aliter satisfiat. Sed
15 contra. † nam pignus & dominium concurrere nõ possunt. l. nec pignus ff. de regu iur. qualiter igitur poterit venditor iure pignoris rem suam retinere? Solu. non est propriè pignus, sed quasi pignus. & ita loquitur. §. offerri. in glo. allegatus. Vel aliter: Pignus & dominium concurrere non possunt, quando tale dominium est immutabile & irreuocabile. d. l. nec pignus. At quando dominium est commutabile & reuocabile, vt est in casu nostro, quia res vendita per emptorem à venditore reuocari potest soluto pretio. tunc pignus & dominium benè concurrunt. l. ex sextante. §. latinus. ff. de exe. rei iud. Glo super verbo lex. in fin. Sentit hæc
16 glo. † quòd dominium rei venditæ & traditæ pretio soluto transfertur in emptorem. de iure ciuili. Sed glo. ita intellecta malè loquitur, quia imò transfertur de iure gentium,
a cum iure gent. ᵃ traditio interueniat. l. traditionibus. C. de pactis. Item, quia tractatur solummodo de modis acquirendi dominia de iure gentium. Vnde ad istum tex. respondet Bald. quòd transfertur dominium de iure gentium inuentione: sed de iure ciuili approbatione, quod approbauit contractum venditionis & dedit formam, quod traditione rei venditæ dominium non transferatur. nisi pretium solutum fuerit, vel aliter satisfactum. Et hoc est quod voluit hæc litera: cum dixit, hoc caueri. l. xij. tabu. id est, iuris gentium inuentione, sed iuris ciuilis approbatione & formatione.

ADDITIO.

a Et ideò Imperator non potest alicui præiudicare in dominio. Bello. sic guantes. consi. ij. per totum, qui propriè loquitur in venditione.

Glo. super verbo emptoris. ibi ponere. Not. hanc gl. cui

concor. glo. in l. quod vendidi. de contrahen. empt. in l. procuratoris. § pen. de tribu. & communiter hæc glo. approbatur. facit. l. solutionem. C. de euictio. Suadetur ratione, quia licuit emptori purgare moram post terminum. c. potuit. c. propter sterilitatem. extra de loca. l. & si post tres. ff. si

17 quis cau. l. si ita quis. §. Seia. ff. de verbo obli. † Amplius si

a iurasset soluere pretium [a] ad terminum, si soluat elapso termino, euitat pœnam periurij. allego gl. singularem. c. apud misericordem. xxxij. q. j. Si enim admittitur purgatio moræ in euitanda pœna statuta à lege vel ab homine priuato. multò magis à Deo euitabitur, cum mitiori modo cũ Deo agatur. argu. in l. Celsus ff. de arbi.

ADDITIO.

a Pretium. Adde Lud. Rom. in suis singu. in litera. l. incip. iuramentum. Lanfran. in repe. c. quoniam contra falsum. in ver. testium productiones. num. 136. de proba. & per Lud. Roma. consi. cccxxiij. incip. in proposito casu. in ij. col.

18 In ea glo. in fin. not. ex glo. † re vendita & tradita, in dubio præsumi venditorem sequutum fuisse emptoris fidem. Idem tenuit glo. in l. procurator. §. penu. de tributo. & communiter approbatur. Non obst. §. sed si dedi. de contrahen-

19 da emptio & §. noster. † nam si quæratur an quis possit ha-

a bere fidem [a] de pretio, hoc est, dare terminum ad soluendum emptori: Dicite, quòd si quidem est dominus rei qui vendit, & tunc res est clara, quia potest: in re enim sua esse moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. Aut est

b procurator [b] qui vendit, & tunc aut est procurator omnium bonorum cum libera, & potest, vt hic. Aut est procurator specialis ad vendendum, aut est procurator constitutus à fisco, & tunc non potest habere fidem de prætio, imò vendere debet præsenti pecunia. l. si procur. in fin. ff. de iure fisci. Aut est procurator constitutus à priuato, vt hic: aut habet mandatum vendendi pretio limitato, & tunc si vendat illo pretio, non potest sequi fidem emptoris: Ratio, quia diceretur vendere minori pretio & tempore. & sic cõtra formam mandati. §. plus. infra de act. iuncta l. diligenter ff. man. Aut non habet limitatum pretium quo vendat, & tunc potest sequi fidem. l. qui Romæ. §. Callimacus. ff. de verbor. obliga. Fallit isto casu, quando haberet mandatum illud pretium conuertendi in aliquam causam quæ indigerent præsenti solutione. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de

20 re iu. † Dixit tamen singulariter Bart. quòd si in instrumento reperitur qualiter procurator meus confessus fuit habuisse & recepisse pretium, hæc confessio mihi non præiudicat, neque emptorem à me liberat: nisi in instrumento diceretur, fuit confessus habuisse & recepisse pretium in præsentia mei notarij et enumeratum. Ratio, quia talis confessio vbi de numeratione non apparet, sapit materiam donationis. alleg. text. in l. j. §. si mutua. versi. planè. ff. si quid in fraud. patron. sed procurator meus donare non potest. l. creditor §. fin. ff. mand. ergo confessio non præiudicat. ita not. Barto in l. ij §. fin. ff. si cert. peta. Et ideò estote cauti, vt in instrumento apponi faciatis pretium fuisse realiter enumeratum.

ADDITIONES.

a Fidem de pretio. Vide Barto. & Ange. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi. & Barto. sibi contrarium in l. si procurator. C. de [illegible] ff. de iure fis. vide Panor. in c. cum olim. extra de offic. & pot. iu. deleg. qui concor. Imo. in c. si cautio. extra de fid. instru. vide Barto. in l. j. ff. si quid in fraud. patro. qui dicit, quòd si iterat procurator, quòd confessio præiudicat sibi. vide Bald. in l. ij. ff. si cert. peta. Ias. May.

b Procurator. An procurator priuati possit habere fidem de pretio? vide Barto. & Docto. in l. à diuo Pio. §. post venditionem. ff. de re iudi. vide etiam Bart. in l. quæ acta. circa fin. ff. de offi. procu. Cæsa. vbi ponit quid hodie sit in practica. vide Cyn. in l. inciuile. C. de rei ven. & ibi Iac. de Arei. vbi concludit in effectu, quòd procurator generalis cum libera, benè potest habere fidem. nisi dominus sibi prohibuerit: sed specialis ad venditionem non. & pro hoc allegat text. in l. j. §. ff. de except. rei iudi. & Bart. in l. j ff. de procura. Ias. May.

21 Gl. si per verbo nihil. in fin. No. quòd † ille qui per alium

a facit. [a] ipse facere videtur. Sed hic dubitatur, an ille qui per aliũ facit, ipse proprie facere dicatur. Videtur quòd sic per l. certæ §. j. ff. de preca. Secundò per l. item Mela. in princ. ff. ad l. Aquil. Tertiò, per c. mulieres, in fin. extra de senten. excommuni. In contrarium, quòd impropriè facere dicatur, allegatur. l. item si obstetrix. ff. ad l. Aquil. l. ossa. in fin. de relig. Item allegantur omnia iura quæ vtuntur verbo, videtur l. ita autem. § gessisse. de admi. tut. cum simi. Vos dicite subtiliter ex mente Bart. quòd quidam sunt actus qui non possunt mediante instrumento separari à corpore perpetrato, vt est adulterium C. de cad. tol. § si sub condi. & tunc non dicitur committere adulterium propriè ille qui mandauit adulterium committi. ideoque talis mandans non incurreret pœnam statuti punientis adulteros. Quidam sunt actus qui possunt perpetrari mediante instrumento à corpore separato. vt est vulnus quod fit lapide vel baculo. & dic, aut tale instrumentum agit de necessitate, vt est vulnus illatum lapide vel baculo, & tunc ego qui te vulnero emisso lapide vel baculo, dicor propriè vulnerare. l. item Mela. in princ. ad l. Aquil. Aut tale instrumentum separatum à corpore agit in virtute propriæ libertatis, & tunc ego non dicor proprie agere. l. item si obstetrix. ff. ad l. Aquil. Ex his infert Bar.

22 in facti quæstione se consuluisse. † Dictat statutum quòd si quis opposuerit in iudicio exceptionem, quam probare nõ poterit puniatur in centum aureos. Ego proposui exceptionem per procuratorem meum, quam probare nequiui, certe debeo puniri, quia proprie ego dicor posuisse. Ratio, quia postquam procurator meus acceptauit mandatum super lite perficit actum de necessitate. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. Secus si talis procurator esset constitutus ad producenda falsa instrumenta quia tunc producens agit in virtute libertatis propriæ, quia tale mandatum, velut turpe, non necessitabat ipsum ad exequendum. l. si verò non remunerandi. §. rei turpis. ff. man. & ad præcedens dictum facit. l. certæ § j ff. de preca. hæc scripsit Barto. in l. sed si vnius in princ. ff de iniur. Tetigit aliquid in l. j. §. si procurator ff. si quis iusdi. non obtemp. Gl. super verbo libera. in fi. prima opinio est bona.

ADDITIO.

a Qui per alium facit. Adde regulam quòd ius alterius. ff. de regu. iur. l. ita. in §. gessisse ff. de admini. tuto. l. seruum. in § responso. ff. de procur. regula qui facit. de regul. iur. libr. vj. & in c. mulieres. de senten. excom.

1 ☞ *Dictio, interdum, facit regulam in contrarium.*

2 *Traditio facta ex titulo inhabili præcedenti iungitur titulo habili subsequenti*

3 *Maritus est fundi dotalis dominus.*

4 *Dominium per traditionem clauum transfertur, quod limita ut hic. & uide etiam nu. 5.*

6 *Casus in quibus dominium in incertam personam transfertur.*

7 *Proiecta in mari tempore tempestatis, uel cadentia de curru alicuius, non fiunt occupantis.*

8 *Dominia sine rerum traditione regulariter non transferuntur, nisi in quibusdam casibus.*

9 *Habens instrumentum crediti, uidetur constitutus procurator ad exigendum.*

§. INTERDVM ETIAM SINE. Traditio facta ex titulo inhabili, iuncto habili subsequenti, operatur translationem dominij. h. d. Not primò in versi. interdum, regulam, rerum dominia sine traditione non transferri, probatur hæc regula, in l. traditionibus. C. de pact. † Pro-

1 batur hic, quia dictio, interdum, facit regulam in contrarium. ff. de condict. inde. l. interdum. Not. secundò, quòd si quis pasciatur rem, quam alteri locauit aut commodauit, aut deposuit, habere mutuo, in venditione, vel in dotem,

a quòd statim transfertur dominium: quia † traditio facta ex tit. inhabili præcedenti, iungitur cum titulo habili subsequenti, & media tempora non nocent. l. solemus. § j. ff. de hære insti. Et facit in simili. l. solemus. aliàs Pomponius. §. j de acquir. possess. quòd facit pro parte affirmatiua primi dubij. quòd nunc disputari debet concor. prædictis. l. quatatione. §. interdum. ff. eod. Et hæc omnia limitabis esse vera in præsenti, vel postea apprehensa. l. eius. & l. hoc si præsens de rei vend. & voluit glo. nostra in ver. tua. Tertiò nota titulum dotis esse habilem ad translationem dominij.

quod

quod facit pro illa opinio. † quòd maritus dicatur dominus fundi dotalis, de quo in l. doce ancillam. C. de rei vend. in l. quintus. § j. ff. de aur. & arg. leg. Item not. quòd † traditia clauibus horrei, in quo merces erant venditæ, illarum mercium statim dominium transfertur in emptorem. quod verum limitabitis, si claues fuerint traditæ pœnes horreum: Secus si absentia. l. clauibus. ff. de contrah. empt. Item & secundò limitabitis, si venditor erat dominus mercium alioquin dominium non transfertur in emptorem, sed sola conditio vsucapiendi. l. clauibus. & l. traditionem. ff. de publi.

ADDITIO.

Clauibus. † An ex traditione clauium horrei transferatur dominium rerum existentium super horreo? dic quòd sic, vt hic. quod verum est vbi cum traditione clauium concurrit voluntas tradentis, dominium transferre volentis ex causa habili. Secus si tradens traderet causa custodiæ. vt faciunt hospites, tradentes claues alijs, quia intelliguntur tradere vt custodiant, non vt alium dominium habeat. l. cum pater. §. pater. de legat. ij. Ias. May.

Item † not. duplicem casum in quo in incertam personam dominium transfertur. Primus, quando missilia iactantur in vulgus. Secundus quando quis habet rem pro derelicto. Quibus non obst. § tutor. infra de leg. vbi tutela incertæ personæ deferri non potest. quia ibi tractatur de vtilitate non de præiudicio pupilli. Ideoque eligenda est persona certa, cuius industria sit approbata. l. vtilitatem. & l. infirmo. ff. de confirma. tut. Item, † not. quod si quis acceperit animo lucrandi merces abiectas de naui causa nauis alleuiandæ, vt vim tempestatis euitaretur furtum committit. No. rationem, quia ille qui abijcit, non abijcit. eo animo vt perdat, sed vt nauem reddat saluam à maris tempestate. quodcunque igitur ex abiectis reperiatur, contra voluntatem eius capitur, ergo furtum committitur. l. j. ff. de furt. quod verum limitate, nisi talis res abiecta causa nauis alleuiandæ, esset eius conditionis vt verisimile sit istum abijcientem habuisse pro derelicto. vt quia librum apertum abijcit in flumine tunc enim capiens furtum non committeret. Et per hoc non obst. l. falsus. § si iactum. ff. de furt. vna enim coniectura tollitur per aliam. l. non solum. §. de illo ff. de ritu nupt. Item not. quòd capiens res quæ ceciderunt de rheda vel plaustro furtum commit. Glo. super verbo interdum. in fin. vos clare dicite regulam esse, quod † sine traditione rerum dominia non acquiruntur. Hæc regula fallit primò, quando præcedit titulus habilis ad translationem dominij, & sequitur aspectus oculorum voluntate domini. l. j. §. si iusserim. l. quod meo § si cum per venditorem. ff. de acquir. possess. Ratio, quia licet ibi non interueniat corporalis apprehensio. interuenit tamen iussus, qui locum apprehensionis obtinet. Secundò, fallit hæc regula, quando præcedit titulus habilis ad translationem dominij, & subsequitur oppositio custodis per acquirentem l. quarundam. ff. de acqu. poss. Ratio, quia licet tu verè & realiter non apprehendas, tamen acquiris ex de persona custodis tui, cuius opera vteris in apprehendendo. l. qui autem. §. fi. de consti. pec. Tertiò fallit quando præcedit titulus habilis ad translationem dominij. & subsequitur traditio instrumentorum emptionalium l. j. C. de dona. quia illa traditio instrumentorum fungitur vice traditionis rei venditæ: Vnde si lego tibi instrumentum crediti de mille, non videor legare chartam, sed ius petendi mille. l. seruum filij. §. eum qui chyrographum. de leg. j amplius si ego tibi trado tibi instrumentum crediti, videor te procuratorem constituere ad petendum. glo. est sing. in l. fin. C. de pact.

ADDITIO.

Instrumentum † Habens instrumentum crediti, videtur constitutus procurator ad exigendum creditum. vide ad hoc notabiliter Bald. in simili. in l. vulgo. ff. de admini. tuto. & text. in c. coram. extra de offic. delegat. Ias. May.

Quartò fallit, quando præcedit titulus. vt supra, & subsequitur retentio vsusfructus. l. quisquis. C. de dona. Ratio, quia ex quo ego constituo me vsufructuarium, fingitur ibi res tradita, & mihi ius vsusfructus in illa constitutus.

Quintò fallit, quando præcedit titulus. vt supra. & subsequitur conditio rei transferente. l. quædam mulier. ff. de rei vendi.

ADDITIO.

ff. de rei vendi. Vide tamen Barto. in hoc. in l. post contractum. ff. de donatio. Angel. in l. sicut. §. superuacuum: quib. mod. pign. vel hypo. Sol. Ias. May.

Sextò fallit, quando præcedit titulus, vt supra & interuenit constitutum per transferentem. quia tunc tu diceris apprehendisse ministerio constituentis. l. quod meo. in prin. de acqui. possess. Septimò fallit, quando præcedit titulus. vt supra & subsequitur traditio clauium horrei. in quo merces sunt repositæ. vt hic, & l. clauibus. ff. de contrahen. empt. Vltimò fallit in ecclesia, cui acquiritur dominium & possessio sine traditione, si titulus habilis præcesserit. c. ij. extra de consti. l. fina C. de sacrosan eccle. not. in c. requisisti. extra de test. l. ciuilibus. de reb. dubijs. Sed Deus vbique præsens est, vbi bonum agitur. l. properandum § sin autem. & ibi not. C. de iudi. vnde nimirum si dominium & possessio ecclesiæ statim quæritur.

ADDITIO.

Fallit in ecclesia. Item in vltima voluntate. l. à Titio. ff. de fur. & de istis omnibus, vide glo. & Bart in l. traditionibus. C. de pac. Ias. May.

Aliqui tamen addunt nonum quando res fuit habita pro derelicto. Sed certè licet ibi non interueniat traditio habentis pro derelicto, interuenit tamen occupantis apprehensio. Io. Christo. Portius.

De rebus corpo. & incorpo. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est, quemadmodum acquirantur dominia rerum incorporalium, de quibus tractaturus Imperator, præmittit quæ dicantur res corporales. vel aliter continuari potest. Quia supra ti. primo, visum est de duplici ratione rerum: quarum prima fuit, quòd quædam sunt in patrimonio nostro. quædam verò extra patrimonium habetur & alia quia rerum quædam sunt publicæ. quædam sunt nullius, & quædam singulorum. Sequebatur de tertia diuisione videre, quæ ita se habet, quòd rerum quædam sunt corporales, quædam verò incorporales: de qua diuisione tractaturus, intitulauit de rebus corporalibus & incorporalibus.

Corporalia quæ dicantur, & quæ incorporalia.
Dictio, in quomodo stet in compositione, & sine compositione.
Res corporalis appellatur non inspecto suo principali, sed suo vniuerso.
Incorporalia per se non vsucapiuntur, nec vendicantur.

QVAEDAM PRAETEREA.

ADDITIO.

Quædam. Hoc dicit. Res est generale nomen ad corporalia & incorporalia. Corporalia sunt, quæ sui natura tangi possunt, licet aliàs non tangantur, propter difficultatem. Res verò incorporales sunt, quæ sui natura tangi non possunt, vt hæreditas, & similia iura. h. d. Ias. May.

Non summatur breuius. sed diuiditur in tres partes. Nam in prima ponit dictum bimembre in secunda, membra dicti prosequitur. in tertia, respondet tacitæ obiectioni. Secunda ibi, (corporales.) Tertia ibi, (nec ad rem pertinet.)

ADDITIO.

Ibi, nec ad rem pertinet. Adde, quòd in quarta quæ est prope fi. ibi. eodem numero. extendit secundum membrum. Vel melius diuide in quinque partes. In prima ponit bimembrem diuisionem. In secunda, primum membrum declarat. In tertia declarat secundum membrum. In quarta, respondet tacitæ obiectioni. In quinta & vltima, secundum membrum extendit Secunda ibi, (corporales.) Tertia ibi, (incorporales.) Quarta ibi, (nec ad rem pertinet.) Quinta & vltima ibi, (eodem numero.) Ias. May.

Not. primò, tertiam diuisionem rerum: quia quædam corporales, quædam verò incorporales appellatæ sunt. No. † secundò, eas appellari corporales, quæ sui natura palpari possunt Si autem ex accidenti tangi non posset, vt quia esset res in mari proiecta, tamen corporalis appellaretur: rei enim natura, non facit accidentia consideranda esse. l. si quis

posthumos.& l.quæsitum.de libe & posthu.Not.in verbo, corporales ibi, innumerabiles, quòd † dictio in, a composita, sit privatiuæ, & priuat actum habilitate, non omnimoda potestate. & licet aliquando stat augmentatiuæ, secundum quòd subiecta materia requirit.l.Gallus.§.ille casus indifficilis. ff de libe. & posthu. Si autem dictio in, componatur cum verbo, Sum, es, est. tunc implicat, siue intrinsecitatem significat.l.lecta.versi.dicebam.ff si cert. peta. Si autem dictio In, non componatur, sed stet absolutè, tunc si iongun-tur tempora, dicite vt in l.si cui de lega.j.Si autem iungun-tur In, ablatiuo aut in accusatiuo. dicatis vt ibi, præsertim per Bar.in l.Gallus.§.ille casus indifficilis.† No.rem appellari corporalē inspecto suo vniuerso, nō autē inspecto suo particulari.Hinc est quod hæreditas appellatur res incorporalis, sumpto iure vniuerso hæreditatis: & sic vsusfructus & obligationes. Finaliter not. omnes seruitutes incorporales appellari. quia consideratur ius ipsarum seruitutum non autem actus exequendi seruitutes.

ADDITIO.

a Dictio in. Adde Archi. & Ioann. Andr.in c.j. de offic. deleg.libr.vj.l. Galli e io § ille casus.& ibi Bart.ff.de liber. & posthu. Lud.Roma.consi. cccl x v j.in oci.ouoquid sub giatia.

Glo.in ver.incorporales.a

ADDITIONES.

a Incorporales No.ex gl.in verbo † incorporales.incorporalia non posse propriè tradi, sed patientia habetur pro traditione.l.quoties ff. de seruitu.& ideò non vsucapiuntur per se.sed aliquando cum incorporalibus. l.si aliena. §. hoc iure. ff. de vsucap. Sicut etiam quædam sunt quæ de per se non possunt alienari, vt fundus dotalis, & tamen transeunt cum vniuersitate.l quædam.ff. de acqui. rer. domi. Nec etiam vendicantur incorporalia vt est text. & ibi not. in l vendicantur ff. de rei vendi. ad hoc faciunt quæ vidimus. supra in titu. præcedenti. in glo. in verbo punitio. Ias.May.

De serui.rustico.prædio. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de rebus corporalibus & incorporalibus: verum quia inter corporalia seruitutes computantur.§ fina. supra tit.j. ideo ordine competenti tractaturus Imperator intitulauit de seruitutibus.Io.Christo.Portius.

1 *Via complectitur in se iter & actum.*
2 *Differentia inter seruitutem realem & personalem.*
3 *Seruitus debita à persona rei quæ sit.*
4 *Damnari ad perpetuos carceres quis non debet de iure ciuili secus de iure canonico.*
5 *Ille cui debetur iter potest cum alio itinere uti.*
6 *Seruitus itineris uel habitationis debita marito, debetur uxori & è contra.*
7 *Cui iter debetur, ire potest super equo, sed non antè se equum ducere.*
8 *Prohibitus uendere carnes super platea, non potest super bancho tenere.*
9 *Histrio Gonella an licitè potuerit decapitari.*
10 *Animalia existentia super arbore dicuntur esse in caelo & non in terra.*
11 *Transitus alicui concessus, modestè & humanè intelligitur.*
12 *Seruitutes rusticorum prædiorum, transeunt ad quemlibet suc. essorem in re, nisi aliud actum sit.*

RVSTICORVM PRAEDIORVM. Non summatur, quia diuidendo & diffiniendo procedit.Sed diuiditur in quinque partes. Nam in prima ponit quatuor species seruitutis rusticanæ, & istas declarat. In secunda ponit species seruitutis rusticanæ. In tertia adijcit quasdam species seruitutis rusticanæ. In quarta respondet tacitæ quæstioni. In quinta tractat qualiter seruitutes constitui possunt.Secunda ibi,(prædiorum.) Tertia ibi,(in rusticorum.) Quarta ibi,(ideò.) Quinta ibi, (si quis velit.) Not. primò quatuor species seruitutum rusticarum. Secundò not. quid sit iter, scilicet quando competit ius eundi, ambulandi, non autem vehiculum vel iumentum agendi. Nota. quid sit actus. Ex quo colligitur, quòd ille cui debetur actus, potest ire, ambulare, iumentum vehiculumue agere. Not. quòd actus iter se complectitur, sed non è contra. † Not quòd via a complectitur in se iter & actum quod statim apertè declaratur. Not. in versi. aquæ. quid sit aquæductus. Glo. j ibi, de iure personarum. † & hæc seruitus differt à seruitute reali, quia persona b quæ debet seruitutem, dicitur in dominio eius cui debetur. §. seruitus. supra de iure perso. Sed prædium quod debet seruitutem, non dicitur in dominio eius cui debetur, quia res sua nemini seruit.l. in re communi. ff. de serui.vrba.prædio. In ead.glo. ibi, & secunda addite quarum. hoc est ministerium seruorum.notatur in l.si quis binas.ff.de seruit. vrban. prædior.

ADDITIONES.

a Via. Adde Batho.Cæpo.in tracta.de serui.rusti.prædio. in tit.de serui. viæ.in princ. Ziletus.

b Persona. Tu dic melius, quòd illa seruitus seruorum, non est seruitus formalis prout capitur in isto titulo, cum est forma quædam separata à dominio, sicut capimus in isto titu. quod patet, quia dicimus quòd res sua nemini potest seruire.l. vti frui.in princ. ff. de vsufruc.pe. & l.in re communi.hic alle. Sed bene potest dici seruitus causalis, hoc est, seruitus non separata à dominio, imò quæ fit cum causa, hoc est, cum dominio, sicut in similis dicimus in vsufructu.iuxta glo.not.infra de actio. Ias.May.

In ea.glo.in fin.not.ex glo. † quòd illa appellatur seruitus debita à persona rei, quando persona compellitur assistere alterius loco: & ista non est propriæ seruitus. sed species seruitutis, ex quo non datur facultas recedendi. l.ij ff. de li. ho.exhi. Et eo modo † si quis damnaretur ad perpetuum carcerem, quod de iure ciuili est prohibitum.l. incredibile. C, de pœn. Carcer enim non ad puniendum, sed ad custodiendum homines inuentus est l.aut damna. §. solent ff. de pœn. iure autem canonico ad perpetuum carcerem damnari permittitur c quamuis.de pœn libr. vj. Glo.super verbo eundi & ambulandi.in fin.not. quòd † ille cui debetur iter, potest cum alio itinere vti. Sed opp.nam seruitus constituitur aut in testamento, aut in contractu. §. si quis velit. infra eod. Sed in contractu neque in testamento subauditur persona extranea.l.ita stipulatus.§. Chrysogonus. ff. de verbo. obliga.ergo si sibi aut in contractu, aut in vltima voluntate seruitus constituatur, alteri non debetur. † Præterea est speciale in viro & vxore, vt seruitus itineris vel habitationis eorum alteri constituta, alteri debeatur. l. si quis ita stipulatus per te.ff.de verbo. oblig propter duram separationem viri ab vxore.l. possessionum. C. com. vtri. iu. ergo in contrarium erit ius commune. l. ius singulare. ff de legi. Vnde arbitraret, aut quòd glo. malè loquitur. aut, quod rectius puto sanius est intelligenda, vt ille qui habet iter. possit solus ire, & cum alio ambulare, cui tamen eadem itineris seruitus debita sit vel quod litera intelligatur. eundi, scilicet planè, ambulandi scilicet passu veloci, & ita dixit gl. in l.j. ff de serui.rusti.prædio. Glo. super verbo iumentum. ibi. l. qui sella. colligitis ex glo. † quòd ille cui debetur iter, potest ire super equo, a non autem ducere potest, vel mittere antè equum. Et idem è contra, cui denegatur iter, denegatur ire super vehiculo & equo † Ex quo dixit Bart.in d.l.qui sella. in quæstione facti, quòd ille qui prohibetur vendere carnes, pelles, aut coria super platea, prohibetur quoque tenere super blancho. Et eodem modo dixit Ange. quòd ille cui debetur iter, non potest ducere equos per habenas, nec pungere mulos vt antè ipsum vadant. † Item dixit Angel. in d.l.qui sella. quòd notabilis histrio Gonella, b qui fuit bannitus in capite à domino Veronensi, debuit licite decapitari, ex quo iuit super vehiculo cum territorio, quod emerat in Ferraria, ad ciuitatem Veronensem, quia ex quo fuit sibi interdictum iter ad locum domini Veronen. sub pœna capitali, interdictum quoq; intelligitur ire super vehiculo. Sed quia erat histrio, euasit cum mulis.

ADDITIONES.

a Equo. Adde Bartho.Cæpol.in tract.de serui.rusti.prædio.in tit.de seruitutibus itineris.nu.3. Ziletus.

b Gonella. Pro isto Gonella facit gl. supra in tit.de iure naturali. in prin. quæ dicit, quòd † animalia existentia super arbore, dicuntur esse in cœlo & non in terra. & ibi scripsi. Ias.May. [Adde Barba.in c. ad nostram.in j. col.de emptio. & vendi. Adde eundem Porti. supra de iure natura. in prin. nu. 4. Ziletus.

Glo.

Gloss.super verbo actus in fin. Et ex hoc dixit Ang. quòd si fuerit permissus transitus stipendiarijs à capitaneo, debeant ire per viam rectam, non autem per prata aut vineas ne fructus deuastentur. Alioquin possunt capi, salua fide salui conducti, † illa enim permissio transitus ciuiliter, humanè, & modestè intelligenda est l.si cui.ff de serui. titu. generali.lege vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mune.& ho.a

ADDITIO.

a ff.de mu.& hon.Et istæ seruitutes de sui natura transeunt ad quemlibet successorem in re,nisi aliud actum sit.l.non solum.§. cum tale.ff. de liber.leg.l.pecoris.de ser.rusti.prædi.Ias.May.

1 *Seruitutes prædiales quæ sint.*
2 *Aedificia urbana & rustica distinguuntur materia & non loco.*
3 *Ad causandam seruitutem prædialem quæ requirantur.*
4 *Sententia super seruitute prædiorum qualiter sit ferenda.*
5 *Libellus in seruitutibus prædiorum quomodo formandus sit.*
6 *Omnibus contractibus ac ultimis uoluntatibus seruitutes constitui possunt.*
7 *Libertas quomodo præscribatur aduersus urbanam seruitutem.*
8 *Libertas qualiter aduersus seruitutem rusticam præscribatur.*
9 *Seruitus urbana longe nobilior rusticana.*
10 *Libertas aduersus seruitutem rusticam & urbanam quanto tempore præscribatur.*
11 *Seruitus quanto tempore præscribatur contra libertatem.*
12 *Præscriptio huius modi à quo tempore currere incipiat.*
13 *Seruitutes quædam sunt quæ debentur ratione iuris debiti.*
14 *Patientia coloni uel inquilini non præiudicat domino.*
15 *Fundi dominus prohibere potest alterum ingredi fundum suum.quòd sal lit ut nu.17.*
16 *Vuæ & grana possunt in alieno fundo comedi.sed non exportari. Intellectus ad l.per agrum.C.de seruituti.& aqua.*

a PRAEDIORVM VRBANORVM.a

ADDITIO.

a Vrbanorum. Et ad istum textum.dum facit mentionem de seruitute sustinendi onera vicini,& de seruitute immittendi tignum in parietem vicini,quæ differentia sit inter eos,vide tex.no.in l.fieri.ff.si seruit.ven.& ibi Bar.notabiliter assignantem rationem diuersitatis.Ias.May.

1 † Not illas appellari seruitutes prædiales a quæ inhærent prædijs Ex quo colligitis iuncta vers.ideo infra eod. quòd ille dicitur alicui inhærere, qui sine illo consistere non potest, quod facit ad intellectum.lege,cum tale.§.falsam. de condi.& demonstra. Not.† ædificia appellari vrbana prædia, siue in vrbe siue in villa sint constituta, quia ædificia non loco, sed materia constituuntur.l. vrbana prædia ædificia de verb.signific.Not.in versi.item prædiorum. vt clarè colligitis ex litera. Not.in versi. rusticorum. quasdam species quæ rusticanæ appellatæ sunt. Not.in ver.nemo. quòd 3 † ad causandum seruitutem prædialem requiritur concursus duplicis prædij,videlicet dominantis & seruientis.b

ADDITIONES.

a Seruitutes prædiales. Adde Bar. Cæp.in tract.huiusti.

b Seruientis.† Similem tex.habes in l.j ff commu. prædi. & hinc dixit Bar.quod cum ista seruitus debeatur prædio,& non personæ,vt l.via §.si fundus.& l.cum fundo.ff. de seruit.rusti. prædi. quòd sententia debet ferri pro prædio,& seruitus prædiorum à iudice.Ita voluit Bar.in l.qui aliena. §.fi.ff.de neg.gest. † quòd no.propter formam libellandi, vt dicas, quòd talis seruitus debetur prædio,non tibi:licet tamen si diceret,sibi intelligeretur ratione iuris quod habet in prædio,vt voluit Bar.ibi &c. Ias. May.[Adde Pract. Papien.in for.libelli in actio.confesso.in gloss.prima Pet. Iaco in pract.in ti.de actio.confesso.& negato.Io. Fab.in §. equa. infra de actio.col.viij.vers.octauo quæritur.& ibi Angel. Areti. colum. iij.ver. forma igitur libelli.& Ioan.de Platea col.j.versi no.quòd libellus, & Ias.col.xj.ver.extra gl.restat.Io.Bap.Ziletus.]

6 No in verbo si quis velit† seruitutem non solum constitui posse in contractu inter viuos verum etiam in vltima voluntate:& hæc appellatur seruitus impositiua. Est & alia seruitus quæ appellatur præscriptio inducta ex longa consuetudine, & de ista statim videbitis. Glossa super verbo nõ recipiat.in fin. Ex hac glos.colligitis not.† quòd in præscribenda libertate a aduersus vrbanam seruitutem, non sufficit negligentia domini prædij dominantis. Vnde si domus tua depressa, debeat seruitutem domui meæ ne altius possis ædificare, non sufficit tibi ad præscribendam libertatem contra hanc seruitutem, quòd ego fenestras domus meæ clausas tenuero, & sic non fuerim vsus seruitute mihi debita: sed requiritur etiam factum tuum, qui vis præscribere libertatem, scilicet vt altius ædificatum tenueris, † Sed in præscribenda libertate aduersus rusticam seruitutem benè sufficit negligentia domini, per tempus seruitute non vtentis. Vnde si tibi seruitus debeatur vt ibi possis vel aquam ducere, per prædium meum ad prædium tuum, quia ista est seruitus rustica, ex sola negligentia tui non vtentis ego præscribo libertatem. Rationem b differentiæ assignant. Doct. 9 † Nam seruitus vrbana longe nobilior est rusticana,& ideo difficilius perditur. faciunt quæ habentur in l.si rem mobilem.ff.de acqui.poss.c

ADDITIONES.

a Libertate De præscriptione libertatis vide Bellonum consi.j.num. 10.cum seq.

b Rationē Contra istā Rationē videretur facere tex.in l.pe. C.de vsu. functo prin.infra de vsu.& habi. Nam seruitus habitationis est vrbana,& tamen perditur non vtendo, vt dictis iuribus probatur. Iason.May.

c ff.de acqu.poss.Hanc gl.in verb.non recipiat.declara & intellige,prout melius se declarauit gloss.in l.j.ff.de ser.vrb.præd. Et ad illam negatiuam,non recipere,dic quòd est seruitus, quia est ei vtilitas recipere pro replenda cisterna, secundum quòd declarat ibi gloss.iij.ad fi & ibi sequitur Bart.Et eodem modo recipere flumen in domum vel in cloacam, ad vtilitatem domus vel purgationem cloacæ. Ias.May.

10 Sed † hic quæritur, quanto tempore præscribatur ista libertas aduersus seruitutem rusticam vel vrbanam. Dicunt Doct. quòd spatio. x an.inter præsentes & xx. inter absentes.l.pen.C.de seru.& aqua.† Sed tunc è contra quæritur, quanto tempore præscribatur seruitus contra libertatem. Respondeo, multi multa dixere Sed verior est illa Docto. opinio vt distinguatur. Quædam sunt seruitutes quæ habent causam perpetuam siue continuam, vt aquæ ductus: Quædā habent quasi perpetuam siue quasi continuam.l.foramē.ff. de ser.rusti prædio. & ista quæritur spatio x.an.inter præsentes,& xx.inter absentes.l.ij.C de ser.& aqua, quia talis præscriptio habet potentem quasi poss. quia continua est vel quasi. Quædam verò sunt seruitutes quæ habent causam discontinuam, vt est seruitus itineris, seruitus vehiculum ducendi. istæ enim dicuntur habere causam discontinuam, nec enim continuo homo ire potest, nec actu neque potētia.d.l.foramen.& istæ seruitutes solummodo præscribuntur tanto tempore cuius initij memoria in contrarium non existat.l.j.in fi.ff.de aqua plu.arcen.l.hoc iure.§. ductus aquæ.de aqua quoti.& æsti.quia tales seruitutes non habent causam ita potentem vt primæ.Sed hic iterum quæ12 ritur † à quo tempore incipiat currere huiusmodi præscriptio. Glos.not.in l.ij.C de ser.& aqua.& Doct.distinguunt, quòd quædam sunt seruitutes negatiuæ,ne altius liceat ædificare.& homini seruitus incipit præscribi à tempore quo voluisti ædificare,& alter prohibuit, quia statim atque prohibuit,& tu obtemperasti,constitutus est in quasi possessione seruitutis sibi debitæ.l.si is qui pro emptore.§. si seruus.ff. de vsu.l.j.§.quæsitum.ff.quorum.lega. Quædam verò sunt seruitutes affirmatiuæ, vt est seruitus recipiendi tignū vel iti13 neris,& † harum quædam sunt quæ debentur ratione iuris debiti, vt est recipere tignum,& tunc talis incipit currere à solo actu missionis facto in parietem tuum te existente & patiente, quia ex hoc solo actu immittendi demonstro animum meum præscribendi, & seruitute quadam vtendi. Quædam verò sunt quæ debentur ratione meræ facultatis. Nam possum ex mera facultate ire per fundum alienum quoad prohibeat. lege per agrum. C. de seru.§. plane. supra de re.diui. Et tunc talis præscriptio non incipit currere ab vno solo a actu eundi, quia per vnū solum actum nū potest deprehendi animus euntis, an iuerit ex causa seruitutem aut ex mera facultate. sed opus est vt fuerit.xxx diebus, & tūc icipit currere præscriptio:quia demōstratur satis animus euntis, vt non ex mera facultate, sed iure seruitutis vsus fuerit

itinere.l.j.§.j.ff.de itinere actuque priua.

ADDITIO.

a Vno solo. Vide ad hoc.l.j.§.quod autem.ff.de aqua quoti.& æsti. ibi, ex vno actu &c licet videtur per l.j.§.j.& §.hoc interdicto,de itine.actuque priua.vbi per glo.& Bart.requiritur saltē quòd.xxx.vicibus.Sed concordabis ista iura per not.per Bart.vbi supra & Inno.in cap.cum ecclesia Sutrina.& ibi Imo.de caus.pos.& propriè.& Bald.in l.ij. C.de serui. & aqua. distinguendo, quòd aliqui sunt actus qui non possunt geri sine præsumptione iuris seruitutis, vt actus aquæ ductus,& sufficit vnicus actus, vt hic. Alij sunt qui possunt geri iure familiaritatis, vt ire in fundo alieno,& tunc vnicus actus non est sufficiens,argumentum.l. qui familiaritatis.ff.de acquir.pos.& d.l.j.§.hoc interdicto.de it.actuque priua. &c. Ias.May.

Addite prædictis, quòd requiritur scientia & patientia aduersarij.d.l.ij.C.de ser.Hæc fallunt in casu.l.fin.§.fina. C. de ser.vbi seruitus altius non ædificandi debetur à lege, absque alio facto hominis, propter publicam vtilitatem,quod est, quando tu altius velles ædificare prope aream meam,vt sic sublato vento non possent excuti grana bladi: & est casus singularis: Hæc etiam fallunt quando seruitus deberetur ex natura loci.l.ij.ff.de aqua plu. arcen. & supra dixi.

14 Addite quòd † patientia coloni vel inquilini non præiudicat domino: Vnde si tu scholaris, qui conductam habes domum cui seruitus debetur altius non ædificandi, passus fueris vicinum altius ædificare contra debitam seruitutem, hæc tua patientia tuo locatori non præiudicat, gloss.est in l.prima C. de serui. probatur in lege fin. C. de acquirenda posses.Cætera dicaris vt in l.j.& ij.C.de serui. presertim per Cyn.& Bald & alij etiam tractant. Glossa super verbo tollat.in fine Et dixit Angel.quòd ista esset laudenda propositio in oratione fienda, ac pro scholari conuentuando, & ita dixi se proposuisse in publico conuentu: Similis fit propositio in l.fin.C.de ser,in j gloss.ibi, surge illuminare Hierusalem. Dixit tamen Ang.quòd si quis debeat seruitutem ne luminibus officiatur, si sol vicino capiatur, non tamen aer, non facit propterea contra debitam seruitutem: nisi vicinus exerceat tale opificium, quod indigeat sole,vt sunt Pelliparij.l.si arborem §.j ff.de ser vr.præ. Glo.super verbo

15 ducere.in fin.Colligitis ex gloss.quòd † fundi dominus potest prohibere alterum ingredi, Sed contra oppon.de cap, omnis dist. prima. Solu gloss.in lege per agrum.quòd illud obtinet locum de iure diuino, secus de iure humano & ciuili: quæ gloss.communiter reprobatur, quia sequeretur quòd ius humanum iuri diuino derogare possit cap.ius naturale.ea.dist. Quarè dixere Doct.quòd vnusquisque potest ingredi fundum, dummodo iter non sit obnoxium, &

16 hoc iure facultatis.d.c.omnis. † Potest etiā in fundo alieno comedere vuas & grana, sed non exportare, vel saltem in messem ponere.cap.notandum.xxiij.q.ij.ea.scriptum.vi.q.iij.capit discipulo.de conse.dist.v.Si tamen dominus fundi præuiderit, poterit tamen illum ingredi volentem iure prohibere, & ita loquitur.l. per agrum.C de serui.& aqua.

17 † Hæc regula fallit primò, quando seruitus itineris esset constituta. quia tunc non posset impedire ingredi illum cui seruitus debetur per d.l per agrum.in fin. Secundò fallit hæc regula, quando via publica esset à flumine occupata: quia tunc vicinus tenetur præstare viam publicam in fundo suo, debet tamen solui: licet de consuetudine non soluatur,neque seruetur quòd pretium soluatur.iste est tex. cum gloss.in l.si locus §.finali ff.quemadmodum.ser.amit. Tertio fallit in via quæ debet præstari sepulchro,& hoc fauore religionis.l.si quis sepulchrum.ff.de relig. Quartò fallit in glande legenda, id est,colligenda.l.j.de glan.le. Quintò fallit in seruo fugitiuo perquirendo l. requirendum.C. de ser.fugi.Sextò fallit in thesauro perquirendo,l.thesaurus ff.ad exhiben.& est gl.in d.c.omnis.

De vsufructu. Rubrica.

1 ☞ *Seruitutes personales quot sint.*

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de seruitutibus prædialibus quæ debentur à re: verum quia sunt aliæ seruitutes personales, quæ debentur à re personæ, inter quas est vsusfructus.ideo de his tractaturus Im-

a perator intitulauit de vsufru.

ADDITIO.

a De vsufruct.Adde quòd tres sunt seruitutes personales † puta.seruitus vsufructus,& vsus,& ministerij seruorum,vt no in l.si vnus ff.de vsufruc.Quarta seruitus,est quædam conditio adiecta alicui personæ. videlicet vt stet perpetuò in certo loco, & de hac on. glo.in l.& puto.ff.quod metus causa.Similiter quando quis est damnatus ad perpetuos carceres: que pœna de iure ciuili † libero homine est prohibita.l. incredibile.C.de pœnis.quia carcer &c.l.aut damnum.§.solent.ff.de pœnis. licet de iure canonico talis pœna sit approbata.capitulo quamuis.de pœnis.in vj.Ias. May.

5 ☞ *Creditor re pignorata uti non potest. & ille utendo furtum committit.*

a *Pecuniarum usus impropriè consumptio dicitur.*

5 *Vsufructus constitui non potest in rebus que usu consumuntur, nisi per obliquum.*

4 *Vsufructus duplex formalis & casualis.*

5 *Cautio de utendo fruendo arbitrio boni uiri, est de substantia usufructus.*

6 *Cautio que præstatur pro usufructu earum rerum que usu consumuntur an sit de forma substantia usufructus.*

7 *Vsufructuarius qui percepit fructus antè exactam ab eo cautionem, facit fructus suos.*

8 *Vsufructuarius satisdare non ualens, an usumfructum amittat.*

9 *Operas suas quis potest perpetuò locare & nu.11.*

10 *Seruire per substitutum quis non potest, quando est electa industria personæ.*

12 *Industria personæ an in dubio electa præsumatur.*

13 *Doctor conductus ad legendum, non potest seruire per substitutum: nisi in quibusdam casibus.*

Necessitas non est subiecta legi.

14 *Moniales an possint se obligare ad perpetuam clausuram monasterio.*

15 *Deus & respublica membrorum humanorum domini sunt. & numero 18.*

16 *Renuntiare quis non potest iuri cedendi bonis, & sic se obligare ad perpetuum carcerem & nu.17.*

19 *Testator potest disponere de rebus hæredis, sicut de proprijs.*

20 *Cautio de utendo fruendo arbitrio boni uiri, non potest remitti usufructuario, sed hæredi bene remittitur cautio de legato soluendo.*

21 *Vsufructus an in uestimentis constitui possit.*

VSVFRVCTVS. Non summatur breuius,sed diuiditur in quatuor partes.Nam in prima diffinit essentialiter vsumfructum. In secunda tractat qualiter vsufructus formetur & causetur.In tertia tractat, in quibus rebus constituatur.In quarta tractat, qualiter constitutus finiatur & perimatur. Secunda ibi, (vsufructus) Tertia ibi, (constituatur.) Quarta ibi, (finitur.) ibi, Cætere res scilicet quæ vsu consumuntur. No.primo diffinitionem vsufructus: quæ diffinitio optimè est composita, eo quia complectitur genus & differentias. Genus,cum dixit ius, & hoc est verbum generale comprehendens quoscunque qui ius habent. Verbum, alienis rebus, ponitur ad differentiam eius qui vtitur rebus proprijs nec enim habet vsufructum formalem, qui hic diffinitur, sed habet causalem, vt dicetur cum gloss. Illa verba, vtendi fruendi, ponuntur ad differentiam vsuarij, qui solum potest vti, sed non frui, vt dicetur infra. Illa verba, sal-

a ua a rerum substantia, ponontur ad differentiam rerum quæ vsu consumuntur, in quibus proprie non constituitur vsusfructus.§ constituitur.infra eodem illa verba,ius in corpora, quo sublato &c.ponuntur ad differentiam iuris obligationis, quam habemus in persona debitoris nostri, qui licet moriatur, hæredem inde relinquit obligatum.l.j.C.si cer. pet.&l.pro hæreditarijs.C.de hære.acti.Secundò,not.plures modos constituendi vsufructum, qui non solum in vltima voluntate, verumetiam inter viuos constitui potest.

Addi.

ADDITIO.

Salua rerum. Et verbum, rebus, ponitur ad differentiam iuris quod quis habet in pignore: quæ creditor non potest vti re pignorata, imò committit furtum, vt infra de ob. quæ ex quasi delicto. §. neque &c. Ias. May.

Not. in versi. non tamen. rationem quare pluribus modis constituatur vsusfructus, quia non solum in vltima voluntate, verumetiam inter viuos constitui potest. Nota ibidem etiam rationem, quare pluribus modis vsumfructum lex finiri statuit. ne scilicet proprietates semper fiant inutiles. Not. in §. constituitur, quòd in his propriè constituitur vsusfructus, quæ vsu non consumuntur, in his verò quæ vsu consumũtur, nequaquam, & hoc ratione naturali, quia sublato principali, tollitur accessorium. Item iure ciuili, quia si res est perempta, non conuenit diffinitio vsufructus, cum dicitur rebus alienis vti. † No. quòd pecunia dicitur vtendo consumi, & hoc impropriè, quia materia non consumitur, sed demum frequentissimè ex vsu nouatur. Finaliter not. † quòd licet directò in his rebus quæ vsu consumuntur, non possit constitui vsufructus, per aliquem tamen constituitur quasi vsusfructus, cautione præstita, de qua in text. nec enim senatus potuisset in his rebus propriè statuere vsumfructum, quia contra statuta ratione naturali non admittitur dispensatio. In fin. gloss. suis nota. † duplicem esse vsufructum, quidam enim appellatur formalis, qui formaliter constituitur per separationem à proprietate in rebus alienis. Quidam autem vsusfructus causalis, hoc est, qui habet annexam sibi causam. hoc est dominium: & hic propriè non appellatur vsufructus, sed quædam commoditas vtendi, fruendi, & disponendi in proprijs rebus. In fin. glo. in ver. salua nota † cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, non esse de substantia vsufructus. & hoc tetigit gloss. in l. j. C. eo. & ibi Bal. & in l. prima. ff. eodem & sequuntur communiter Doct. quia si etiam de substantia, nullo modo remitti posset. l. cum precario. ff. de preca. ca. fi. extra. de condi. apposi. Et tamen certis casibus remittitur, de quibus in glo. hic.

ADDITIO.

Cautionem. † Dicunt tamen Doc. secus esse in cautione quæ præstetur pro vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur, quia illa est de substantia. ita tenet Bart. in l. j. C. eod. & Ang. de Are. hic. & bene facit. l. pe. ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu consu. Ego de hoc multum dubito. per l. hoc senatus. §. j. ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu consu. & propter special. e hic l. gl. posita, quæ etiam possunt habere locum in vsufru. rerum quæ vsu consu. Adde, quòd licet non sit de substantia vsufructus ipsa cautio quòd rem vsufructuarius debet reuere dare bonis fideiussoribus arbitrio iudicis, de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de reddenda pecunia vel de æstimatione rei quæ vsu consumitur restituenda, vt infra eod. §. itaque. & C. eo. l. j. Ias. May.

Ex quibus inferunt Doc. quòd † si ille cui fuit relictus vsusfructus nulla præstita cautione, fructus perceperit, quòd facit fructus suos: quia non dicitur in mala fide, & habet ius vtendi & fruendi, non etiam præstita cautione. Si tamen ab eo fuisset requisita cautio, nec præstitisset. tunc ratione mora teneretur ad fructus restituendos. ita loquitur. l. vxori. de vsufru. leg. in glos. alleg. Sed pone † quòd ille cui est relictus vsufructus sit adeo pauper quòd fideiussorem non reperiat, quid erit hoc casu. Glo. in l. vsufructu. C. eod. ti. dixit ipsum esse priuandum vsufructu, quam communiter reprobant Doct. ibi, quia hmôi difficultas præstandi fideiussorem, non debet annullare ius vsufr. l. continuus. §. illud de verb. ob. & ideo sufficere si istum iurare, quòd vtetur arbitrio boni viri, & finito vsufructu rem restituet. arg. in l. cum non ficle. ff. si cui plusquam per. l. fal. quòd verum limitat, nisi esset persona fide non digna, quia tunc esset res sequestranda, ar. tex. in l. si fideiussor. §. si. ff. qui satisd. co.

ADDITIONES.

Vide Bellonum qui plures questiones decidit in hoc proposito cõs. liiij.
Vide Bello. in d. consi. liiij.
Limitant. Hanc limitationem posuit Bar. in l. vsufr. & all. l. postquam. § Imperator. ff. vt leg. no. ca. Ias. May.

In fin. gloss. in verbo ne tamen. colligitis, quòd † quis potest locare operas suas perpetuo. Et idem tenuit glo. in l. antiquitas. C. eod. & in l. iij. §. ne tamen. ff. eod. & sequuntur communiter Doct. † Secundò colligitis quòd vbi est electa industria personæ, non potest per alium seruire.

ADDITIO.

Perpetuo. † An quis possit locare operas suas perpetuo, vide Azo. in ti. de loca. circa prin. in fi. j. col. qui idem tantum dixit supra de iure personarum. §. fi. in gl. Ias. May. An quis possit locare operas suas perpetuo. Adde l. cum antiqui. & ibi Bal. C. de vsufr. l. stipulationes nõ diuiduntur. ff. de verb. ob. & ibi Bal. & per Cy. & Bal. in l. si hæres. C. loc.

Sed † quid si dubitetur an sit electa industria personæ, an verò non? Dicite, quòd in dubio præsumitur electa. gloss. est ordin. in l. inter artifices. ff. de solu. quod verum limitant Doct. si tale artificium benè conueniat personæ electæ, quia forte esset elegans, & famosa. Et ideo dicunt, quòd † si doctor fuerit conductus ad legendum, non poterit legere per substitutum, quia videtur electa industria personæ gloss. ordin. in l. prima. C. de manci. & colo. lib. x. Fallit in tribus casibus. Primò, si doctor esset impeditus aliqua causa honesta & necessaria, vt quia infirmus, vel necessario absens, quia necessitas non est subiecta legi cap. consilium de reliqui. & vene. sancto. l. secunda de fer. Secundò fallit si ita haberet studij consuetudo, vt est in ciuitate Auenionis, in qua legitur per bacealaureos substitutos: quia talis consuetudo studij esset seruanda l. si fundus. ff. de eui. l. ij. C. quemadmodum te. ape. Tertiò fallit, si talis erat consuetudo Doctoris, quia ille consueuerat sepenumero legere per substitutum, nam tunc videtur conductus cum sua consuetudine quæ tamen esset nota conducentibus, argumen. in l. quòd si nolit §. quia assidua ff. de ædi. edic. Adde quartam fallentiam si subesset infirmitas vel necessitas secundum Bal. in l. fin. ff. de excu. tut. † Ex prædictis hic inferebat Io. Fa. quòd dedicatio facta per moniales monasterio, dicatur nulla, quia si incurrant speciem seruitutis, cum monasterium exire non possint nisi in duobus casibus: primus, quando aliqua etiam morbo infecta: secundus, quando Abbatissa vellet præstare etiam debitum homagium principi vel fidelitatem iuratam c. periculoso de sta. reg. lib. vj. Sed vos dicite, quòd ideo talis dedicatio est valida, quia quis potest præcisè obligari Deo & republicæ; † quia Deus & Respublica membrorum humanorum domini sont. l. Titio. de condi. & demonstra. & ibi per Barto. Et prædicta faciunt, quòd † quis non potest renunciare iuri cedendi bonis, & sic se obligare ad perpetuum carcerem, de quo in l. si quis in conscribendo. C. de pac. in l. fi. C. qui bo. ce. pos.

ADDITIONES.

Non poterit legere per substitu. Adde gl. in l. si quis ex empti. C. de muneri. & honor. gloss. in l. quisquis le. j. C. de epi. & cle. l. in §. ne autem. & ibi Cy. in q. iiij. C. de ca. tollen. Bal. in l. nemo est qui nesciat ff. de duobus re. Spe. in ti. de salarijs. io §. verum. versi. quid si Doctor. Io. And. in regula qui per alium. de re. iu. li. vj. io mete Pet. de Aneha. in c. extirpandæ. io §. quia verò de prebẽ. idem Pet. de Ancha. in c. cum de offic. dele. li. vj.
ADDE Car. Zaba. in c. fi. §. cæterum. de offi. delegat. & Matthæ. de Afflict. in consti. regni Siciliæ inc. citationis literæ in viij. no. prope fi. de literis citatorijs. & Hierony. Cagnolum patricium Vercellensem in trac. de exercita. Io. B. p. Zilettur.
Si ita se habet et studij consuetudo. Bar. in d. l. nemo est.
Per bacealaureos substitutos. Adde Fely. in c. firmiter. in iij. col. versi. & aduerte de sum. tri. & fide catho. extra in antiquis.
Cum monasterium exire non possunt. Adde quòd non posset induci consuetudo in contrarium vt in c. j. in fi. de consue. lib. vj. & per Phili. de Franchis in c. j. io j. nota ff. de ster. mona. eo. lib.
Respub. † Deus & respublica sunt domini membrorum humanorum, vide de hoc supra de iure personarum. in prin. & facit pro opi. Old. talis ratio. Nam licet præcisè quis disponere se obligare non potest, tamen in vim conditionis sic casus est ad literam in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de leg. iij. in l. si quis ita. ff. de condi. & demon. Ias. May.
Cedendi bonis. † An quis possit renunciare iuri cessionis bonorũ. & se obligare ad perpetuos carceres, vide etiã in l. iij. ff. de vsofructo. Ia. May.

In fi. gl. in ver. satisdet, Hæc ratio non bona: † quia sicut testator potest disponere de rebus proprijs, ita potest disponere de rebus hæredis, & hæredis fauori renunciare. l. vnum ex familia §. si rem. ff. de lega. ij. quare alij dixere, quòd ideo huiusmodi cautio remitti non potest quia est de substantia vsufructus, Sed hæc fuit supra reprobata.

ADDITIO.

In fin. gl. Aduerte, dum ista gloss. in fin. dicit. quòd testator potest remittere id quod sui gratia introductũ est, & nõ aliud, & allegat quatuor iura: duo prime probãt, quòd testator põt remittere id quod sui gratia in

troductum est: alia don iura probant, quòd aliud non potest remittere, puta si esset salictom gratia publicæ vtilitatis &c. Ias. May.

In gloss in ver. salua quate gloss. in l. prima C. eo. & in 20 l pe. C. vt lega. no. ca. dixit, † quòd ideo non potest remitti, quia talis remissio inuitaret vsufructuarium ad delinquendum: sed illa quam præstat hæres de legato soluende, non prætereainuitatur hæres ad delinquendũ, & hoe communiter tenetur. Cui rationi nõ ob. quod dixere aliqui. quod imo nõ inuitatur ad delinquendũ, nam si malè fuerit vsus, actione legis Aquiliæ, tenebitur. l. non solum. de rei vendic. quia respondeò, quod actione legis Aquiliæ non tenetur nisi finito vsufructu sed cautione præstita tenebitur statim atque incipit malè vti. l. primo § cauere. ff. vsufruct quemadmodum capitulo, vbi ego aliàs defendi hanc opinio. contra præceptorem meum dominum Petr. de Besutio in l. nemo. de leg. j.

a Glo. in ver. vestimenta. a

ADDITIO.

a vestimenta. In glos. in verbo vestimenta. Sol. istius gloss. nihil valet, & nihil etiam valet solu. Ang. de Are. hic, quæ fuit glos. in d. §. si & vestimentorum, † scilicet quod in vestimentis possit constitui vsufructus, si præstetur cautio, vt hòc text. & sic concordabit cum isto tex. Ista solu. est contra illum tex. qui constituit differentiam inter vsumfructum vestimenti & alterius quantitatis, quod non esset secundum istas solutionet. Puto ergo quòd iste sit verus intellectus illius text. scilicet quod sit differentia inter vsumfructum vestimenti & alterius quantitatis quia in vsufructu quantitatis transit dominium in vsufructuarium, vt hoc tex. secus si in vsufructu vestimenti, quando non est relictus vt quantitas, quia non transit in vsufructuarium, quod patet ex illo texto. ibi, dum dicit, quòd scenica veste non debet vti, nisi in scena, & in similibus, & tamen posset vbicunque vti si dominium esset translatum in eum, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. Et hunc puto esse verum intellectum illius tex. Ias. May.

1 *Vsufructus in quo casu morte non finiatur.*
2 *Vsufructus excepta causa mortis, & capitis diminutione, potest in parte finiri. & in parte non.*
3 *Vsufructuarius non potest uendere, nec in alium transferre usumfructum.*
4 *Vsufructus comoditas potest uendi & in alium transferri.*
5 *Iura cum re transeunt ad quemcumque ipsa res transeat.*
6 *Vsufructus ab usufruario domino proprietatis cedi potest, & è contra.*
7 *Vsufructu finito, proprietas ad dominum pleno iure reuertitur.*
8 *Actiones personales durant triginta annis.*
9 *Vsufructus quo tempore non utendo tollatur.*
10 *Ius pignoris est parui præiudicij.*
11 *Domo destructa, an extinguatur usufructus, uel ius pignoris.*

a §. FINITVR AVTEM. Morte naturali, b & maxima & media capitis diminutione, item consolidatione cum proprietate & rei interemptione, vsufructus finitur.

b hoc dicit. b

ADDITIONES.

a Naturali. Adde qualiter vsufructus finiatur morte, capitis diminutione, & longa præscriptione Ioan. Pet. de Ferrarijs in sua pract. in for. libelli pro legato rei singularis, in glo. j. nu. 8. in paruis. versi. solet etiam quæri. Ioan. Bap. Ziletus.

b Hoc dicit. † Vide casum in quo non finitur vsufructus morte naturali 1 nec ciuili vsufructuarij, in l. fi. C. de vsufr. vide etiam in l. vxori. la. ij. ff. de vsufr. leg. & l. ambiguitatem. C. de vsufruct. & vide glo. in l. Seius Saturninus. ff. ad Treb. & l. à filia. §. alumno. ff. ad treb. & Bal. in d. l. ambiguitatem. Adde etiam † quòd exceptâ causa mortis & capitis diminutione, v2sufructum potest in parte finiri, & in parte non: puto, si vsufructuarius in parte non vtatur. & pro parte sic. l. excepta. quibus mo. vsufruct amit. & l. 3 si cui. ff. de vsufruc. & ibi per glo. & Bar. Adde etiam, quòd † vsufructuarius non possit vendere nec in alium transferre vsumfructum, vt C. de 4 iure dot. l. vsufructuarius, † tamen potest commoditas eius alteri vendi, & in alium transferri. l. necessariò. §. fi. ff. de peri. & commo. rei ven. Adde quæ scribit præclarissimus D. And. Tiraquel in suo tracta. de iure constitu. possessorij. in ij. pa. s ex iij. ampli. nu 4. Ziletus. Similiter in vsufructu iam constituto non cadit nouatio, nec delegatio per interuentum extraneæ personæ: si tamen de voluntate domini fiat, valet. Sed ulius est vsufructus in isto delegato quam in delegante, & finitur cum persona eius cui est constitutus. l. si vsufructus. ff. de noua. Item adde quòd differen5tia est inter hunc vsufruct. & iura realia, † quia iura transeunt cum re, ad quemcunque transeat res. l. si aquæductus. ff. de contrahen. emp. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. Non sic in vsufructu Ias. May.

Not. vsumfructum finiri morte naturali Item & morte ciuili, si quis maximam & mediam capitis diminutionem 6 passus fuerit. Secundò no. † vsumfructum ab vsufructuario domino proprietatis cedi posse & è contra, quia dominus proprietatis potest cedere vsufructuario, quo casu cessa proprietate extinguitur vsufructus: quia ius vtendi & fruendi, quòd appellabatur fructus & vsufructus formalis, tunc appellatur quedam commoditas vtendi & fruendi, & dicetur vsusfructus causalis. Not. in ver. eo. amplius. interitu rei ex7tingui vsumfructum. † No singulariter, finito vsufructu proprietatem reuerti ad dominum pleno iure. In gloss modici. ibi, tollitur not. singulariter quòd actio personalis tollitur spatio decem annorum inter præsentes & xx. inter absentes, 8 quod videtur contra naturam pesonalium actionum. † quæ durant spatio xxx annorum l. omnes. & l sicut C. de præscrip. xxx. an l. ij. C. de consti. pecu. Sed ideo hoc, hic statuitur 9 propter naturam rei: quia † vsu fructus tollitur non vtendo per spatium. x. ann. inter præsentes & xx. inter absentes. vnde etiam actio tollitur, vt hic videbitis, & in lege corruptionem. C. eodem. In fin. gloss. in ver. areæ. non obst. hæc l. alleg. in gloss quia loquitur in iure pignoris, quo casu lia cet domus perimatur, ius pignoris in area relinquitur, vt de cautela creditori prouideatur eo modo quo fieri potest, 10 † Præterea ius pignoris est parui præiudicij. l. fin. C. quæ res pig. obl. pos.

ADDITIO.

a In area. An † quemadmodum disrupta domo in qua quis habet vsum11 fructum, corruit vsufructus, ita etiam corruat ius pignoris in area. vide pro solutione prædicta not. in l si fundus. §. si res ff. de pign. Et licet ad hoc contrarium. d. l. domo. solitæ sint dari plures solutiones, mihi magis placet solu. gloss. in l seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruit. vr prædi. quæ pro ratione diuersitatis, quare si de nouo reædificatur ædificium, extinguitur seruitus vsufructus, & tamen non extinguitur seruitus realis, dixit, quòd facilius extinguitur vsufructus quam aliæ seruitutes ne proprietas reddatur inutilis, iuxta princip. text. supra eodem titulo, in princip. ideoque ll. induxerunt vsumfructum pluribus modis finiri. Sic dicam in proposito, quòd destructa domo extinguitur vsufructus, & tamen non ius pignoris, ne proprietas reddatur inutilis · quod non est propter ius pignoris, quia etiam durante iure pignoris nihilominus proprietas est vtilis quòd non est durante vsufructu. Et aduerte, quia illam rationem. Glossæ in d. § si sublatum tenet. ibi. Bart. & hanc rationem potes addere ad sustentandum rationem domini Christo. hic. dum dicit, quòd in iure pignoris tractatur de minori præiudicio. Ias. May.

De vsu & habitatione. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de vsufructu, qui est seruitus personalis debita à re personæ, verum quia sunt & aliæ seruitutes personales debitæ à re personæ, vt vsus & habitatio ideo viso de vsufructu, sequebatur videre de vsu & habitatione. Sequitur nigrum iuris.

1 *Vsus est ius utendi alienis rebus salua rerum substantia.*
2 *Creditor utendo re pignorata furtum committit.*
3 *Plus iuris est in usufructu quam in usu.*
4 *Vsuarius tenetur stare colono, usufructuarius non.*
5 *Vsus dicitur indiuiduus, usufructus uerò diuiduus.*
6 *Seruitutes indiuiduæ quæ sint.*
7 *In usu pecuniæ, & omnium rerum quæ usu consumuntur tantum est, quantum in usufructu.*
8 *Impensa domus uel fundi, seu culturæ, an spectet ad proprietarium uel usuarium.*
9 *Differentia inter usufructuarium & usuarium.*
10 *Vsufructuarius non potest alienare usum fructum quatenus est ius: sed quatenus est commoditas, sic,*
11 *Seruitutes personales, cedi possunt prædiales seu reales nequaquam.*

EISDEM. Diuiditur principaliter in tres partes. Nam in prima tractas de vsu, & sic de prima parte rub. Et in secunda tractat de habitatione, & sic de secunda parte. In tertia se excusat, & de quibus tractare velit attestatur

tur. Secunda ibi, (ſed ſi cui.) Tertia ibi, (hæc de ſeruitute.) Item prima ſubdiuiditur in quatuor. Nam in prima tractat de vſu ruſticorum prædiorum. In ſecunda tractat de vſu vrbanorum prædiorum. In tertia tractat de vſu animalium rationabilium. In quarta tractat de vſu animalium irrationabilium. Secunda ibi, (item is cui.) Tertia ibi, (item is ad quem.) Quarta ibi, (denique.) a

ADDITIO.

a Quarta ibi, denique. Vel melius ſubdiuide in quinque partes. In prima pone in quo conueniāt & diſconueniant vſus & vſusfructus. In ſecunda proſequitur vt hic. Et aduerte, quòd licet Imperator hic & Iuriſconſulti, nullā ibi ponant diffinitionem vſus, puto tamen quod poſsis ſic 5 diffiniri. † Vſus eſt ius vtendi alienis rebus, ſalua rerum ſubſtantia, ſine vlla facultate alteri concedendi. Et hanc diffinitionem declara: conſtat enim ex genere & differentijs. Nam dum dico, eſt ius, iſtud eſt genus. & dum poſtea dico, vtendi, iſtud poteſt eſſe ad differentiam vſufructuarij, qui etiam poteſt frui, vt ſupra ti. j. in prin. & ibi gl. facit ver. idem iuris. in a fra eo. Et dum poſtea † dico, alienis rebus, ponitur ad differentiam creditoris, qui licet habeat ius in rebus alienis, tantum non poteſt, vltimò vtendo committit furtum. §. furtum, infra de obli. quæ ex delicto naſ. & l. ſi pignore. in prin. ff. de fur. Iſtud, ſalua rerum ſubſtantia declara iuxta ſecundam expoſitionem glo. ſuper ti. in prin. Dum item dico, ſine vlla facultate alienandi, hoc ponitur ad differentiam habitationis. §. ſed ſi cui habitatio. infra eod. Item ponitur etiam ad differentiam vſusfructus, vt hoc eo. ti. in prin. Relinquitur ergo quòd iſta diffinitio eſt bona. Et reperi poſtea à glo. quæ ita diffinit quam nō videram. in l. 1. ff. eo. & ibi etiam diffinit quid ſit habitatio. Iaſ. May. Quid ſit vſus & quot ſint ſpecies vſus. vide capitulo. iij. de app. c. non enim in ſolo. xxxij. queſtio. j. & in ca. origo. ij. q. iiij.

Hoc dicit His modis conſtituitur & finitur vſus, quibus & vſusfructus: minus tamen iuris eſt in vſu quam in vſufructu: quia vſuarius ſolum poteſt vti pro vſu quotidiano, nec ius vtendi alteri cedere poteſt. Not. primò vſum conuenire vſufructui in modo conſtituendi, & in modo terminandi 3 ſiue fruendi. Not ſecundò † plus iuris eſſe in vſufructu quam in vſu: primò in perceptione fructuum, quia vſuarius ſolum percipit vſus neceſsitatis cauſa, vſufructuarius verò percipit pleno iure. Item, quia vſuarius poteſt morari in fundo, dummodo non fiat moleſtia proprietario, vel eius agricultoribus: vſufructuarius autem morari poteſt 4 etiam ſi moleſtia inferatur. † Ex quo colligitis aliam differentiam: quia vſuarius tenetur ſtare colono. l. ſi habitatio. §. ſi quid ff. eodem. vſufructuarius verò non lege. arboribus §. vſufructuarius. & l. hactenus. ff. de vſufructu. Item quia vſuarius non poteſt cedere alteri ius ſuum, vſufructuarius bene poteſt. In gloſſa. modis. ibi. §. vſufructu. ſed 5 quæ eſt ratio differentiæ † quare vſus dicatur indiuiduus, vſufructus verò dicitur diuiduus. Solu. dixit Pet. de Bella per. quòd ideo vſus dicitur indiuiduus, quia eſt incertus: incertum eſt enim quantum exigat in dies neceſsitas vſuarij: ſed vſufructus eſt certus. ideò nimirum ſi diuidi poteſt. Sed Barto. repræhendit Pet. quia imò vſufructus eſt quid incertum. l. vbi autem non apparet. §. fundi. de verbo. oblig. Item quia eſt incertum ipſa natura, quòd fructus in futurum ineſſe producantur: quia dixit Barto. quòd ideo vſus eſt indiuiduus, quia habet conformitatem cum ſeruitutibus prædialibus: ſicut enim ſeruitus debita à re, rei debetur, prout vtilitas rei & neceſsitas exigit. lege quoties. de ſerui. ita & vſus debitus à re perſonæ: ſed ſeruitutes prædiales ſunt indiuiduæ, igitur & vſus. Sed vſufructus non eſt ſic, quia etiam datur in plusquam exigat neceſſitas vſufructua a rij. Sed hæc ratio non placuit a domino Petr. & bene: quia vſus habet maiorem conformitatem cum vſufructu, quàm cum ſeruitutibus prædialibus. l. prima ff. de ſerui. 6 Quare ipſe reddit aliam rationem, † pro cuius euidentia præmitteri, quòd illæ ſeruitutes appellantur indiuiduæ, quarum modus vtendi eſt indiuiduus. l. vna ff. de ſer. ruſti. prædio. Vide cum modus vtendi hoc vſu conſtituto, ſit indiuiduus, ſi habeo ego vſum in fundo tuo: ideò hic vſus appellatur indiuiduus, quia non poſſum ire pro parte, & non poſſum colligere fructus pro parte. Et ſi dixeritis: Si ego vſuarius non egero niſi ſex metretis vini, nonne poſſum colligere tres, & ſic diuidere vſum? Reſpondeo quòd tunc non dicitur vſus diuidi: ſed verius modificari, quia vſus eſt totus in fundo, & totus in qualibet parte fundi: ſicut anima eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis. Si enim amputetur pes vel manus, non dicitur anima diuidi, ſed modificari & reſtringi facit ad prædicta l. iij. §. modus de ſeruitu. Ita in propoſito. Et ſi dixeris, nonne idem eſt in vſufructu? quia ſi vſufructus reddiderit hoc anno decem metretas vini, dicitur modificari vſufructus, ergo vſufructus eſt indiuiduus. Reſpondetur, quòd quando debetur mihi vſufructus, vel perceptio fructuum, eſt mihi debitus iure facultatis, quæ eſt in ipſo vſufructu: nunc autem iure ſeruitutis vſus. Et hæc fuit ratio Pauli in l. vſus pars. ff. eodem. cum dixit, quòd ideo vſus non poteſt pro parte conſtitui, quia non poſſumus vti pro parte, ſed frui ſic.

ADDITIO.

a Non placuit do. Pet. Sed ad hanc rationem d. Pet. potes facilè reſpondere, verum eſſe quòd in alijs vſus habet maiorem conformitatem cum vſufructu, vt in modo conſtituendi & ſundandi, vt ſupra. eo. in prin. ſed in hoc non habet conformitatem cum vſufructu. vt iuribus hic in gl. alleg. Iaſ. May.

7 No. quòd † in vſu pecuniæ tantum eſt quantum in vſufructu. Et idem dicunt Doct. in vſu omnium rerum quæ vſu conſumuntur. Ratio differentiæ, quia quando relinquitur vſus vel vſufructus rerum quæ vtendo conſumuntur, videtur legata proprietas lege quoniam, cum gloſſ. ſua de vſufruct. ead. re. quæ vſu conſu. nimirum ſi quid prouenit ex his rebus. veluti ex proprijs, ſuum faciet vſuarius. argu. lege ſolum. §. vitium. ff de rei vendica. quod non eſt in his rebus quæ vtendo non conſumuntur. Ibi. l. fundi. & hoc verum quoad perceptionem fructuum: quo vero ad ius alienandi non ſunt ſimiles, vt videbitis ſtatim in fin. gloſſ. & eſt ratio, quia aliquando eueniret quod conſtitutio vſus ſyluæ remotæ, nihil prodeſſet vſuario niſi ligna vendere poſa ſet, a quia fortaſſe erogaret in expenſis pro ducendis lignis ad patriam quanti emere poſſent in patria. & hæc ratio ponitur in lege diuus. ff. eodem in verbo vtatur. ibi præter hæc 8 bona. & §. Sabinus. ead. lege in fin. dicite, † quod ſi quidem ex fundo, cuius alicui vſus debeatur, proprietarius aliquid b percipiat vltra vſum vſuarij, impenſa b pertinet ad proprietarium. l. ſi domus. ff. eo.

ADDITIONES.

a Quando poſsit vſufructuarius vendere. Vide Bellonum conſ. xlix. nu. 10. & 11.

b Impenſa. Ad quem ſpectet † impenſa fundi vel culturæ, an ad v9 ſuarium, an verò ad dominum, vide hic &c. Adde quòd ex hac glo. colligitis differentiam inter vſufructuarium & vſuarium, dum allegat l. hactenus. & l. ſi domus quæ differentia eſt in hoc, quia vſufructuarius indiſtincte tenetur colere & reficere fundum. d. l. hactenus. ſecus in vſuario, vt hic. & l. ſi domus. Iaſ. May.

12 In gloſſ. hæc omnia, ibi, ſolue vt ibi dicite, quod † vſufructuarius vel vſuarius ius perſonale & ius ſeruitutis non poteſt alienare, quia eſt ius inſeparabile à perſonali. & ita loquitur. §. finitur. Sed ipſam facultatem, & ipſam commoditatem vtendi & fruendi, alteri concedere poteſt. loqui11 tur ita hic. In fin. gloſſ. not. † quod licet ſeruitutes perſonales cedi poſſint, prædiales tamen nequaquam & Iacob tenuit gloſ. in d. l. ideare. pro qua allegatur rationem, Nam ſeruitutes prædiales ita ſunt annexæ prædijs, vt ab illis ſeparari non poſſint. §. ideo autem. ſupra. de ſerui. & debentur à re rei, quoties exigit neceſsitas predij cui debentur l. quoties ff. de ſerui. ideo alienari non poſſunt. Sicut videmus in ſeruitute, quæ ideo alienari non poteſt. quia debetur à re, perſonæ catenus, quatenus exigit neceſſitas perſonæ, vt hic. Sed hæc ratio Docto. procederet in ipſo iure ſeruitutis, quod alienari non poteſt. ſiue loquatur in prædialibus, ſiue in perſonalibus. Cur autem commoditas vtendi etiam ſeruitute prædiali non poteſt concedi veluti, ius quoddam paſtionis, non ſatis video aperte, cum tale ius etiam conſtitui poſſit non habenti prædium, not. in l. ſi quis binas. ff de vſufruct. Et ſi dixeritis, forte is cui conceditur hæc facultas vtendi ab illo cui debetur ſeruitus prædialis, in plus vtetur quam exigat neceſsitas officij prædij illius qui conceſsit. reſpondetur, quod illa conceſsio debet intelligi. quod tātumdem facultatis tri

buat quantum concedens habeat, argu. in l. qui tabernas. de contrahen. emptione. Cogitabitis.

Habens usus aedium, potest eis uti cum marito vel uxore & familia.
Uxorem separere à marito & è contra, est nimis durum.
Usus domus non potest alteri cedi, neque locari. nu. 3.
Servitus debita marito, quòd debentur uxori.
Ille cui debetur usus pecorum, non potest uti lana nec lacte.
Habitatio est ius quoddam separatum ab usu, & usufructu.
Maritus quid relinquere videatur uxori, relinquendo in testamento illam dominam, massariam & usufructuariam, remissiuè.
Leges sunt sub congruis titulis situandae.
Usuarius solum potest introducere personas, quae sunt inculpatae vitae.
Legatum an valeat, cum testator relinquit uxorem dominam, massariam & usufructuariam.

§. ITEM IS QUI. Not ex isto. §. quòd ille cui debetur usus aedium, potest uti, aedibus cum uxore & familia ac etiam marito: a esset enim nimis durum, uxorem à marito, & econtra, separete. l. possessionum. C commu. utri. iud. & ideo hoc non haberet locum in usu rei alterius constituto, marito vel uxori, quia ibi non inducitur aliqua separatio dura.

ADDITIO.

Marito. Aeidem fit in seruitute debita marito, ut etiam debeatur uxori videtur quòd sic, in l. si stipulatus fuero per te. de ver. ob. & supra in ti. de seruit. in prin. & c. Ias. May.

Not. quòd ille qui habet usum, non potest alteri cedere. Item no. in ver. is ad quem, quòd ille cui debetur usus serui, non potest operas serui alteri locare. & idem est in usu. Item no. quòd ille cui debetur usus pecorum non potest uti lana nec lacte.

ADDITIO.

Nec lacte. Adde concor. tex. in l. plenum. §. sed si pecoris & in §. sed si boum armenti. ff. eo. Ias. May.

Secus quidem est in usufructuario, qui potest uti pleno iure. l. usufructus. ff. de usufructu. & l. quid sit. §. praeterea. ff. de usuris. & hic in glos. Not. in ver sed si cui, quòd habitatio est ius quoddam separatum ab usu, & ab usufructu. Differt enim ab usu, quia usuarius non potest usum locare: at is qui est constituta habitatio, potest illam locare, ut hic. Et differt etiam ab usufructu, quia usufructus finitur morte naturali & ciuili at habitatio sola morte naturali. § finitur. supra eod. iuncta. l. legatum. de cap. diminu. l. si habitatio. §. 1. ff. eodem.

ADDITIO.

Quod habitatio. Adde tu, quòd in hoc conuenit habitatio cum usufructu, quia quemadmodum usufructuarius potest alteri locare usumfructum. d. l. arboribus. sia habens habitationem ut hic. & C. eo. l. cum antiquitas. Item conuenit cum usu, in isto, quia habens habitationem potest recipere eas personas quas & usuarius, ut. ff. e. l. & si habitatio, cum usuque verò conuenit habitatio, scilicet cum usufructuario & usuario: quia potest constitui, & inter viuos & in ultima voluntate, sicut usus & usufructus, ut hic in glo. in verbo aliquo. & l. corruptionem. in fi. C. eodem. Item conuenit, quia non transit ad haerede sicut nec illa duo. d. l. si habitatio. §. haeredem. sed dilectorum utroque, quia constitutus habitatio solum in aedibus, sed alia duo etiam in aliis praediis, ut hic in gloss. in verbo usufructu. Ias. May.

Et ideo si velis bene consulere mulieri cui maritus volebat relinquere in testamento usum domus, ita ut plene ea uteretur, facias quòd leget habitationem, ut possit eam alteri locare, & simul & seorsum: cum testator, quod usuarius solum & simul in ea habitet, legare possit rem. l. caeterum. & l. sed nec locabunt. ff. eo.

ADDITIO.

Quando maritus relinquit in testamento suo mulierem dominam massariam & usufructuariam, quid videatur relinquere. vide hic. & per C. in authen. hoc locum. infra alleg. in fi. & in corpore unde sumitur. & per Bar. in l. exibui sseor. §. fi. ff. de publicanis. & Ang. in l. 1. ff. rerum amo. Ias. May. Adde quid si talis maritus legauit in suo testamento. fuit vot lo. Item de quo lectio intelligitur. u. de per Barto. consi. a viij. inci. elementissimum Deum. in iiij. vo. in viij col. Idem Barb. consi. xx viij inci. illud in medium referam. in iij. col. in eo. volu. Idem Barb. consi. xx. incip. clementissimum Deum. in ij. col. in eo. vol. Idem Barb. consi. lvij. inci. omnipotentem & immortalem Deum. in eo. vol. Idem Barb. consi. lxxviij. inci. illud referam in medium. in iij. volu.

Finaliter no. leges esse sub congruis titulis situandas. concor. l. ij. de sta. ho. In ver. marito not. quòd usuarius solum potest introducere personas quae sunt inculpatae vitae. Ideo dixit glo. in l. non aliter. ff. eodem quòd si scholaris vellit inducere ganeas in domum conductam potest dominus alteri locare domum & sociis prohiberi. Finaliter quaeritur. pone quòd maritus in testamento ita disposuerit, relinquo uxorem meam dominam massariam & usufructuariam omnium bonorum meorum, absque aliqua ratione reddenda, quid erit hoc casu? quantum percipere poterit haec mulier. In primis videretur legatum esse nullum, quia relinquit ipsam dominam. Item usufructuariam, quae dominio repugnat. Item usus enim fructus formalis in re propria constitui non potest. supra titu. 1. in prin. ergo legatum nullum, regula, ubi repugnantia. quòd autem valere possit, facit quòd mulier eligere usufructum vel dominium potest, quia ista sunt duo legata, scilicet, proprietatis & usufructus ergo eligere poterit quod ipsa voluerit. l. si Titio fundus de usufruct. leg. Sol. aut iste testator instituerat filios haeredes. Aut in testamento instituerat extraneos. Priore casu illa mulier percipiet tantum fructum, quantum eius exegerit necessitas: posteriore casu poterit eligere quod voluerit, haec est gloss. ordin. in authentica. hoc locum. C. si mulier secundo loco nupserit &c. Dominus, Io. Christoph. Portius.

ADDITIO.

De uxore relicta usufructuaria. Vide Bellonom consilio. lx. & consilio. vj. lattissimè.

De usuca. & longi temp. praescri. Rub.

Continuatio rubricae.
Copula inter diversa.
Usucapio quid sit.
Usucapio triplex fauorabilis, odiosa & mixta. & nu. 5. & 8.
Possidenti malo titulo, malae fide & dolo non est fauor exibendus.
Praescriptio xl annorum quando locum habeat. remissiuè.
Usucapio quare inducta.
Usucapioni quinque sunt necessaria.
Usucapioni quis sit effectus.

Continuatur ad praecedentes hoc ordine. Quia rerum dominia aut acquiruntur iuregentiu, aut iure ciuili. §. singulorû. supra de reru, ideo visto quemadmodum acquire bâtur iuregentiu sequebatur videre quemadmodû acquirantur iure ciuili. Unde cum usucapio & praescriptio sint modi acquirendi dominia de iure ciuili, ideo ordine competenti, de usucapione & praescriptione intitulauerit Imperator. In fi. glo. a rubricae. Est hic videndum breuiter, quid sit usucapio, quotuplex sit, quo iure fuerit inuenta, propter quid fuerit inuenta, quae requirantur ad eam causandam, & quid sit eius effectus.

ADDITIO.

In fi. gl. Pro expeditione huius glo. oppono, de natura copulae est, ut cadat inter diuersa. gl. & Bar. in rub. ff. de iur. & fac. igno. & gl. expressè in t. querelam. in verbo non potuit. extra de simo. sed hic non ponitur inter diuersa, quia usucapio & praescriptio sunt idem. ergo &c. Ias. May.

Circa primum breuiter dic, quòd usucapio latè sumpta, prout mobilia & immobilia complectitur ita diffinita est: Usucapio est acquisitio dominij per continuationem possessionis & téporis. l. diffiniti. l. ij. ff. eo. Usucapio latè sumpta est triplex: a quaedá est mere fauorabilis, ut est usucapio triennij, quae solum in rebus mobilibus consistit, quae ideo appellata est fauorabilis mere, quia solo fauore possidentis, nulla inspecta negligentia petentis currit.

ADDITIO.

Est triplex. Istud euidentiale pone infra in pr. o super glo. in verbo per triennium & de his omnibus est gl. in l. fi. in gl. pe. & antepe. C. de edi. di. Adri. tol. & ibi bonus tex. & ibi vide Bar. Ias. May.

Alia est usucapio mere odiosa, ut est usucapio. xxx. vel xl. an. quae ideo est appellata mere odiosa, eo quòd currit ideò non negligentia petentis, nullo inspecto fauore possidentis.

tis.†Cui nec fauor est tribuendus,eo quòd titulus & dolus & mala fides in ea versatur.l.cum notissimi.C de præscri. xxx. vel xl.an.ª quæ tamen iure canonico propter malam fidem est correcta,vt peccatum mortale euitetur.c.fi.extra de prescrip.c.malæ fidei possessor.de reg.iur.li.vi.b

ADDITIO.

Vel xl.annor.†Quando habeat locum prescriptio xl. an declarat tex.in l.omnes & in.l.ii.C.de prescri.xxx.vel xl.ann.& in.l.C.de ann.except.& ibi glo.in verbo xl.enumerat casus in quibus habet locum prescriptio xl.anno.Ias.May.

lib.vi.Et similiter de iure ciuili,vt no.in l.sequitur.§.si.materia per Ang.ff.eo.& per Bart.in l.omnes.populi.ff.de iust.& iur.& in auth. ad hæc.C.de vsuris.& d.c.malæ.fidei &c.Ias.May.

Et† est tertia vsucapio mixta,quæ,est x.ann.inter præsentes,& xx.inter absentes:atque ideo est appellata mixta, quia mixto fauore possidentis,& negligentia non petentis est inuenta, de qua infra videbitis·Est autem inuenta iure ciuili, contra regulam iuris gentium,de quo statim dicam super litera.†Est etiam inuenta bono publico quod publicum circa duo versatur: Primum ne dominia vagentur super incerto.l.i.ff.eo.Secundum, vt litibus debitus finis imponatur. l.fi.ff.pro suo.†Sunt autem quinque,necessaria,bona fides, iustus titulus,res non vitiosa, possessio iusta,& tempus continuum,†Effectus autem vsucapionis,est acquisitio dominij,euitandæ infinitatis gratia,& certitudo dominorum,vt h.c,& l.j.ff.eod.& l.fi.ff.pro suo.

1 Res mobiles triennio immobiles uero longo tempore usucapiuntur & num.13.
2 Prædia tributaria an prescribi possunt.
3 Titulus sufficiens ad præscriptionem qualis esse debeat.
4 Interruptio tituli an impediat præscriptionem.
5 Vsucapio de iure ciuili est introducta.
6 Vsucapio inuenta fuit,ne domina super incerto essent.
7 Mala fides superueniens,de iure ciuili non impedit usucapionem.& num 23
8 Exceptio usucapiendi,ante litis contestationem & post,potest opponi.
9 Ad causandum usucapionem quinque requiruntur.
10 Continua possessio qualiter probetur quo ad prescriptionem.
11 Dictio per,perfectionem denotat.
12 In his quæ sunt de materia positiua,sufficit pro ratione uoluntas.
13 Res immobiles & mobiles,quare diuersis temporibus præscribantur, cum potius uideretur idem tempus in rebus mobilibus statuendum, atque in rebus immobilibus.
14 Leges ad magis communiter accidentia referuntur.
15 Intellectus ad l.1.ff.de usucapio.
16 Vsucapio bona ratione est inducta,quamuis per eam quis uideatur aliena iactura locupletari.
17 Vendere rem suam quis cogitur ob bonum publicum.
18 Rigor specialis æquitati naturali derogat.
19 Bona fides semper in præscribente præsumitur.
20 Res quælibet libera præsumitur.
21 Ad causandum usucapionem sufficit esse bonam fidem tempore rei traditæ,præter quam in emptione,in qua & tempore contractus & tempore rei traditæ bona fides requiritur.
22 Superuenientia malæ fidei,de iure Canonico impedit præscriptionem.
23 Bonæ fidei defectus superueniens non interrumpit præscriptionem.
24 Petitio hæreditatis non datur contra titulum possidentem.
25 Statutum quod scholaris examinandus tenetur accipere in promotorem doctorem quem pluri tempore audiuerit,quem doctorem comprehendat,quando Scholaris plures Doctores temporibus diuersis audiuit.
26 In præscribendis actionibus personalibus quod tempus requiratur.
27 Prouincia quæ dicatur.
28 Vsucapione triennij acquiritur directum dominium, præscriptionem uero longi temporis acquiritur utile,& præscriptione xxx.annorum acquiritur exceptio,uel etiam actio,& numero.29.
30 Dispositio in parte fauorabilis,& in parte odiosa,pro parte fauorabili est extendenda.
31 Obligatio naturalis & ciuilis,an per præscriptionem tollatur.
32 Causa quanto potentior est tanto potentius agit,& tanto citius effectum producit.
33 Duæ causæ uincunt unam,& potentius operantur.

IVRE CIVILI Diuiditur in duas , Nam in prima ,ponit statutum iuris antiqui cum ratione.In secunda ponit,constitutionem nouam,cum ratione sua.Secunda ibi, nobis melior sententia.(†Res mobiles triennio vsucapiuntur, immobiles verò longo tempore,videlicet x.annis inter præsentes.&,xx.inter absentes, nulla habita distinctione locorum:ªsed iusto titulob,bona fide, continuatione possessionis, debitis temporibus super re non vitiosa præcedentibus,licet aliter antiquitas statuisset,hoc dicit.

ADDITIONES.

Locorum.Et ad istum tex.dum dicit,quod†olim fiebat differentia inter prædia Italica & prædia Prouincialia, puto quod illi antiqui mouerentur ista ratione.Nam prædia Prouincialia præstabant tributa & sic erant tributaria Prædia autem Italica nulla præstabant tributa,vt dicit glo.notabilis in l.omnes.C.sine censu vel re.& ideo statutum erat prædia Prouincialia non posse prescribi,sicut & Italica.Hinc est,quod cum ex rebus mobilibus non colligarentur tributa,quia res mobiles nõ sunt obnoxie tributis in rebus mobilibus non fiebat distinctio locorum.Hodie tamen dispositum est,quod non sit differentia locorum.Et si dicis nonne adhuc hodie militat illa ratio, dico quod non:quia licet hodie possint præscribi prædia tributaria,procedit quantum ad dominium,non autem quantum ad ius tributi non præstandum. & ita vult glo.in l.vnica.in glo C.de vsuca.transfor.Ias.May.

Iusto titulo.Quæro,qualis debeat esse titulus sufficiens ad præscriptionem.Dic,quod†debet esse titulus verus vel putatiuus,iusto errore interueniente puta,quia procurator meus dixerat mihi quod emerat rem que re uera nõ emerat,& ego credidi & possedi.de quo per Bar.in l.Celsus.ff.eo.Et adde quod iste titulus putatiuus debet esse talis qui sit possibilis per naturam,aliàs non sufficit.Vnde si ego possiderem titulo pro hærede,tanquam heres alicuius,qui re uera non esset mortuus,tunc talis titulus non est sufficiens.l.j.ff.pro hærede,†Nunquid autem interruptio tituli impediat præscriptionem fieri:puta testator possidebat ré pro emptore,ipse ante completam præscriptionem mortuus est,& hæres incepit possidere pro herede.an ista possessio secunda,facta ex alio titulo,cõtinuetur cum prima:Dic quod sic.l.Pomp.§.j.ff.de acqu.pos. & habetur per Bart.in l.naturaliter. ff. de Vsuc. vbi vide. Ias. May. qualis esse debeat ad prescriptionem.

Titulus Adde Bar.in l.proprietatis.C.de proba.Ang.in.l. quemadmodum.C.de agri.& cense.Io.de Imol.& Card.Zabarel.in c.j.de re.eccle. non alie.Io.Petrum de ferrarijs in sua solenni practi.in forma responsio.rei conuenti.in gl.n.præscriptionis.in patuis nume.8.cum seq versi. nunc autem plenius attingo.Fely.in c.de quarta.col.ix.versic. secundò doctrinæ.cum seq.extra de præscri.Franci.Zoan in consi.xx.incip.in lite mota.num.9.& Maria.Zozim.iunio.10 consi.lxix inc.pro dilucidatione propositæ numero.38.in j.vol.Io.Bapt.Zilerius.

hoc dicit.Item pondera tex.in verbo,putantibus hic esse tex. pro glo.in l.j.§.puerinam.in verbo,ratus.ff.de posthu quæ similiter ponderat tex.ibi in verbo,ratus.& ponit iste.infra in quarto notabili.Ias.May.

Not.†Pri . ò,vsucapionem inuentam esse iure ciuili,& hoc contra regulam iuris gentium:quia eo iure solum acquiruntur dominia,si traditio rerum fiat à domino.l.traditionibus. C.de Pactis.§,per traditionem.supra de rerum diuisio. sed per hanc enim vsucapionem acquiruntur dominia traditione facta à non domino.†Not.quare fuerint inuentæ vsucapiones,ne scilicet rerum dominia sint super incerto. Alia fuit ratio , vt finis litium sit.ª

ADDITIO.

Litium sic.Et potes intelligere istam rationem,vt sit sensus, quod ille qui emit,rem,vel habet alio titulo,nunquam esse certus se dominium esse effectum,nisi Vsucapio fuisset introducta.licet Bald.Rav.& Alber.intelligant in l.j.ff.eo.istam rationem, quia magna est difficultas probare dominium nisi per vsucapionem,vt dicit glo. in l.cum res.ff. de proba.Non autem intelligas,ne dominia sint in incerto, hoc est, quod vsucapio sit inuenta vt sciamus quis sit dominus. quia secundum hoc sequeretur,quod si ego ex postfacto scirem quis esset dominus. quod non possem vsucapere,quia cessaret illa ratio & tamen hoc est falsum,†quia mala fides superueniens,de iure ciuili non impedit vsucapionem.l.j.§.illo proculdubio.C.de vsu. transfor. Ias.May.

Sed ista est ratio rationis.Si enim dominia erunt certa , erit finis litium.Ex quo dicitur Doct.quod † exceptio vsucapiendi potest opponi ad processum & merita causæ,& sic ante litis con

testationem & post, Tutius tamen est vt ad vtrunque proponatur. si enim ad vtrunque fuerit opposita, non compellet Iudex te litem contestari & vsucapionem si non probasti, poteris probare lite contestata, de quo Bald. in l. postquam liti. C. de pact. per alios in l. nam & postea. de iureiur. Tertiò, † not. quinque quæ requiruntur ad causandam vsucapionem Primò, fides bona, vt ibi, bona fide. Secundò iustus titulus. vt ibi, emerit. Tertiò, possessio: vt ibi, acceperit. Quartò, tempus continuum. vt ibi ibi, anno. Qointò, rem non vitiosam. vt ibi, eam rem.

ADDITIONES.

a Tertiò. Adde quomodo probari possit possessio continua, quoad præscriptionem. Specu. in tit. de proba. §. j. vers. sed quæritur. Math. de matthæsillam. in notabi. suis. cxvj. incip. oo. mirabilem doctrinam. & ibi in addi. Ia. Bapt. de Castelliono & excellentiss. D. Gabriel. Saraynam in suis nouis additionibus. Practi. Papiens. in for. responsiõis rei &c. in gl. præscriptionis. in paruis. numero. 19. 20. & 21. vers. post hæc. adhuc & in forma capitulorum actoris. in glo. continuè num. 1. Zilettus.

b Possessio. Quæritur † etiam, qualiter probetur continua possessio Dic, quod probatis extremitatibus, dicitur probata media possessio. l. siue possidetis. C. de proba. Et sic debent esse cauti capitulantes, vt ipsi faciant, quod dicta testium concludant continuum tempus in præscriptione: non enim sufficit probare possessionem nisi probetur continua l. j. §. quod autem. ff. de aqua. quoti. & æsti. Nisi dixeris à x. annis & citra: quia tunc copula, &, denotat primum possessorem fuisse iam sunt x. anni. & postea, possedisse, vt in c. licet causam. vers. expressum. extra de proba. Item non sufficit dicere quod possedisset x. annis proximis, quia potest verificari in vna die. d. §. quod autem. Ideo est capituladum hoc modo, quòd possedit per tempus x. annorum, ita quod illud tempus sit transactum antè litem motam. † quia dictio, Per, denotat perfectionem l. vrbana. §. pernoctare. de verbo. signi. & de hoc vide Barto. in d. l. Celsus. Iason. May.

Adde quod dictio. Per. denotat perfectionẽ. tex. in l. qui procuratorem in prin. ff. de procu. in l. qui cõcubinam. §. cum ita legatum. ff. de leg. iij. in l. iiij. in pri. ff. de adulte. not. in l. j. §. pe. ff. de ven. in possessionem mitten. Glo. ij. c. si constiterit. in vers. pernoctauerit extra de accusa. & ibi Ab. Panor. col. fi. vers. in gl. pernoctauerit. glo. in cle. causam. in prin. in ver. perfecto de electio & ibi Car. Zabarel. in iij. not. Dy. in l. iurisperitos. §. j. ff. de excusa. tut. & Nide Neap. in lectura Bar. in l. quinquaginta. eo. tit. Bal. in l. sed & milites. planc. eo. ti. & in c. j. §. si quis per triginta col. j. vers. per triginta. in tit. si de feu. fue. controu. in vsi. feu. & ibi Io. Ant. a S. Gergio Præposit. Mediolanem. in Princi. & Iacob. Aluaro. primis verbis Ang. de vbal. Senio. in l. pe. §. ad crimen. col. j. ff. de publi. iud. Io. de Imo. in cons. cj. incip. in causa accusationis eo. j. Doc. in c. licet causam. de probatio. Modest. Pollent. in cons. xlvij. inter consilia criminalia Bartho. Cepol. incip. quamquam per supradictos famosiss. Doctores, col. ij. ver sed quia ista distinctio. & Illustren. D. Andreæ. Tiraquell. in l. si unquam in ver. reuertatur. num. 143. C. de reuocan. donat. Zilettus.

Item not. in vers. & cum hoc. quod † in his quæ sunt de materia positiua, sufficit pro ratione voluntas. glo. est in l. j. §. pueritiam. ff. de posthu. Item not. quod † res mobiles vsucapiuntur triennio, immobiles verò longo tempore, hoc est x. an. inter præsentes, & xx. inter absentes. Sed contra prædicta op. subtiliter Præceptor meus, quod lex statuendo minus tempus in vsucapione mobilium rerum quam immobilium, Videtur iniqua, & quòd imo ex æquitate & ratione oppositum statuere debuisset. Primò, quia res mobiles facilius amittuntur, & difficilius acquiruntur: quia facilius occultantur quam res immobiles, quæ se exhibent solo. l. j. §. j. & l. rem quæ nobis. l. si rem mobilem. ff. de acqui. pos. ergo cum in eis maior difficultas committatur in recuperando, debuisset scilicet ex dictamine rationis rectè maius tempus ad inquirendum res mobiles statuere. Præterea si dixerimus vsucapionem rerum mobilium procedere ex sola possessione vsucapientis, non autem ex negligentia non petentis: quod iterum malè statuerit ita demonstratur, quia possessio rerum mobilium est fragilior, quam rerum immobilium: solet enim vulgo dici, rerum mobilium vilis est & abiecta possessio. l. si rem mobilem. ff. de acqui. pos. ergo maius tempus deberet requiri in vsucapione rerum mobilium quàm immobilium. vos respondere, a † quòd ideo lex minus tempus statuit quia licet possessio rerum mobilium dicatur fragilior quoad eam perdendam. tamen quia cum res mobiles possidentur, illa possessio est nobilior cæteris, ideo facilius super eius vsucapio interuenit, attenta nobilitate possessionis ex parte vsucapientis, & attenta fragilitate culpæ ex parte non petentis. arg. in l. si culpa. de rei ven, maior enim culpa committitur stando per triennium inquirendum res mobiles quibus frequentiùs vtimur, quam res immobiles quæ in solo consistunt.

ADDITIO.

a Vos respondere. Sed secundum istam sol. sequeretur, quod ista vsucapio triennij esset odiosa, cum mero odio non petentis procedit. Vel saltem, & melius, deberet dici, mixta: quod tamen est falsum. & contra ea quæ iste dicit in rub, & ibi dixi quod fortè posset teneri & probari, in l. fi. ad fi. C. de edi. diui Adria. tol. nec est tex, qui vigeat ad oppositum vel potes dicere, quod ideo minus tempus sit statutum in rebus mobilibus, quia de minori præiudicio tractatur: & propriè credo quod ista ratione motus sit Imperator. Et si diceres, nonne reperiuntur res mobiles quæ sunt magni præiudicij † Respondeo, quod leges referuntur ad magis communiter accidentia. l. nam ad ea. & l. ex his. ff. de leg. Quia ergo magis communiter accidit quòd res immobiles sint maioris præiudicij quam mobiles, ideirco in eis præscribendis, & sic amittendis lex maius tempus statuit quam in rebus mobilibus, Et quod † vsucapio triennij curat etiam in odium non petentis, facit l. j. ff. eo. in verbo cũ sufficeret. maximè quia illa. l loquitur de vsucapiõe in genere, & genus debet verificari in qualibet sua specie. ad idẽ tex. noster in verbo putantibus. Et cogita de ratiõe, quare in rebus mobilibus, nõ fit distinctio, an inter absentes vsucapiatur, vel præsentes. cum in rebus immobilibus oõ habeamus respectum an res sint præsentes vel absentes, sed an personæ l. fi. C. de præscri. longi temp. Iason. May.

Sed iterum contra opp. quòd lex malè statuerit, & contra equitatem, vt res alienæ vsucapiantur. Nam statutum est neminem licere aliena iactura fieri locupletem, l. nam hoc natura, ff. de condi. inde. ergo lex inique vsucapionem adinuenit. Sol. dicunt Doct. † quod non est iniquum, quia hæc acquisitio habet iustam causam annexam, videlicet boni publici. Sic & alibi videmus quòd † propter bonum publicum quis cogitur rem suam vendere, & sic iure suo priuatur. l. item si verberatum. §. j. de rei ven. Item propter delictum damnatorum bona publicantur l. j. de bo. dam. ita etiam propter negligentiam bona vsucapiuntur. Præceptor meus ita respondebat: quod licet equitas aliter vellet, tamen postea immutari potest. Probat ex hoc: æquum fuit tempore belli testamenta certis modis fieri caduca. vt possent Imperatores bella sustentare: ueniente pace fuit etiam æquè statutum vt caduca fierent l. vnica. C. de cadu. tol. l. Ita in proposito, nulla negligẽtia commissa, est æquum iure suo neminem priuari, vt sit litium finis. † Finaliter opponit: nã ex quo est æquitas scripta, vt nemo locupletur cũ aliena iactura, & rigor scriptus vt locupletur mediate vsucapiõe, æquitas deberet rigori præferri. l. placuit. C. de iu. l. si tibi pecuniam. ff. si certũ pe. Sol. illa iura procedũt quãdo æquitas aduersatur rigori in specie: secus si in genere aduersetur, quia per specialẽ rigorẽ æquitati naturali derogatur, vt hic. & l. sanctio legũ. ff. de pœnis. & regula, iure gen. libro. vj. In gloss. in bona fide ibi, verius colligitis ex gloss. † quòd in præscribente semper a præsumitur bona fides.

ADDITIONES.

a Semper. Adde docto. in ca. possessor. de reg. iu. lib. vj. Docto. in c. vigilanti. de præscri.

b Bona fides. An in præscribẽte semper præsumatur bona fides bene: & illud quod hic dicitur, quòd præsumitur bona fides, intellige procedere in rebus corporalibus, secus in præscriptione iurium incorporalium. l. prima. §. hoc interdicto. & ibi glo. in verbo vsus. & ibi Bartol. ff. de iti. actũque priua. & per Angel. de Are. hic. Et ratio diuersitatis quare in præscriptione rerum incorporalium non præsumitur bona fides, est secundum Bal. in §. sed iste. Insti. de acto. quia habet præsumptionem contra se, cum quælibet res præsumatur libera. l. altius, C. de seru. & acqua. De hoc, an in dubio bona fides præsumatur, si non probetur mala, vide gloss. hic tenentem quòd sic, & aliam in l. super longi. C. de præscrip. long. temp. & ibi plenè de contractu emptio. vide etiam gloss. in §. sed iste. in gloss. magna. Insti. de act. qua vult quòd debeat quis stare sacramento allegantis bonam fidem: quæ gloss. reputatur notabilis in hoc. Et pro hoc quòd in dubio præsumatur bona fides videtur tex. C. de euic. l. penult. quam allega in dicta l. super longi. Ias. May.

Sed contra nomine vnusquisque arbitrari debet, quod suum non est &c. l. fi. a. C. vnde vi. ergo possidens, rem alienam semper præsumitur in mala fide. Solut. dicunt Doctor. huic præsumptioni bonæ fidei operatur titulus habilis ad translationem dominij, qui possessionem præcessit. Ibi. sufficit. colligitis, quod † ad causandam vsucapionem sufficit regulariter habere bonam fidem tempore rei traditæ, licet mala fides fuisset tempore contractus. Hoc fallit in vsucapione causanda ex contractu emptionis: quia tunc exigitur bona fides duplici tempore, videlicet tempore contractus & rei traditæ: Ratio

diuersitatis assignatur per glo. in l. ij. ff. pro empto. quia contractus venditionis magis celebratur quam cæteri. vnde maior cautela est adhibenda. arg. in l. capitalium ff. de penis. in §. famosos. Sed hec est ratio non est, bona si magis frequentatur, maior fauor esset adhibendus, vt citius vsucapio curreret. ar. in l. certi condict. o. §. si nummos. & in l. singularia. ff. si cert. pet. Non ob. l. capitalium. quia loquitur in delictis, in quibus propter frequentiam fauores tribuuntur: quia preceptor meus dicit, se non nouam rationem inducere. sed eam que fuit Iurisconsulti in l. si is qui pro emptore. §. fi. de vsuca. dicitur enim ibi quòd rem alienam stipulari possum scienter, sed non emere. vt mihi dominium acquiratur. Vnde si mihi tradatur res quam dare promisisti, ideo sufficit habere bonam fidem tempore traditionis, quia dabeo excogitare quod tu more boni viri rem quam sciebam esse alienam tempore contractus, redemeris, & mihi tradideris, cum ad hoc de iure tenearis. s. dominium transferre l. vbi autem §. fi. ff. de verb. ob. Non est sic quando vendidisti quia non teneris dominium transferre: vnde nec debeo cogitare quòd velis rem redimere à verò dominio, & dominium transferre. l. ex empto. de act. emp. vnde non debeo putare esse tunc tempore contractus, & ista ratio placet. Ibi, posterior sci-

22 entia. Hoc est de iure ciuili. †de iure verò canonicò cui hoc loco cedere debemus, mala fides superueniens impedit præscriptionem. c. malæ fidei de regulis iuris. libr. vj. cap. fin. extra. de præscript.

ADDITIONES.

a Superueniens. An mala fides superueniens impediat præscriptionem complen. Dic. quod non, & adde quod ista mala fides debet esse firma & irreuocabilis, vel non etiam dubia, puta, si quis post inchoatam vsucapionem dubitet an res sit sua, an non ista dubitatio non habet impedire implementum vsucapionis, de quo vide per glo. & Imo. in c. fi. de præscri. & per Bar. in l. naturaliter. ff. de vsuca. Ias. Mayn. An mala fides superueniens impediat prescript. Adde docto. in capitul. Vigilenti. & in capitul. illud de præscript. Adde Vincentium. Herculan. in l. possideri. §. genera. numero. 6 ff. de acquirend. possessio. & Franc. Zoanettum in consil. xx. incip. in lite mota per D. Gentilem. nume. 5. & 6. Ziletus.

Iuxta hanc partem pulchrum esset videre quæ potest esse ratio,
23 quod †defectus bonæ fidei superueniens non interrumpit præscriptionem. d. l. vnica. §. illo proculdubio. C. de vsuca transfor. & tamé defectus possessionis superueniens interrumpit præscriptionem. l. naturaliter. ff. de vsuca. in tantum quod dicit tex. valde notabilis in l si is qui pro emptore. §. si quis bona fide. ff. eod. quod si quis à principio remhabuerit bona fide, & superuenerit scétia rei alienæ, & sic mala fides, quo casu de iure ciuili nihilominus potest vsucapere. d. §. illo proculdubio. quod si perdat possessionem, & postea recuperet, non posset vsucapere, quia initium secundæ possessionis vitiosum est, Aliàs audiui assignari istam rationem. Non esse præsumendum quod lex velit facere actus suos frustratorios. l. hæc stipu. ff. vt leg. nor ca. Sed si diceremus, quod per defectum bonæ fidei superuenientem interrumperetur præscriptio, certè ista dræscriptio quæ est introducta propter bonum publicum, vt. habetur. l. j. ff. eod. & ne dominia rerum essent in incerto, vt hoc tex. quasi frustratoriè essent introducta, Cum de facili & multis modis possit superuenire mala fides iuxta tradita per Bar. in l. Celsus. in fi. iij. col ff. eod. & propter communem illum modum interrumperetur vnde ne hoc eueniret, lex statuit sufficere si bona fides sit à principio: Non sic est in amissione possessionis, quia possessio ita de facili non mutatur sicut voluntas & animus Cogita, & non inuenis fortè in specie aliá rationem diuersitatis. Potes tamen hanc rationem hoc modo, & melius formare. Lex facit actus suos minus frustratorios quàm potest, deducendo postea vt supra. Vide meliorem rationem proximè scriptam. & aduerte, quia ista ratio non valet vnam fabam, cum hodie de iure canonico mala fides quandocunque superueniens impediat, vt hic per istum tex. & tamen militaret absurdum, de quo supra, ergo ratio non est vera. & licet dictum sit mihi quod nullus ponit hanc rationem diuersitatis, tamen ego puto, quod colligatur optima ratio diuersitatis ex verbis Bar. in loco ordinario, in l. naturaliter. in vlt. col. ff. eod. quam ego latius sic declaro. Aut enim quis vult præscribere actioni personali & sic alicui debito, & tunc isto casu non requiritur aliqua possessio, vt dicit ibi Barto. Sed currit sola negligentia non petentis. Aut vult præscribere alicui action reali, & sic vult acquirere per præscriptionem dominium rei alienæ, & tunc non potest, nisi continuó taliter possideat, quod possit conueniri, quia vbi non posset conueniri à domino, non valéti agere nó curreret prescriptio, Sed si quis amittit possessionem rei non posset conueniri à dominio, vnde nimirum si interrumpitur præscriptio quandocunque amittat possessionem. sed si desinit esse in bona fide, nihilhominus posset conueniri, nimirum si præscriptio non interrumpitur. Et propterea sentit ibi Bar. quod si quis dolo desijsset possidere, quo casu possit conueniri perinde ac si possideret, quod non interrumperetur præscriptio, nam vult ibi Bar. quod si quis posset conueniri quamuis non possideret, quod non interrumpitur præscriptio. Ias. May.

In fi. Hoc verum quo ad fructus, non autem quo ad prescri-
24 ptionem: quia †petitio hæreditatis non datur contra possidentem cum titulo. l. hæreditatis. C. de peti. hære. l. hæreditatem. C. in qui. cau. cessat long. temp. præscri. In fi. gloss. in ver. trien-
25 nium. inducitur ad quæstionem. †Dictat statutum vniuersitatis, vt scholaris examinandus teneatur accipere in promotorem. Doctorem quem pluri tempore audiuerit: de quo statur iuramento scholarium. Ecce scholaris iurat audiuisse Doctorem per mensem continuum, & sic per lectiones. xx. vel circa: iurat etiam quòd incepit audire alium Doctorem per tres menses, sed illis tribus mensibus non audiuit nisi xv. lectiones: quis erit promotor necessarius? Videtur quòd ille quem audiuerit pluribus lectionibus. quia illud fuit tempus continuum quod videtur exquirere statutum, vt hic in tex. Faciunt verba statuti, quæ dicunt, pluri tempore audiuerit. & ita notant actum audiendi. Quod autem alter admittatur, probatur, quia ex quo cœpit audire, & aliquando reuertebatur, retinebat animum audiendi: ideo debet haberi pro audiente. ar. in l. naturalem. §. pauonum. de acqui. re. do. Ego puto primam partem veriorem, quia statutum notat actum audiendi. Fateor enim, quòd ex quo reuertebatur ad auditorium alterius Doctoris tempore discontinuato, retinebat animum scholasticum, & scholaris suus appellabatur: ideoque si statutum dixisset, vt ille sit promotor cuius longiori tempore fuit scholaris, obtineret. Non est sic quando statutum notat actum, & dicit longiori tempore audiuit. Et pro hoc allego tex. in l. seruus. §. fi. de sta. lib. preterea ideo statutum exquisiuit longius tempus audiendi, vt daretur premium doctori sub quo melius profecit. Palam autem est melius profecisse sub quo magis audiuit, & continuè, quá sub quo magis audiuit
26 & discontinuè. In fi. gloss. in ver. nullum. dicite quod †in præscribentis actionibus personalibus, ideo requiritur minus tempus, quia illa præscriptio currit negligentia sola non petentis; at cetere currunt ex negligentia non petentis, & ex possessione præscribentis: vnde cum habeant causam potentiorem, cum
27 currunt, & effectum operantur. ar. in auth. de consan. & vte. fras
a in prin. In gloss. inter presentes. in fi. †Sed dubitatur, que dicatur eadem prouincia a Aliqui dicunt quòd est consideranda consuetudo regionis. aliqui quòd singulari archiepiscopi constituunt singulas prouincias: illa est communis sententia, quam tenuit gloss. not. in l. fi. C. de prescri. lon. tempo. vt vnaquæque ciuitas cum suo territorio, loco prouinciæ habeatur: Nam vt olim singulæ prouinciæ singulas presidationes babebant, ita hodie singulæ ciuitates singulos babent presidatus, quos nos
28 ptâtes appellamus. In gloss. in ver. dominia. colligitis, b quod
b †per vsucapionem triennij acquiratur directum dominium. c
c per prescriptionem verò longi temporis acquiratur solum vtile & hanc tenuit gloss. in l. iij. ff. eod. & in authent. nisi. C. de bo. ma. eamque communiter sequuntur Citramontani. Vltramontani verò tenuerunt contrarium, quos sequebatur preceptor meus. Primò per istum tex. ad literam. Secundò, quia eadem est diffinitio prescriptionis longi temporis, que est vsucapionis triennij, ergo idem effectus acquirendi dominium. Assumptum probatur in l. i j. ff. eod. cum sententia in sit vna per ea que habentur in l. omnis bona diffinitio. ff. de reg. iur.

ADDITIONES.

a Prouincia. Adde Mathæ. de Afflict. in consti. regni Siciliæ consuetudinem. in ij. nota. ver. secundo pondero. de præscri. Ziletus.

b Colligitis. Circa hanc conclusionem gloss. quod per præscriptio-
29 nem triennij acquiratur directum dominium, & per præscriptionem x. vel xx. annorum acquiritur vtile dominium, & per præscriptionem xxx. an acquiritur tantum exceptio, vel etiam vtilis actio, si habebat bonam fidem, iuxta. l. si quis emptionis. C. de prescr. xxx. vel. xl. an. pulchrum est videre de ratione diuersitatis. Aliàs audiui assignari rationem quod ideo per præscriptionem triennalem acquiritur tantum directum dominium. quia illa cadit in rebus mobilibus, in quibus non est dare vtile dominium. allegatur glos. in §. adeó in verbo locatio. cum. infra locata quæ gloss. mihi non dicit. Sed posito quod istud esset verum, istud non sufficeret pro ratione inter præscriptionem x. anno. & præscriptionem xxx. ann. Dic ergo quod vera est ratio quam ponit Dyn. in regula, possessor malæ fidei. in ij. col. quod præscriptio triennalis est fauorabilis, vt dixi supra in euidentialibus, & ratio inducitur, vt per eam

directum acquiratur. Illa veró longi temporis est mixta, ideo media via est electa, vt tantum vtile dominium acquiratur: Illa veró longissimi temporis est mere odiosa, ideo datur ei minor fauor qui potest, & ideo inducitur vt per eam tantum exceptio acquiratur. Nec huic ratio 30 ni ob. vnum quod andiui aliás adduci in contrarium, † quotiescunque vna dispositio est pro parte fauorabilis, & pro parte odiosa, quod pro illa parte pró qua est fauorabilis, est extendenda, iuxta glo. in l. ij. C. de eden. quia hoc ego fateor, & dico quod bene extenditur. Hoc patet, quia nisi ille fauor attenderetur, non acquireretur nisi exceptio, vt in præscriptione longissimi temporis, in qua nullus fauor attenditur. Et si contra omnia ista opponeres, quod tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis, l. obligationum feré. §. placet. ff. de act. & obli. fateor quód tempus solum non est causa tollendæ vel inducẽdæ obligationis, sed bona fides, titulus, & possessio iuncta cum tempore, bene possunt tollere & inducere obligationem. Et propterea, quia in præscriptionibus xxx. vel xl. ann. solum tempus attenditur & quia non adsit bona fides, solum inducitur exceptio, ergo patet quód non tollatur actio, cum exceptio sit actionis exclusio: ergo præsupponit actionem, & consequenter obligationem extare: ergo præsupponit eas non fuisse sublatas præscriptione illa xxx. vel xl. ann. Hæc notabis, quia nõ habes alibi ita declarata prædicta. Et sic in re mobili ratio vera est Nico. de Neapo. in præscri. xxx. an vera ratio, quia tempus &c. in præscri. xx. ann. vera ratio, quia satis est præscribenti acquiri vtile, quod præfertur directo, & præscribenti nihil nocet poenes primum dominium esse directum. quod nihil valet contra eum, sed contra tertium. Ias. May. Et dum glo. allegat. l. si quis emptionis. in prin. pro opi. Bul. vult inducere, dum ibi dicit ita præscribenti exceptionem, que præsupponit actionẽ in agente, cũ sit actionis exclusio, vt l. j. ff. de exceptio. ergo cũ penes primũ dominiũ remaneat actio ergo dominiũ ita colligitur ex responsiõe quã infra ibi dat. Ias. May. † An autem per præscriptionem tollatur naturalis & ciuilis obligatio, vide per Bar. in l. fin. ff. rem ra. ha. & d. l. sicut. & in d. l. si. supra alle. De hac materia etiam dic vt. C. de bonis maternis. authen. nisi. & in l. si quis diuturno. ff. si ser. ven. & l. traditiõibus. C. de pact. Ias. May. An per præscriptioné tollatur naturalis & ciuilis obligatio, vide Bal. in l. si quis posthquam. ff. de fideiul. & glo. magna. in l. vbicunque. ff. de solu.

31 (marginal number beside the previous paragraph)

6 Directum dominium. Adde an per præscriptionem acquiratur dominium vtile vel directum. text. in lege. si duo. §. primo. in versicul. vtilem actionem. ff. de iureiu. text. in lege prima. §. denique. in fin. in ver. in quam rem. & ibi glo. & Bar. vers. vlterius per haec legem. ff. de aqua plu. arcen. tex. in c. placuit. §. præscriptionum. in ver. vtiliter. Et ibi gloss. xvj. q. iij. Glo. in l. si. quis diuturno. in ver. de iure. ff. si serui. vendi. glo. j. in l. vsucapio. ff. de vsucapio. glo. in rub. ff. de diuer. & tempora. præscriptio. gloss. in l. traditionibus. in ver. vsucapionibus. C. de pact. & ibi Bald. & Saly. col. iiij. & v. Ale. col. ij. Philip. Deci. col. pen. & Fran. Curti. iunio col. gloss. in l. si quis. in ver. creditores. C. de præscriptio. xxx. anno. & ibi Saly gloss. in auth. vt eccle. Rom. in fi. & ibi. Ang. Inno. in c. exterum col. j. versi. & si voluerit. extra de iud. & ibi Abb. Pano. col. vij. vers. ex hoc dicto. Inn & Feli. col. v. qui temerarie se ad Lud Rom. in l. prætoris. ff. de dam. infect. & alios vt per eum. & Philip. Deci. col. pen. vers. tertio. Ab. concludit. Spe. in tit. de præscriptio. in princi. & in titul. de loca. §. nunc aliquam. versiculo. quinquagesimo quarto. Archidia. in c. seruitium. xviij. q. ij. Io. Andre. in c. possessor. de reg. iur. lib. vj. Bar. in l. Stich. ff. de vsufruct. lega. & in l. ij. ff. de vsucapio. & in l. si. C. ex quibus maior Bald. in auth. hoc ius porrectum. col. ij. in princ. C. de sacrosanct. eccle. in repeti. l. fin. col. vj. C. de præscriptio. Abba. Panor. in rub. extra de præscri. & ibi Feli. col. j. Eundem Panor. in j. c. ad aures. eod. titu. Io. de Imo. in c. si. eod. xxiiij. de præscriptio. Io. pe. de Ferrariis. in sua solenni practi. in forma libel. in actio real. in gloss. iure dominij. Alex. de Imo. in consi. lxxxviij. col. ij. versi. probauit. in ij. vol. Mar. Sozin. in rubr. extra de cau. possessio. & proprie. ver. & Senio. viij. per vsucapionem. Et Fran. Balb. in tract. præscriptio. in ij. par. princ. q. ij. Io. Bap. Ziletus.

32 Item mouetur, qui † quanto causa est potentior, tanto potentius agit, & tãtũ citius effectũ producit. ar. in l. nã & magistra ff. de arbi. Sed in præscriptione longi temporis est causa potentior: primo, quia possessio rerum immobilium est potens & firma, possessio vero rerum mobilium fragilis & abiecta. l. si rem mobilem ff. de acquir. pos. Item præscriptio fundatur 33 ex longiori possessione quam vsucapio, igitur &c. † preterea duæ causæ vincunt vnam, & potentius operantur auth. cessante. C. de suis & legi. Sed ad causandum præscriptionem longi temporis concurrunt duæ causæ: primó possessio præscribentis, secundó negligentiam non petentis, ergo deberent plus operari quam vsucapio, ad quam causandam solum consideratur possessio vsucapientis, non autem negligentia non petentis. Ad arg. respondetur primó, quod l. si quis emptionis titulo. loquitur de exceptione intentionis & facti, quæ nullum ius præsupponit in agente. l. qui se debere. & ibi gloss. ff. de condi. ob. cau. Ad alia autem iura que dicunt, quod ei competit vtilis actio, exponitur vtilis, id est. efficax &c. Ioan. Christo. Por.

1 *Vsucapi quæ possunt, & quæ non.*
2 *Vsucapionis appellatione, alienatio continetur.*
3 *Res sacræ & liber homo licet possint uendi ignoranti tamen non possunt usucapi ab emente bona fide.*
4 *Seruus fugitiuus an possit usucapi & num. 17.*
5 *Vsucapio non de facili procedit in rebus mobilibus.*
6 *Vendens rem alienam sine potestate sibi tributa furtum committit.*
7 *Donans scienter rem alienam committit furtum.*
8 *Vxor an possit eleemosinam facere de bonis sui uiri.*
9 *Intellectus ad l. rem alienam. ff. de contrahen. emp.*
10 *Partus ancillæ ad usufructuarium non spectat.*
11 *Error iuris non inhibet possidentem facere fructus suos.*
12 *Furtum sine effectu furandi non committitur.*
13 *Furti uitium purgatur, cum res reuertitur in potestatem domini, uel quasi domini.*
14 *Res pignorata quando surripitur à domino creditori, tunc furtiua efficitur*
15 *Seruus fugitiuus facit furtum sui, regulariter furtum capiendo,*
16 *Præscriptio non currit quando instrumentum est iuratum,*
17 *Violentiarum quinque sunt genera.*
19 *Res uiolenter possessa non præscribitur.*
20 *Voluntas est pro ratione.*
21 *Ratio uiuificat legem, sicut anima corpus.*
22 *Auctoris uitium an successorem comitetur.*
23 *Intellectus ad auth. malæ fidei. C. de præscrip. longi. tempo. &c.*
24 *Titulus pro herede an in suis locum habeat.*
25 *Statutum quod pro qualibet hereditate quid soluatur, non habet locum in herede suo, uel filio, seu nepote*
26 *Error iuris in possidente impedit usucapionem, secus in tradente.*
27 *Possessio an propter absentiam amittatur.*
28 *Scientia non inflat hominem, sed superbia quæ ex illa prouenit.*
29 *Obliuio quanto tempore causetur.*
30 *Auc. malæ fidei possessor. C. de præscrip. longi. temp. xxx. uel. xl. ann. ut locum habeat, quæ requirantur.*
31 *Verba quæ non possunt uerificari secundum proprium significatum, uerificantur per subalternum intellectum.*
32 *Dictio, quondam quo intelligatur in instrumento, uel dictio testis in quo dicitur, talis filius Caii, si Caius est mortuus.*
33 *Res non cadit in uitium furtiuitatis, si debitor rem suam pignoratam creditori surripuerit.*
34 *Extraneus si surripuerit creditori rem pignoratam, res non effugit uitium furtiuitatis, quamuis ad dominum debitorem reuertatur.*
35 *Res in uitium furtiuitatis cadit, si debitor qui rem alienam pignorauit eam surripuit.*
36 *Res pignorata si fuerit ab extraneo surrepta furto, purgatur. uitium furtiuitatis, si ipsa ad creditorem redierit.*
37 *Furtiuitatis uitium ut purgetur, an sufficiat rem furtiuam redire, ad bonæ fidei emptorem.*
38 *Bonæ fidei possessor an habeatur loco domini. & num. 40.*
39 *Argumentum de re furtiua, ad rem uiolentam an ualeat. & numero. 41.*

1 §. SED ALIQVANDO. † Liber homo, res litigiosa vel sacra, & seruus fugitiuus, non vsucapitur, sed & rerum furtiua-a rum a vel ablatarum, earumque quarum nobis non est commertium, nobis vsucapio non procedit. h. d. Diuiditur principaliter in duas partes. Nam in prima loquitur de vsucapione rerum mobilium. In secunda loquitur de vsucapione rerum immobilium. Secunda ibi, (quód autem ad eas.) Prima subdiuiditur in tres. Nam in prima ponit dictum. In secunda respondet tacitæ obiectioni. Secunda ibi, (quod autem) Tertia ibi, (vnde & in rebus.)

ADDITIO.

a Furtiuarum. Dic quod est verum, quod res furtiua non præscribitur, scilicet spatio. x. vel. xx. anno. sed bene spatio. xxx. anno. præscribitur, quo tempore omnes res præscribuntur. l. omnes. & l. sicut. de præscri. xxx. anno. & no. glo. in l. si. in fin. C. vnde vi. & idem est de re violenter capta. vt nota. in l. ij. C. quod metus causa. & in d. l. sequitur. Ias. May.

a Nota, primó, liberum hominem, vel sacram rem vsucapi non posse. Et est ratio: nam cum huiusmodi non possint alienari

alienam

l.inter ſtipulantem.§. ſacram. de verbo. oblig.non poterunt quoque vſucape†appellatione enim vſucapionis alienatio continetur.l.alienationis.de verb.ſigni.

ADDITIO.

Vel ſacram. Adde, etiam ſi poſsideatur centum annis, non præſcribitur, vt.l.ſi.C.de præſcrip.long.temp & ibi gloſſ. Contra tamen iſtum tex.dum vult, quod vitium furti impedit vſucapionem, multum mihi videtur facere tex.in l.ſi homo cuius.ff.eod.quem Bar.ibi reputat ſingularé, vbi crimen expilatæ hæreditatis non impedit vſucapionem, & tamen clarum eſt, quod eſt magis improbum furtum, quam furtum ſimplex.l.ſi te.& ibi gloſſ.not.C.de infa. Cogita de ratione diuerſitatis, quia multum me turbat. Et conſidera, quia forte text. ille non probat quod vitium ſiue crimen expilatæ hæreditatis non impediat vſucapionem quamuis Bar.ita ſummet. Iaſ.May.

Et ſi dixeritis.†huiuſmodi res emi poſſe ab ignorante.l. liberi.& l.& liberi.ff.de contrahen.emp.ergo poterunt vſucapi ab emente bona fide. Sol.non poſſunt emi, quia ex natura contractu venditionis non venit rem dari, hoc eſt, dominium transferri, ſed ſolum venit rem tradidi.l.ratio.& l. ex empto. de actio.emp.tenet igitur non vt dominium transferatur, ſed vt poſsit emptor contra venditorem agere.§.ſi.infra de contrahen.empt. Præterea dicitur, res ſacra & liber homo vendi poſſunt, ſed non in ſtipulatione deduci.l.inter ſtipulantem. §. ſacram.l.liber homo.l.j.de ver.ob.ſed ideo non poſſunt vſucapi, quia per vſucapionem tractatur de tranſlatione dominij. l.traditionis.C.de pact.vidiſtis ſupra eod.in prin.

ADDITIO.

Tranſlatione dominij. Secundum hoc ſequeretur quod poſſet præſcribi.xxx.annis, vbi non agitur de tranſlatione dominij.l. ſi quis emptionis tit.in princ.C.de præſcrip.xxx.an. Cogita, & hic quod melior eſt ratio, quia in venditione quis non tenetur preciſe ad dandum, ſed ſuccedit obligatio ad intereſſe, quod non poſſet eſſe hic, & hoc eſt quod vult iſte. Et in præſcriptione.xxx.anno. conſtituitur ius ſaltem exceptionis, quod non poteſt in rebus ſacris & ſimilibus conſtitu. accedat gloſſ.in l.rem alienam.ff.de contrahen.emp.Iaſ.May.

Item nota.†ſeruum fugitiuum vſucapi non poſſe. Ratio, quia per talem fugam efficitur furtiuus.l.j.C.de ſer.fugi.vnde velut effectus vitio furtiuitatis, non poteſt vſucapi.l. ſequitur. ff.eod. §.j. Nota.in.§.furtiuæ.res furtiuas & vi ablatas non poſſe vſucapi. Nota.rationem ibi, quia l.xij. tab. Attilia & Plautia vſucapionem prohibent. Ex quo colligitis, & gloſſ.elicit, ſufficere illam rationem. Ita placuit legi. Sed potuerunt hæ leges ratione moueri, quia adeſt vitium & materia, ideoque vſucapio inhibenda. §.nouiſsime infra eod. †Nota. in ver.vnde in rebus mobilibus non facilè vſucapionem procedere. Nota in ver.nam qui rem.†quod vendens rem alienam abſque poteſtate ei tributa, intelligitur committere furtum: voluit enim ex re aliena lucrum precij facere ergo furtum committit.l.ſi pig.§.j.ff.de fur.

ADDITIO.

ff.de furt. Adde, quod huic concor.l.ſi.C.de fur.& l.j.C.pro emptore. †Et ſimiliter ſciences donans rem alienam committit furtum.l. ij. C.pro dona.& ſpecies furti eſt de alieno largiri.d.l.pignore.§.j. † per quæ iura videtur, quod vxor non poteſt facere eleemoſynam de bonis viri ſui, ſed contrarium determinat Bar.in l.j.ff.rerum amo.per l.ſi ſponſus. §.deinde alias conceſſa.ff.de do.inter vir.& vxo. gloſſ.in c.quod adeó j.q.ij.†Et hæc omnia intellige eſſe vera circa venditam rem mobilem alienam, ſecus ſi vendatur res immobilis, quia tunc non committitur furtum.& tunc poteſt vſucapi, modo quod in ea non cadat violentia, vt infra eod. §.quod autem.& ſic debet intelligi.l. rem alienam. ff.de contrahen.emp.vt procedat in re immobili in qua non committitur furtum.vt ibi ſentit gloſſ.Iaſ.May.Donans rem alienam committit furtum. Adde Io.Franc. Purpura. in l.ſi.numero.127.ver.& probat differentia.C.de pactis.vbi etiam dicit hæc dicta fuiſſe. Ioan.de Platea.quamuis Iaſ.ſibi aſcribat. Zilettus.

Nota, in verſicu.ſi tamen.tres caſus in quibus res mobilis poteſt vſucapi: quæ planè patent ex litera. Nota. in verſicul. item ſi quis.†quod ad vſufructuarium non pertinet partus ancillæ, nam talis partus non dicitur in fructu.§.in pecudum. ſupra de re di.ergo non pertinet ad vſufructuarium ſupra titu.ij. in princip. Nota.quod error iuris quem habet à dolo excuſare, vnde dicitur†quod error in iure non inhibet poſsidentem fructus ſuos facere.l.ſi lege.§.ſiue.de peti.hære. Nota.furtum †non committi ſine affectu furandi, quod colligitur ex furti tradita diffinitione, in l.prima.ff.de fur. Nota.in verſic. quod autem.locum effici vacantem per abſentiam & per negligentiam domini, vel ſi dominus ſine ſucceſſore moriatur. Not.in fundo furtum non committi. Finaliter † not.rem furtiuam vſucapi poſſe ſi in poteſtatem domini reuerſa ſit. Ratio, quia dicitur adeo purgari vitium furtiuitatis, quòd non amplius furtiua appellari poteſt.

ADDITIO.

Purgari. Adde, quod dum dic dicitur, quod vitium furti purgatur ſi res reuertat in poteſtatem domini, quod idem eſt ſi reuertatur in poteſtatem quaſi domini, puta tutoris, curatoris. vel alterius legitimi adminiſtratoris, vt infra eod.§.aliquando.& l.ij.§.quod autem.ff. eod. Et etiam creditoris, pignus. nam † quando res pignorata ſurripitur à domino creditori, tunc res efficitur furtiua reſpectu pignoris. ideo non vſucapitur pignus, niſi in poteſtatem creditoris reuertatur, ſed reſpectu proprietatis non eſt citur furtiua, ideo poteſt vſucapi, ſi vendatur alteri ab alio quam a domino.ff.eod.l.ſequitur.§.ſi rem Vnde not. quod ſit furtum, & eſt res furtiua, & competit actio furti, quando extraneus rem meam ſurripit, & hoc eſt clarum. Quandoque ſit furtum, & res efficitur furtiua, & tamen non competit actio furti, vt in ſeruis, vel filijs ſurripientibus rem domini vel patris. Quandoque ſit furtum, & competit actio furti, ſed res non efficitur furtiua.vt cum debitor ſurripuit rem ſuam a creditore, vt hic. Quandoque non eſt res furtiua, nec ſit furtum ſed agitur furti, vt cum quis perſuaſerit ſeruo alicuius vt caperet res domino, & ſeruus hoc notificauit domino, vel ſi quis ſeruo perſuaſerit.C. de furtis.Iaſ.May.

In gloſſ.fugitiuum.ibi, l.j.not†.quòd ſeruus fugitiuus facit furtum ſui.quod verum intellige de furto irregulari. Furtum autem regulare non committitur, quia inter furtum & rem furtiuam debet cadere aliqua differentia, que non cadit hic l.fin. ff.de fur.& l.j.C.de ſer.fugit.

ADDITIO.

C.de ſer.fug. Adde vnum notabile in materia Præſcriptionum, licet extrauagans, quód præſcriptio non currit quando inſtrumentum eſt iuratum, ſecundum ea quæ not.Bar. ſecundó Hoſt.in c.ſi diligenti.extra de præſcri.ad hoc facit quod no.Bar.in l.nam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ff.de iureiur.Iaſ.May.Addi.Maria.Sozin.iunio.in conſ.145.incip.viſo puncto.num.10.vor.Zilettus.

In fin.gloſſ.ſi † quæratur an ſeruus fugitiuus poſsit vſucapi, dicite regulariter quód non. Fallit ſi tria concurrunt. Primum, quòd diu moratus fuerit in libertate. Secundum, quòd exhibuerit ſe aduerſum domino pro libertate obtinenda. Tertium, quòd fuerit ab alio poſſeſſus.l.ſi is qui pro emptore §. ſi ſeruus.ff.de vſucap.In fin.gloſſ.in verbo vi.s.uo.quòd vis expulſiua ita rem vitiat, vt vſucapi non poſsit. Secus eſt in vi compulſiua, quia vis compulſiua non vitiat rem, ſed aggrauat perſonam. Vnde dicite, quod† quinque genera ſunt violentiarum Quædam eſt expulſiua, cum quis expellitur de re immobili. Quædam ablatiua, cum alicui auferatur res mobilis, & in his duobus modis impeditur res vſucapi & præſcribi, quia vtraque harum violentiarum adfert vitium circa rem. Quædam eſt vis compulſiua, vt cum quis compellitur rem ſuam alienare. Quædam eſt turbatiua, vt cum aliquis turbatur in poſſeſsione ſua Quædam eſt inquietatiua, vt quando duo prætendunt ſe poſsidere, & alter ab altero inquietatur, tunc neutra harum violentiarum impedit vſucapionem vel præſcriptionem, quia res non afficitur aliquo vitio, ſed perſona quæ compellitur, grauatur vel inquietatur, de quibus eſt gloſſ.ordi.in l j.C.quod metus cauſ.

Gloſſ.in ver.prædicto.

In verſ.præd.Glo.in verbo prædicto, quatenus loquitur† de rebus vi poſſeſsis, dicit contra caſum dicta l.ſi quis emptionis.§.ſed hæc ſuper illis.quem Bartol.ibi reputat valde ſingularem & ibi habes text. quòd licet res furtiuæ præſcribantur.xxx.annis tamen ſecus eſt in rebus violentis Et rationem differentiæ collige ex gloſſ notab in l.ſi te. C.de infa.quam ibi Bar.no.vide tamen.l.j.§.ad hæc.C.de anna.excep. Iaſ.May.

In fin.gloſſ.in verbo furtiuarum.†Si quæratur, an ſufficiat pro ratione voluntas, dicite regulariter quòd non: quia tantum valet lex ſine ratione, quantum corpus ſine anima, † ratio enim legem viuificat, quemadmodum anima corpus.c.conſuetudo.diſtinct.j.l.ſcire leges.ff.de legi.Fallit in his quæ ſunt

41 ctus percipiẽdos. secus quo ad purgãdũ vitia furtiuitatis. † Nõ ob. quod bonũ sit argumẽtũ de re violenta &c. quia respõdetur quod bonum est argumentum hoc modo. Purgatur vitium violentiæ, si res reuertatur in potestatem domini, ergo eodem modo vitium furtiuitatis, & ita loquitur hic. Non obstan. quòd ratio reddi non possit, quia ego reddo claram. Nam violentia magis respicit possessionem, quam furtiuitas quæ respicit dominium: vnde sufficit si reuertatur in potestatem bonæ fidei possessoris, cui ablata est, hoc facit. l. j. §. qui vi aut. de vi & vi arma. iuncta. l. itaque fullo. ff. de furt. Non obstan. §. si rem. quia respondetur quod res fuit obliga. verò domino. Et quod dicitur, vsucapi potest, exponitur, id est, vsucapibilis est, si à non vero domino bona fide alienetur. gl. est ordi. hic.

Res fiscales non possunt alienari. nec usucapi, ante tamen quàm denuntiatæ fuerint usucapiuntur.

2 *Res denuntiatæ & incorporatæ fisco, quanto tempore præscribantur.*
3 *Res ecclesiæ quanto tempore à priuato præscribatur, & quanto tempore res priuati ab ecclesia.*
4 *Emens à fisco rem alienam an sit securus, & nu. 8. & 27*
5 *Vsucapio ut de iure Canonico currat, oportet quòd usucapiens in nullo tempore sit in mala fide.*
6 *Mala fides defuncti nocet hæredi in usucapione, etiam quòd hæres bonam fidem habeat.*
7 *Tempus acceptoris iungitur cum tempore datoris ad complẽdam præscriptionem.*
9 *Imperator & Augusta patrimonialia alienare possunt.*
10 *Beneficia tributa Augusto, Augustæ tributa censentur.*
11 *Principis camera quomodo appelletur.*
12 *Res pupilli quæ alienari non potest, nec etiam potest usucapi.*
13 *Fundus dotalis qui non potest alienari, non potest etiam usucapi.*
14 *Præscriptio nisi rem dotalem præuenerit, ei adhærere non potest.*
15 *Error falsæ causæ impedit usucapionem.*
16 *In præscribenda re titulo pro emptore putatiuo probabilior & iustior causa requiritur, quàm in præscribendo rem alio titulo.*
17 *Error iustus uel iustissimus quis dicatur.*
18 *Credens bono uiro a dolo & culpa excusatur.*
19 *Bona fides in præscriptionibus à principio contingere debet.*
29 *Actus quando potest geri sine interuentu personæ, si persona inutilis adhibeatur, actus ob id non uitiatur.*
21 *Vsucapio an locum habeat in re alie a à fisco propria auctoritate uendita.*
22 *Princeps cum causa rem alienam capere potest.*
23 *Titulus generalis non est sufficiens ad causandam præscriptionem.*
24 *Iudex ministro iustitiæ carens, uiles personas ad iustitiæ executionem cogere potest, & animalia priuati capere mediante iu reale. & nume. 25.*
26 *Restitutio in integrum datur aduersus præscriptionem cursam sine culpa ipsius contra quem currit.*

§. RES FISCI. Not. primo, rem fiscalem vsucapi non posse: exponitur, id est, vsucapi neque præscribi posse: quod quidam tributum arbitrantur Imperatori ex priuilegio, sed ta-
1 men ego puto prouenire ex iure communi. † Nam cum res
a fiscales, [a] hoc est, res imperij nõ possint alienari. capitu. intellecto. extra de iureiu. non poterunt etiam vsucapi. l. si fundum. ff.
b de fun. do. l. alienationis verbo. de verb. sig. [b]

ADDITIONES.

a Res fiscales Adde Francisc. Lucanum in tracta. de priuilegio fisci.
b De verb. sig. Quid † autem de rebus denunciatis & incorpora-
5 tis fisco, quanto tempore præscribuntur? Dic. xxx. annorum, vt l. omnes. C. de præscrip. xxx. anno. Fallit in duobus casibus, puta quando hæreditas esset legata vel donata & incorporata fisco, quia tunc requiritur spatium centum annorum in ea præscribenda. Item fallit, quando quis vellet præscribere fundum soluentem vectigal fisco, vt l. pen. C. de fundis patri. libr. xj. vbi vide Barto. Et idem etiam dicas de re patrimoniali principis, vt præscribatur. xxx. vel xl. anno. l. iij. C. ne rei dominicæ vel templo. nisi esset talis res quam princeps sibi reseruasset in signum vniuersalis dominij, quia non præscribitur illo tempore, vt l. competit. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. similiter & in reseruatis ecclesiæ, vt not. gloss. in capitulo primo, de clericis ægro. libr. vj. Adde ta-
3 men, quod † licet res ecclesiæ non præscribantur nisi spatio. xxx. annorum, quòd tamen ecclesia præscriberet rem priuati spatio. x. vel xx. annorum. vide in authentic. quas actione. C. de sac. sanct. eccle. Ias. Mayn.

Item not. ementem aliquas ex rebus quæ nondum fisco denunciatæ sunt, vsucapere & præscribere posse, quia licet fisco debitæ sint, non tamen adhuc fisci esse dicuntur. l. j. §. an bona.
a ff. de iure fisci. [a]

ADDITIO.

a ff. de iur. fisc. Adde † quod fiscus est priuilegiatus in hoc, quia licet
4 priuatus non possit vendere rem alienam in præiudicium domini, quia dominus eam vendicet ab emptore, vt not. in l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. tamen emens à fisco statim est securus, nec potest conueniri per dominum, vt hic & l. benè à Zenone. C. de quadri. præscrip. Ias. May. [Adde eximium d. Petr. Duennas in suis regulis iuris in regu. cccxxxviij. incip. emens à fisco vbi ponit regulam cum xiij. fallentij. & vltra ibi allegata vide Ludou. Roma. in sing. ccxviij. incip. l. bene à Zenone, & quæ ibi ponuntur in additio. per Modernos. Ioan. Baptis. Ziletus.]

No. in versicu. nouissime. quòd ad hoc vt vsucapio vel præscriptio currere possit, opus est rem non esse vitiosam, quia super patiente male disposito, non potest præscriptio vel vsucapio operari effectus suos. Not. in versicu. error. errorem falsæ causæ vsucapionem impedire, quòd intelligite vt dicetur cum gloss. Not. in versicu. diuturna possessio. quòd possessio quæ prodesse poterat defuncto, non nocet hæredi, licet illum mala fides inuadat, quòd verum arbitraret iure ciuili: iure autem ca-
5 nonico secus esset, † quia in nulla temporis parte debet mala fides inuadere præscribentem, vt præscriptio currat. c. fina. ex-
6 tra. de præscrip. Not. quòd † si defunctus propter malam fidem vsucapere non poterat, hæres habens bonam fidem vsucapere quoque non poterit. Et est ratio vtriusque dicti. Nam quando defunctus habebat bonam fidem, licet hæres habeat malam, tamen nõ habet vt hæres imo vt heres dicitur habere bonã fidem, quia vt hæres dicitur eadem persona cum defuncto, in authent. de ecreiu. à mo. præsti. in princ. Item mala fides
a superueniens [a] ipsi defuncto, non potuisset impedire vsucapionem, ergo nec hæredi. facit. l. ij. ff. pro emptore. ratio secundi dicti, quia licet hæres habeat bonam fidem, tamen non habet vt hæres, imo vt hæres habet malam, vt quia hæres repræsentat defunctum, præscriptio non currit.

ADDITIO.

a Superueniens. Adde, id quòd hic dicitur de mala fide, vt non noceat quando testator erat in bona fide: hoc est verum, quando testator tempore vitæ suæ possederat: vbi autem initium possessionis fuisset tantum in personam hæredis, quia testator bona fide emisset illam rem, & postea hæreres fuisset tradita hæredi existenti in mala fide, tunc ipsa mala fides benè noceret vt ff. eo. l. hæres. Et hæc quæ hic dicuntur quòd mala fides successoris non nocet quando successor erat in bona fide, illud procedit in successore vniuersali, puta in hærede: secus in particulari, puta emptore, vel donatario & similibus. Et est ratio in primo casu quia etiam si nullus esset hæres, hæreditas ipsa compleret vsucapionem. secus in singulari successore, vt in dicta lege, cum qui. §. in hac gloss. & Docto. ff. de pub. vbi de hoc. & facit. l. cœptam. ff. eod. Ego puto huius vltimi esse meliorem rationem, quia hæres vniuersalis censetur esse eadem persona: secus in persona successoris singularis. Iaso. Mayn.

7 Not. in versic. item venditorem, † tempora acceptoris iungi cum temporibus datoris, ad complendam vsucapionem. l. Pompo. §. cum quis. ff. de acquiren. possess. Not. in §. edicto.
8 † quòd ille qui emit rem à fisco, statim est tutus [a] aduersus quẽ-
a cunque agentem exceptione, & idem contra quẽcunque actio competit, licet à possessione decidat. Illi autem qui prætendit habere ius in re, competit in re, competit infrà quadriennium actio contra fiscum. Et si dixeritis, quomodo potest fiscus alienare? c. intellecto, extra de iureiuran. Respondeo, quòd si quidem velit fiscus alienare rem imperij, quòd non potest ne imperium diminuatur, d. c. intellecto. Sed quædam sunt quæ nõ sunt Imperij, sed debita imperio, vt sunt bona damnatorum, vel decedentium sine hærede, quæ dicuntur in fructu Imperij, & illa potest alienare.

ADDITIO.

a Est tutus. De hac materia vide Bellon. notabiliter in consil. lij. Et quod hic dicitur an habeat locũ in alio principe quã Imperatore Bellon. consi. lx. nu. 8. cum seq.

9 Not. † quòd Imperator & Augusta potest alienare patrimonialia. Ex quo colligitis, quòd Imperium non tribuitur per successionem, sed per electionem, de quo in c. ad apostoli-
10 cæ de sen. & re iudi. libr. vj. Item not. † quòd beneficia tributa

13 Neapo. hic. † Et sic not. quòd solus titulus pro suo, & sic generalis, non est titulus sufficiens ad causam præscriptionis, nisi adsit alius titulus specialis, puta, pro emptore, pro donato &c. Licet igitur aliue probet quod tenuit & possedit talem fundum per tempus. x. annorum pro suo, & tanquam suum bona fide: & fructus collecti sunt, non propterea est probata vsucapio vel præscriptio, ex quo non est probatus alius ti. specialis &c.

14 Amplius dixere † Doc. in l. fi. §. fin. ff. de pig. acti. & quòd quando præses ᵃ prouinciæ eget ministro Iustitiæ, vel equo ad conducendum malefactorem ad supplicium, potest capere ᵇ aliquem vilissimę vitę, vt illud genus officij administret, & equum subditi, vt super eo ducatur. Est tamen de mercede ministro, vel de prætio domino equi prouidendi. argu. in l. ij. C. de his qui pro præmi. lib. accip. Dicit tamen gloss. in lege, si locus. in fin. ff. quemad. ser. amit. quod de consuetudine respub. præmium præstare non solat.

ADDITIONES.

a Præses. † An quando potestas alicuius loci indiget ministro Iu-
15 stitiæ, vel asino ad conducendum malefactorem, possit capere aliquam vilissimam personam, vel asinum alicuius, vt illud officium exerceat: quod verum intellige si sit persona vilis conditionis, aliás secus, puta in monacho qui non posset capi, vt in §. monachis. in authen. de mona. vide supra de his qui sunt sui vel alie. iur. &c. Ias. May. Not. glo.
16 fin. in l. si locus. quæ ad hoc allegatur, quód † aduersus præscriptionem currentem sine culpa ipsius contra quem currit, restitutio in integrum danda est hoc idem voluit glo. in l. Attilicinos. ff. de seru. rusti. prædio. & text. in l. j. §. si quis autem. ff. de itine. actuque pri. Et ibi Bartol. singulariter dicit, quód si quis fuerit absens per maximum tempus, non tamen causa reipublicæ, quód aduersus præscriptionem contra eum cursam restituitur in integrum, pro quo faciunt dictæ gloss. supra alleg. Ias. May.

b Potest capere. Adde quod hoc idem tenet ipse Ioan. Christo. Porcius supra de his qui sunt sui vel alie. iur. numer. 13. 14. & 15. & ibi vide quæ amplissimè allegaui in additione mea incipien. equus sub litera d. Ioan. Bapt. Zilettus.

a Glo. in versi. statim. a

ADDITIO.

a Statim. In glo. statim. quæritur ad contrarium l. nec vlim. §. item si quis. dic quod alias est in l. etiam. & pro solu. tene secundam solut. gloss. quod ille. §. sit correctus. & ita tenet Ioan. Fab. & Ange. de Are. hic, & Barto. in dicto §. item si quis. Vide tamen an posset pro solutione dici, quód dum ibi dicitur aduersus etiam eum dari, scilicet fiscum, non emptorem: vt sic concordet cum text. nostro, & non corrigatur: licet huic solu. aliqualiter obstaret, si eum continuares cum §. præcedenti. Quantum verò ad solutionem contrarij. dicta lege, prima C. de hæ. vendi. potes dicere prout etiam dicit Nicola. de Neapo. hic, quód vbi emptor possit conueniri ex natura rei emptæ, quo ad credita & debita, non autem quód possit conueniri eo, quia res sit aliena, quia ad ipsam rē, & sic ad hereditatem non posset emptor conueniri, sed esset conueniendus fiscus. Et ita de necessitate oportet dicere, tenendo solu. quæ. est communis ad contrarium præcedens, scilicet quod sit correctus ille. §. Item si quis. & consequenter quod hodie emens hæreditatem á fisco non possit pro ea conueniri. Vide tamen omnino quæ pro solutione dicit Bald. ibi, scilicet in dicta lege prima C. de hæ. re. vel actio. ven. Ias. May.

a Glo. in versi. actiones. a

ADDITIO.

a Actiones. In gloss. parua. in verbo, actiones. Dic † quód ista glos-
17 sella est multum obscura, & negligitur per Docto. & si eam referas ad text. super quo est, non posset peius dicere, videlicet quód non domino detur actio contra dominum: quia si intellegas quód isto casu quo agitur contra fiscum, non dominus agat contra dominum, est totum e contra: quia imo ille cuius erat res est etiam nunc, nec desinit esse dominus, vt patet in princip. huius text. in verbo dominum rei. & in versi. aduersus. in verbo pro dominio, & in lege, omnes. C. de quadri. præs. & sic dominus agit contra fiscum, qui non est dominus. Puto ergo istam esse mentem huius gloss. nam gloss. non debet referri in totum ad verbum text. super quo est, sed solum in princip. Dicit ergo gl. quód quando agitur contra fiscum, agitur contra emptorem l. bene á Zanone. in prin. Tu dic prout dicit gl. in d. l. omnes. in glo. fina. Postea subdit gl. nostra Sed Pla. in rem dabat hic, nō domino contra dominum: intellige, dabat hic non isto. versi. sed in isto. §. nam vidimus hic, quód quando aliquis emit rem alienam á fisco, quód statim est securus siue agat siue conueniatur. Poterat ergo dubitari eo casu quo agere vult, pone quod res perueniret ad dominum, quo remedio succurritur isti emptori? & Plat. isto caso dabat isti emptori non domino actionem in re contra dominum. Nec istud videatur tibi absurdum, quód datur actio in rem non domino contra dominum, quia idem habemus in §. si quis in aliena. & ibi gl. in verbo, velis supra de rerum diui. Ias. may.

De donationibus. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de vsucapi. & sic de vno modo acquisitionis dominij. Cæterú quia per donationem acquiruntur rerum dominia. ideo ordina competenti subiicitur hæc rubrica.

1 *Donatio genus acquisitiuum dominii appellatur.*
2 *Donatio duplex.*
3 *Donatio causa mortis quæ sit, & quomodo formetur. & numero. 5.*
4 *Donatio inter uiuos quid.*
6 *Donatio causa mortis tribus modis reuocatur.*
7 *Donatio causa mortis magis accedit contractui quàm legatis.*
8 *Donatio præsumitur inter uiuos, nisi in donatione aliqua mortis mentio facta sit.*
9 *Modus acquirendi dominium per donationem, an sit de iure ciuili uel gentium.*
10 *Mors an sit timenda.*
11 *Donatio causa mortis in aliquibus cum contractibus conuenit.*
12 *Falcidia locum habet in donatione causa mortis.*

EST ENIM. Nō summatur, sed diuiditur in quinque. Nā in prima cōtinuat. In secūda duo genera dn.atiōis ponit. In tertia illā prosequitur & declarat. In quarta determinat ambiguitatem veterum. in quinta ep logat. Secunda ibi, (donationis autem.) Tertia ibi, (causa mortis,) Quarta ibi, (hæ mortis.) Quinta ibi & in summa.)
1 Ibi humanitas, id est mors. † No. primò donationem ap-
2 pellari genus acquisitiuum dominii. Secundò no. † esse duo genera donationis, vnum quod appellatur donatio causa mor-
3 tis, aliud quod appellatur donatio inter viuos. Item no. † donationem quę fit propter mortis suspitionem, appellari donationem causa mortis, & hæc formatur tripliciter. Aliquando enim quis donat causa mortis, nullo imminente periculo mortis, sed est sanus corpore & intellectu. Secundò quis donat causa mortis, metu propinquæ mortis ab hoste vel prædone, vel quia subiturus est pericula mortis, & statim voluit dominium transferri. Tertio, cum donat propter metum prædictum, sed tunc dominium transferri voluit, cum eum mortis inuaserit. hæc omnia probantur in l. i. cum seq. ff. de do. cau. mor. & secundum hunc modum vltimum non dicitur donatio pura, sed dicitur conditionalis, si moriatur. Sed quando voluit statim dominium transferri, dicitur non pura donatio, sed sub conditione resol-
4 uendi, si superuixerit, vt in dictis iur. bus no. † Donatio autem
a inter viuos dicitur, quæ nullo metu. nec vlla cogitatione mortis conficitur: & ista appellatur mera, pura, quod absolut. donatio, trahens sortem a nobilitate. c. i. extra de dona. vbi est gl. contra eos qui semper accipiunt, & nihil tradunt. facit l. hoc iura. §. fi. ff. eo. & dicam in. §. aliæ. infra eo.

ADDITIO.

a Inter viuos. Et † sic habes, quód vbi non fit mentio mortis, quód
5 dicitur donatio inter viuos: quod est verum, nisi ex alijs coniecturis appareret donantem velle donare, causa mortis: de quibus coniecturis habes per gloss. in l. Seia ff. eodem & l. quarta. C. de don. cau. mor. Ias. May.

6 Item no. † tribus modis reuocari donationem causa mortis, vno modo expresse per pœnitentiam donatoris, & duobus modis tacitè. Primus, si donator conualescat. Secundus, si donatarius prior eo moriatur. cōcordat. l. non omnis. ff. si cer.
7 pe. † No. donationem causa mortis legatis assimilari, & conse-
a quenter magis accedit vltimæ voluntati ᵃ quam contractui. ᵇ
b concor. l. fi. C. de do. cau. mor.

ADDITIO.

a Voluntati Adde Bar. in l. sciendum & ibi alios Doctores ff. de legatis. j Guil. Benedict. in c. Raynutius. in ver. testamentum iij nu. 36. extra. de test. & quæ scribit magnificus ac excellētissimus D. Hieron. Gigas in tract. crimi. lesæ maiesta. lib. iij q. iiij. incip. tertiù quæro quid dicendum de donatione causa mortis in a Io. Baptista Zilettus.

b Quam contractui. An donatio causa mortis magis æquipararetur contractui quam vlti. voluntati, de hoc vide per glo. in l. ii. ff. de dote præle. & Bal. in l. licet. C. de pac. vbi ponit distinctionem. Ias. May.

itinere. l. j. §. j. ff. de itinere actoque priua.

ADDITIO.

a Vnn solo. Vide ad hoc. l. j. §. quod autem. ff. de aqua quoti. & æsti. ibi, ex vno actu &c licet videtur per l. j. §. j. & §. hoc interdicto, de itine. actu qeeprius. vbi per glo. & Bart. requiritur saltē quàd. xxx. vicibus. Sed concordabis ista iura per not. per Bart. vbi supra & Inno. in cap. cum ecclesia Sutrina. & ibi Imo. de caus. pos. & propriē. & Bald. in l. ij. C. de serui. & aqua. distinguendo, quòd aliqui sunt actus qui non possunt geri sine præsumptione iuris seruitutis, Vt actus aquæ ductus, & sufficit vnicus actus, vt hic. Alij sunt qui possunt geri iure familiaritatis, vt ire in fundo alieno, & tunc vnicus actus non est sufficiens, argumentum. l. qui familiaritatis. ff. de acquir. pos. & d. l. j. §. hoc interdicto. de iti. actuque priua. &c. Ias. May.

Addite prædictis, quòd requiritur scientia & patientia aduersarij. d. l. ij. C. de ser. Hæc fallunt in casu. l. fin. §. fina. C. de ser. vbi seruitus altius non ædificandi debetur à lege, absque alio facto hominis, propter publicam vtilitatem, quod est, quando tu altius velles ædificare prope aream meam, vt sic sublato vento non possent excuti grana bladi: & est casus singularis: Hæc etiam fallunt quando seruitus deberetur ex natura loci. l. ij. ff. de aqua plu. arcen. & supra dixi.
14 Addite quòd † patientia coloni vel inquilini non præiudicat domino: Vnde si tu scholaris, qui conductam habes domum cui seruitus debetur altius non ædificandi, passus fueris vicinum altius ædificare contra debitam seruitutem, hæc tua patientia tuo locatori non præiudicat, gloss. est in l. prima C. de serui. probatur in lege fin. C. de acquirenda posses. Cætera dicatis vt in l. j. & ij. C. de serui. presertim per Cyn. & Bald & alij etiam tractant. Glossa super verbo tollat. in fine. Et dixit Angel. quòd ista esset laudenda propositio in oratione fienda, ac pro scholari conuentuando, & ita dixi se proposuisse in publico conuentu: Similis fit propositio in l. fin. C. de ser, in glossa. ibi, surge illuminare Hierusalem. Dixit tamen Ang. quòd si quis debeat seruitutem ne luminibus officiatur, si sol vicino capiatur, non tamen aer, non facit propterea contra debitam seruitutem: nisi vicinus exerceat tale opificium, quod indigeat sole, vt sunt Pelliparij. l. si arborem §. j ff. de ser. vr. præ. Glo. super verbo
15 ducere. in fin. Colligitis ex gloss. quòd † fundi dominus potest prohibere alterum ingredi, Sed contra oppon. de cap. omnis dist. prima. Solu gloss. in lege per agrum. quòd illud obtinet locum de iure diuino, secus de iure humano & ciuili: quæ gloss. communiter reprobatur, quia sequeretur quòd ius humanum iuri diuino derogare possit cap. ius naturale. ea. dist. Quarè dixere Doct. quòd vnusquisque potest ingredi fundum, dummodo iter non sit obnoxium, &
16 hoc iure facultatis. d. c. omnis. † Potest etiā in fundo alieno comedere vuas & grana, sed non exportare, vel saltem in messem ponere. cap. notandum. xxiij. q. ij. ca. scriptum. vi. q. iij. capit discipulo. de conse. dist. v. Si tamen dominus fundi præuiderit, poterit tamen illum ingredi volentem iure prohibere, & ita loquitur. l. per agrum. C de serui. & aqua.
17 † Hæc regula fallit primò, quando seruitus itineris esset constituta. quia tunc non posset impedire ingredi illum cui seruitus debetur per d. l per agrum. in fin. Secundò fallit hæc regula, quando via publica esset à flumine occupata: quia tunc vicinus tenetur præstare viam publicam in fundo suo, debet tamen solui: licet de consuetudine non soluatur, neque seruetur quòd pretium soluatur. iste est tex. cum gloss. in l. si locus §. finali ff. quemadmodum. ser. amit. Tertiò fallit in via quæ debet præstari sepulchro, & hoc fauore religionis. l. si quis sepulchrum. ff. de relig. Quartò fallit in glande legenda, id est, colligenda. l. j. de glan. le. Quintò fallit in seruo fugitiuo perquirendo l. requirendum. C. de ser fugi. Sextò fallit in thesauro perquirendo. l. thesaurus ff. ad exhiben. & est gl. in d. c. omnis.

De vsufructu. Rubrica.

s *Seruitutes personales quot sint.*

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de seruitutibus prædialibus quæ debentur à re: verum quia sunt aliæ seruitutes personales, quæ debentur à re personæ, inter quas est vsusfructus. ideo de his tractaturus Im-
a perator totitulauit de vsufru.

ADDITIO.

a De vsufruct. Adda quòd tres sunt seruitutes personales † puta. serui-
1 tus vsufructus, & vsus, & ministerij seruorum, vt no in l. si vnus ff. de vsufruc. Quarta seruitus, est quædam conditio adiecta alicui personæ, videlicet vt stet perpetuò in certo loco, & de hac no. glo. in l. & puto. ff. quod metus causa. Similiter quando quis est damnatus ad perpetuos carceres: que pœna de iure ciuili I libero homine est prohibita. l. incredibile. C. de pœnis. quia carcer &c. l. aut damnum. §. solent. ff. de pœnis. licet de iure canonico talis pœna sit approbata. capitulo quamuis. de pœnis. in vj. Ias. May.

1 *Creditor re pignorata uti non potest. & ille utendo furtum committit.*
2 *Pecuniarum usus impropriè consumptio dicitur.*
3 *Vsufructus constitui non potest in rebus quæ usu consumuntur, nisi per obliquum.*
4 *Vsufructus duplex formalis & casualis.*
5 *Cautio de utendo fruendo arbitrio boni uiri, est de substantia. usufructus.*
6 *Cautio quæ præstatur pro usufructu earum rerum quæ usu consumuntur an sit de forma substantia usufructus.*
7 *Vsufructuarius qui percepit fructus antè exactam ab eo cautionem, facit fructus suos.*
8 *Vsufructuarius satisdare non ualens, an usumfructum amittat.*
9 *Operas suas quis potest perpetuò locare & nu. 12.*
10 *Seruire per substitutum quis non potest, quando est electa industria personæ.*
12 *Industria personæ an in dubio electa præsumatur.*
13 *Doctor conductus ad legendum, non potest seruire per substitutum: nisi in quibusdam casibus.*
Necessitas non est subiecta legi.
14 *Monaches an possint se obligare ad perpetuam clausuram monasterio.*
15 *Deus & respublica membrorum humanorum domini sunt. & numero 18.*
16 *Renuntiare quis non potest iuri cedendi bonis, & sic se obligare ad perpetuum carcerem & nu. 17.*
19 *Testator potest disponere de rebus hæredis. sicut de proprijs.*
20 *Cautio de utendo fruendo arbitrio boni uiri, non potest remitti usufructuario, sed hæredi bene remittitur cautio de legato soluendo.*
21 *Vsufructus an in uestimentis constitui possit.*

VSVFRVCTVS. Non summatur breuius, sed diuiditur in quatuor partes. Nam in prima diffinit essentialiter vsumfructum. In secunda tractat qualiter vsufructus formetur & causetur. In tertia tractat, in quibus rebus constituatur. In quarta tractat, qualiter constitutus finiatur & perimatur. Secunda ibi, (vsufructus) Tertia ibi, (constituatur.) Quarta ibi, (finitur.) ibi, Cætere res scilicet quæ vsu consumuntur. No. primo diffinitionem vsufructus: quæ diffinitio optimè est composita, eo quia komplectitur genus & differentias. Genus, cum dixit ius, & hoc est verbum generale comprehendens quoscunque qui ius habent. Verbum, alienis rebus, ponitur ad differentiam eius qui vtitur rebus proprijs nec enim habet vsufructum formalem, qui hic diffinitur, sed habet causalem, vt dicetur cum gloss. illa verba, vtendi fruendi, ponuntur ad differentiam vsuarij, qui solum potest vti, sed non frui, vt dicetur infra. Illa verba, sal-
a ua a rerum substantia, ponuntur ad differentiam rerum quæ vsu consumuntur, in quibus proprie non constituitur vsusfructus. § constituitur. infra eodem illa verba, ius in corpore, quo sublato &c. ponuntur ad differentiam iuris obligationis, quam habemus in persona debitoris nostri, qui licet moriatur, hæredem inde relinquit obligatum. l. j. C. si cer. pet. & l. pro hæreditarijs. C. de hære. act. Secundò, not. plures modos constituendi vsufructum, qui non solum in vltima voluntate, verumetiam inter viuos constitui potest.

Addi.

ADDITIO.

Salua rerum. Et verbum, rebus, ponitur ad differentiam iuris quod quis habet in pignore: quia creditor non potest vti re pignorata, imò committit furtum, vt infra de ob. quæ ex quasi delicto. §. itaque &c. Ias. May.

Not. in versi. non tamen. rationem quare pluribus modis constituatur vsusfructus, quia non solum in vltima voluntate, verumetiam inter viuos constitui potest. Nota. ibidem etiam rationem, quare pluribus modis vsumfructum lex finiri statuit, ne scilicet proprietates semper fiant inutiles. Not. in § constituitur, quòd in his proprie constituitur vsusfructus, quæ vsu non consumuntur, in his verò quæ vsu consumũtur, neqoaqiiam, & hoc ratione naturali, quia sublato principali, tollitur accessorium. Item iure ciuili, quia si res est perempta, non conuenit diffinitio vsufructus, cum dicitur rebus alienis vti. † No quòd pecunia dicitur vtendo consumi, & hoc impropriè, quia materia non consumitur sed demum frequentissimè ex vsu nouatur. Finaliter not. † quòd licet directo in his rebus quæ vsu consumuntur, non possit constitui vsufructus, per aliquem tamen constituitur quasi vsufructus. cautione præstita, de qua in text. nec enim senatus potuisset in his rebus propriè statuere vsumfructum, quia contra statuta ratione naturali non admittitur dispensatio. In fin. gloss. fuis nota. † duplicem esse vsufructum, quidam enim appellatur formalis, qui formaliter constituitur per separationem à proprietate in rebus alienis. Quidam autem vsufructus causalis, hoc est, qui habet annexam sibi causam. hoc est dominium: & hic propriè non appellatur vsufructus, sed quædam commoditas vtendi, fruendi, & disponendi in proprijs rebus. In fin. glo. in ver salua nota † cautionem ade vtendo & fruendo arbitrio boni viri, non esse de substantia vsufructus. & hoc tetigit gloss. in l. j. C. eo. & ibi Bal. & in l. prima. ff eodem & sequuntur communiter Doct. quia sit etiam de substantia, nullo modo remitti posset. l. cum precario. ff de preca. ca. si. extra. de condi. apposi. Et tamen certis casibus remittitur, de quibus in glo. hic.

ADDITIO.

Cautionem. † Dicunt tamen Doc. secus esse in cautione quæ præstatur pro vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur, quia illa est de substantia. ita tenet Bart. in l. j. C. eod & Ang. de Are. hic. & bene facit. l. pe. ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu consu. Ego de hoc multum dubito, per l. hoc senatus. §. j. ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu consu. & propter special a hic l gl. posita, quæ etiam possunt habere locum in vsufru. rerum quæ vsu consu. Adde, quòd licet non sit de substantia vsufructus ipsa cautio quòd tamen vsufructuarius debet cauere datis bonis fideiussoribus arbitrio iudicis, de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de tanta pecunia vel de æstimatione rei quæ vsu consumitur restituenda, vt infra eod. §. itaque. & C. eo. l. j. Ias. May.

Ex quibus inferunt Doc. quòd † si ille cui fuit relictus vsufructus nulla præstita cautione, fructus perceperit, quòd facit fructus suos: quia non dicitur in mala fide, & habet ius vtendi & fruendi, non etiam præstita cautione.ª Si tamen ab eo fuisset requisita cautio, nec præstitisset. tunc rationem moræ teneretur ad fructus restituendos. ita loquitur. l. vxori. de vsufruc leg. in glos. alleg. Sed pone † quòd ille cui est relictus vsufructus sit adeo pauper quod fideiussorem non reperiat, quid erit hoc casu Glo. in l. vsufructu. C. eod. ti. dixit ipsum esse priuandum vsufructu, quam communiter reprobant Doct. ibi, quia hmõi difficultas præstandi fideiussorem, non debet annullare ius vsufr. l. continuus. §. illud de verb. ob & ideo sufficeret ei istum iurare, quòd vtetur arbitrio boni viri,ᵇ & finito vsufructu rem restituet. arg in l. cum non facile. ff. si cui plusquam per. l. fal. quòd verum limitat, ᶜ nisi esset persona fide non digna, quia tunc esset res sequestranda, ac. in l. si fideiussor. §. si ff qui satisd. co.

ADDITIONES.

Vide Bellonum qui plures questiones decidit in hoc proposito cõs. liiij
Vide Bellon. in d. consi liiij.
Limitant. Hanc limitationem posuit Bar. in l. vsufr. & all l. postquam. § Imperator. ff. vt leg. no. ca. Ias. May.

In fin. gloss in verbo ne tamen. colligitis, quòd † quis potest locare operas suas perpetuo. ª Et idem tenuit glo. in l. antiquitas. C. eod. & in l. iij. §. ne tamen. ff. eod. & sequuntur communiter Doct. † Secundò colligitis quòd vbi est electa industria personæ, non potest per alium seruire.

ADDITIO.

Perpetuo. † An quis possit locare operas suas perpetuo, vide Azo. in ti. de loca. circa prin. in fi j col. qui idem tantum dixit supra de iure personarum. §. fi. in gl. Ias. May. † An quis possit locare operas suas perpetuo. Adde l. cum antiqui. & ibi Bar. C. de vsufr l. stipulationes nõ diuiduntur. ff. de verb. ob. & ibi Bar. & per Cy. & Bal. in l. si hæres. C. loc.

Sed † quid si dubitetur an sit electa industria personæ, an verò non? Dicite, quòd in dubio præsumitur electa. gloss. est ordin. in l. inter artifices. ff de solu. quod verum limitant Doct. si tale artificium benè conueniat personæ electæ, quia fortè esset elegans & famosa. Et ideo dicunt, quòd † si doctor fuerit conductus ad legendum, non poterit legere per substitutum, ª quia videtur electa industria personæ gloss. ordin. in l. prima C. de manci. & colo. lib. x. Fallit in tribus casibus Primò, si doctor esset impeditus aliqua causa honesta & necessaria, vt quia infirmus, vel necessario absens, quia necessitas non est subiecta legi cap. consilium de reliqui. & vene sancto. l. secunda de fer. Secundò fallit si ita haberet studij consuetudo, ᵇ vt est in ciuitate Auenionis, in qua legitur per baccalaureos substitutos ᶜ: quia talis consuetudo studij esset seruanda l. si fundus. ff de eui. l. ij. C. quemadmodum te. ape. Tertiò fallit, si talis erat consuetudo Doctoris, quia ille consueuerat sepenumero legere per substitutum, nam tunc videtur conductus cum sua consuetudine quæ tamen esset nota conducentibus, argumen. in l. quòd si noluit §. quia assidua ff. de ædi edic. Adde quartam fallentiam si subesset infirmitas vel necessitas secundum Bal. in l fin. ff. de excu. tut. † Ex prædictis hic inferebat Io. Fa. quòd dedicatio facta per moniales monasterio, dicatur nulla, quasi incurrant speciem seruitutis, cum monasterium exire non possint ᵈ nisi in duobus casibus: primus, quando aliqua esset morbo infecta: secundus, quando Abbatissa vellet præstare etiam debitum homagium principi vel fidelitatem iuratam e periculoso de sta. reg lib. vj. Sed vos dicite, quòd ideo talis dedicatio est valida, quia quis potest præcise obligari Deo & republicæ: † quia Deus & Respublica e membrorum humanorum domini sont. l. Titio. de condi. & demonstra. & ibi per Barto. Et prædicta faciunt, quòd † quis non potest renunciare iuri cedendi bonis, ᶠ & sic se obligare ad perpetuum carcerem, de quo in l. si quis in conscribendo. C. de pac. in l. fi. C. qui bo ce. pos.

ADDITIONES.

Non poterit legere per substito. Adde gl. in l. si quis exempti. C. de muneri. & honor. gloss in l quisquis le. j. de epi. & cle. l. in §. ne autem. & ibi Cy. in q. iiij. C. de ca. inssen. Bar. in l. nemo est qui nesciat ff. de duobus re. Spe. in ti. de salarijs in §. verum. versi. quid si Doctor. Io. And. in regula qui per alium. de re iu. l. vj. in mercè Pet. de Ancha. in c. exstirpandæ. in §. qui a verò de preben. idem Pet. de Ancha in c. cum de offic. dele. li. vj.

ADDE Car. Zaba. in c. fi. §. cæterum. de offi delegat. & Matthæ. de Afflict in consti. regni Siciliæ inci. etatiinnis literæ in viij no. prope fi. de literis citatorijs, & Herony. Cagnolam patritium Vercellensem in trac. de exercita. Io. Bap. Ziletus.

Si ita se haberet studij consuetudo. Bar. in d. l. nemo est.

Per baccalaureos substitutos. Adde Fely. inc. firmiter. in iij. col. versi. & aduerte de sum. tri. & fide catho. extra in antiquis.

Cum monasterium exire non possunt. Adde quòd non posset induci consuetudo in contrarium vt in c. j in fi. de consue lib. vj. & per Phil. de Franchis in c. j. in j. nota ff. de stat. mona. eo. lib.

Respub. † Deus & respublica sunt domini membrorum humanorum, vide de hoc supra de iure personarum. in prin. & facit pro opi. Old. talis ratio Nam licet præcise quis disponens se obligare non potest, tamen in vim conditionis sic. casus est ad literam in l. qui concubinam. § . vxori. ff. de leg. iij in l si quis ita. ff. de condi. & demon Ias May.

Cedendi bonis. † An quis possit renunciare iuri cessionis honorũ. & se obligare ad perpetuos carceres, vide etiã in l. iij. ff. de vsufructu. Ia. May.

In fi. gl. ª in ver. satisdet. Hæc ratio non bona: † quia sicut testator potest disponere de rebus proprijs, ita potest disponere de rebus hæredis, & hæredis fauori renunciare. l. vnum ex familia §. si rem. ff. de lega. ij. quare alij dixere, quòd ideo huiusmodi cautio remitti non potest quia est de substantia vsufructus. Sed hæc fuit supra reprobata.

ADDITIO.

In fin. gl. Aduerte. dum ista gloss. in fin. dicit. quòd testator potest remittere id quod sui gratia introductũ est, & nõ aliud, & allegat quatuor iura: duo prima probãt, quòd testator põt remittere id quod sui gratia in

troductum est: alia duo iura probant, quòd aliud non potest remittere, puta si esset relictum gratia publicæ vtilitatis & c. Ias. May.

In gloss. in ver. salua quare gloss. in l. prima C. eo. & in l. pe. C. vt lega. no. ea. dixit, † quòd ideo non potest remitti, quia talis remissio inuitaret vsufructuarium ad delinquendum: sed illa quam præstat hæres de legato soluende, non præterea inuitatur hæres ad delinquendû, & hoc communiter tenetur. Cui rationi nõ ob. quod dixere aliqui, quod imo nõ inuitatur ad delinquendû, nam si malè fuerit vsus, actione legis Aquiliæ, tenebitur, l. non solum. de rei vendic. quia respondeo, quod actione legis Aquiliæ non tenetur nisi finito vsufructu sed cautione præstita tenebitur statim atque incipit malè vti. l. primo § cauere. ff. vsufruct. quemadmodum capitulo. vbi ego vltiùs defendi hanc opinio. contra præceptorem meum dominum Petr. de Besutio in l. nemo. de leg. j.

a Glo. in ver. vestimenta. a

ADDITIO.

a vestimenta. In glos. in verbo vestimenta. Sol. istius gloss. nihil valet, & nihil etiam valet solu. Ang. de Are. hic, quæ fuit glos. in d. §. si & vestimentorum, † scilicet quod in vestimentis possit constitui vsufructus, si præstetur cautio, vt hôc text. & sic concordabit cum isto tex. Ista solu. est contra illum tex. qui constituit differentiam inter vsumfructum vestimenti & alterius quantitatis, quod non esset secundum istas solutiones. Puto ergo quòd iste sit verus intellectus illius text. scilicet quod sit differentia inter vsumfructum vestimenti & alterius quantitatis quia in vsufructu quantitatis transit dominium in vsufructuarium, vt hoc tex. secus sit in vsufructu vestimenti, quando non est relictus vt quantitas, quia non transit in vsufructuarium, quod patet ex illo texto. ibi, dum dicit, quòd scenica veste non debet vti, nisi in scena, & in similibus, & tamen posset vbicunque vti si dominium esset translatum in eum, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. Et hunc puto esse verum intellectum illius tex. Ias. May.

1 Vsufructus in quo casu morte non finiatur.
2 *Vsufructus excepta causa mortis, & capitis diminutione, potest in parte finiri, & in parte non.*
3 *Vsufructuarius non potest uendere, nec in alium transferre usumfructum.*
4 *Vsufructus commoditas potest uendi & in alium transferri.*
5 *Iura cum re transeunt ad quemcunque ipsa res transeat.*
6 *Vsufructus ab usufructuario domino proprietatis cedi potest, & è contra.*
7 *Vsufructu finito, proprietas ad dominum pleno iure reuertitur.*
8 *Actiones personales durant triginta annis.*
9 *Vsufructus quo tempore non utendo tollatur.*
10 *Ius pignoris est parui præiudicij.*
11 *Domo destructa, an extinguatur usufructus, uel ius pignoris.*

a §. FINITVR AVTEM. Morte naturali. b & maxima & media capitis diminutione, item consolidatione cum proprietate & rei interemptione, vsufructus finitur.
b hoc dicit. b

ADDITIONES.

a Naturali. Adde qualiter vsufructus finiatur morte, capitis diminutione, & longa prescriptione Ioan. Pet. de Ferrariis in sua pract. in for. libelli prolegato rei singularis, in glo. j. nu. 18. in paruis. versi. solet etiam quæri. Ioan. Bap. Zilettus.

b Hoc dicit. † Vide casum in quo non finitur vsufructus morte naturali 1 nec ciuili vsufructuarij, in l. fi. C. de vsufr. vide etiam in l. vxori. la. ij. ff. de vsufr. leg. & l. ambiguitatem. C. de vsufruct. & vide glo. in l. Seius Saturninus. ff. ad Treb. & l. à filia. §. alumno. ff. ad treb. & Bal. in d. l. ambiguita- 2 tem. Adde etiam † quòd exceptâ causa mortis & capitis diminutione, vsufructus potest in parte finiri, & in parte non: puto, si vsufructuarius in parte non vtatur, & pro parte sic. l. ex certis quibus mo. vsufruct. amit. & l. 3 si cui. ff. de vsufruc. & ibi per glo. & Bar. Adde etiam, quòd † vsufructuarius non possit vendere nec in alium transferre vsumfructum, vt C. de 4 iure dot. l. vsufructuarius, † tamen potest commoditas eius alteri vendi, & in alium transferre. l. arbor. necessariò. §. fi. ff. de peri. & commo. rei ven. Adde quæ scribit praeclarissimus D. And. Tiraquel. in suo tracta. de iure constitu. possessorij. in ij. pa. xxiij. ampli. nu. 3. Zilettus.] Similiter in vsufructu iam constituto non cadit nouatio, nec delegatio per interuentum extraneæ personæ: si tamen de voluntate domini fiat, valet. Sed alius est vsufructus in isto delegato quam in delegante, & finitur cum persona eius cui est constitutus. l. si vsufructus. ff. de noua. Item adde quòd differen- 5 tia est inter hunc vsufruct. & iura realia, † quia iura transeunt cum re, ad quemcunque transeat res. l. si aquæductus. ff. de contrahen. em p. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. Non sic in vsufructu Ias. May.

Not. vsumfructum finiri morte naturali Item & morte ciuili, si quis maximam & mediam capitis diminutionem 6 passus fuerit. Secundò no. † vsumfructum ab vsufructuario domino proprietatis cedi posse & è contra; quia dominus proprietatis potest cedere vsufructuario, quo casu cessa pro prietate extinguitur vsufructus: quia ius vtendi & fruendi, quod appellabatur fructus & vsufructus formalis, tunc appellatur quedam commoditas vtendi & fruendi, & dicitur vsusfructus causalis. Not. in ver. eo. amplius. interitu rei ex- 7 tingui vsumfructum. † No singulariter, finitu vsufructu proprietatem reuerti ad dominum pleno iure. In gloss. modici. ibi, tollitur not. singulariter quòd actio personalis tollitur spatio decem annorum inter præsentes & xx. inter absentes, 8 quod videtur contra naturam personalium actionum † quæ durant spatio xxx annorum l. omnes. & l sicut C. de præscrip. xxx. an l. ij. C. de consti. pecu. Sed ideo hoc, hic statuitur 9 propter naturam rei: quia † vsufructus tollitur non vtendo per spatium. x. ann. inter præsentes & xx. inter absentes, vnde etiam actio tollitur, vt hic videbitis, & in lege corruptionem. C. eodem. In fin. gloss. io ver. areæ. non obst. hæc l. alleg. in gloss quia loquitur in iure pignoris, quo casu li- a cet domus perimatur, ius pignoris in area a relinquitur, vt de cautela creditori prouideatur eo modo quo fieri potest, 10 † Præterea ius pignoris est parui præiudicij. l. fin. C. quæ res pig. obl. pos.

ADDITIO.

a In area. An † quemadmodum diruptа domo in qua quis habet vsum 11 fructum, corruit vsufructus, ita etiam corruat ius pignoris in area. vide pro solutione prædicta not. in l si fundus. §. si res ff. de pign. Et licet ad hoc contrarium. d. l. domo. soluæ sint dari plures solutiones, mihi magis placet solu. gloss. in l seruitutes. §. si sublatum. ff. de seru. vr præd. quæ pro ratione diuersitatis, quare si de nouo reædificatur ædificium, extinguitur seruitus vsufructus, & tamen non extinguitur seruitus realis, dixit, quòd facilius extinguitur vsufructus quam aliæ seruitutes ne proprietas reddatur inutilis, iuxta princip. text. supra eadem titulo, in princip. ideoque ll. induxerunt vsumfructum pluribus modis finiri. Sic dicam in proposito, quòd destructa domo extinguitur vsufructus, & tamen non ius pignoris, ne proprietas reddatur inutilis · quod non est propter ius pignoris, quia etiam durante iure pignoris nihilominus proprietas est vtilis quòd non est durante vsufructu. Et aduerte, quia illam rationem. Glossæ in d. §. si sublatum tenet. ibi. Bart. & hanc rationem potes addere ad sustentandum rationem domini Christo. hic. dum dicit, quòd in iure pignoris tractatur de minori præiudicio. Ias. May.

De vsu & habitatione. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de vsufructu, qui est seruitus personalis debita à re personæ, verum quia sunt & aliæ seruitutes personales debitæ à re personæ, vt vsus & habitatio. ideo viso de vsufructu, sequebatur videre de vsu & habitatione. Sequitur nigrum iuris.

1 *Vsus est ius utendi alienis rebus salua rerum substantia.*
2 *Creditor utendo re pignorata furtum committit.*
3 *Plus iuris est in usufructu quam in usu.*
4 *Vsuarius tenetur stare colono, usufructuarius non.*
5 *Vsus dicitur indiuiduus, usufructus uerò diuiduus.*
6 *Seruitutes indiuiduæ quæ sint.*
7 *In usu pecuniæ, & omnium rerum quæ usu consumuntur tantum est, quantum in usufructu.*
8 *Impensa domus uel fundi, seu culturæ, an spectet ad proprietarium uel usuarium.*
9 *Differentia inter usufructuarium & usuarium.*
10 *Vsufructuarius non potest alienare usum fructum quatenus est ius: sed quatenus est commoditas, sic,*
11 *Seruitutes personales, cedi possunt prædiales seu reales nequaquam.*

ISDEM. Diuiditur principaliter in tres partes. Nam in prima tractas de vsu, & sic de prima parte rub. Et in secunda tractat de habitatione, & sic de secunda parte. In tertia se excusat, & de quibus tractare velit attestatur

tue. Secunda ibi, (sed si cui.) Tertia ibi, (hæc de seruitute.) Item prima subdiuiditur in quatuor. Nam in prima tractat de vsu rusticorum prædiorum. In secunda tractat de vsu vrbanorum prædiorum. In tertia tractat de vsu animalium rationabilium. In quarta tractat de vsu animalium irrationabilium. Secunda ibi, (item is cui.) Tertia ibi, (item is ad quem.) Quarta ibi, (denique.) a

ADDITIO.

a Quarta ibi, denique. Vel melius subdiuide in quinque partes. In prima ponit in quo conueniant & disconueniant vsus & vsusfructus. In secunda prosequitur vt hic. Et aduerte, quòd licet Imperator hic & Iurisconsulti nullã ibi ponant diffinitionem vsus, puto tamen quòd possit sic diffiniri. † Vsus est ius vtendi alienis rebus, salua rerum substantia, sine vlla facultate alteri concedendi. Et hanc diffinitionem declara: constat enim ex genere & differentijs. Nam dum dico, est ius, istud est genus. & dum postea dico, vtendi, istud potest esse ad differentiam vsufructuarij, qui etiam potest frui, vt supra ti. j. in prin. & ibi gl. facit ver. idem iuris. infra eo. Et dum postea † dico, alienis rebus, ponitur ad differentiam creditoris, qui licet habeat ius in rebus alienis, tamen non potest, vltimò vtendo committit furtum. §. furtum, infra de obli. quæ ex delicto nas. & l. si pignore in prin. ff. de fur. Illud, salua rerum substantia declara iuxta secundam expositionem glo. super ti. in prin. Dum item dico, sine vlla facultate alienandi, hoc ponitur ad differentiam habitationis. §. sed si cui habitatio. infra eod. Item ponitur etiam ad differentiam vsusfructus, vt hoc eo. ti. in prin. Relinquitur ergo quòd ista diffinitio est bona. Et reperi postea à glo. quæ ita diffinit quam nõ videram, in l. j. ff eo. & ibi etiam diffinit quid sit habitatio. Ias. May. Quid sit vsus. & quot sunt species vsus. vide capitulo. iij. de app. c. non enim in solo. xxxij. questio. j. & in ca. origo. ij. q. iiij.

Hoc dicit His modis constituitur & finitur vsus, quibus & vsufructus: minus tamen iuris est in vsu quam in vsufructu: quia vsuarius solum potest vti pro vsu quotidiano, nec ius vtendi alteri cedere potest. Not. primò vsum conuenire vsufructui in modo constituendi, & in modo terminandi siue fruendi. Not secundò † plus iuris esse in vsufructu quam in vsu: primò in perceptione fructuum, quia vsuarius solum percipit vsus necessitatis causa, vsufructuarius verò percipit pleno iure. Item, quia vsuarius potest morari in fundo, dummodo non fiat molestia proprietario, vel eius agricultoribus: vsufructuarius autem morari potest etiam si molestia inferatur. † Ex quo colligitis aliam differentiam: quia vsuarius tenetur stare colono. l. si habitatio. §. si quid ff. eodem. vsufructuarius verò non lege. ai boeibus §. vsufructuarius. & l. hactenus. ff. de vsufructu. Item quia vsuarius non potest cedere alteri ius suum, vsufructuarius bene potest. In glossa, modis. ibi, §. vsufructu. sed quæ est ratio differentiæ † quare vsus dicatur indiuiduus, vsufructus verò dicitur diuiduus. Solu. dixit Pet. de Bella per. quòd ideo vsus dicitur indiuiduus, quia est incertus: incertum est enim quantum exigat in dies necessitas vsuarij: sed vsufructus est certus. ideò nimirum si diuidi potest. Sed Barto. reprehendit Pet. quia imò vsufructus est quid incertum. l. vbi autem non apparet. §. fundi. de verbo. oblig. Item quia est incertum ipsa natura, quòd fructus in futurum in esse producantur: quia dixit Barto. quòd ideo vsus est indiuiduus, quia habet conformitatem cum seruitutibus prædialibus: sicut enim seruitus debita à re, rei debetur, prout vtilitas rei & necessitas exigit. lege quoties. de serui. ita & vsus debitus à re personæ: sed seruitutes prædiales sunt indiuiduæ, igitur & vsus. Sed vsufructus non est sic, quia etiam datur in plusquam exigat necessitas vsufructuarij. Sed hæc ratio non placuit a domino Petr. & bene: quia vsus habet maiorem conformitatem cum vsufructu, quàm cum seruitutibus prædialibus. l. prima ff. de serui. Quare ipse reddit aliam rationem, † pro cuius euidentia præmitto, quòd illæ seruitutes appellantur indiuiduæ, quarum modus vtendi est indiuiduus. l. vna ff. de ser. rust. prædio. Vnde cum modus vtendi hoc vsu constituto, fit indiuiduus, si habeo ego vsum in fundo tuo: ideò hic vsus appellatur indiuiduus, quia non possum vti pro parte, & non possum colligere fructus pro parte. Et si dixeritis: Si ego vsuarius non egeo nisi sex metretis vini, nonne possum colligere tres, & sic diuidere vsum? Respondeo quòd tunc non dicitur vsus diuidi: sed verius modificari, quia vsus est totus in fundo, & totus in qualibet parte fundi: sicut anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis. Si enim amputetur pes vel manus, non dicitur anima diuidi, sed modificari & restringi facit ad prædicta l. iij. §. modus de seruitu. Ita in proposito. Et si dixeris, nonne idem est in vsufructu? quia si vsusfructus reddiderit hoc anno decem metretas vini, dicitur modificari vsufructus, ergo vsusfructus est indiuiduus. Respondetur, quòd quando debetur mihi vsufructus, vel perceptio fructuum, est mihi debitus iure facultatis, quæ est in ipso vsufructu: nunc autem iure seruitutis vsus. Et hæc fuit ratio Pauli in l. vsus pars. ff. eodem. cum dixit, quòd ideo vsus non potest pro parte constitui, quia non possumus vti pro parte, sed frui sic.

ADDITIO.

a Non placuit do. Pet. Sed ad hanc rationem d. Pet. potes facilè respondere, verum esse quòd in alijs vsus habet maiorem conformitatem cum vsufructu, vt in modo constituendi & fundandi, vt supra eo. in prin. sed in hoc non habet conformitatem cum vsufructu. vt iuribus hic in gl. alleg. Ias. May.

7 No. quòd † in vsu pecuniæ tantum est quantum in vsufructu. Et idem dicunt Doct. in vsu omnium rerum quæ vsu consumuntur. Ratio differentiæ, quia quando relinquitur vsus vel vsufructus rerum quæ vtendo consumuntur, videtur legata proprietas lege quoniam. cum gloss. sua de vsufruct. ead. re. quæ vsu consu. nimirum si quid peruenerit ex his rebus, veluti ex proprijs, suum faciet vsuarius. argu. lege solum. §. vitiom. ff de rei vendica. quod non est in his rebus quæ vtendo non consumuntur. Ibi l fundi. & hoc verum quoad perceptionem fructuum: quo vero ad ius alienandi non sunt similes, vt videbitis statim In fin. gloss. & est ratio, quia aliquando eueniret quod constitutio vsus syluæ remotæ, nihil prodesset vsuario nisi ligna vendere posset, a quia fortasse erogaret in expensis pro ducendis lignis ad patriam quanti emere possent in patria. & hæc ratio ponitur in lege diuus. ff. eodem in verbo vtatur. ibi præter hæc

8 bona. & §. Sabinus. ead. lege in fin. dicite, † quod si quidem ex fundo, cuius alicui vsus debeatur, proprietarius aliquid percipiat vltra vsum vsuarij, impensa b pertinet ad proprietarium. l. si domus. ff. eo.

ADDITIONES.

a Quando possit vsufructuarius vendere. Vide Bellonum consi. xlix. nu. 10. & 11.

b 9 Impensa. Ad quem spectet † impensa fundi vel culturæ, an ad vsuarium, an verò ad dominum, vide hic & c. Adde quòd ex hac glo. colligitis differentiam inter vsufructuarium & vsuarium, dum allegat. l. hactenus. & l. si domus. quæ differentia est in hoc, quia vsufructuarius indistinctè tenetur colere & reficere fundum. d. l. hactenus. secus in vsuario, vt hic. & l. si domus. Ias. May.

10 In gloss. hæc omnia, ibi, solue vt ibi dicite, quod † vsufructuarius vel vsuarius ius personale & ius seruitutis non potest alienare, quia est ius inseparabile à personali. & ita loquitur. §. finitur. Sed ipsam facultatem, & ipsam commoditatem vtendi & fruendi, alteri concedere potest. loquitur ita hic. In fin. gloss. not. † quod licet seruitutes personales

11 cedi possint, prædiales tamen nequaquam & Iacob tenuit glos. in d. l. locare. pro qua allegatur rationem, Nam seruitutes prædiales ita sunt annexæ prædijs, vt ab illis separari non possint. §. ideo autem. supra. de serui. & debentur à re rei, quoties exigit necessitas predij cui debentur l. quoties ff. de serui. ideo alienari non possunt. Sicut videmus in seruitute, quæ ideo alienari non potest, quia debetur à re, personæ catenus, quatenus exigit necessitas personæ, vt hic. Sed hæc ratio Docto. procederet in ipso iure seruitutis, quod alienari non potest. siue loquatur in prædialibus, siue in personalibus. Cur autem commoditas vtendi etiam seruitute prædiali non potest concedi veluti, ius quoddam pastionis, non satis video aperté, cum tale ius etiam constitui possit non habenti prædium, not. in l si quis binas. ff de vsufruct. Et si dixeritis, forte is cui conceditur hæc facultas vtendi ab illo cui debetur seruitus prædialis, in plus vtetur quam exigat necessitas officij prædij illius qui concessit. respondetur, quod illa concessio debet intelliges. quod tãtumdem facultatis tri-

buat quantum eoucedens habeat, argu. in l. qui tabernas. de contrahen. emptione. Cogitabitis.

Habens usus ædium, potest eis uti cum marito uel uxore & familia.
2 *Vxorem separere à marito & è contra, est nimis durum.*
3 *Vsus domus non potest alteri cedi, neque locari. nu. 5.*
Seruitus debita marito, quòd debentur uxori.
4 *Ille cui debetur usus pecorum, non potest uti lana nec lacte.*
5 *Habitatio est ius quoddam separatum ab usu, & usufructu.*
6 *Maritus quid relinquere uideatur uxori. relinquendo in testamento illam dominam, massariam & usufructuariam, remissiuè.*
7 *Leges sunt sub congruis titulis situandæ.*
8 *Vsuarius solum potest introducere personas, quæ sunt inculpatæ uitæ.*
9 *Legatum an ualeat, cum testator reliquit uxorem dominam, massariam & usufructuariam.*

§. ITEM IS QVI. Not ex isto. §. quòd † ille cui debetur vsus ædium, potest vti ædibus cum vxore & familia ac etiam marito: a † esset enim nimis durum, vxorem à marito, & econtra, separere. l. possessionum. C commu. vtri. iud. & ideo hoc non haberet locum in vsu rei alterius constituto, marito vel vxori, quia ibi non inducitur aliqua separatio dura.

ADDITIO.

a Marito. An idem sit in seruitute debita marito, vt etiam debeatur vxori? videtur quòd sic, in l. si stipulatus fuero per te. de ver. ob. & supra in ti. de serui. in prin. &c. Ias. May.

3 Not. quòd † ille qui habet vsum, non potest alteri cedere. Item no. in ver. is ad quem, quòd ille cui debetur vsus serui, non potest operas serui alteri locare. & idem est in vsu.
4 Item no. † quòd ille cui debetur vsus pecorum non potest vti lana nec lacte.a

ADDITIO.

a Nec lacte. Adde concor. tex. in l. plenum. §. sed si pecoris & in §. sed si boum armenti. ff. eo. Ias. May.

Secus quidem est in vsufructuario, qui potest vti pleno iure. l. vsufructus. ff. de vsufructu. & l. quid sit. §. præterea. ff.
5 de vsutis. & hic in glos. Not. in ver sed si cui. quòd † habitatio a est ius quoddam separatum ab vsu, & ab vsufructu. Differt enim ab vsu, quia vsuarius non potest vsum locare: at is qui est constituta habitatio, potest illam locare, vt hic. Et differt etiam ab vsufructu, quia vsufructus finitur morte naturali & ciuili at habitatio sola morte naturali. § finitur. supra eod. iuncta. l. legatum. de cap. diminu. l. si habitatio. §. j. ff. eodem.

ADDITIO.

a Quod habitatio. Adda tu, quòd in hoc conuenit habitatio cum vsufructu, quia quemadmodum vsufructuarius potest alteri locare vsumfructum. d. l. arboribus. ita habens habitationem. vt hic. & C. eo. l. cum antiquitas. Item conuenit cum vsu, in ista, quia habens habitationem potest recipere eas personas quas & vsuarius, vt. ff. e. l. & si habitatio, cum vtroque verò conuenit habitatio, scilicet cum vsufructuario & vsuario: quia potest constitui, & inter viuos & in vltima voluntate. sicut vsus & vsufructus, vt hic in glo. in verbo aliquo. & l. corruptionem. in fi. C. eodem. Item conuenit, quia non transit ad hærede, sicut nec illa duo. d. l. si habitatio. §. hæredem. sed discordant vtroque, quia constituitur habitatio solum in ædibus, sed alia duo etiam in alijs prædijs, vt hic in gloss. in verbo vsufruct. Ias. May.

Et ideo si velis bene consulere mulieri cui maritus volebat relinquere in testamento vsum domus, ita vt plene ea vteretur, facias quòd leget habitationem, vt possit eam alteri locare, & simul & seorsum: cum testator, quod vsuarius solum & simul in ea habitet, legare possit tem. l. cæterum. & l. sed nec locabunt. ff. eo.

ADDITIO.

6 † Quando maritus relinquit in testamento suo mulierem dominam massariam & vsufructuariam, quid videatur relinquere. vide hic. & per Cyn. in authen. hoc locum. infra alleg. in fi. & in corpore vnde sumitur, & per Bar. in l. ex ibus. ffens. §. fi. ff. de publicanis. & Ang. in l. j. ff. rerum amo, Ias. May. { Adde quid si talis maritus legat in suo testamento. fore votis lectum de quo lecto intelligitur: vide per Barth. consi. xviij. inci. clementissimum Deum. in iiij. vo. in. viij. col. Idem Barb cons. xxxiiij inci. illud in medium referen. in iij. col. in eo. volu Idem Barb. consi. xx. incip. clementissimum Deum. in ij. col. in eo. vol. Idem Barb. consi. lviij. inci. omnipotentem & immortalem Deum. in eo. vol. Idem Barb. consi lxxxviij. inci. illud referam in medium. in iij. volo. }

7 Finaliter † no. leges esse sub congruis titulis situandas.
8 concor. l. ij. de sta. ho. In ver. marito not. quòd † vsuarius solum potest introducere personas quæ sunt inculpatæ vitæ. Ideo dixit glo. in l. non aliter. ff. eodem quòd si scholaris vellit inducere ganeas in domum conductam potest dominus alteri locare domum & a socijs prohiberi. Finaliter quæritur. pone quòd maritus in testamento ita disposuerit, relinquo vxorem meam a dominam massariam & vsufructuariam omnium bonorum meorum, absquæ aliqua ratione reddenda, quid erit hoc casu? quantum percipere poterit
9 hæc mulier. In primù † videretur legatum esse nullum, quia relinquit ipsam dominam. Item vsufructuariam, quæ dominio repugnat. vsus enim fructus formalis in re propria constitui non potest. supra titu. j. in prin. ergo legatum nullum, regula, vbi repugnantia. quòd autem valere possit, facit quòd mulier eligere vsufructum vel dominium potest, quia ista sunt duo legata, scilicet, proprietatis & vsufructus ergo eligere poterit quod ipsa voluerit. l. si Titio fundus de vsufruct. leg. Sol. aut iste testator instituerat filios hæredes. Aut in testamento instituerat extraneos. Priore casu illa mulier percipiet tantum fructum. quantum eius exegerit necessitas: posteriore casu poterit eligere quod voluerit, hæc est gloss' ordin. in authentica. hoc locum. C. si mulier secundo loco nupserit &c. Dominus. Io. Christoph. Portius.

ADDITIO.

a De vxore relicta vsufructuaria. Vide Bellonum consilio. ... & consilio. vj. latissimè.

De vsuca. & longi temp. præscri. Rub.

1 *Continuatio rubricæ.*
2 *Copula inter diuersa.*
3 *Vsucapio quid sit.*
4 *Vsucapio triplex fauorabilis, odiosa & mixta. & nu. 5. & 8.*
6 *Possidenti malo titulo, mala fide & dolo non est fauor exibendus.*
7 *Præscriptio xl annorum quando locum habeat. remissiuè.*
9 *Vsucapio quare inducta.*
10 *Vsucapioni quinque sunt necessaria.*
11 *Vsucapioni quis sit effectus.*

1 Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Quia † rerum dominia aut acquiruntur iure gentiū, aut iure ciuili. § singulorū. supra de rerū, di. ideo viso quemadmodum acquirebātur iure gentiū sequebatur videre quemadmodū acquirantur iure ciuili. Vnde cum vsucapio & præscriptio sint modi acquirendi dominia de iure ciuili, ideo ordine competenti, de vsucapione & prescriptione intitulauerit Imperator.
a In fi. glo. a rubricæ. Est hic videndum breuiter, quid sit vsucapio, quotuplex sit, quo iure fuerit inuenta, propter quid fuerit inuenta, quæ requirantur ad eam causandam, & quid sit eius effectus.

ADDITIO.

a In fi. gl. Pro expeditione huius glo. oppono. † de natura copulæ est vt cadat inter diuersa. gl. & Bar. in rub. ff. de iur. & fac. igno. & gl. ex presse in c. querolam, in verbo non ponit. extra de simo. sed hic non ponitur inter diuersa, quia vsucapio & præscriptio sunt idem. ergo &c. Ias. May.

3 Circa primum breuiter dic, quòd † vsucapio latè sumpta, prout mobilia & immobilia complectitur, ita diffinita est: Vsucapio est acquisitio dominij per continuationem possessionis & tēporis a l. diffiniti. l. ij. ff. eo. † Vsucapio latè sumpta
4 est triplex: a quædā est mere fauorabilis, vt est vsucapio triennij, quæ solum in rebus mobilibus consistit. quæ ideo appellata est fauorabilis mere, quia solo fauore possidentis, nulla inspecta negligentia petentis currit.

ADDITIO.

a Est triplex. Istud euidentiale pone infra in prin. super glo. in verbo per triennium & de his mobilibus est gl. in l. fi. in gl. pe & antepe. C. de eda. di. Adri. tol. & ibi bonus tex. & ibi vide Bar. Ias. May.

5 Alia † est vsucapio mere odiosa, vt est vsucapio. xxx. vel xl. an. quæ ideo est appellata mere odiosa, eo quòd currit in eò non negligentia petentis, nullo inspecto fauore possidentis.

tis.†Cui nec fauor est tribuendus, eo quòd titulus & dolus & mala fides in ea versatur. l.cum notissimi. C de præscri. xxx. vel xl.an.a quæ tamen iure canonico propter malam fidem est correcta, vt peccatum mortale euitetur. c.si. extra de præscrip. c.malæ fidei possessor. de reg.iur. li.vi.b

ADDITIO.

Vel xl.annor.†Quando habeat locum præscriptio.xl. an declarat tex.in l.omnes.& in.l.si.C.de præscri.xxx.vel xl.ann.& in.l.C.de ann.except.& ibi glo.in verbo xl.enumerat casus in quibus habet locum præscriptio xl.anno. Ias. May.

lib.vj.Et similiter de iure ciuili, vt no.in l.sequitur.§.si.materia per Ang.ff.eo.& per Bart.in l.omnes.populi.ff.de iusti.& iur.& in auth. ad hæc.C.de vsuris.& d.c.malæ.fidei &c.Ias.May.

Et†est tertia vsucapio mixta, quæ, est x.ann.inter præsentes, & xx.inter absentes: atque ideo est appellata mixta, quia mixto fauore possidentis, & negligentia non petentis est inuenta, de qua infra videbitis. Est autem inuenta iure ciuili, contra regulam iuris gentium, de quo statim dicam super litera.†Est etiam inuenta bono publico quod publicum circa duo versatur: Primum ne dominia vagentur super incerto. l.j.ff.eo. Secundum, vt litibus debitus finis imponatur. l.ii.ff.pro suo.†Sunt autem quinque, necessaria, bona fides, iustus titulus, res non vitiosa, possessio iusta, & tempus continuum, †Effectus autem vsucapionis, est acquisito dominij, cuius vndæ infinitatis gratia, & certitudo dominiorum, vt h.c, & l.j.ff.eod.&.l.ii.ff.pro suo.

1 *Res mobiles triennio immobiles uero longo tempore usucapiuntur & num.13.*
2 *Prædia tributaria an præscribi possunt.*
3 *Titulus sufficiens ad præscriptionem qualis esse debeat.*
4 *Interruptio tituli an impediat præscriptionem.*
5 *Vsucapio de iure ciuili est introducta.*
6 *Vsucapio inuenta fuit, ne dominia super incerto essent.*
7 *Malæ fides superueniens, de iure ciuili non impedit usucapionem. & num 23*
8 *Exceptio usucapiendi, ante litis contestationem & post, potest opponi.*
9 *Ad causandum usucapionem quinque requiruntur.*
10 *Continua possessio qualiter probetur quo ad præscriptionem.*
11 *Dictio per, perfectionem denotat.*
12 *In his quæ sunt de materia positiua, sufficit pro ratione uoluntas.*
13 *Res immobiles & mobiles, quare diuersis temporibus præscribantur, cum potius uideretur idem tempus in rebus mobilibus statuendum, atque in rebus immobilibus.*
14 *Leges ad magis communiter accidentia referuntur.*
15 *Intellectus ad l.i.ff.de usucapio.*
16 *Vsucapio bona ratione est inducta, quamuis per eam quis uideatur aliena iactura locupletari.*
17 *Vendere rem suam quis cogitur ob bonum publicum.*
18 *Rigor specialis æquitati naturali derogat.*
19 *Bona fides semper in præscribente præsumitur.*
20 *Res quælibet libera præsumitur.*
21 *Ad causandam usucapionem sufficit esse bonam fidem tempore rei traditæ, præter quam in emptione, in qua & tempore contractus & tempore rei traditæ bona fides requiritur.*
22 *Superuenientia malæ fidei, de iure Canonico impedit præscriptionem.*
23 *Bonæ fidei defectus superueniens non interrumpit præscriptionem.*
24 *Petitio hæreditatis non datur contra titulum possidentem.*
25 *Statutum quod scholaris examinandus teneatur accipere in promotorem doctorem quem pluri tempore audiuerit, quem doctorem comprehendat, quando Scholaris plures Doctores temporibus diuersis audiuit.*
26 *In præscribendis actionibus personalibus quod tempus requiratur,*
27 *Prouincia quæ dicatur.*
28 *Vsucapione triennij acquiritur directum dominium, præscriptionem uero longi temporis acquiritur utile, & præscriptione xxx.annorum acquiritur exceptio, uel etiam actio, & numero.29.*
29 *Dispositio in parte fauorabilis, & in parte odiosa, pro parte fauorabili est extendenda.*
31 *Obligatio naturalis & ciuilis, an per præscriptionem tollatur.*
32 *Causa quanto potentior est tanto potentius agit, & tanto citius effectum producit.*
33 *Duæ causæ uincunt unam, & potentius operantur.*

IVRE CIVILI Diuiditur in duas, Nam in prima ponit statutum iuris antiqui cum ratione. In secunda ponit, constitutionem nouam, cum ratione sua. Secunda ibi, nobis melior sententia.(†Res mobiles triennio vsucapiuntur, immobiles verò longo tempore, videlicet x.annis inter præsentes. &,xx.inter absentes, nulla habita distinctione locorum: a sed iusto titulo b, bona fide, continuatione possessionis, debitis temporibus super re non vitiosa præcedentibus, licet aliter antiquitas statuisset, hoc dicit.

ADDITIONES.

Locorum. Et ad istum tex. dum dicit, quod †olim fiebat differentia inter prædia Italica & prædia Prouincialia, puto quod illi antiqui mouerentur ista ratione. Nam prædia Prouincialia præstabant tributa & sic erant tributaria. Prædia autem Italica nulla præstabant tributa, vt dicit glo.notabilis in l.omnes.C.sine censu vel re.& ideo statutum erat, prædia Prouincialia non posse præscribi, sicut & Italica. Hinc est, quod cum ea rebus mobilibus uno colligantur tributa, quia res mobiles nõ sunt obnoxiæ tributis in rebus mobilibus non fiebat distinctio locorum. Hodie tamen dispositum est, quod non fit differentia locorum. Et si dicis nonne adhuc hodie militat illa ratio, dico quod non. quia licet hodie possint præscribi prædia tributaria, procedit quantum ad dominium, non autem quantum ad ius tributi non præstandum. & ita vult glo.in l.vnica.in glo C.de vsuca.transfor.Ias.May.

Iusto titulo. Quæro, qualis debeat esse titulus sufficiens ad præscriptionem, Dic, quod †debet esse titulus verus vel putatiuus, iusto errore interueniente puta, quia procurator meus dixerat mihi quod emerat rem quæ reuera nõ emerat, & ego credidi & possedi. de quo per Bar. in l.Celsus.ff.eo. Et adde quod iste titulus putatiuus debet esse talis qui sit possibilis per naturam, aliàs non sufficit. Vnde si ego possiderem titulo pro hærede, tanquam heres alicuius, qui reuera non esset mortuus, tunc talis titulus non est sufficiens. l.j.ff.pro hærede, †Nunquid autem interruptio tituli impediat præscriptionem fieri: puta testator possidebat rem pro emptore, ipse ante completam præscriptionem mortuus est, & hæres incepit possidere pro herede, an ista possessio secunda, facta ex alio titulo, cõtinuetur cum prima: Dic quod sic. l.Pomp.§.j.ff.de acqui.pos. & habetur per Bart.in l.naturaliter. ff. de Vsuc. vbi vide. Ias. May. qualis esse debeat ad præscriptionem.

Titulus Adde Bar.in l.proprietatis.C.de proba. Ang.in.l. quemadmodum.C.de agri.& cens. Io.de Imol.& Card. Zabarel.in c.j.de re.eccle. non alie. Io.Petrum de ferrarijs in sua solenni pract.in forma responsio.rei conuenti.in glo.præscriptionis.in parua nume.3.cum seq versi. nunc autem plenius attingo. Fely.in c.de quarta.col.ia.versic. secundò doctrina.cum seq.extra de præscri. Franci. Zoan.in consi.xa. inci.in literatoria.num.9 & Marta. Zozim.iunio.in consi. lxix inc.pro dilucidatione propositæ numero.38.in j.vol.Io.Bapt. Ziletus.

hoc dicit. Iu m pondera tex.in verbo, putantibus hic esse tex. pro glo.in l.j.§ puertiam.in verbo, ratus.ff.de posthu.quæ similiter ponderat tex.ibi in verbo, ratus.& ponit ille.infra in quarto notabili.Ias.May.

Not.†Pri . ò, vsucapionem inuentam esse iure ciuili, & hoc contra regulam iuris gentium: quia eo iure solum acquiruntur dominia, si traditio rerum fiat à domino. l.traditionibus. C.de Pactis.§.per traditionem.supra de rerum diuisio. sed per hanc enim vsucapionem acquiruntur dominia traditione facta à domino.†Not.quare fuerint inuentæ vsucapiones, ne scilicet rerum dominia sint super incerto. Alia fuit ratio, vt finis litium sit.a

ADDITIO.

Litium sic. Et potes intelligere istam rationem, vt sit sensus, quod ille qui emit, rem, vel habet alio titulo, nunquam esse certus se dominium esse effectum, nisi Vsucapio fuisset introducta. licet Bald. Ray. & Albert. intelligant in l.j.ff.eo.istam rationem, quia magna est difficultas probare dominium nisi per vsucapionem, vt dicit glo. in l.cum res.ff. de proba. Non autem intelligas, ne dominia sint in incerto, hoc est, quod vsucapio sit inuenta vt sciamus quis sit dominus quia secundum hoc sequeretur, quod si ego ex postfacto scirem quis esset dominus, quod non possem vsucapere, quia cessaret illa ratio & tamen hoc est falsum, †quia mala fides superueniens, de iure ciuili non impedit vsucapionem. l.j.§.illo proculdubio. C.de vsu. transfor. Ias.May.

Sed ista est ratio rationis. Si enim dominia erunt certa, erit finis litium. Ex quo dicunt Doct. quod † exceptio vsucapiendi potest opponi ad processum & merita causæ, & sic ante litis con

testationem & post, Tutius tamen est vt ad vtrunque proponatur. si enim ad vtrunque fuerit opposita, non compellet Iudex te litem contestari & vsucapionem si non probasti, poteris probare lite contesta, de quo Bald. in l. postquam liti. C. de pact. 9 per alios in l. nam & postea. de iureiur. Tertiò, † not. quinque quæ requiruntur ad causandam vsucapionem Primò, fides bona, vt ibi, bona fide. Secundò iustus titulus. vt ibi, emerit. Ter- a tiò, possessio: vt ibi, acceperit. Quartò, tempus continuum. vt ibi ibi, anno, Qointò, rem non vitiosam. vt ibi, eam rem.

ADDITIONES.

a Tertiò. Adde quomodo probari possit possessio continua, quoad præscriptionem. Specu. in tit. de proba. §. j. vers. sed quæritur. Math. de matthæsillam. in notabi. suis. cxvj. incip. no. mirabilem doctrinam. & ibi in addi. Ia. Bapt. de Castelliono & excellentis. D. Gabriel. Saraynam in suis nouis additionibus. Practi. Papiens. in for. responsiõis rei &c. in gl. præscriptionis. in paruis. numero. 19. 20. & 21. vers. post hæc. adhuc & in forma capitulorum actoris. in glo. continuè num. 1. Zilettus.

b Possessio. Quæritur † etiam, qualiter probetur continua possessio 10 Dic, quod probatis extremitatibus, dicitur probata media possessio. l. siue possidetis. C. de proba. Et sic debent esse cauti capitulantes, vt ipsi faciant. quod dicta testium concludant continuum tempus in præscriptione non enim sufficit probare possessionem nisi probetur continua l. j. §. quod autem. ff. de aqua. quoti. & æsti. Nisi dixerit à x. annis & citra: quia tunc copula, &, denotat primum possessorem fuisse iam sunt x. anni. & postea, possedisse, vt in c. licet causam. versi. exptectum. extra de proba. Item non sufficit dicere quod possedisti x. annis proximis, quia potest verificari in vna die. d. §. quod autem. Ideo est capitulandum hoc modo, quod possedit per tempus x. annorum, ita quod illud tempus sit 11 transactum antè litem motam. † quia dictio, Per, denotat perfectionem l. vrbana. §. pernoctare. de verbo. signi. & de hoc vide Barto. in d. l. Celsus. Iason. May.

Adde quod dictio. Per. denotat perfectionẽ. tex. in l. qui procuratorem in prin. ff. de procu. in l. qui cõcubinam. §. cum ita legatum. ff. de leg. iij. in l. ij. in pri. ff. de adulte. not. in l. j. §. pe. ff. de vco. in possessionem. Glo. ij. c. si constiterit. in vers. pernoctauerit extra de accusa. & ibi Ab. Panor. col. fi. vers. in gl. pernoctauerit. glo. in cle. causam. in prin. in ver perfecto de electio & ibi Car. Zabarel. in iij. not. Dy. in l. iurisperitos. §. j. ff. de excusa. tut. & Nide Neap. in lectura Bar. in l. quinquaginta. eo. tit. Bal. in l. sed & milites. . plane. eo. ti. & in c. j. §. si quis per triginta col. j. vers. per triginta. in tit. si de feu. fue. controu. in vsi. feu. & ibi Io. Ant. a S. Georgio Præpusit. Mediolanem. in Ponci & Iacob. Aluaro. primis verbis Aug. de vbal. Senio. in l. pe. §. ad crimen. col. j. ff. de publi. iud. Io. delmo. in cons. cj. incip. in causa accusationis eo. j. Doc. in c. licet causam. de probatio. Modest. Pollens. in cons. xlvij. inter consilia criminalia Bartho. Cepol. incip. quamquam per supradic. os famosissi. Doctores, col. ij. ver sed quia ista distinctio. & Illustren. D. Andreæ. Tiraquell. in l. si vnquam in ver. reuertatur. num. 143. C. de reuocan. donat. Zilettus.

12 Item not. in versi & cum hoc. quod † in his quæ sunt de materia politica, sufficit pro ratione voluntas. glo. est in l. j. §. pue 13 ritiam. ff. de posthu. Item not. quod † res mobiles vsucapiuntur triennio, immobiles verò longo tempore, hoc est x. an. inter præsentes. & xx. inter absentes. Sed contra prædicta op. subtiliter Præceptor meus, quod lex statuendo minus tempus in vsucapione mobilium rerum quam immobilium, V. detur iniqua, & quòd imo ex æquitate & ratione oppositum statuere debuisset. Primò, quia res mobiles facilius amittuntur, & difficilius acquiruntur: quia facilius occultantur quam res immobiles, quæ se exhibent solo. l. j. §. j. & l. rem quæ nobis. l. si rem mobilem. ff. de acqui. pos. ergo cum in eis maior difficultas committatur in recuperando, debuisset scilicet ex dictamine rationis rectè maius tempus ad inquirendum res mobiles statuere. Præterea si dixerimus vsucapionem rerum mobilium procedere ex sola possessione vsucapientis, non autem ex negligentia non petentis: quod iterum malè statuerit ita demonstratur, quia possessio rerum mobilium est fragilior, quam rerum immobilium: solet enim vulgo dici, rerum mobilium vilis est & abiecta possessio. l. si rem mobilem. ff. de acqui. pos. ergo maius tempus deberet requiri in vsucapione rerum mobilium quàm immobi- a lium. vos respondere, a † quòd ideo lex minus tempus statuit quia licet possessio rerum mobilium dicatur fragilior quoad eam perdendam. tamen quia cum res mobiles possidentur, illa possessio est nobilior cæteris, ideo facilius super eius vsucapio interuenit, attenta nobilitate possessionis ex parte vsucapientis, & attenta fragilitate culpæ ex parte non petentis. arg. in l. si culpa. de rei ven, maior enim culpa committitur stando per triennium inquirendum res mobiles quibus frequentissimè vtimur, quam res immobiles quæ in solo consistunt.

ADDITIO.

a Vos respondere. Sed secundum istam sol. sequeretur, quod ista vsucapio triennij esset odiosa, cum mero odio non petentis procedit. Vel saltem, & melius, deberet dici, mixta: quod tamen est falsum. & contra ea quæ iste dicit in rub, & ibi dixi quod fortè posset teneri & probari, in l. fi. ad fi. C. de edi. diui Adria. tol. nec est tex. qui vigeat ad oppositum vel potes dicere, quod ideo minus tempus sit statutum in rebus mobilibus, quia de minori præiudicio tractatur: & proptè credo quod ista ratione motus sit Imperator. Et si diceres, nonne reperiuntur res mobi 14 les quæ sunt magni præiudicij † Respondeo, quod leges referuntur ad magis communiter accidentia. l. nam ad ea. & l. ex his. ff. de leg. Quia ergo magis communiter accidit qòód res immobiles sint maioris præiudicij quam mobiles, idcirco in eis præscribendis, & sic amittendis lex 15 maius tempus statuit quam in rebus mobilibus, Et quod † vsucapiu triennij curat etiam in odium non petentis, facit l. j. ff. eo. in verbo cũ sufficeret. maximé quia illa. l loquitur de vsucapiõe in genere. & genus debet verificari in qualibet sua specie. ad idẽ tex. noster in verbo putantibus. Et cogita de ratiõe, quare in rebus mobilibus, nõ sit distinctio, an inter absentes vsucapiatur, vel præsentes. cum in rebus immobilibus nõ habeamus respectum an res sint præsentes vel absentes, sed an personæ l. fi. C. de præscri. longi temp. Iason. May.

Sed iterum contra opp. quòd lex malè statuerit, & contra equitatem, vt res alienæ vsucapiantur. Nam statutum est neminem licere aliena iactura fieri locupletem, l. nam hoc natura, ff. de condi. inde. ergo lex inique vsucapionem adinuenit. Sol. 16 dicunt Doct. † quod non est iniquum, quia hec acquisitio habet iustam causam annexam, videlicet boni publ. ci. Sic & alibi vide 17 mus quòd † propter bonum publicum quis cogitur rem suam vendere, & sic iure suo priuatur. l. item si verberatum. §. j. de rei ven. Item propter delictum damnatorum bona publicantur l. j. de bo. dam. ita etiam propter negligentiam bona vsucapiuntur. Præceptor meus ita respondebat: quod licet equitas aliter vellet, tamen postea immutari potest. Probat ex hoc: æquum fuit tempore belli testamenta certis modis fieri caduca, vt possent Imperatores bella sustentare: eueniente pace fuit etiam æqué statutum vt caduca fierent l. vnica. C. de cadu. tol. l. Ita in proposito, nulla negligẽtia commissa, est æquum 18 iure suo neminem priuari, vt sit litium finis. † Finaliter opponit: nã ex quo est æquitas scripta, vt nemo locupletur cũ aliena iactura, & rigor scriptus vt locupletur mediate vsucapiõe, æquitas deberet rigori præferri. l. placuit. C. de iu. l. si tibi pecuniam. ff. si certũ pe. Sol. illa iura procedũt quãdo æquitas aduersatur rigori in specie: secus si in genere aduersetur, quia per specialẽ rigorẽ æquitati naturali derogatur, vt hic. & l. sanctio legũ. ff. de pœnis. & regula, iure gen. libro. vj. In gloss. in bona fide 19 ibi, verius colligitis ex gloss. † quòd in præscribente semper a a præsumitur bona fides.

ADDITIONES.

a Semper. Adde docto. in ca. possessor. de reg. iu. lib. vj. Docto. in c. vigilanti. de præscri.

b Bona fides. An in præscribẽte semper præsumatur bona fides bene. & illud quod hic dicitur, quòd præsumitur bona fides, intellige procedere in rebus corporalibus, secus in præscriptione iurium incorporalium. l. prima. §. hoc interdicto. & ibi glo. in verbo vsus. & ibi Bar- 20 tol. ff. de iti. actũque priua. & per Angel. de Are. hic. Et ratio diuersitatis quare in præscriptione rerum incorporalium non præsumitur bona fides, est secundum Bal. in §. sed iste. Insti. de actio. quia habet præsumptionem contra se, cum quælibet res præsumatur libera. l. altius, C. de serui. & acqua. De hoc, an in dubio bona fides pręsumatur, si non probetur mala, vide gloss. hic tenentem quòd sic, & aliam in l. super longi. C. de præscrip. long. temp. & ibi plene de contactu emptio. vide etiam gloss. in §. sed iste. in gloss. magna. Insti. de act. quæ vult quòd debeat quis stare sacramento allegantis bonam fidem: quæ gloss. reputatur notabilis in hoc. Et pro hoc quòd in dubio præsumatur bona fides videtur tex. C. de euic. l. penult. quam allego in dicta l. super longi. Ias. May.

Sed contra nomine vnusquisque arbitrari debet, quod suum non est &c. l. fi. a. C. vnde vi. ergo possidens rem alienam semper presumitur in mala fide. Solut. dicunt Doctor. huic præsumptioni bonæ fidei operatur titulus habilis ad translationem dominij, qui possessionem præcessit. Ibi. sufficit, 21 colligitis, quod † ad causandam vsucapionem sufficit regulariter habere bonam fidem tempore rei traditæ, licet mala fides fuisset tempore contractus. Hoc fallit in vsucapione causanda ex contractu emptionis: quia tunc exigitur bona fides duplici tempore, videlicet tempore contractus & rei traditæ: Ratio

d. not

diuersitatis assignatur per glo. in l. ij. ff. pro empto. quia contractus vendi(ti)onis magis celebratur quam cæteri. vnde maior cautela est adhibenda. arg. in l. capitalium ff. de penis. in §. famosos. Sed hec est ratio non est, bona si magis frequentatur, maior fauor esset adhibendus, vt citius vsucapio curreret. ar. in l. certi condictio. §. si nummos. & in l. singularia. ff. si cert. pet. Non ob. l. capitalium. quia loquitur in delictis, in quibus propter frequentiam fauores tribuuntur: quia preceptor meus dicit, se non nouam rationem inducere. sed eam quæ fuit Iurisconsulti in l. si is qui pro emptore. §. fi. de vsuca. dicitur enim ibi quòd tem alienam fit pulari possum scienter, sed non emere. vt mihi dominium acquiratur. Vnde si mihi tradatur res quam dare promisisti, ideo sufficit habere bonam fidem tempore traditionis, quia dabeo excogitare quod tu more boni viri rem quam sciebam esse alienam tempore contractus, redemeris, & mihi tradideris, cum ad hoc de iure tenearis. s. dominium transferre l. vbi autem §. fi. ff. de verb. ob. Non est sic quando, vendidisti quia non teneris dominium transferre: vnde nec debeo cogitare quòd velis rem redimere à verò domino, & dominium transferre. l. ex empto. de act. emp. vnde non debeo putare esse tunc tempore contractus, & ista ratio placet. Ibi, posterior scientia. Hoc est de iure ciuili. † de iure verò canonicò cui hoc loco cedere debemus, mala fides superueniens impedit præscriptionem. c. malæ fidei de regulis iuris. libr. vj. cap. fin. extra. de præscript.

22

ADDITIONES.

Superueniens. An mala fides superueniens impediat præscriptionem complen. Dic. quod non, & adde quod ista mala fides debet esse firma & irreuocabilis, vel non etiam dubia, puta, si quis post inchoatam vsucapionem dubitet an res sit sua, an non ista dubitatio non habet impedire implementum vsucapionis, de quo vide per glo. & Imo. in c. fi. de præscri. & per Bar. in l. naturaliter. ff. de vsuca. Ias. Mayn. An mala fides superueniens impediat præscript. Adde docto. in capitul. Vigilanti. & in capitul. illud de præscript. Adde Vincētium. Herculan. in l. possideri. §. genera numero. 6 ff. de acquirend. possessio. & Frans. Zoanettum in consil. 22. incip. in lite mota per D. Gentilem. nume. 5. & 6. Ziletus.

Iuxta hanc partem pulchrum esset videre quæ potest esse ratio, quod † defectus bonæ fidei superueniens non interrumpit præscriptionem. d. l. vnica. §. illo proculdubio. C. de vsuca transfor. & tamē defectus possessionis superueniens interrumpit præscriptionem. l. naturaliter ff. de vsuca. in tantum quod dicit tex. valde notabilis in l si is qui pro emptore. §. si quis bona fide. ff. eod. quod si quis à principio remhabuerit bona fide, & superuenit scientia rei alienæ, & sic mala fides, quo casu de iure ciuili nihilominus potest vsucapere. d. §. illo proculdubio. quod si perdat possessionem, & postea recuperet, non possit vsucapere, quia initium secunde possessionis vitiosum est, Aliàs audiui assignari istam rationem. Non esse præsumendum quod lex velit facere actus suos frustratorios. l. hæc stipu. ff. vt leg. nor ca. Sed si diceremus, quod per defectum bonæ fidei superuenientem interrumperetur præscriptio, certè ista præscriptio quæ est introducta propter bonum publicum, vt habetur. l. j. ff. eod. & ne dominia rerum essent in incerto, vt hoc tex. quasi frustratoriè essent introducta, Cum de facili & multis modis possit superuenire mala fides iuxta tradita per Bar. in l. Celsus. in fi. iij. col ff. eod. & propter commu(n)em illum modum interrumperetur vnde ne hoc eueniret, lex statuit sufficere si bona fides sit à principio: Non sic est in amissione possessionis, quia possessio ita de facili non mutatur sicut voluntas & animus Cogita, & non inuenis fortè in specie aliā rationem diuersitatis. Potes tamen hanc rationem hoc modo, & melius formare. Lex facit actus suos minus frustratorios quàm potest, deducendo postea vt supra. Vide meliorem rationem proximè scriptam. & aduerte, quia ista ratio non valet vnam fabam, cum hodie de iure canonico mala fides quandocunque superueniens impediat, vt hic per istum tex. & tamen militaret absurdum, de quo supra, ergo ratio non est vera. & licet dictum sit mihi quod nullus ponit hanc rationem diuersitatis, tamen ego puto, quod colligatur optima ratio diuersitatis ex verbis Bar. in loco ordinario, in l. naturaliter. in vlt. col. ff. eod. quam ego latius sit declaro. Aut enim quis vult præscribere actioni personali & sic alicui debito. & tunc isto casu non requiritur aliqua possessio, vt dicit ibi Barto Sed currit sola negligentia non petentis. Aut vult præscribere alicui action(i) reali, & sic vult acquirere per præscriptionem dominium rei alienæ, & tunc non potest, nisi continuó taliter possideat, quod possit conueniri, quia vbi non posset conueniri a domino, non valēti agere nō curreret præscriptio, Sed si quis amittit possessionem rei non posset conueniri à domino, vnde nimirum si interrumpitur præscriptio quandocunque amittat possessionem. sed si desinit esse in bona fide, nihilhominus, posset conueniri, nimirum si præscriptio non interrumpitur. Et propterea sentit ibi Bar. quod si quis dolo desijsset possidere, quo casu posset conueniri perinde ac si possideret, quod non interrumperetur præscriptio, nam vult ibi Bar. quod si quis posset conueniri quamuis non possideret, quod non interrumpitur præscriptio. Ias. May.

In fi. Hoc verum quo ad fructus, non autem quo ad præscriptionem: quia † petitio hæreditatis non datur contra possidentem cum titulo. l. hæreditatis. C. de peti. hære. l. hæreditatem. C. in qui. cau. cessat long. temp. præscri. In fi. gloss. in v. ... nium. inducitur ad quæstionem: † Dictat statutum vniuersitatis, vt scholaris examinandus teneatur accipere in promotorem. Doctorem quem pluri tempore audiuerit: de quo statur iuramento scholarium. Ecce scholaris iurat audiuisse Doctorem per mensem continuum, & sic per lectiones. xx. vel circa: iurat etiam quòd incepit audire alium Doctorem per tres menses, sed illis tribus mensibus non audiuit nisi xv. lectiones: quis erit promotor necessarius? Videtur quòd ille quem audiuerit pluribus lectionibus. quia illud fuit tempus continuum quod videtur exquirere statutum, vt hic in tex. Faciunt verba statuti, quæ dicunt, pluri tempore audiuerit. & ita notant actum audiendi. Quod autem alter admittatur, probatur, quia ex quo cœpit audire, & aliquando reuertebatur, retinebat animum audiendi ideo debet haberi pro audiente. ar. in l. naturalem. §. pauonum. de acqui. rer. do. Ego puto primam partem veriorem, quia statutum notat actum audiendi. Fateor enim, quòd ex quo reuertebatur ad auditorium alterius Doctoris tempore discontinuato, retinebat animum scholasticum, & scholaris suus appellabatur: ideoque si statutum dixisset, vt ille sit promotor cuius longiori tempore fuit scholaris, obtineret. Non est sic quando statutum notat actum, & dicit longiori tempore audiuit. Et pro hoc allego tex. in l. seruus. §. fi. de sta. lib. preterea ideo statutum exquisiuit longius tempus audiendi, vt daretur premium doctori sub quo melius profecit. Palàm autem est melius profecisse sub quo magis audiuit, & continuè, quā sub quo magis audiuit & discontinuè. In fi. gloss. in ver. nullum. dicite quod † in præscribentis actionibus personalibus, ideo requiritur maius tempus, quia illa præscriptio currit negligentia sola non petentis; at cetere currunt ex negligentia non petentis, & ex possessione præscribentis vnde cum habeant causam potentiorem, citius currunt, & effectum operantur. ar. in auth. de consan. & vte. fras in prin. In gloss. inter presentes. in fi. † Sed dubitatur, quę dicatur eadem prouincia [a] Aliqui dicunt quòd est consideranda consuetudo regionis. aliqui quòd singulari archiepiscop constituunt singulas prouincias: illa est communis sententia, quam tenuit gloss. not. in l. fi. C. de prescri. lon. tempo. vt vnaquequæ ciuitas cum suo territorio, loco prouinciæ habeatur: Nam vt olim singulæ, prouinciæ singulas presidationes habebant, ita hodie singule ciuitates singulos habent presidatus, quos nos prætores appellamus. In gloss. in ver. dominia. colligitis, [b] quod † per vsucapionem triennij acquiratur directum dominium: [c] per præscriptionem verò longi temporis acquiratur solum vtile & hanc tenuit gloss. in l. iij. ff. eod. & in authent. nisi. C. de bo. ma. eamque communiter sequuntur Citramontani, Vltramontani verò tenuerunt contrarium, quos sequebatur preceptor meus. Primò per istum tex. ad literam. Secundò, quia eadem est diffinitio præscriptionis longi temporis, que est vsucapionis triennij, ergo idem effectus acquirendi dominium. Assumptum probatur in l. i. j. ff. eod. cum sententia sit vna per ea que habentur in l. omnis bona diffinitio. ff. de reg. iur.

ADDITIONES.

a Prouincia. Adde Mathæ. de Afflict. in consti regni Sicil. consuetudinem. in q. nota. ver. secundo pondero. de præscri. Ziletus.

b Colligitis Circa hanc conclusionem gloss. quod per præscriptionem triennij acquiratur directum dominium, & per præscriptionem x. vel xx. annorum acquiritur vtile dominium, & per præscriptionem xxx. an acquiritur tantum exceptio, vel etiam vtilis actio, si habebat bonam fidem, iuxta l. si quis emptionis. C. de prescr. xxx. vel. xl. an. pulchrum est videre de ratione diuersitatis. Aliàs audiui assignari, rationem quod ideo per præscriptionem triennalem acquiritur tantum directum dominium. quia illa cadit in rebus mobilibus, in quibus non est dare vtile dominium allegatur glos. in §. adeò in verbo locatorem. infra loca quæ gloss. mihi non dicit. Sed posito quod istud esset verum, istud non sufficeret pro ratione inter præscriptionem x. anno. & præscriptionem xxx. ann. Dic ergo quod vera est ratio quam ponit Dyn. in regula, possessor malæ fidei. in ij. col. quod præscriptio triennalis est fauorabilis, vt dixi supra in euidentialibus, & ratio inducitur, vt per eam

directum acquiratur. Illa veró longi temporis est mixta, ideo media via est electa, vt tantum vtile dominium acquiratur: Illa veró longissimi temporis est mere odiosa, ideo datur ei minor fauor qui potest, & ideo inducitur Vt per eam tantum exceptio acquiratur. Nec huic ratio

30 ui ob. vnum quod audiui aliás adduci in contrarium, †. quotiescunque vna dispositio est pro parte fauorabilis, & pro parte odiosa, quod pro illa parte pró qua est fauorabilis, est extendenda, iuxta glo. in l. ij. C. de eden. quia hoc ego fateor, & dico quód bene extenditur. Hoc patet, quia nisi ille fauor attenderetur, non acquireretur nisi exceptio, vt in præscriptione longissimi temporis, in qua nullus fauor attenditur. Et si contra omnia ista opponeres, quod tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis, l. obligationum feré. §. placet. ff. de act. & obli. fateor quód tempus solum non est causa tollendæ Vel inducẽdæ obligationis, sed bona fides, titulus, & possessio iuncta cum tempore, bene possunt tollere & inducere obligationem. Et propterea, quia in præscriptionibus xxx. vel xl. ann. solum tempus attenditur & quia non adsit bona fides, solum inducitur exceptio, ergo patet quód non tollitur actio, cum exceptio sit actionis exclusio: ergo præsupponit actionem, & consequenter obligationem extare. ergo præsupponit eas non fuisse sublatas præscriptione illa xxx. Vel xl. ann. Hæc notabis, quia nõ habes alibi ita declarata prædicta. Et sic in re mobili ratio vera est Nico. de Neapo. in præscri. xxx. an vera ratio, quia tempus &c. in præscri. xx. ann. vera ratio, quia satis est præscribenti acquiri vtile, quod præfertur directo, & præscribenti nihil nocet pœnes primum dominium esse directum. quod nihil. valet contra eum, sed contra tertium. Ias. May. Et dum glo. allegat. l. si quis emptionis. in prin. pro opi. Bul. vult inducere, dum ibi dicit lex præscribenti exceptionem, que præsupponit actionẽ in agente, cũ sit actionis exclusio, vt l. j. ff de exceptio. ergo cũ penes primũ dominiũ remaneat actio ergo dominiũ ita colligitur ex respon-

31 sióe quã infra ille dat. Ias. May. † An autem per præscriptionem tollatur naturalis & ciuilis obligatio, vide per Bar in l. fin. ff. rem ra. ha. & d. l. sicut. & in d. l. fi. supra alle. De hac materia etiam dic vt. C. de bonis maternis. authen. nisi. & in l. si quis diuturno. ff. si ser. ven. & l. traditióibus. C. de pact. Ias. May. An per præscriptioné tollatur naturalis & ciuilis obligatio, vide Bal. in l. si quis postquam. ff. de fideiu. & glo. magna. in l. vbicunque. ff. de soln.

6 Directum dominium. Adde an per præscriptionem acquiratur dominium vtile vel directum. text. in lege. si duo. §. pomo. in verticul. vtilem actionem. ff. de iuterat. text. in lege prima. §. denique. in fin. in ver. in quam rem. & ibi glo. & Bat. versi. vlterius per hanc legem. ff. de aqua plu arcen. tex. in c. placuit. §. præscriptionum. in ver. vtiliter. Et ibi gloss. xvj. q. ij. Glo. in l. si. quis diuturno. in ver. de iure. ff. si serui. vendi. glo. j. in l. vsucapio. ff. de vsucapio. glo. in rub. ff. de diuer. & tempora. præscriptio. gloss. in l. traditionibus. in ver. vsucapionibus. C de pact. & ibi Bald. & Saly. col. iiij. & v. Alc. col. ij. Philip. Deci. col. pen. & Fran. Curti. iunio. col. gloss. in l. si quis. in ver. creditores. C. de præscriptio. xxx. anno. & ibi Saly gloss. in auth. vt eccle. Rom. in fi. & ibi. Ang. Inno. in c. cæterum col. j. versi. & si voluerit. extra de iud. & ibi Abb. Pano. col. vij. vers ex hoc dicto. Inn & Feli. col. v. qui remittit se ad Lud. Rom. in l. prætoris. ff de dam. infect. & alios vt per eum. & Philip. Deci. col. pen. vers. tertio. Ab concludit. Spe. in tit de præscriptio. in ponti. & in titul. de loca. §. nunc aliquam. versiculo. quinquagesimo quarto. Archidia. in c. seruitium. xviij. q. ij Io. Andre. in c. possessor. de reg. iur. lib. vj. Bar in l. Stich. ff. de vsufruct. lega. & in l. ij. ff. de vsucapio. & in l. fi. C. ex qui. cau maior Bald. in auth. hoc ius porectum. col. ij. in princ. C. de sacrosanct. eccle in repeti. l. fin col. vj. C. de præscriptio. Abba. Panor. in rub. extra de præscri. & ibi Feli. col. j. Eundem Panor. in j c. ad aures. eod. titu. Io. de Imo. in c. fi. eod. xxuij. de præscriptio. Io. pe. de Ferrarijs, in sua solenni practi. in forma libel. in actio real. in gl. ll. ure domin j. Alex. de Imo. in consi. lxxxviij. col. ij. versi. probauit. in ij. vol. Mar. Sozin. in rubr. extra de cau. possessio. & proprie. ver. & Senio. viij. per vsucapionem. Et Fran. Balb. io tract. præscriptio. in ij. par. princ. q. ij. Io. Bap. Ziletus.

32 Item mouetur, qui. † quanto causa est potentior, tanto potentius agit, & tãtũ citius effectũ producit. ar. in l. nã & magistra ff. de arbi. Sed in præscriptione longi temporis est causa potentior: primo, quia possessio rerum immobilium est potens & firma, possessio vero rerum mobilium fragilis & abiecta. l. si rem mobilem ff. de acquit. pos. Item præscriptio fundatur

33 ex longiori possessione quam vsucapio, igitur &c. † preterea duæ causæ vincunt vnam, & potentius operantur auth. cessante. C. de suis & legi. Sed ad causandum præscriptionem longi temporis concurrunt due causæ: primó possessio præscribentis, secundó negligentiam non petentis, ergo deberent plus operari quam vsucapio, ad quam causandam solum consideratur possessio vsucapientis, non autem negligentia non petentis. Ad arg. respondetur primó, quod. l. si quis emptionis titulo. loquitur de exceptione intentionis & facti, quæ nullum ius presupponit in agente. l. qui se debere. & ibi gloss. ff. de condi. ob. cau. Ad alia autem iura que dicunt, quod ei competit vtilis actio, exponitur vtilis, id est. efficax &c. Ioan. Christo. Por.

1 *¶ Vsucapi quæ possunt, & quæ non.*

2 *Vsucapionis appellatione, alienatio continetur.*

3 *Res sacræ & liber homo licet possint uendi ignoranti tamen non possunt usucapi ab emente bona fide.*

4 *Seruus fugitiuus an possit usucapi & num. 17.*

5 *Vsucapio non de facili procedit in rebus mobilibus.*

6 *Vendens rem alienam sine potestate sibi tributa furtum committit.*

7 *Donans scienter rem alienam committit furtum.*

8 *Vxor an possit eleemosinam facere de bonis sui uiri.*

91 *Intellectus ad l. rem alienam. ff. de contrahen. emp.*

10 *Partus ancillæ ad usufructuarium non spectat.*

11 *Error iuris non inhibet possidentem facere fructus suos.*

12 *Furtum sine effectu furandi non committitur.*

13 *Furtiuitium purgatur, cum res reuertitur in potestatem domini, uel quasi domini.*

14 *Res pignorata quando surripitur á domino creditori, tunc furtiua efficitur*

15 *Seruus fugitiuus facit furtum sui, regulariter furtum capiendo,*

16 *Præscriptio non currit quando instrumentum est uiratum,*

17 *Violentiarum quinque sunt genera.*

19 *Res uiolenter possessa non præscribitur.*

20 *Voluntas est pro ratione.*

21 *Ratio uiuificat legem, sicut anima corpus.*

22 *Auctoris uitium an successorem comitetur.*

23 *Intellectus ad auth. malæ fidei. C. de præscrip. longi. tempo. &c.*

24 *Titulus pro herede an in suis locum habeat.*

25 *Statutum quod pro qualibet hereditate quid soluatur, non habet locum in herede suo. uel filio, seu nepote*

26 *Error iuris in possidente impedit usucapionem, secus in tradente.*

27 *Possessio an propter absentiam amittatur.*

28 *Scientia non inflat hominem, sed superbia quæ ex illa prouenit.*

29 *Obliuio quarto tempore causetur.*

30 *Auc. malæ fidei possessor. C. de præscrip. longi. temp. xxx. uel. xl. ann. ut locum habeat, quæ requirantur.*

31 *Verba quæ non possunt uerificari secundum proprium significatum, uerificantur per subauditum intellectum.*

32 *Dictio, quondam quo intelligatur in instrumento, uel dictio testis in quo dicitur, talis filius Caii, si Caius est mortuus.*

33 *Res non cadit in uitium furtiuitatis, si debitor rem suam pignoratam creditori surripuerit.*

34 *Extraneus si surripuerit creditori rem pignoratam, res non effugit uitium furtiuitatis, quamuis ad dominum debitorem reuertatur.*

35 *Res in uitium furtiuitatis cadit, si debitor qui rem alienam pignorauit eam surripuit.*

36 *Res pignorata si fuerit ab extraneo surrepta furto, purgatur. uitium furtiuitatis, si ipsa ad creditorem rediuerit.*

37 *Furtiuitatis uitium ut purgetur, an sufficiat rem furtiuam redire ad bonæ fidei emptorem.*

38 *Bonæ fidei possessor an habeatur loco domini. & num. 40.*

39 *Argumentum de re furtiua, ad rem uiolentam an ualeat. & numero. 41.*

1 §. SED ALIQVANDO. †Liber homo, res litigiosa vel sacra, & seruus fugitiuus, non vsucapitur, sed & rerum furtiua

a rum a vel ablatarum, earumque quarum nostrum non est commertium, nobis vsucapio non procedit. h. d. Diuiditur principaliter in duas partes. Nam in prima loquitur de vsucapione rerum mobilium In secunda loquitur de vsucapione rerum immobilium. Secunda ibi, (quód autem ad eas.) Prima subdiuiditur in tres. Nam in prima ponit dictum. In secunda respondet tacitæ obiectioni. Secunda ibi, (quod autem) Tertia ibi, (vnde & in rebus.)

ADDITIO.

1 Furtiuarum. Dic quod est verum, quod res furtiua non præscribitur, scilicet spatio. x. vel. xx. anno. sed bene spatio. xxx. anno. præscribitur, quo tempore omnes res præscribuntur. l. omnes. & l. sicut. de præscri. xxx. anno. & no. glo. in l. fi. in fu. C. vnde vi. & idem est de re violenter capta. vt nota. in l. ij. C. quod metus causa. & in d. l. sequitur. Ias. May.

a Nota, primó, liberum hominem, vel sacram rem vsucapi non posse. Et est ratio: nam cum huiusmodi non possint alienari

l.inter ſtipulantem.§. ſacram, de verbo. oblig.non poterunt quoque vſucapi: †appellatione enim vſucapionis alienatio continetur.l.alienationis.de verb.ſigni.

ADDITIO.

Vel ſacram. Adde, etiam ſi poſsideatur centum annis, non præſcribitur, vt.l.fi.C.de præſcrip.long.temp & ibi gloſſ. Contra tamen iſtum tex. dum vult, quòd vitium furti impedit vſucapionem, multum mihi videtur facere tex.in l.ſi homo cuius.ff.eod. quem Bar.ibi reputat ſingularé, vbi crimen expilatæ hæreditatis non impedit vſucapionem, & tamen clarum eſt, quod eſt magis improbum furtum, quam furtum ſimplex.l.ſi te.& ibi gloſſ.not.C.de inſa. Cogita de ratione diuerſitatis, quia multum me turbat. Et conſidera, quia forte text. ille non probat quod vitium ſiue crimen expilatæ hæreditatis non impediat vſucapionem quamuis Bar. ita ſummet. Iaſ.May.

Et ſi dixeritis. †huiuſmodi res emi poſſe ab ignorante.l. liberi.& l.& liberi.ff.de contrahen.emp.ergo poterunt vſucapi ab emente bona fide. Sol. ideo poſſunt emi, quia ex natura contractus venditionis non venit rem dari, hoc eſt, dominium transferri, ſed ſolum venit rem tradidi.l.ratio.& l. ex empto. de actio.emp.tenet igitur non vt dominium transferatur, ſed vt poſsit emptor contra venditorem agere.§.ſi.infra de contrahen.empt. Præterea dicitur, res ſacra & liber homo vendi poſſunt, ſed non in ſtipulatione deduci.l.inter ſtipulantem. §. ſacram.l.liber homo.l.j.de ver.ob.ſed ideo non poſſunt vſucapi, quia per vſucapionem tractatur de translatione dominij. l.traditionis.C.de pact.vidiſtis ſupra eod.in prin.

ADDITIO.

Tranſlatione dominij. Secundum hoc ſequeretur quod poſſet præſcribi.xxx.annis, vbi non agitur de translatione dominij.l. ſi quis emptionis tit. in princ.C.de præſcrip.xxx.an. Cogita, & hic quod melior eſt ratio, quia in venditione quis non tenetur præciſe ad dandum, ſed ſuccedit obligatio ad intereſſe, quod non poſſet eſſe hic, & hoc eſt quod vult iſte. Et in præſcriptione.xxx.anno. conſtituitur ius ſaltem exceptionis, quod non poteſt in rebus ſacris & ſimilibus conſtitui. accedat gloſſ.in l.rem alienam.ff.de contrahen.emp.Iaſ.May.

Item nota, †ſeruum fugitiuum vſucapi non poſſe. Ratio, quia per talem fugam efficitur furtiuus.l.j.C.de ſer.fugi.vnde veluti effectus vitio furtiuitatis, non poteſt vſucapi.l. ſequitur. ff.eod. §.j. Nota.in.§. furtiuæ.res furtiuas & vi ablatas non poſſe vſucapi. Nota rationem ibi, quia l.xij. tab. Atilia & Plautia vſucapionem prohibent. Ex quo colligitis, & gloſſ.elicit, ſufficere illam rationem, Ita placuit legi Sed potuerunt hæ leges ratione moueri, quia adeſt vitium & materia, ideoque vſucapio inhibenda. §. nouiſsime infra eod. †Nota. in ver.vnde in rebus mobilibus non facilé vſucapionem procedere. Nota in ver.nam qui rem.†quod vendens rem alienam abſque poteſtate ei tributa, intelligitur committere furtum: voluit enim ex re aliena lucrum pretij facere ergo furtum committit.l.ſi pig.§.j.ff.de fur.

ADDITIO.

ff.de furt. Adde, quod huic concor.l.fi.C.de fur.& l.j.C.pro emptore. †Et ſimiliter ſcienter donans rem alienam committit furtum.l. ij. C.pro dona.& ſpecies furti eſt de alieno largiri.d.l.pignore.§.j. † per quæ iura videtur, quod vxor non poſsit facere eleemoſynam de bonis viri ſui: ſed contrarium determinat Bar.in l.j.ff.rerum amo.per l.ſi ſponſus.§.deinde alias conceſſa.ff.de do.inter vir. & vxo. gloſſ.in c.quod adeó j.q.ij. †Et hæc omnia intellige eſſe verá circa venditam rem mobilem alienam, ſecus ſi vendatur res immobilis, quia tunc non committitur furtum, & tunc poteſt vſucapi, modo quod in ea non cadat violentia, vt infra eod. §.quod autem.& ſic debet intelligi.l. rem alienam.ff.de contrahen.emp.vt procedat in re immobili in qua non committitur furtum.vt ibi ſentit gloſſ.Iaſ.May. Donans rem alienam committit furtum. Adde Io.Franc. Purpura. in l.fi.numero.127.ver.& pro hac differentia.C.de pactis.vbi etiam dicit hæc dicta fuiſſe. Ioan.de Platea.quamuis.Iaſ.ſibi aſcribat. Zilettus.

Nota, in verſicu.ſi tamen.tres caſus in quibus res mobilis poteſt vſucapi: quæ planè patent ex litera. Nota. in verſicul. item ſi quis.†quod ad vſufructuarium non pertinet partus ancillæ, nam talis partus non dicitur in fructu.§.in pecudum. ſupra de re di.ergo non pertinet ad vſufructuarium ſupra titu.ij. in princip. Nota.quod error iuris quem habet à dolo excuſare, vnde dicitur†quod error in iure non inhibet poſsidentem fructus ſuos facere.l.ſi lege.§.ſiue.de peti.hære. Nota.furtum †non committi ſine affectu furandi, quod colligitur ex furti tradita diffinitione, in l.prima.ff.de fur. Nota.in verſic. quod autem.locum effici vacantem per abſentiam & per negligentiam domini, vel ſi dominus ſine ſucceſſore moriatur. Not.in fundo furtum non committi, Finaliter † not.rem furtiuam vſucapi poſſe ſi in poteſtatem domini reuerſa ſit. Ratio, quia dicitur adeo purgari vitium furtiuitatis, quòd non amplius furtiua appellari poteſt.

ADDITIO.

Purgari. Adde, quod dum hic dicitur, quod vitium furti purgatur ſi res reuertat in poteſtatem domini, quod idem eſt ſi reuertatur in poteſtatem quaſi domini, puta tutoris, curatoris.vel alterius legitimi adminiſtratoris, vt infra eod.§.aliquando.& l.ij.§.quod autem.ff. eod. Et etiam creditoris, pignus.nam †quando res pignorata ſurripitur à domino creditori, tunc res efficitur furtiua reſpectu pignoris. ideo non vſucapitur pignus, niſi in poteſtatem creditoris reuertatur, ſed reſpectu proprietatis non eſt citat furtiua, ideo poteſt vſucapi, ſi vendatur alteri ab alio quam a domino.ff.eod.l.ſequitur.§.ſi rem Vnde not. quod fit furtum, & eſt res furtiua, & competit actio furti, quando extraneus rem meam ſurripit, & hoc eſt clarum. Quandoque fit furtum, & res efficitur furtiua, & tamen non competit actio furti, vt in ſeruis, vel filijs ſurripientibus rem domini vel patris. Quandoque fit furtum, & competit actio furti, ſed res non efficitur furtiua.vt cum debitor ſurripuit rem ſuam a creditore, vt hic. Quandoque non eſt res furtiua, nec fit furtum ſed agitur furti, vt cum quis perſuaſet ſeruo alicuius vt raperet res domino, & ſeruus hoc notificauit domino, vel ſi quis ſeruo perſuaſerit.C. de furtis.Iaſ.May.

In gloſſ.fugitiuum.ibi, l.j.no†.quòd ſeruus fugitiuus facit furtum ſui.quod verum intellige de furto irregulari. Furtum autem regulare non committitur, quia inter furtum & rem furtiuam debet cadere aliqua differentia, que non cadit hic l.fin. ff.de fur.& l.j.C.de ſer.fugit.

ADDITIO.

C.de ſer.fug. Adde vnum notabile in materia Præſcriptionum, licet extrauagans, quòd præſcriptio non currit quando inſtrumentum eſt iuratum, ſecundum ea quæ not.Bar. ſecundó Hoſt.in c.ſi diligenti.extra de præſcri.ad hoc facit quod no.Bar.in l.nam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ff.de iureiur.Iaſ.May. Adde .Maria.Sozin.iunio.in conſ.145.incip.viſo puncto.num.10.vol.2. lettus.

In fin.gloſſ.ſi † quæratur an ſeruus fugitiuus poſsit vſucapi, dicite regulariter quòd non. Fallit ſi tria concurrunt. Primum, quòd diu moratus fuerit in libertate. Secundum, quòd exhibuerit ſe aduerſum domino pro libertate obtinenda. Tertium, quòd fuerit ab alio poſſeſſus.l.ſi is qui pro emptore §. ſi ſeruus.ff.de vſucap. In fin.gloſſ.in verbo vi s.no.quòd vis expulſiua ita rem vitiat, vt vſucapi non poſsit. Secus eſt in vi compulſiua, quia vis compulſiua non vitiat rem, ſed aggrauat perſonam. Vnde dicite, quòd †quinque genera ſunt violentiarum Quædam eſt expulſiua, cum quis expellitur de re immobili. Quædam ablatiua, cum alicui aufertur res mobilis, & in his duobus modis impeditur res vſucapi & præſcribi, quia vtraque harum violentiarum adfert vitium circa rem. Quædam eſt vis compulſiua, vt cum quis compellitur rem ſuam alienare. Quædam eſt turbatiua, vt cum aliquis turbatur in poſſeſsione ſua Quædam eſt inquietatiua, vt quando duo prætendunt ſe poſsidere, & alter ab altero inquietatur, tunc neutra harum violentiarum impedit vſucapionem vel præſcriptionem, quia res non afficitur aliquo vitio, ſed perſona quæ compellitur, grauatur vel inquietatur, de quibus eſt gloſſ.ordi.in l j.C. quod metus cauſ.

Gloſſ.in ver.prædicto.

In verſ.præd.Glo.in verbo prædicto, quatenus loquitur † de rebus vi poſſeſsis, dicit contra caſum dicta l.ſi quis emptionis.§.ſed hæc ſuper illis. quem Bartol.ibi reputat valde ſingularem & ibi habes text. quòd licet res furtiuæ præſcribantur.xxx.annis tamen ſecus eſt in rebus violentis Et rationem differentiæ collige ex gloſſ notab in l.ſi re. C.de inſa.quam ibi Bar.no.vide tamen.l.j.§.ad hæc.C.de anna.excep. Iaſ.May.

In fin.gloſſ.in verbo furtiuarum.† Si quæratur, an ſufficiat pro ratione voluntas, dicite regulariter quòd non: quia tantum valet lex ſine ratione, quantum corpus ſine anima, † ratio enim legem viuificat, quemadmodum anima corpus.c.conſuetudo.diſtinct.j.l.ſcire leges.ff.de legi. Fallit in his quæ ſunt

41 ctus percipiēdos.secus qum ad purgādū vitia furtiuitatis. † Nō ob. q; bonū sit argumētū de ee violenta &c.quia respōdetur q; bonum est argumentum hoc modo. Purgatur vitium violentiæ,si res reuertatur in potestatem domini, ergo eodem modo vitium furtiuitatis, & ita loquitur hic. Non obstan. quòd rano reddi non possit, quia ego reddo claram. Nam violentia magis respicit possessionem, quam furtiuitas quæ respicit dominium: vnde sufficit si reuertatur in potestatem bonæ fidei possessoris,cui ablata est,hoc facit l.j.§.qui vi aut.de vi & vi arma. iuncta.l.itaque fullo.ff. de furt. Non obstan.§. si rem. quia respondetur quod res fuit obliga. ·. verò domino. Et quod dicitur, vsucapi potest, exponitur, id est, vsucapibilis est,si à non vero domino bona fide alienetur.gl.est ordi.hic.

Res fiscales non possunt alienari. nec usucapi, ante tamen quàm denuntiatæ fuerint usucapiuntur.

2 *Res denuntiatæ & incorporatæ fisco,quanto tempore præscribantur.*
3 *Res ecclesiæ quanto tempore à priuato præscribatur, & quanto tempore res priuati ab ecclesia.*
4 *Emens à fisco rem alienam an sit securus, & nu.3.& 27*
5 *Vsucapio ut de iure Canonico currat, oportet quòd usucapiens in nullo tempore sit in mala fide.*
6 *Mala fides defuncti nocet hæredi in usucapione, etiam quòd heres bonam fidem habeat.*
7 *Tempus acceptoris iungitur cum tempore datoris ad complēdam præscriptionem.*
9 *Imperator & Augusta patrimonialia alienare possunt.*
10 *Beneficia tributa Augusto, Augustæ tributa censentur.*
11 *Principis camera quomodo appelletur.*
12 *Res pupilli quæ alienari non potest,nec etiam potest usucapi.*
13 *Fundus dotalis qui non potest alienari,non potest etiam usucapi.*
14 *Præscriptio nisi rem dotalem præuenerit,ei adhærere non potest.*
15 *Error falsæ causæ impedit usucapionem.*
16 *In præscribenda re titulo pro emptore putatiuo probabilior & iustior causa requiritur,quàm in præscribendo rem alio titulo.*
17 *Error iustus uel iustissimus quis dicatur.*
18 *Credens bono uiro à dolo & culpa excusatur.*
19 *Bona fides in præscriptionibus à principio contingere debet.*
20 *Actus quando potest geri sine interuentu personæ, si persona inutilis adhibeatur,actus ob id non uitiatur.*
21 *Vsucapio an locum habeat in re aliena à fisco propria authoritate uendita.*
22 *Princeps cum causa rem alienam capere potest.*
23 *Titulus generalis non est sufficiens ad causandam præscriptionem.*
24 *Iudex ministro iustitiæ carens, uiles personas ad iustitiæ executionem cogere potest, & animalia priuati capere mediante iu reede & nume.25.*
26 *Restitutio in integrum datur aduersus præscriptionem cursum sine culpa ipsius contra quem currit.*

§. RES FISCI. Not. primo, rem fiscalem vsucapi non posse: exponitur, id est, vsucapi neque præscribi posse: quod quidam tributum arbitrantur Imperatori ex priuilegio,sed ta-
1 men ego puto prouenire ex iure communi. † Nam cum res
a fiscales,ᵃ hoc est,res imperij nō possint alienari. capitu.intellecto.extra de iureiu.non poterunt etiam vsucapi.l. si fundum.ff.
b de fun.do.l.alienationis verbo.de verb.sig.ᵇ

ADDITIONES.

a Res fiscales Adde Francisc. Lucanum in tracta. de priuilegio fisci.
b De verb. sig. Quid † autem de rebus denunciantis & incorpora-
2 tis fisco, quanto tempore præscribuntur? Dic.xxx.annorum,vt l.omnes.C.de præscrip. xxx. anno. Fallit in duobus casibus, puta quando hæreditas esset legata vel donata & incorporata fisco,quia tunc requiritur spatium centum annorum in ea præscribenda. Item fallit, quando quis vellet præscribere fundum soluentem vectigal fisco, vt l.pen. C.de fundis patri.libr.xj.vbi vide Barto.Et idem etiam dicas de re patrimoniali principis,vt præscribatur.xxx.vel xl.anno.l.iij.C.de rei dominicæ vel templo. nisi esset talis res quam princeps sibi reseruasset in signum vniuersalis dominij, quia non prescribitur illo tempore, vt l. competit.C.de præscri.xxx.vel xl.anno.similiter & iu reseruaòs ecclesiæ,vt not. gloss. in capitulo primo,de clericis ægro. libr.vj. Adde ta-
3 men, quod † licet res ecclesiæ non præscribantur nisi spatio. xxx. annorum, quòd tamen ecclesia præscriberet rem priuati spatio.x.vel xx.annorum.vide in authentic. quas actione.C. de sac.sanct. eccle.Ias. Mayn.

Item not.ementem aliquas ex rebus quæ nondum fisco denunciatæ sunt, vsucapere & præscribere posse, quia licet fisco debitæ sint,non tamen adhuc fisci esse dicuntur.l.j.§. an bona.
a ff.de iure fisci.ᵃ

ADDITIO.

a ff.de iur.fisc.Adde † quod fiscus est priuilegiatus in hoc, quia licet
4 priuatus non possit vendere rem alienam in præiudicium domini,qui dominus eam vendicet ab emptore,vt not.in l.rem alienam.ff.de contrahen. empt. tamen emens à fisco statim est securus, nec potest conueniri per dominum,vt hic & l.benè à Zenone.C.de quadri. præscrip. Ias.May. (Adde eximium d. Petr. Duennas in suis regulis iuris in regu.cccxxxvij.incip.emens à fisco vbi ponit regulam cum xiij.fallentij. & vltra ibi allegata vide Ludoui.Roma.in sing. dcxvij. incip.l. bene à Zenone,& quæ ibi ponuntur in additio. per Modernos. Ioan. Baptis. Zilettus.]

No.in versicu.nouissime.quòd ad hoc vt vsucapio vel præscriptio currere possit, opus est rem non esse vitiosam, quia super patiente male disposito,non potest præscriptio vel vsucapio operari effectus suos. Not.in versicu. error. errorem falsæ causæ vsucapionem impedire, quòd intelligite vt dicetur cum gloss. Not. in versicu. diuturna possessio. quòd possessio quæ prodesse poterat defuncto, non nocet hæredi. licet illum mala fides inuadat,quòd verum arbitraret iure ciuili: iure autem ca-
5 nonico secus esset, † quia in nulla temporis parte debet mala fides inuadere præscribentem, vt præscriptio currat.c. fina.ex-
6 tra. de præscrip. Not. quòd † si defunctus propter malam fidem vsucapere non poterat, hæres habens bonam fidem vsucapere quoque non poterit. Et est ratio vtriusque dicti. Nam quando defunctus habebat bonam fidem, licet hæres habeat malam, tamen nō habet vt hæres imo vt heres dicitur habere bonā fidem, quia vt hæres dicitur eadem persona cum defuncto,in authenti.de hæredi.à mn. præsti.in princ.Item mala fides
a superueniens ᵃ ipsi defuncto,non potuisset impedire vsucapionem, ergo nec hæredi. facit.l.ij. ff. pro emptore. ratio secundi dicti, quia licet hæres habeat bonam fidem, tamen non habet vt hæres, imo vt hæres habet malam, vt quia hæres repræsentat defunctum,præscriptio non currit.

ADDITIO.

a Superueniens. Adde, id quòd hic dicitur de mala fide, vt non noceat quando testator erat in bona fide.hoc est verum, quando testator tempore vitæ suæ possederat: vbi autem initium possessionis fuisset tantum in personam hæredis, quia testator bona fide emisset illam rem,& postea hæc res fuisset tradita hæredi existenti in mala fide,tunc ipsa mala fides benè noceret vt ff.eo.l. hæres. Et hæc quæ hic dicuntur quòd mala fides successoris non nocet quando successor erat in bona fide, illud procedit in successore vniuersali, puta in hærede: secus in particulari,puta emptore,vel donatario & similibus. Et est ratio in primo casu quia etiam si nullus esset hæres, hæreditas ipsa compleret vsucapionem.secus in singulari successore, vt in dicta lege, cum qui. §.in hac gloss.& Docto.ff.de pub.vbi de hoc.& facit.l.cœptam.ff. eod.Ego puto huius vltimi esse meliorem rationem,quia hæres vniuersalis censetur esse eadem persona: secus in persona successoris singularis. Iaso. Mayn.

7 Not.in versic.item venditorem, † tempora acceptoris iungi cum temporibus datoris, ad complendam vsucapionem.l. Pompo.§. cum quis.ff. de acquiren. possess. Not. in §. edicto.
8 † quòd ille qui emit rem à fisco,statim est tutus ᵃ aduersus quēcunque agentem exceptione,& idem contra quēcunque actio
a competit, licet à possessione decidat. Illi autem qui prætendit habere ius in re,competit in re, competit infrà quadriennium actio contra fiscum. Et si dixeritis, quomodo potest fiscus alienare? c.intellecto,extra de iureiuran. Respondeo, quòd si quidem velit fiscus alienare rem imperij, quòd non potest ne imperium diminuatur.d.c.intellecto. Sed quædam sunt quæ nō sunt Imperij,sed debita imperio,vt sunt bona damnatorum,vel decedentium sine hærede,quæ dicuntur in fructu Imperij, & illa potest alienare.

ADDITIO.

a Est tutus. De hac materia vide Bellon. notabiliter in consil. lij. Et quod hic dicitur an habeat locū in alio principe quā Imperatore Bellon.consi.lx.nu.8.cum seq.

9 Not. † quòd Imperator & Augusta potest alienare patrimonialia. Ex quo colligitis, quòd Imperium non tribuitur per successionem,sed per electionem, de quo in c.ad apostoli-
10 cæ de sen.& re iudi.libr.vj. Item not. † quòd beneficia tributa

23 Neapo. hic. † Et ſic not. quòd ſolus titulus pro ſuo, & ſic generalis, non eſt titulus ſufficiens ad cauſam præſcriptionis, niſi adſit alius titulus ſpecialis, puta, pro emptore, pro donato &c. Licet igitur aliũs probet qood tenuit & poſſedit talem fundum per tempus. x. annorum pro ſuo, & tanquam ſuum bona fide: & fructus collecti ſunt, non propterea eſt probata vſucapio vel præſcriptio, ex quo non eſt probatus alius ti. ſpecialis &c.

24 Amplius dixère † Doc. in l. fi. §. fin. ff. de pig. acti. & quòd quando præſes ᵃ prouinciæ eget miniſtro Iuſtitiæ, vel equo ad conducendum malefactorem ad ſupplicium, poteſt capere ᵇ aliquem viliſſimę vitę, vt illud genus officij adminiſtret, & equum ſubditi, vt ſuper eo ducatur. Eſt tamen de mercede miniſtro, vel de prætio domino equi prouidendi. argu. in l. ij. C. de his qui pro præmi. lib. accip. Dicit tamen gloſſ. in lege, ſi locus. in fin. ff. quemad. ſer. amit. quod de conſuetudine reſpub. præmium præſtare non ſolet.

ADDITIONES.

a Præſes. † An quando poteſtas alicuius loci indiget miniſtro Iuſtitiæ, vel aſino ad conducendum malefactorem, poſſit capere aliquam viliſſimam perſonam, vel aſinum alienius, vt illud officium exerceat: qood verum intellige ſi ſit perſona vilis conditionis, aliàs ſecus, puta in monacho qui non poſſet capi, vt in §. monachis. in authen. de mona. vide ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iur. &c. Iaſ. May. Not. glo. fin. in l. ſi locus. quæ ad hoc allegatur, quòd † aduerſus præſcriptionem curſam ſine culpa ipſius contra quem currit, reſtitutio integrum danda eſt hoc idem voluit glo. in l. Attilicinus. ff. de ſerui. ruſti. prædio. & text. in l. j. §. ſi quis autem ff. de itine. actuque pri. Et ibi Bartol. ſingulariter dicit, quòd ſi quis fuerit abſens per maximum tempus, non dico cauſa reipublicæ, quòd aduerſus præſcriptionem contra eum curſam reſtituitur in integrum, pro quo faciunt dicta gloſſ. ſupra alleg. Iaſ. May.

b Poteſt capere. Adde quod hoc idem tenet ipſe Ioan. Chriſto. Porcius ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iur. numer. 13. 14. & 15. & ibi vide quæ ampliſſimè allegaui in additione mea incipien. equus. ſub litera d. Ioan. Bapt. Ziletus.

a Glo. in verſi. ſtatim. a

ADDITIO.

a Statim. In glo. ſtatim. quantum ad contrarium l. nec vllam. §. item ſi quis. dic quod aliàs eſt in l. etiam. & pro ſolu. tene ſecundam ſolut. gloſſ. quod ille. §. ſit correctus. & ita tenet Ioan. Fab. & Ange. de Are. hic, & Barto. in dicto §. item ſi quis. Vide tamen an poſſet pro ſolutione dici, quòd dum ibi dicitur aduerſus etiam eum dari, ſcilicet fiſcum, non emptorem: vt ſic concordet cum text. noſtrò, & non corrigatur: licet huic ſolu. aliqualiter obſtaret, ſi eum continuares cum § præcedenti. Quantum verò ad ſolutionem contrarij. dicta lege, prima C. de hæ. vendi. potes dicere prout etiam dicit Nicola. de Neapo. hic, quòd ibi emptor poſſit conueniri ex natura rei emptæ, quo ad credita & debita, non autem quòd poſſit conueniri eo, quia res ſit aliena, quia ad ipſam rē, & ſic ad hereditatem non poſſet emptor conueniri, ſed eſſet conueniendus fiſcus. Et ita de neceſſitate oportet dicere, tenendo ſolu. quæ eſt communis ad contrarium præcedens, ſcilicet quod ſit correctus ille. §. item ſi quis. & conſequenter quod hodie emens hæreditatem a fiſco non poſſit pro ea conueniri. Vide tamen omnino quæ pro ſolutione dicit Bald. ibi, ſcilicet in dicta lege prima C. de hæ. vel actio. ven. Iaſ. May.

a Glo. in verſi. actiones. ᵃ

ADDITIO.

a Actiones. In gloſſ. parua. in verbo, actiones. Dic † quòd iſta gloſſa eſt multum obſcura, & negligitur per Docto. & ſi eam referas ad text. ſuper quo eſt, non poſſet peius dicere, videlicet quòd non domino detur actio contra dominum: quia ſi intellegas quòd iſto caſu quo agitur contra fiſcum, non dominus agat contra dominum, eſt totum e contra: quia imo ille cuius erat res eſt etiam nunc, nec deſinit eſſe dominus, vt patet in princip. huius text. in verbo dominum rei. & in verſi. aduerſus. in verbo pro dominio, & in lege, omnes. C. de quadri. præſ. & ſic dominus agit contra fiſcum, qui non eſt dominus. Puto ergo iſtam eſſe mentem huius gloſſ. nam gloſſ. non debet referri in totum ad verbum text. ſuper quo eſt, ſed ſolum in princip. Dicit ergo gl. quòd quando agitur contra fiſcum, agitur contra emptorem l. bene à Zenone. in prin. Tu dic prout dicit gl. in d. l. omnes. in glo. fina. Poſtea ſubdit gl. noſtra Sed Pla. in rem dabat hic, nō domino contra dominum: intellige, dabat hic non iſto. verſi. ſed in iſto. §. nam vidimus hic, quòd quando aliquis emit rem alienam à fiſco, quòd ſtatim eſt ſecurus ſiue agat ſiue conueniatur. Poterat ergo dubitari eo caſu quo agere volt, pone quod res pertineret ad dominum, quo remedio ſuccurritur iſti emptori? & Plat. iſto caſu dabat iſti emptori non domino actionem in re contra dominum. Nec illud videatur tibi abſurdum, quòd datur actio in rem non domino contra dominum, quia idem habemus in §. ſi quis in aliena. & ibi gl. in verbo, velis ſupra de rerum diui. Iaſ. may.

De donationibus. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra viſum eſt de vſucapi. & ſic de vno modo acquiſitionis domini. Cæterū quia per donationem acquiruntur rerum dominia. ideo ordine competenti ſubijcitur hæc rubrica.

1. *Donatio genus acquiſitiuum dominii appellatur.*
2. *Donatio duplex.*
3. *Donatio cauſa mortis quæ ſit, & quomodo formetur. & numero. 5.*
4. *Donatio inter viuos quid.*
6. *Donatio cauſa mortis tribus modis reuocatur.*
7. *Donatio cauſa mortis magis accedit contractui quàm legatis.*
8. *Donatio præſumitur inter viuos, niſi in donatione aliqua mortis mentio facta ſit.*
9. *Modus acquirendi dominium per donationem, an ſit de iure ciuili vel gentium.*
10. *Mors an ſit timenda.*
11. *Donatio cauſa mortis in aliquibus cum contractibus conuenit.*
12. *Falcidia locum habet in donatione cauſa mortis.*

ST ENIM. Nō ſummatur, ſed diuiditur in quinque. Nā in prima cōtinuat. In ſecūda duo genera donatiōis ponit. In tertia illā proſequitur & declarat. In quarta determinat ambiguitatem veterum. in quinta epilogat. Secunda ibi, (donationis autem.) Tertia ibi, (cauſa mortis,) Quarta ibi, (hæ mortis.) Quinta ibi & in ſumma.) Ibi humanitas, id eſt mors. † No. primò donationem appellari genus acquiſitiuum dominii. Secundò no. † eſſe duo genera donationis, vnum quod appellatur donatio cauſa mortis, aliud quod appellatur donatio inter viuos. Item no. † donationem quæ fit propter mortis ſuſpitionem, appellari donationem cauſa mortis, & hæc formatur tripliciter. Aliquando enim quis donat cauſa mortis, nullo imminente periculo mortis, ſed eſt ſanus corpore & intellectu. Secundò quis donat cauſa mortis, metu propinquæ mortis ab hoſte vel prædone, vel quia ſubiturus eſt pericula mortis, & ſtatim voluit dominium transferri. Tertio, cum donat propter metum prædictum, ſed tunc dominium transferri voluit, cum eum mortis inuaſerit. hæc omnia probantur in l. i. cum ſeq. ff. de do. cau. mor. & ſecundum hunc modum vltimum non dicitur donatio pura, ſed dicitur conditionalis, ſi moriatur. Sed quando voluit ſtatim dominiū transferri, dicitur non pura donatio, ſed ſub conditione reſoluendi, ſi ſuperuixerit, vt in dictis iuribus no. † Donatio autem inter viuos ᵃ dicitur, quæ nullo metu, nec vlla cogitatione mortis conficitur: & iſta appellatur mera, pura, quod abſoluta donatio, trahens ſortem a nobilitate. c. i. extra de dona. vbi eſt gl. contra eos qui ſemper accipiunt, & nihil tradunt. facit l. hoc iure. §. fi. ff. eo. & dicam in. §. aliæ. infra eo.

ADDITIO.

a Inter viuos. Et † ſic habes, quòd vbi non fit mentio mortis, quod dicitur donatio inter viuos: qdod eſt verum, niſi ex alijs coniecturis appareret donantem velle donare, cauſa mortis: de quibus coniecturis habes per gloſſ. in l. Seia ff. eodem & l. quarta. C. de don. cau. mor. Iaſ. May.

6 Item no. † tribus modis reuocari donationem cauſa mortis, vno modo expreſſè per pœnitentiam donatoris, & duobus modis tacitè. Primus, ſi donator conualeſcat. Secundus, ſi donatarius prior eo moriatur. cōcordat. l. non omnis. ff. ſi cer. pe. † No. donationem cauſa mortis legatis aſsimilari, & conſequenter magis accedit vltimæ voluntati ᵃ quam contractui. ᵇ concor. l. fi. C. de do. cau. mor.

ADDITIO.

a Voluntati Adde Bar. in l. ſciendum & ibi alios Doctores. ff. de legatis. j Guli. Benedict. in c. Raynutius. in ver. teſtamentum iiij nu. 36. extra. de teſt. & quæ ſcribit magnificus ac excellentiſſimus D. Hieron. Gigas in tract. crimi. leſæ maieſta. lib. iiij q. iiij. incip. tertiò quæro quid dicendum de donatione cauſa mortis nu 2 Io. Baptiſta Ziletus.

b Quam contractui. An donatio cauſe mortis magis æquiparetur contractui quam vlti voluntati. de hoc vide per glo. in l. ij ff de dote præle. & Bal. in l. licet. C. de pac. vbi ponit diſtinctionem. Iaſ. May.

8 Finaliter no.† quòd ille qui donat caus. mor. intelligit potius se habere si supervixerit, quam donatarium: & donatarium potius quàm heredem si moriatur. concor.l.j. C. de do. cau mor. Si autem fieret donatio. nec appareret an causa mortis fuisset celebrata, an vero inter vivos concepta, in dubio iudicatur donatio inter vivos,ᵃ non autem causa mortis, nisi de morte mentio aliqualis facta fuisset. Ideoque vulgariter dici consuevit, ubi in donatione mentio mortis habetur, illa do.caus. mor. iudicaturᵇ l.Seia.§.j.ff.de do.cau.mor.In fin.gl.Illa. † Si 9 quæratur, an modus acquirendi dominiumᶜ per donationem sit de iure civili, an vero de iure gentium, breviter dicite: Aliquando donatio incipit à præcedenti traditione, & tunc talis modus inventus est de iure gen.§.per traditionem. supra de rerum di. sed approbatus est de iure civili, vt hic. Aliquando incipit à præcedenti stipulatione, vel pacto nudo, & tunc non dicitur modus acquisitivus dominij, sed præparativus ad dominium acquirendum. quia nec per pacta, nec per stipulationes acquiruntur dominia rerum.l.traditionibus.C.de pact.& tunc talis modus præparativus, dicitur de iure civili & inventus & approbatus.§. de constitura. infra de actio.l. si quis argentum. C.eodem.

ADDITIONES.

a Inter vivos. Quomodo cognoscatur donatio. & quid in dubio.vide Bello.consi.lxj.nu.12.cum seq.

b Iudicatur. Adde Glo. in l.Seia.in versi. stipulatum.ff.de dote prælega.gloss.in l.mortis causa capimus.§. Titia.in versic. donaturi.ff.de dona.cau mort. gloss.in l. apud Celsum.§.j. in versicu. spopondisse.ff.de doli.exceptio.gloss.in l.fi. in versi. accommodaverit.C. de pact. & ibi Philip.Deci.nu.10.Barto.& Docto.in l.quæ dotis.ff.sol. mat.& in d.l. Seia.§.fi.de don. cau.mor. & in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obliga.Bald.in l.cum quid.ff.de condi.ob cau. & in l.& si mortis.C.ad leg.falcid. Ang.de Aretio in tracta.de testa. in versi. donationis Alexan.de Imo.in l.ilicem.colum.fi.ff.de legat.j.& in consi.xiiij.in princi.in j.volumi.Ias.in l.j.§.si quis.ita.nu.18.ff. de verbor. obligat.& in consi.v.incipien.strenui & generosi milites.col.ii.versi.agredior secundum dubium.in iij volumi & in consi clxix.incip. duo testamenta. col.vj.versi circa tertium in iiij. volumi. Clau.de Seysel. in l.licet inter nu 10.& 11.C de pact Philip Deci.in consi.cccv.in princi.Nicola.Boer. decisio ccciiij.in princip. Tho.Gram.in consi.cxxv.causarum civilium. nume.1.Stephan.Bertran.in consi.lviij.nume.6.in ij. volumi. Cardina. Paris.in consi.xc.in prin.in j.volum.d.Pet. Duenuas.in regulis utriusque iuris in reg.ccxviij.& Magnificum ac Excellentiss.D. Hippoly.Rimin.hic.nu.316.cum seq.Io.Bap.Zilletus.

c Dominium. An modus acquirendi dominium sit de iure civili vel gen.& habetur in l.donat.ff.de dona.titulo generali &c.Ias.May.

In fin.gloss.mortis. Prior communiter approbatur, vtantum 10 quam genera propriè sumpta in text. ponatur. In † fi.eiusdem glo.nota mortem vbique esse timendam: quod verum intellige, vbi aliquid facinorosè agitur vbi autem aliquid virtutis exercetur, non est timéda mors. Propterea, Seneca dicit, Sic discas, quasi semper victurus: sic vivas, quasi statim moriturus. nihil enim mali est in morte. dicit Cicero, propterea ne timeas illam &c. Et legitur de morte Socratis & Catonis, quorum alter nec ad iudicium capitis veniam quæsivit, nec iudicibus fuit simplex. In fin. glo. final. s. Docto. dicunt hanc gloss. magistralem 11 esse menti tenendam: & † propterea dicunt donationem causa mortis æquiparari magis legatis quàm contractibus, licet conveniat cum contractibus: quia sicut illi procedunt ex libera facultate ita, & ista l. sicut. C. de acti. & obli. tamen quia non sumunt robur & effectum nisi per mortem donatoris. Item quia possunt revocari vt disposita in vltima voluntate, vt hic:& 12 in l.j.C.de do.cau.mort. Item quia † in donatione causa mortis habet locum falcidia.l. Seia.§.fina. & ibi not.ff. eod. titul. quemadmodum in vltimis voluntatibus. auth. sed cum testator.C.ad leg.falci.Proterea iudicarunt prudentes accedere magis vltimæ voluntatis, quam contractui, de quo in §.fin. de donatio.& l.ij.de dote præleg.

1 ☞ *Donatio inter vivos nuda voluntate perficitur, nec temerè revocari potest.& nu.2.7.*

3 *Donatio quæ fit incertam personam, requirit præsentiam donantis & donatarij.*

4 *Donatio simplex non habita mortis mentione, dicitur inter vivos, nec æquiparatur legato nu.5.*

6 *Donatio perfecta non revocatur.*

8 *Donans præcisè compellitur ad tradendum donatario rem donatam.*

9 *Argumentum de contractu venditionis ad donationem bonum est.*

10 *Actio an oriatur ex donatione.*

11 *Donatio excedens quingentos aureos eget insinuatione. & numer.25*

12 *Donatio per ingratitudinem revocatur.*

13 *Donatio per verba futuri temporis fieri potest.*

14 *Donatio potest fieri etiam per verba præsentis temporis.*

15 *Donatio sive inter vivos, sive causa mortis, nudo pacto potest fieri.*

16 *Limitatio ad l.si quis argentum.C.de dona.*

17 *Venditor utrum teneatur præcisè dare rem. vel solvendo interesse liberetur.*

18 *Donator quomodo de evictione teneatur, & nu.22.*

19 *Donatio quando incipit à traditione, non est opus promissione.*

29 *Differentia inter actionem de evictione quæ datur ex donatione, & inter eam quæ datur ex venditione.*

21 *Donatio quæ non incipiat à promissione an dari possit.*

23 *Donatio remuneratoria non requirit insinuationem.*

24 *Remissio exceptionis utrum habeat vim donationis.*

25 *Donatio in iudicio coram iudice facta, absque decreti interpositione nō eget insinuatione.*

26 *Citatio debitoris non requiritur, si fiat donatio mediante cessione contra debitorem ultra quingentos aureos.*

27 *Ius revocandi donationem ex causa ingratitudinis non transit in heredem.*

28 *Dominus an possit auferre feudum filio vasalli, propter feloniam ipsius vasalli.*

1 §.ALIAE AVTEM. †Donatio inter vivos nuda voluntateᵃ perficitur, & perfecta temerè non revocatur, nisi iusta causa subsit. Et si excedat summam quingentorum aureorum insinuanda est. hoc dicit. Dividitur in quatuor In prima ponit donationem quæ non finitur mort. causa. In secunda ponit, qualiter fiat donatio inter vivos. In tertia ponit, quæ donatio sit insinuanda. In quarta ponit, ex quibus causis donatio potest revocari. Secunda ibi, (perficiuntur.) Tertia ibi, (& cum retro.) Quarta ibi, (sciendum tamen est.)

ADDITIO.

a Nuda voluntate. Adde. quód † hæc donatio perficiatur solo con-2 sensu. limitat Barto. in l.iuris gen.§. sed cum nulla.ff. de pact. est verum quando donatur res vel pecunia. sed vbi donaretur factum, tunc non corriguntur iura antiqua per d.l.si quis argentum.§.pen.C.eod. scilicet quod perficiatur solo consensu, imo tunc requiratur stipulatio 3 vel traditio sicut olim. Item adde, quod † donatio quæ fit incertam personam, requirit præsentiam donantis & donatarij, secus si in incertam personam, vt habendo rem pro derelicto. vt supra de re. di.§.hoc amplius.& l.quod servus.ff.de stip.servo.&c.Ias.May.

4 Not. primo. † donationem inter vivos dici, in qua non intervenit cogitatio mortis. & hic sumitur idem quod not.in glo.& Docto.in l.Seia.ff. de dote præleg. quòd vbicunque intervenit mentio causa mortis, illa dicitur donatio causa mortis 5 de qua in l.quæ do.ff.solu. matri. Secundò not. † donationem inter vivos non æquiparari legatis. Et hæc est alia differentia inter donationem cau,mor.& donatio inter vivos. Tertiò no. 6 † quòd donatio perfecta, regulariterᵃ revocari non potest.l. a perfecta. C. de donat. cum similibus. Item not. † donatio-7 nem inter vivos perfici nuda voluntate, sive in scriptis, sive sine scriptis, licet olim requireretur stipulatio. de quo in l.si quis ar-8 gentum.C.de do.Item no. † donantem compelli posse ad tradendum rem donatam præcise, & sic quod contractus à principio &c.l.sicut.C.de act. & ob.l.in commodato.§.sicut.ff.eo. Donatio enim ex mera liberalitate à principio procedit, & si interveniat modus conditio, vel causa, propriè non dicitur do-9 natio.l.hoc iure.§.j.ff.eod.c.j. extra e. Item not. † esse bonum argumentum de contractu venditionis ad donationem, vt sicut venditor compellitur rem tradere causativè, ita etiam donator præcisè: quod qualiter intelligatur videbimus in gloss. 10 Not.ibi plenissimum & perfectum robur. pro † opinione aliquorum novissimorum, qui dixerunt ex ipsa donatione oriri actionem ad exemplum venditionis. Licet in contrarium sit communis opinio. quòd oriatur condictio ex lege, si quis argentum. C. de dona. non autem ex ipsa donatione facta nudo pacto. Idem tenuit gloss.in lege, si quis argentum. & in le-11 ge, cum mihi.ff. de dolo. † Item not. donationem non indi-b gere insinuatione.ᵇ hoc est non oportere fieri in actis vel coram iudice: nisi excedat summam quingentorum aureorum.facit lege,pe.C.eod.tit. Item no.† donatio...m revocari

posse

pō.Te ex causa ingratitudinis c.l.fi.C. de reuo. do. & statim videbimus in gl. In gloss. manifestauerit.ibi.§. stipulatio.colligitis conclusionem, videlicet † donationem fieri posse per verba futuri temporis, quod tenet Azo in summa de do. & tenet glo.in l.ad eum.in princi.ff.eod.titu. & in hoc concordat cum stipulatione. † Potest etiam fieri per verba præsentis temporis, & in hoc discrepat à stipulatione. Nam magna est dub.tatio, vtrum stipulatio possit fieri per verba præsentis temporis, puta, promitto quod do tibi fundum: de qua Bart. in l.v.§.stipulatio.supra alle.& hic est gloss. quod verba infiniti temporis trahantur ad omne tempus. Ibi cum nudo pacto fiat. Hoc est verum de iure nouo: de iure autem veteri requirebatur stipulatio.d.l.si quis argentum.§.pe. Nunquid † fit idem in donatio. causa mortis, ᵈ quòd fieri possit nudo pacto? habetis gloss. quòd sic in l.cum pater.§.Meuius de lega.ij.& l.ij.C.de iu.do, quam sequuntur communiter. Docto. licet quædam nouissimi reprobent, mon ratione; quia lex illa venit corrigenda, ideò non trahenda extra casum suum. Vnde cum loquatur de donatione inter viuos, non debet trahi ad donationem causa mortis. † Addite duas limitationes ad l.si quis argentum, quod illa locum habet, quando in donatione venit aliquid dari: secus si fieri. Item habet locum tantum in donatione vera, non autem præsumpta. Has limitationes ponit Guil.in l.ius gen.§.sed cum nulla.ff.de pac.motus illa ratione: quia lex venit corrigenda, & ideo extra casum suum trahenda non est.l. præcipimus. C.de apel. in fin.l.tale pactum. Potest intelligi quod pactum ibi fieret per verba futuri temporis saltem tacite. Nam hæc verba, Profiteor te non teneri, habent vim pacti de non petendo. In glo.venditionis.ibi,sicut, † Hanc expositionem sequuntur Docto. Et de hoc articulo vtrum venditor teneatur præcise dare rem, vel soluendo interess. liberetur: dicite vt l.j. in princi.ff.de act.emp. In fin. Hanc distinctionem sequitur quasi vbique ipsa gl.in l.j.hic alle.& in fi.C.de euic.in l.Iul.§.qui fundū.de verb.ob.in l.Arist.hic alle.in fi.sui. & eam sequūtur omnes Doc.,saltē Citramontani. † Ratio differētiæ, quare magis teneatur de euictiōne, quādo donatio Incipit à pacto quàm quādo à traditiōe: ᶠ dicit Bart. quòd ratio est talis. Nā promissio, quæ interuenit in donatiōe, est promissio de dādo dono.l. senatus.§.j.de do.cau.mor. donatio enim dicta, quasi doni datio. & ideo talis promissor de dando nō liberatur, nisi rem fecerit accipiētis.l. vbi autem nō apparet.§.fi.de verb.obli.l.ij.de condi. ob causam.§.sic itaque.infra de actioni. † Sed quando donatio incipit à traditione, tunc est clarum non interuenire promissionem, & ideo hoc casu non tenetur de euictione: semper tamen si interuenit dolus agitur actione de dolo ad particulare interesse, puta ad sumptus.d.l. Aristo. † Ponebat Barto. vnam differentiam inter actionem de euictione quæ datur ex donatione, & inter eam quæ datur ex venditione. Nam dicit ipse, in venditione oriri nouam actionem de euictione: quia prima sublata est per solutionem rei vend tæ, ita voluit gl. in l.si cum fundum.§.j.ff.de contrahen. empt. Sed actio de euictione, quæ oritur ex donatione, quæ incipit à promissione, est ipsa vetus actio, quæ à principio fuit: quia promissor de donando, nunquam fuit liberatus, quia rem non fecit accipientis, quòd est vtile propter præscriptionem & formationem libelli, videte hoc per Barto. in d.l. Aristo. Sed qui. † quomodo est dare donationem quæ non incipiat à promissione. Nam si dicamus donationem incipere ᵍ à mera traditione, nūquam transfertur dominium: quia nuda traditio non transfertur. Solut. debemus intelligere de tali traditione, in qua præcedit ipsa conuentio, saltem ordine intellectus: licet non in ordine verborum. & talis conuentio tacita quæ præcedit in ordine intellectus, habet importare trāstranslationē dominij, nō autem parere actionem de euictione.

ADDITIONES.

a Regulariter. Vide Bellonum. consil.xxix. vbi vult quòd nec rescriptio principis reuocetur.

b Nuda voluntate. Insinuatione Adde Ant. Corse. qui fuit Auditor sacri palatij in tracta.de requi.q. xix. & an donatio insinuata possit rescindi.vide per Io.de Imo.in rep.c.cum contingat.de iureiur.

c Ingratitudinis. Adde Bart. & Ange.in l.si ita stipulatus fuero.in §.si ff.de verbo.oblig.Bald.in l.j in fi.C.de dona.inte nup. Abb.in c.& si necesse.de donat.inter virum & vxorem.Barb.consil.xxix. inci. à Ione principium.in iij.vol.

d In donatione causa mort. Adde Cyn. & Bald. in l.j.C. de donat. cau.mort.Bald.in l.si quidem.C. de actio. & obl. Bald.in l.si mortis.C. ad l.falcid. Ange.in repet.l.si certis annis in ij.col.de pact.Idem Angel. in l.ex causa.ff.de re iudi.idem Ang.in disputatione inci.Astēsis.miles.

e Dare. Adde eundem Por.instit. in empo. & vendit.in §.pretium.col.iij.versi.quæritur etiam.& ibi vide additionem meam. Zilettus.

f Euictione. Adde gloss.& Ioan.de Imo.in c.fi.in prin.extra de emp.& vend.Cyn.in l.j.C.de iure doti.Bartho. Cæpol.in l.res dotatas.col.ij.versi.quæritur secundū.nu.7.ff.de edi.edict.Pet.Philip.Cor.in consi.cxlj.in ij.volu.Ias.in consil.xxxiiij col.penul.in fin.in j.volu.& in consi.lxxxij.col.fin.eo.volu.Ludo.Gozadi.in consi.lx.in princip. Nic.Boer.decisio.lxvij.in prin.& Caro.Roy.in consi.clxxxiiij.in j.vol. Zilettus.

g Incipere. † An quando donatio incipit à traditione donator teneatur de euictione. Dic omnia ista vera, quando non esset per donantem promissum expresse de euictione, quod si fuisset promissum, obligatur, siue incipiat à traditione, siue alio modo.l.ij.C.de eui.Ias.may.

In gloss. inuenit. ibi, si donat Imperator. Hoc verum siue expresse donet per modum donationis siue pe modum priuilegij. Ita not.in l.j.iuncta glo.C.de qua præscrip. In fin. † addite alium casum in quo non requiritur insinuatio, puta quando donarem ᵃ in remunerationem beneficij mihi. facti, quia essem obligatus obligatione ad antidora. de quo in l.sed si lege.§.consuluit. de peti. hære. Nam talis donatio ᵇ non indiget insinuatione: ᶜ est gloss.not.in lege Attilius Regulus.ff. eo. tit. quam gloss. limitat Ange. in dicto §. consuluit. quando talis donatio proportionaretur beneficio accepto: aliàs autem si excederet, bene requireretur insinuatio. Idem esset si donares alicui qui fidem obseruasset tibi. Nam tunc non requireretur insinuatio, nec haberet locum hoc casu limitatio Angel. quia beneficium impensum pro causa salutis non potest insinuari. casus est in l. si pater.§. primo. ff. eod. Vtrum † autem remissio alicuius exceptionis, quæ habet vim donationis.l. si quis delegauerit. de noua. indigeat insinuatione? gl. est quodsic, in l.si obligatione.ff.de re.iur.

ADDITIONES.

a An etam etiam requiratur insinuatio in donatione quæ resultat ex confessione dotis facta constante matrimonio vide Bellonū consi.iiij.

b Talis donatio. Adde Barto. Alberi. Bald. Angel. Ioan.de Imol.& Ludoui.Roma.in dicta lege. Attilius.Dyn. Barto.Alberi.Ange.& Ioan.de Imo. & Paul. de Castr.in l.si pater.§.si quis aliquem.ff de donatio. Oldra.Lauden.in consi.cxxxix.incipien. ad habendum in secundo dubio Ioan.de Andr.in addit.Specula.in ti. de instru.edi.§. pot. col.fio.versi.fuit etiam alij quæstio.& in rub.de reb.eccle.non alie.Gui.de Cane in l.illud.C.de sacrosanct.eccle. & ibi Bald. col.pen.q.iiij. Alberi.& Sal.in l.fina. C. de pact.& ibi Hiero. Canol. nume. 114. Bal.in l.si cum mihi.ff.de dolo.in l.sed & si lega.§. consuluit.ff. de verbo. oblig.Eundem Bald. in l. idemque? §. fina.ff. manda. in l. si tibi pecuniam in lectu.antiqua.ff. si certum petatur. in l.ij. ante fi.C. ne lice. poten.in l.si mortis.versicu. quæro an do.C. ad leg.falcid.& in lege, si pater.C qui bon.rede.posses.& in addit.Specular.in titu de do. versicu. quid si pater. Angel.de Peru.in l.4.§. si pater.ff. pro don. in l.hæreditarium.ff.de bo.aucto.iudi.possi.in l.cum multæ.in princip.C.de dona. ante nuptias.in l.fina. in princip.C. de iure doti. & in l.sancimus.C. de donat. & in consi.clxxix.Incip.visis instrumentis.colum. penulti. versicu.venio ad tertium principale. Floria.à.S. Petr.in l.quæ pater. colum.iij.ff. famil. hercis. Ludoui. Roma. in consil.xxvj. incipien. pro decisione eorum. colum.j.versicu.his tamen non obstantibus.& in consi. xcv incip.viso prius donationis instrumento, in fin. Ioan. Petr. de Ferra. in practi.in for.libel.quo agit.pro dona.in Gloss. solenniter. nume.6.versicu.quid de donatione quæ fit ob causam. in parui. Ang Are.in §.in personā. colum.vij.versicu. secundo & principaliter. infra de actioni. Alexand. de Imol.in l.licet post Gloss.in fin.C.de pact. & ibi Ias. Ioan. Mariam Riminal.Philip.Deci.& alios. Eundem Alexand. in consi. lxxxiij.incipien. visa facti narratione. colum.v.in ij.volumi.in consil xx.incipien. ponderatis his.colum.ij.libe.iij.& in consi.xxviij. incipien. ponderatis verbis instrumenti.colum.ij.eod. volum.iij. Francisc. Aretin.in lege. Iulianus. §.j.colum.iij.ff.de verbor.obligatio.& in consi.xvij.incipien. consideratis diligentissimè.colum.v. versicu. ex tertio capite cum seq. And.Barba.in consi.xj.incip. illud afferam. colum.iij. in ij. volumi.in consil.xxvj. incipien. scripsit.colum. penulti. eod. volumi.in consil. incip. Deum innocent. colum.vj.in iij. volum. & in consil.lj. incipien. Clementissimum Deum, colum.fina.libr iiij. Guil. Pap.q.xcv.incipien. dubitabatur. & in consi.xxxiiij.incipien. Nobilis Catherina.colum.ij. versicu. & si dicatur. Sozi.in consil. lxv. incipient. circa primam quæstionem.colum.v. versicul. item videtur fuisse facta.in primo,volumi.& in consil.lxvj.colum. secunda eod. volumi. Petr. Philipp. Corne.in consil.cxciiij.incipien.videtur in præsenti consultatione.colum.j.in ij.volumi.Ias.& Claud. de Seysel. in lege, ex hoc iure in ij. effectu naturalis obligationis.ff.de iust.& iur. Ias. in lege, si non sortem.§. libertus.an 8.ff.de condi.indeb.& in consi.cxlix.incip. circa primum con-

sultationis articulum.col.ij.in fi.versi.item.dato.in iiij.volu. Lancelln. Deci.in l.si donatione.C. de collatio.& ibi Philip. eius fratrem. colū. iiij.versic tertius casus.Fortuni. Garzi.in l.iuris gentium.§. quinimo. col.xxxij.versic.propterea adde.ff.de pact. Io. Lup.in repeti. rub.ff.de donatio. inter vir.& vxo. §.j.nu.14. Tho.Ferrati.in tracta.cautela.caute.xxxij incip.donatio excedens.nu.2.Hyppoli.de Marsil.in sing.cccxxxij.inci.pactum de futura successione, circa medium.Ludo.Gozadin.in consi.lxxxvij.inci.prima facie videtur dicendum.nu.12.Andreæ Moceni.in suo reperto.ad lectu.Fely.in versi.donatio remuneratoria. & Amanel.de claris aquis in singula.ccvij.inci.nota quod licet in donatione.Antoni.Capy.decisio.cciij.inci.in causa magnifici Hier.nu.7. Constanti.Rugeri.in l.Modestinus.nu.38.versic.quarto.de quæstione. ff.de dona.Fran.Curti.iunio. in consi. lxvij.incip. proponitur in facto esse in ciuitate.nu.vj.in consi.lxxxj.inci. viso ac diligenter considerato instrumento.nu.5.& in consi.cxliij. inci. habita diligenti consideratione.nu.5.Philip.Deci.consi.ccij.col.3.Stepha.Bertran.in consi.ccv. col.2.in ij.vol.Cardin.Pari.in consi.xxvj.nu.76.in j.volu.Maria.Sozin iunior.in consi.lxxvij.inci, licet in præsenti consultatione. nu.152.in j. volu.& in consi.cxliij.incip.in facto proponitur in fin.eo.volu.Iacob. Mancel.in consi.iiij.inci.casus iste satis confusus.nu.27.in j.vol.Ioan. Fran.Rip.in l.si vnquam.q.xiiij.C.de reuocan.donatio.& ibi D.Andr. Tiraquel.in versi.donatione largitus.nu.47.& Magnificum ac Excellentiss.D.Hippoly.Riminal.supra in hoc eod. titu.in princ.nu.129.& in hoc loco.nu.471.cum seq.Et eximium. D. Roland. a valle.in quæstio. suæ super statu. de lucro dotis. quæstio.liij. incip. quæritur an lucrum dotis.quod marito.nu.5.Ioannes Baptista Ziletus Venetus.

b Insinuatione. Adde, † quòd vbi excedit summam quingentorum aureorum,debet insinuari in actis, & in scriptis redigi coram publicis personis vel coram iudice,vt hic in gl. in versi. insinuatione. Si tamen fiat in præsentia iudicis in iudicio dicitur satis insinuari, absque alia 26 interpositione decreti.vt.C.de prædi.curia.libr.x. † Quid autem si fiat donatio mediante cessione.s.cedendo iura alteri contra debitorem vltra quingentos aureos:an in tali donatione requiritur citatio debitoris? Tenet Bar.quod non per l.iij.§.duæ causæ.ff.de mino. Dic melius per l.iij.§.si causa cognita.ff.de bo.po. &c.Ias. May. [Præsente iudice in iudicio facta donatio an dicatur satis insinuata. Adde Bart.& Doct. in l.Modestinus.ff.de donatio.in l.omnium C.de testa. Alex.de Imol. in consi.xx.nu.5.in iij.volu.præclarissimum.D. And. Tiraquel.in legib. connubiali.in glo.v.nu.32.& D.Pet.Duennas in regulis vtriusque iur. reg.xxiiij.in viij.limita.Io.Bapst. Zilettus.]

In glo.ex causis.ibi l.fi. Illa lex optime enumerat causas ex 27 quibus donatio reuocari potest.Et † not. quod ius reuocandi a donationem ex causa ingratitudinis, non transit ad heredem a donatoris: quod est not. nam alias regulariter obligationes & actiones defunctorum transeunt ad hæredes, & contra hæredes,inquantum ad eos peruenit.l.hæredibus.ff.de dolo.Hoc tamen intelligo verum, quando defunctus habuisset facultatem reuocandi donationem, vt quia sciuisset causam ingratitudinis,aliàs autem secus. argu.in l.in confirmatione. & l.vtilitatem.ff.de aucto.tut.facit quod no. in l.omnino.ff. de inoffi.test. & in c.dilectus. extra.de dila. & per Iaco.de Bel. qui.mod.feu. amit. in vsib. feud. Item crederem cum limitatione prædicta, quod donator non possit reuocare donationem propter causam commissam per ipsum donatarium:& ita sentit.d.l. fi.cum dicit, ad primas tantummodo personas: quod intelligite, siue 28 donantis,siue donatoris.† Et per hoc inquit ibi glo. quod dominus non posset auferre feudum filio vasalli, propter feloniã ipsius vasalli,si ipsi vasallo quæstio mota non fuisset,de hoc dicite plene in l.j. & fi.C.de reuocan. do. & in l.ij.C. de liber.& eorum li.Ibi, aliud in libertate. Hoc euenit propter maximum præiudicium libertatis,ar.in l.libertus.de reg. iur. in fin.Dicite de hoc vt in iuribus allegatis.

ADDITIO.

a Ad heredem. Adde Bal.in c.j.col.fi.quib mod. feu.amitti.Io. Mari. Riminal.in consi.cclxix.nu.10.Io.Lup.remissiue in rub. de dona.inter vir.& vxor.§.78.nu.16.Fran.Curti. iunio. in tracta. feud.nume.156.& D.Hippoli.Riminal.hic.nu.550.Io.Batist. Zilettus Venetus.

1 ☞ Donatio propter nuptias est doti æquanda. & matrimonio constante de nouo potest fieri & augeri. & nu.9
2 Contra præsumptionem iuris & iure non admittitur probatio in contrarium nisi per confessionem.
3 Maritus potest uxori suæ de suo dotem constituere.
4 Vxor tantum de donatione propter nuptias lucratur, quantum uir de dote.
5 Genus quod propriè appellatur apud legistas.
6 Seniores non debent ægre ferre,si aliquando à iunioribus reprehendantur,cum sint perspicatiores.& nu.7.
8 Iustinus Iustiniani fuit genitor.
9 Donatio propter nuptias & dos æquiparantur, & quantitatem dotis excedere non potest.
10 Nomina debent rebus conuenire & nu.13.
11 Nominum quæstio est pertinacibus relinquenda.
12 Accursius quare sic dictus.
13 Sola nominis consuetudo non sufficit ad probationem.
14 Illud dicitur alteri exequari, quando alterius uirtus alteri attribuitur.
15 Dos non potest per maritum alienari,etiam muliere consentiente.
16 Mulier an possit alienare dotem consentiente marito.
17 Donatio propter nuptias mortua uxore restituenda est marito.
18 Donatio propter nuptias excedens quingentos aureos insinuari non debet.
19 Mulier donans marito non cogitur insinuare.
20 Vestes quas maritus dedit uxori, an ei computentur in dotem, quãdo locus est repetitioni dotis mortuo marito.
21 Vsus trahit ad se proprietatem, in rebus quæ continuo sunt in usu.
22 Linteamina & uestes datæ in dotem à muliere, si sint contritæ, an in dotis restitutione, sint ut extant restituendæ.
23 Dos infra quantum tempus sit restituenda uxori mortuo marito.
24 Mulier quæ dedit mille in dotem, & mortuo marito stetit in domo hæredis, an possit cum dote petere fructus dotis.

1 §. EST ET ALIVD. † Donatio propter nuptias, quæ olim antè nuptias vocabatur, non solum constante matrimo-2 nio augeri potest,sed etiã initiari, & doti est exequata.ᵃ h.d.Diuiditur in tres.Nam in prima ponit, constitutionem iuris antiqui.In secunda ponit constitutionem Iustiniani. In tertia ponit constitutionem nouam.Secunda ibi,(sed primus quidem)Tertia ibi,(sed & nos.)

ADDITIO.

a Exequata. Adde, quòd æquiparatur doti in constituendo, & augẽdi modo,& in pactis lucrorum,& in restitutione & dominio, prout in d.l.fi.no.Et si dos est aucta,similiter & donatio debet augeri,dummodo augmentum fiat in re immobili vel in pecunia, & mulier in illo 2 augmento non vtetur priuilegio dotis contra creditores: † quia est præsumptio iuris & de iure,quod hæc augmẽtatio fuerit facta in fraudem creditorum, contra quam non admittitur probatio in contrariũ nisi per confessionem,vt in authen.de æqua.doti.§.illud.colum.vj.de quo per Barto.in d.authen. sed iam necesse. Et sicut dos potest augeri & antè & post,ita hæc donatio. Et sic patet, quòd licet constante matrimonio non teneat donatio simplex in vi.& vxo.tamen tenet dona-3 tio propter nuptias. vti in c.vj. de do. inter virum & vxorem, & † potest etiam maritus constituere vxori dotem de suo, maximè quando ipse esset rusticus & diues, & vxor nobilis & pauper l.si voluntate.C.de 4 do.promis.† & vt quartam partem debet vir lucrari de dote,ita debet etiam vxor lucrari de dona. propter nuptias,vt in authen. æqualitas. cum auth.seq.C.de pac.conuen.Et adde, quòd hodie consuetudo non seruat vt talis donatio constituatur vxori, vt vult glo. in d.auth.æqualitas.& vide Bal.in auth.dos data.C.de dona.propter nup.Ias.May.

5 No,primò † tertium genus donationis, quòd olim appellabatur antè nuptias. hodie verò propter nuptias appellatum est.Et hoc appellatur genus prout Legistæ accipiunt, qui dicũt illud appellari genus, quòd prædicatur de pluribus numero differentibus. Si autem assumitur genus prout accipiunt Dialectici, quòd scilicet prædicatur de pluribus specie differentibus, hoc non appellaretur propriè genus,de quo in l.eum qui ædes, 6 ff. de vsuca. † Not.in verbo iuuenibus. quòd quanto iuniores, tanto perspicaciores,vt dicit Prisci. & glo.in l. Gallus. de lib.& 7 post.† Non enim ægre ferre debent seniores, si a iuuenibus,qui interdum subtilius inuestigant reprehendantur.l. potioris.C. de offi.rec. pro. Adolescentis tamen officium est,vt inquit Cicero,maiores natu vereri,& fac.l.semper de iure immu. Item 8 not.† Iustinum fuisse patrem Iustiniani, concor.l.pe. infra qui testa.fa.poss. Alibi tamen legitur, eidem Constantinum fuisse genitorem, de quo in can. habeo xvj.di. & dixi supra in rubri. proœ. ideo non repet. Item not. quod donatio quæ olim antè nuptias appellabatur,hodie propter nuptias est nũcupata. No, huiusmodi donationem non solum antè nuptias constitui posse,& constitutam augeri,sed etiam constitutam contracto ma-9 trimonio initiari posse. † Item not.hanc donationem exequa-a tam esse doti,ᵃ vt sicut dos ante matrimonium cõstitui, & contracto matrimonio initiari & augeri potest. ita & ista donatio. Exequatur & in alio, quia huiusmodi donatio qualitercunque constituatur, quantitatem dotis nullo modo excedere potest. l, 10 fi.cum sua authen.C.de do.antè nupt.† Nota, nomina rebus ᵇ b debere conuenire: quod est verum in nominibus appellatiuis:

in nomi

in nominibus verò proprijs non est habenda cura. l. fin. C. de consti. pec. & propterea dixit glo. in rub. so. ma. 11 † quòd eorum c quæstio pertinacibus est relinquenda. Decet tamen bono nomine, licet proprio, appellari. l. facta §. si in danda. ff. ad Treb. 12 † vbi gloss. letatur de nomine Accursij eo quia accurrit contra tenebras iuris ciuilis. Et idem est in nominibus deriuatiuis: non enim sequitur iste appellatur Bologninus, ergo est de Bononia. l. fin. cum gloss. ff. ad muni. de quo in rubr. ff. solu. ma. & lege quis in fundi vocabulo. de leg. primo.

ADDITIONES.

a Ex hac exequatione plures sequuntur effectus. vt per Bello. consilio xvij. inter alios. quòd statutum de lucranda dote habet locum in donatione propter nuptias.

b Rebus. †Nomina debent conuenire rebus. Adde tamen, quòd sola nominis consuetudo non sufficit ad probationem. Vnde licet quis vocetur bonus per hoc tamen non sequitur quòd sit bonus, sed bene si aliud operatur, vt dicit glo. in l. fi. §. pe. & ibi Bar. ff. ad muni. vid supra de tut. in prin. & Bar. in ru. ff. so. ma. &c. Ias. May.

c Decet tamen. Adde quòd nuncupatione pulchra fulgemus, ideo procurare debemus habere pulchrum nomen, iuxta illud Plutarchi de libe. ris educandis. Primum debent curare parentes vt filij bonis nominibus nuncupentur. referunt Moder. in addi. ad Ab. Panor. in proœ. Gregori. col. ij. in ver. argumentatio à nomine. Propterea vides quòd in suo nomine gloriatur Accursius, in loco hic allegato, dicens, Ego sum Accursius, quasi accurrens contra tenebras iuris ciuilis. & attestatur Io. And. in ca. grauis. extra de deposito, à Domina Millantia vxore sua didicisse, pulchra nomina imponenda esse filijs, & si venderentur deberent magno pretio comparari. & ponunt alij Canonistæ in d. ca. grauis. Abb. Panor. in d. proœmi. Grego col. j. vers. item quæro, nonquid sit licita. & ibi. Fely. col. vij. vers. subdunt tamen hic Doctores. Idem Panor. in c. cum secundum. col. ij. vers. item nota ex hoc tex. de præben. Iason. in rub. ff. solu. matrimo. col. viij. ver. secundo adde illud quod dicit Io. And. & in l. j. col. vj. circa mediū in ij lectu. C. de sum. Trinit. Vincentius Herculanus in l. j. in prin. col. vj. ver. & ex dictis Doctorum. ff. de acqui. posses. & Clau. Scysel. in l. j. col. ij. vers. alibi etiā Io. And. ff. de leg. j. Et ideo Salyc. in d. l. j. C. de sum. Trinit. dicit, quòd parentes debent filijs imponere nomina honesta & auctorisata. Ex turpi enim & malo nomine seu cognomine, oritur iniquitatis iudicium. & quis suspectus redditur, ita quòd quando duo sunt torquendi, incipi debet ab illo qui habet turpe nomen, aut cognomē, ita dicit Io. And. in d. c. cum secundum, & refert. Fran. Brun. in tract. de indicijs & tortu. in ij. par. q. v. nu. 55. vers. item si est pater & filius in paruis. Mari. Sozi. senio. in c. cum dilecta. extra de excess. ibi. prælato. Hipp. de Marsi. in l. j. in prin. col. pe, vers. & idem in effectu videtur firmare. ff. de quæstioni. & in sua praxi crimin. in §. expedita. nu. 55 & Thom. Grammati. in consi. xl. causarum crimi. incip. in causa magnifici Tristani. num 15. Et ad hæc faciunt scripta à Philip. Deci. in c. j. in ij. lectura. col penul. versic. successiuè dum Abbs. de iudi. Petr. Girard. de Petrasancta in singula lxxv incip. magnum est. Iacobin. à S. Georgio in præludi. feudo. in versic. Charolus pulcherrimum nomen est. Matthæ. de Afflict. in constitu. Regni Siciliæ. in constitutionem. in quinto nota. de hæretic. & patarenis. Nicola. Eueral. in suis locis legali. caput vj. in loco ab ethymologia. versicu. aut quæritur an valeat argumentum. Hieronymus Cagnol. in proœmi. ffo rum. §. nos verò. nu. 179. & 180. & Francis. Niconni. in rub. ff. sol. matri. nu. 61. & 62. Ioannes Baptista Zilletus Venetus.

In glo. exequentur ibi §. colligitis tria per ordinem Primum, 14 † quòd illud dicitur alteri exequari quando virtus alterius alteri tribuitur, & è contra. Propterea dixit Barto. in l. j. ff. de lega. j. quòd si statuto caueatur, vt populares nobilibus exequentur, debet intelligi, vt fauores & priuilegia nobilium concedantur popularibus, & è contra. Secundò colligitis, quòd dos a non potest alienari per maritum etiam 15 muliere consensum præstante: Circa † quem articulum dic: aliquando res datur in dotem inæstimata, & tunc propriè appellatur dotalis, & non potest à marito alienari etiam consentiente vxore: hoc enim prohibuit l. Iulia, fauore publico, §. & cum lex C. de rei vendi. actio. l. prima. & per totum. ff. de fundo. Aliquando datur res in dotem æstimata & hæc aut datur æstimata ita quòd talis æstimatio facit contractum dotis transire in nouam formam contractus, scilicet emptionis, & tunc potest alienari à marito etiam muliere non consentiente, lege iubemus & authen. sine à me. C. ad Velle. Ratio, quia hæc res æstimata non dicitur dotalis, sed propria ipsius mariti, lege quoties de iure dotium. Et si dixeritis, si est propria mariti, cur requiritur consensus mulieris? Dico quòd requiritur propter ius hypotecæ, quo habet mulier, sicut habet in cæteris rebus mariti. Aliquando datur res in dotem æstimata, non vt æstimatio faciat emptionem, sed vt deberetur interesse vxori in casu, in quo res fuisset facta deterior. lege si inter virum. C. de iure dotium. & hoc casu potest res sic æstimata alienari à marito muliere consentiente, gloss. est singu. in lege si æstimatis. ff. solu. matrimo. & illam sequitur Barto. & Bald. Hæc omnia sunt de iure ciuili vera. Iure autem canonico alienari potest dos consentiente muliere, & hoc verum, si iurauerit capitulo licet mulieres. de iureiuran. lib. vj. Item hoc verum, si maritus habeat alia bona, de quibus pro restitutione dotis mulieri consuli possit, not. gloss. in capitulo cum contingat de iureiur. & dicit Bald. quòd est optimum consilium: Dicunt tamen Canonistæ in capitu. dilecto. extra de iureiurandum. quòd si mulier iurasset nunquam consentire alienationi dotis fiendæ per maritum, si postea consentiret & iuraret, alienatio est nulla, quia secundum iuramentum appellatur periurium. gloss. est ordin. in capitulo licet mulieres. de iureiuran. & dicit Bald. quod est optimum consilium pro mulieribus, quæ infestantur à maritis, vt consentiant alienationi rerum dotalium. 16 † Quid autem b è contra, an possit mulier alienare b dotem consentiente marito? Dicite quòd sic, si talis alienatio cedat in vtilitatem vxoris. si fortassè velit emere prædia vberiora quæstu, iste est tex. in l. si ff. de iure doti. quia videtur hoc casu, res restituta à marito vxori. Ideoque dotalem esse desijsse: de quo 17 per Bar. in l. si æstimatio ff. sol. matrimo. Tertio † no. c quòd quemadmodum dos mortuo marito est restituenda vxori, d vel eius hæredi, ita donatio propter nuptias d mortua vxore est restituenda marito.

ADDITIONES.

a Dos non potest alienari. Adde Io. Pet. de Ferrarijs in sua practi. in forma libel. in actio. reali. in glo. veris ac legitimis titulis. nu. 8. in parte s. & in forma libel. quo vxor agit ad do. in gl. ac etiam castrum. nu. 1. Io. Bap. Ziletus.

b Mulier alienare. Adde Ias. May. in consi. xliiij inci. ad dubia mihi tradita. colum. ij. versicu. circa illud quantum cum sequenti. in j. volumine. Zilettus.

c Tertio no. Adde, quòd regulariter restitutio dotis non debet fieri constante matrimonio, nisi in casibus no. in l. quamuis. ff. solu. ma. & illis casibus potest vxor vendere. &c. Ias. May.

d Propter nuptias. 18 † An autem hæc donatio propter nuptias debet insinuari, si excedat summam quingentorum aureorum, sicut donatio simplex? Dic, quòd de iure antiquo sic, vt l. fi. C. eod. nisi fuisset patris consilio 19 destituta. l. minor hus. C. de dona. ante nupti. Sed † hodie mulier donans non cogitur insinuare, sed maritus sic, alias non lucratur partem dotis ex pacto, de quo in auth. decursu. C. de donat. ante nup. & ibi Bald. licet hodie hæc donatio non sit in vsu, vt vult gl. in authen. æqualitas. C. de pact. conuen. &c. Ias. May.

20 Sed † pone maritus bene vestierat vxorem suam, mortuo marito petit vxor dotem & vestes, hæredes volunt computare vestes in dotem, quæritur quid iuris. varij varia dixere: sed ista est communis sententia vt distinguatur. Quædam sunt vestes pretiosæ & festiuæ & illæ non sunt restituendæ. allegat. l. sed si vir lana. de don. inter vir. & vxo. lege hoc legatum. de le. iij. allegat Bald. l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. Quædam sunt vestes viles & quotidianæ, & il- 21 læ cedunt lucro vxori. Ratio secundum Barto. † quia natura harum rerum quæ continuò sunt in vsu, ea est, vt vsus trahat ad se proprietatem. l. ij. ff. de vsufru. ea. re. quæ vsu consu. allegat l. medico § penul. de aur. & argen leg. Item dixit Baldus. si essent vestes nobiles, sed illas vestes vxor pro suo honore & mariti continua portabat, vt quia vxor Doctoris vel militis. & ita dicit Bald se consuluisse. Et idem dicit Bald. in lectis. de quo in lege in his. ff. solu. matrimo. vbi sentit gloss. quòd mulier debet dormire in lecto separato à ma- 22 rito. † Sed adhuc dubitatur? Bona mulier tradit in dotem lectum vel vestes & linteamina pro quinquaginta libris, moritur maritus, res sunt contritæ & quasi consumptæ, petit dotem, hæredes mariti volunt restituere res prout extant, illa dicit esse quasi consumptas replicant, ipsæ sunt contritæ & consumptæ vsufructua. quæritur quid iuris? Dicite, quòd valor rerum est restituendus. lége plerunque. in fin. ff. de iure do. lege cum inter virum. C. eo. no. Bal. in l. æstimatæ sunt. ff sol. ma & dicit menti esse tenendum pro bonis rusti- 23 canis. † Sed intra quantum tempus est dos restituenda vxori mortuo marito? Dicite breuiter, aut ista dos consistebat in rebus immobilibus, & est statim restituenda: aut consistebat

in rebus mobilibus, & tunc post annum est restituenda §.ex

24 actione, de rei vxo.act.† Sed hic dubitatus: Mulier dedit in dotem mille, marito mortuo stetit per annum in domo hæredis mariti, elapso anno petit dotem, & fructus dotis quæritur an possit? Gloss dicit quòd non in l. diuortio. solu. ma. quia ista dilatio anni data à lege hæredibus mariti: ad soluendum dotem in rebus mobilibus consistentem, nihil prodesset hæredibus mariti: quod absurdè diceretur, Sed pulchré dubitatur: Pone quòd dos erat in rebus immobilibus, ita quòd statim mortuo marito erat restituenda, mulier fuit alita in domo hæredum mariti, an poterit petere dotem & fructus? Dic quòd sic, nisi quatenus vxoris extitissent: de qoo in d.l. diuortio. sol. ma.

1 *Libertatis fauore, rem suam quis uendere cogitur.*

§.ERAT OLIM. Finaliter not. ex. §. erat quòd licet olim portio domini liberantis seruum, à seruitute, accresceret alteri cum domino, hodié tamen non accresci, imò seruus liber efficitur pleno iure. si tamen alteri condomino pre-

1 tium portionis suæ offerret. Ex quo colligitis casum† in quo quis tenetur vendere rem suam: & hoc est statutum fauore libertatis, vt hic. & l. j C. de communi ser. manumis., & faciunt quæ habentur in l. fi. ff. de pigno. act. Et præterea non ob. l. nec emere. C. de iure deli. quia ibi regula ponitur, quæ hic fallit. Ratio fallentiæ in fauore libertatis fundata est, vt supra plené dixi.

Quibus alienare licet vel non. Rubr.

Continuatur hoc ordine. Supra visum est quemadmodum dominia rerum acquirantur. Sequebatur videre quemadmodum acquisita alienantur. ideoque intitulauit. Quibus alienare licet. Vel aliter. Supra visum est qoemadmodum per alienationem dominia rerum transferuntur. verum quia sunt aliqui qui alienare non possunt ideo de his tractaturus intitulauit. Quibus alienare licet vel non.

1 *Vxor filia familiâs non potest rem dotalem, etiam marito consentiente uendere.*
2 *Fideiussor datus in uenditionem rei dotalis an obligetur.*
3 *Mulier quando possit renuntiare iur. in hypothecaris, remisse.*
4 *Dominus regulariter potest alienare: non, non dominus.*
Dictio, aliquando, est dictio exceptiua, præsupponens regula esse in contrarium.
5 *Res dotales, uel quasi dotales, non possunt alienari uel obligari.*
6 *Legis Iuliæ quæ sint statuta in alienandis rebus.*
7 *Melius est partem patrimonij uendere quam usurijs incumbere.*
8 *Ratio quare mulieris consensus nihil prodest, ad obligationem aut alienationem dotis.*
9 *Creditor rem pignoratam alienare potest. licet ipsius non super dominur.*
10 *Res dotalis an possit lergiri uel donari aut legari.*
11 *Res dotalis usucapi nequit.*
12 *Maritus fundum dotalem à se alienatum, repetere potest.*
13 *Conuentio quod si infra tantum tempus, res pignorata non redimatur, intelligatur uendita, an ualeat.*
14 *Res in dotem data æstimata, an possit alienari.*
15 *Res mobilis data in dotem an alienari possit.*
16 *Maritus aut uxor quomodo rei dotalis dominium habeant.*
17 *Filius bonorum patris uiuentis, dominus dicitur intellectualiter, non aut ex effectu.*
18 *Alienatio fundi dotalis, uxore consentiente à marito facta, an ipsius uxoris iuramento firmetur.*
19 *Mulieris fragilitas sæpius contractum annullat.*
20 *Contractus transit ad heredem cum robore suo.*
21 *Factum à iudice censetur factum partis.*
22 *Mulier qualiter possit se obligare pro uiro, remissiuè.*
23 *Dominium per sententiam transfertur.*

ACCIDIT ALIQVANDO. Maritus. fundum dotalem Italicum siue Prouincialem,

a inuita muliere, siue consentiente, a alienare vel obligare non potest, licet aliter lex Iulia statuisset. hoc dicit Diuiditur in tres Nam in prima ponit dictum bimembre. In secunda, prosequitur primum membrum. In tertia, secundum. Seconda ibi, (nam dotale.) Tertia ibi, (contra autem.) Item secunda subdiuiditur in duas: Nam in prima ponit constitutionem legis Iuliæ. In secunda illam corrigit in duobus capitibus, Secunda ibi, (quod nos.)

ADDITIO.

a Consentiente Adde. quòd † licet vxor possit vendere rem dotalem consentiente marito, in casibus de quibus supra, quod tamen si est filia familiâs, nõ potest, etiam in alijs casibus in præiudicium patris de quo in l.

2 ij. §. voluntatem. ff. solu. mar. † An autem obligetur fideiussor datus à viro in casu, quando vendidit rem dotalem, quam non potest vendere. & similiter fideiussor datus à muliere? Dic quòd sic, si vendatur res ignoranti: secus si vendatur scienti fundum esse dotalem, vt inquit Barto. in l. cum lex. ff. de fideiu. Et ideo consilium est, quòd non capiatur fideiussor, sed tertius principalis se obligans. & insolidum, secundum Bal. in l. si præ-

3 sidium. de iure dotium. † Qualiter autem mulier possit renunciare iuri in hypothecaria, dic, vt in lege iubemus. C. ad Velle. &c. Iason. May.

4 No. primò, † regulariter dominum alienare, & non dominium alienare non posse. Hæc regula probatur hic in ver-

a bo, aliquando, a quæ est dictio exceptiua, præsupponens regulam in contrarium. l. aliquando. ad Vellea. probatur in l. traditio. ff. de acqui. re. domi.

ADDITIO.

a Aliquando. Adde D. Hippoly. Riminal. in l. Seia. num. 79. C. de collationi. Ziletus.

6 † Item not. constitutionem legis Iuliæ, quæ quinque statuit: tria expressè, in quibus approbatur: duo tacitè, in quibus reprobatur. Statuit ergo primo, fundum dota-

a lem a Italicum non posse alienari: & in hoc approbatur, & benè. Ex quo infertur tacitè à contrario sensu, quod fundus

b dotalis b Prouincialis alienari potest: & in hoc malè. Secundo dixit expressè, quòd fundus dotalis in vita muliere alienari non possit: & in hoc benè. Ex quo infertur, quòd fundus Italicus dotalis alienari non potest, muliere contradicente, & hoc lege Iulia. quinimo nec Prouincialis, etiam ea volente, ex constitutione noua. Item nec obligari, siue ea volente, siue contradicente, & hoc tam lege Iulia, quam constitutione noua. Item not. quòd lex Iulia facilius permittebat rem dotalem alienari, quam pignori obligari. Et po-

7 tuit forte ratione moueri: † quia melius est partem patrimonij vendere, quam vsuris incumbere. argu. l. si pupillorum §.

8 si prætor. ff. de re eodem. Item not. ratione, † quare consensus mulieris nihil prodest ad obligationem, vel ad alienationem dotis, vt fragilitas sexus mulieribus non noceat Addite aliam rationem, quia publicé interest mulieres esse dotatas, ad sobolem procurandam. l. j. prima solu. matri l. si iure

9 C. qui pot. in pign. hab. Not. creditorem, † licet dominus rei pignoratæ non sit, tamen alienare posse Circa quod distinguite tria membra. Aut debitor pignorauit rem, tributa sibi potestate alienãdi, & tunc potest alienare, vt hic: non in virtute dominij quia sit dominus, sed in virtute conuentionis, quia videtur à debitore constitutus procurator ad vendendum. l. si pignori, in fi. ff. fa. ercis. Aliquando nihil conuenit de vẽdendo. & tunc facta denunciatione debitori, vt rem exigat, aliter quod vendetur: elapso biennio à tempore denunciationis, tunc poterit alienari, non in virtute dominij, sed in virtute potestatis à lege tributæ. l. fin. C. de iure do. impe. Aliquando conuenit vt non venderet rem pignoratam creditor, & tunc trina denunciatione facta cum lapsu

c biennij, alienare poterit. l. si conuenerit. ff. de pig. act. c

ADDITIONES.

a Dotalem. No. secundo, quòd † res dotales, vel quasi dotales, vt res

5 seruorum. l. iij. ff. de fundo dotali prohibentur alienari, vel obligari, quantumcumque volente vxore, & sic non licet mulieri hoc casu renunciare fauori suo: & hoc est propter fragilitatem sexus, ne subducatur à viro, vt hic in text. & quia interest reipublicæ ipsas esse dotatas. l. j. ff. solu. matr. & ibi vide Bar. Et intellige quòd non potest alienari in præiudicium mulieris, in præiudicium autem viri vel extranei se obligantis sic. l. cum lex. cum ibi notatis. ff. de fideiussoribus. Item hoc limita vt gloss. prima infra Ias. May.

b Fundus dotalis Adde Barto. in l. si æstimatis. in fi. sol. ma. & an possit permutari tam cum marito quam cum extraneo. vide per Bal. in addi. Spe. tit. de dona. inter vir. & vxo. ver. fundus. Et an possit præscribi: vide

in l.

si præsc ibi: vide in l.si fundum & ibi Bar.ff.de fundo dota.

c ff.de pign.act. Quinto fallit, fauore fisci, quia quis rem quam conduxit à fisco cogitur tenere pro illo pretio si non reperiat alium eandem pensionem dare.l.dotem fero.§.qui proximos.ff.de publicanis. Et hoc verum, si ipse fuit lucratus ex illa locatione. Iason Mey. An autem res

50 † dotalis possit donari, vel largiri? Gloss. videtur tenere quòd sic, in l.j.ff. de fundo dote. Contrariũ tenet glo.in l.dotale.ff. de fundo dotali. Similiter nec valet legatum, vt ibi. quia cum sit prohibitum commercium rei illius, non debetur etiam æstimatio eius, sicut nec res sacræ legatæ. Sed Barto in d.l.dotale.dicit, quòd prohibitum est commercium in præiudicium mulieris, sed non alterius: ideo hæres istius testatoris debet et soluere æstimationem rei dotalis legatæ. Similiter

51 † nec potest vsucapi in præiudicium mulieris.ar.l.alienationis.de verbo.signifi.nisi postquam vxor haberet facultatem agendi post solutum matrimonium, & viri sit soluendo.l.in rebus.§.omnes.ff.de iure do.nam ante non nascitur actio de dot.

52 vt no.in §.fuerat.infrà de actio. † Quid autem si vir de facto vendit rem dotalem inscia muliere, an ipsemet poterit vendicare? Dic quòd sic vt tenet gloss.in verbo interdictæ.tenetur tamen de euictione si vendit ignoranti, non autem si scienti.l.si fundum.C.de eui.& l.si à matre.& l.j.C.de iure do.faciunt quæ habentur in lege.iubemus.C.de sacra sancta.eccles. Ias.May.

53 Sed pone, quòd † scholaris bonus, qui expectat à domo viaticum, pignorauit rem pacto apposito, quòd si intrà tempus non redemerit, intelligatur vendita creditori pro portio exbursatæ pecuniæ, an talis conuentio valeat. Dicite quod non, quia sapit naturam vsurariæ prauitatis. l.fin.C.de da.pig. Succurri etiam voluit lex fragilitati & necessitati debitorum, qui propter recipiẽdas pecunias quascunque pactiones quæ creditoribus placerent, inirent facile. Quinimo nec talis conuentio iuramento confirmatu.ca. significante.extra de pigno. Secus si conuentionem in hunc modum inirem. Pignoro tibi librum, pacto apposito, quòd si non redemero infrà pascha: sit tibi venditus iusto prætio: tunc contractus valeret, tanquam sub conditione conceptus: quia nihil praui est in isto contractu. iustum enim pretium debet præstari. casus est in l.si fundus §.fin.ff.de pigno.

54 In glo.j.colligitis, † quòd res data in dotem æstimata, a vt

a interesse vxoris demonstretur, alienari non possit, pro hoc bene facit l.prima.C.de fun.dot.vbi dicitur talem rem sic æstimatam ad prohibitionem legis Iuliæ pertinere. Contrarium tenuit gloss.in lege æstimationem ff.soluto matrimo. pro qua.d.l si æstimatis.& l fin.ff.de pac.do.& illam tenent communiter Doc. Ad l.j.C de fun do.respondetur, fatendo quòd talis res pertinet ad prohibitionem legis Iuliæ, sed illa lex solum prohibuit muliere contradicente, non autem ea consentiente.

ADDITIO.

a Aestimata. An res date in dotem æstimata possit vendi, vel ne. vide quod scripsi supra in n.præcedenti.§.pe.in gl.in verbo, exequatur. Iason May.

Sed tamen dixerit aliquis: Nonne in his casibus, in quibus lex Iulia permittebat dotem alienari muliere consentiente, & constitutio noua permittit? vt hic. ergo determinato mala: Præterea sustinendo hanc gloss.ad iura contraria posset responderi, quòd procedunt inspecto tempore legis Iuliæ. Sed prima communior. In fin. Colligitis ex hac gloss.

55 † rem mobilem dotalem alienari posse, pro quo allegatur. l.j.C.de seruo pig.da.ma. Suadetur ratione, quia prohibitio legis Iuliæ & constitutiones nouæ loquuntur de re dotali immobili, ergo ad mobilem non sunt extendendæ.l.si verò.§.de viro.ff.solu.ma. Item, quia fit similis distinctio in alienatione prohibita per minorem, an res sit mobilis, in immobilis.l.lex quæ tutores.C.de admini.tuto. & hanc tenuerunt Pe. Ia.de Ra.& Ia.de Are. Contrarium tenuit gloss.in l.vnica.§.sed si lex.C.de rei vxo.act.& in lege prima.C.de fun.do. vt res mobilis dotalis alienari non possit: & illam communiter sequuntur Doc. vtrobique: quia siue res mobilis sit, siue immobilis, vendicat sibi locum eadem ratio, & publicæ vtilitatis & fragilitatis sexus: vnde non dicitur lex corrigens extendi, sed verius loqui.l.legitimos. de legi.capitulo consuetudo.distin.primo. Ad l.prima de ser.pigno.da.ma. respondent, quòd illud est speciale fauore libertatis, vnde non extendendeodum.l.ius singulare.& l.quod verò contra ff.de leg. Bart.tamen facit has opin.consona.distin.concordes. Aut res mobilis in dotem est data talis, quæ seruando seruari potest, vt sunt mancipa, & tunc alienari non possit: & ita loquitur gloss. posteriore reiecta sententia. Aut est talis quæ seruando seruari non possit, vt vinum & oleum: & loquitur gloss.in priori opin. In gloss. prohibetur. ibi. l. finali. Ipse tamen maritus consocium ad diuisionem prouocare non potest. Et idem in minore, qui ad diuisionem prouocare non potest l.inter omnes.C.de prædi. mino. Ibi, ex necessitate. pro hoc facit.l.ij.C. de patri. qui fi.dist.ibi, lege prima. Et pro hoc facit.l quædam.de acquiren re.do.& lege in modicis de contrahen.empt. In fin.gloss.in verbo ipsius.

56 † Circa hunc articulum quem gloss. amplissime disputauit in lege in rebus. hic allegata, Doct.multa dixere: sed illa videtur verior sententia, vt ita distinguatur: Quoddam est dominium verum & effectuale, & hoc non consistit in persona vxoris circa rem dotalem: Nam cum maritus sit domi-

a nus, a vt hic, & l.doce ancillam C.de rei vendica.non potest idem dominium verum & effectuale consistere in persona vxoris, quia verum dominium est talis plenitudinis, quod non potest eadem consideratione in duos concurrere.l. hæreditate.§.patet de ca.pen.l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.ff.commo. Quoddam est dominium fictum, interpretatum siue intellectum, & hoc dominium dicitur consistere in persona vxoris, cum enim vxor ex continuo vsu cum marito vtatur & fruatur nedum re dotali, sed & alijs rebus mariti, dicitur eadem persona cum marito capitulo debitum.extra de higa.lege prima.ff ad Sylla. Lex interpretatur ex quodam actu imaginario ipsam dominam esse, sicut

57 † filius viuente patre dicitur dominus bonorum paternorum, non quo ad verum & effectuale dominium, sed quo ad intellectuale interpretatiuum, quia dicitur eadem persona cum patre, & simul continuo viuit. lege in suis de lib. & posthu.& ibi hoc voluit gloss.ordina. & Bald. in repe.sua. Idem voluit gloss.in l.in rebus.C.de iure do.& dicatis vt ibi.

ADDITIO.

a Maritus sit dominus. Adde glo.in l.rebus.in §.j.C.de ius.dotium. Sal.in l.j no.C de ser.pigno.da. Adde Matth.de Afflict.in consti.regni Siciliæ.incip. hostici exceptionem in j.not.q.xj.in tit.de exceptio. hostica. Ziletus.

58 In fin.gloss.in verbo interdicta. † Sed quid si maritus alienauerit fundum dotalem muliere consentiente & iurante

a quòd nunquam contraueniet huic alienationi, a an confirmabitur contractus alienationis? Docto.dixerunt quòd sic, allegantes casum in cap.cum contingat. extra de iureiuran. & in ca.licet mulieres.eodem.titu.libro.vj. Ego tamen nunquam acquieui huic sententiæ, complerique postea plerosque cõtrarium tenuisse, inter quos fuit Pau.de Eleaza. Quid autem me mouerit, explanabo breuibus. Mouebar primo, quòd talis contractus alienationis mulieris iuramento confirmetur, nulla lege nec ciuili, nec canonica, cautum reperitur: quinimo si iura in contrarium allegata in medium deducantur, contrariam partem magis suaderent, quam Docto. opinionem approbent. Capitulum, cum contingat. dicit mulieres debere seruare iuramenta, non autem contractum alienationis iuramento firmatum: ita suadent hæc verba capituli, ibi, mulieres seruare debent huiusmodi iuramenta. Pro hac parte facit.capi. licet mulieres, in verbo seruare, infrà alle.c.debitores.extra.de iureiu.in verbo cogendi sunt domino iuramentum. Item authen. sacramenta puberum.C.si aduer.vend.vbi mandatur sacramenta custodiri, non autem dicit contractum confirmari, vt ibi, præcipimus inuiolabiliter custodiri. Idem dicitur in §.sacramenta, de pa.iur.fir.in libro feu. Idem dicitur in cap.quamuis.extra. de pact.libr.vj.ibi, ad eadem seruari debebit huiusmodi iuramentum. Cum igitur hæc iura dicant iuramenta super huiusmodi contractibus præstita, esse seruanda, non debent extendi, vt contractus iuramento confirmetur, cum nec hoc dicant, & sint corrigenda verba.l.si verò.§. de viro.ff solu. matrimonio.l.illam C.de colla. Præterea, si iura hoc dicerent, nonne iniustissima & impijssima iudicari deberent? qua enim fragilitate inducerentur mulieres maritalibus medicamentis ad consentiendum alienationi dotis, nonne ea-

dem ratione & fragilitate induceretur ad iurandum: argu. 19 in l. doli. §. diversum, de noua. † Praeterea nonne ratio fragilitatis quae subintrans contractum illum annullat, eodem modo subintrabit iuramentum, annullabitur que cōtractus vt hic? & pro hac sñia allegatur. l. non dubium. C. de legi. ca. si diligenti. in fi. extra, de fo. compe. c. significante. extra. de pign. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. Et si dixeritis, si iuramentum seruatur, quid est curandum an contractus sit confirmatus cum iuramēto, cum idem complectatur quòd contractus? igitur seruabitur iuramentum & contractus. Respondetur, quòd multum refert, an iuramentum interpositum super contractu sit seruandum, an verò cōtractus confirmetur: quia priore casu obseruatio iuramenti non transit ad haeredem iurantis, quia iuramentum est quid personale, illaqueans solum animam iurantis, non autem animam haeredis: quia in istis spiritualibus non consideratur ista fictio, quòd haeres & defunctus eadem persona iudicentur, imo consideratur ipsa veritas. capitulo. veritatis. extra. de iureiur. Sed quando contractus est confirmatus, haeres 20 obligatur: † quia contractus transit ad haeredem cum robore suo. l. pro haereditarijs, C. de haere. actio. Secunda differentia est, quia si contractus confirmatur, solutum nullo modo potest repeti. Sed si iuramentum est solummodo obseruandum, solutum potest repeti conditione sine causa. c. debitores. extra, de iureiurand. quod facit pro puellis maritandis, quae dote contentae renuntiant haereditati paternae, de quo in l. pactum, C. de coll. Tertia differentia, quia petita absolutione à iuramento, contractus poterit reuocari, vbi iuramentum solummodo erat seruandum: secus vbi contractus erat confirmatus: de quo in d. c. debitores. Et haec sententia quam plerique nouissimi sibi attribuunt, est subtilis in disputando, sed in iudicando & in consulendo reiicienda. In si gloss. in verbo, neque. est alia ratio fragilitatis sexus mulieris de qua in text. In glos. alienare. ibi, in fi. Et est ratio, quia 21 † quod facit iudex exercendo officium contra partem con-b tumacem, dicitur pars facere. b l. si ob causam. de euictio. cū sim. Io. Christop. Portius.

ADDITIONES.

a Alienationi. Qualiter † autem mulier possit se obligare pro viro, dic vt habetur in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. Et qualiter renuntiet iuri hypothecae, vide in l. iubemus. C. eo. tit. & vide quae scripsi suprà in fi. tit. prox imè praecedentis. Ias. May.

b Dicitur pars facere. Adde, † quòd etiam per sententiam iudicis trans-23 fertur dominium, de quo per gl. & Bar. in l. sint & aliae §. j. ff. de publi. & plenè per Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iusti & iure. Ias. May. [Adde Glos. in ver. etiam in §. fin. in fi. infrà de offi. iudi. & vide etiam Dec. in l. traditionibus. io j. amplia. C. de pac. Zillettus.]

1 *Solvens pupillo quando & qualiter liberetur, & nu. 4.5*
2 *Pupillus nil potest alienare sine tutoris auctoritate.*
3 *Pupillus an possit mutuo dare, & inire mutuum.*
5 *Praeceptum iudicis plus operatur quàm auctoritas.*
6 *Pupillus soluendo creditori non liberatur.*
7 *Verba aliquando impropriari debent, ut materiae de qua agitur conveniat.*
8 *Vna dictio pro alia exponitur, ubi iuris absurditas sequitur.*
9 *Error iuris aliquando excusat à mala fide.*
10 *Sententia interlocutoria quae sit & quae diffinitiva.*
11 *Aequalitas in iudicio est seruanda.*

§. NVNC ADMONENDI. Pupillus siue pupilla sine tutoris auctoritate nihil alienare possunt: ideoque si mutuam pecuniam tradiderint, obligatio non contrahitur, imo pecunia ipsa si extat vendicatur. Si verò bona fide sit cōsumpta, condicitur. Si verò mala fide, ad exhibendum agi-1 tur. hoc dicit primo. † Et soluens pupillo vel pupillae sine a tutoris auctoritate, plenam liberationem consequitur si res soluta extat, aut pupillus vel pupilla facta ex ea locupletior est. h. d. secundo. Et ipse pupillus vel pupilla alteri soluens sine tutoris auctoritate non liberatur, imo solutum potest repeti. h. d. tertio.

ADDITIO.

a Soluens pupillo. Adde, quòd soluere volens debitum pupillare, vt consequatur plenissimam liberta em d. bet soluere cum tutoris aucto-itate, & cum sententia seu praecepto iudicis: aliàs si pecunia est salua, tunc soluenti paratur doli exceptio: si verò est consumpta nec in vtilitatem pupilli conuersa, compellitur debitor iterum soluere. Et è contra pupillus soluens sine tutoris auctoritate, non transfert dominium. h. d. vsque ad fi. & c. Ias. May.

2 Not. primo, † pupillum siue pupillam nihil alienare posse sine tutoris auctoritate. Et in hoc laeditur illa regula qua cauetur, quemlibet in re sua arbitrium & moderamen habere. l. in re mandata, C. man. Ratio huius exceptionis est, quae fundatur super facilitate aetatis pupillaris: quemadmodum prohibitio fundi dotalis ne alienetur, fundatur super fragilitate sexus muliebris, vt suprà eodem in fi. princip. 3 Item not. † pupillum siue pupillam tradentem rem mutuo, non inire obligationem mutui. Verum enim ad eam fandum contractum mutui fit necesse vt de meo tuum fiat. l. ij. §. appellata. si certum. peta. pupillus autem hoc facere non potest, bene relinquitur quòd mutuum contrahi non possit: imo talis res mutuo tradita si extat, potest vendicari, si verò non extat, sed bona fide consumpta fuerit, poterit condici: quia licet mutuum ab initio non tenuerit, consumptione tamen subsecuta reconciliatur, vt hic, & l. quamuis. C. si cert. peta. ac etiam vsucapione. l. Proculus. de iure do. Si consumpta fuerit mala fide. poterit agi actione ad exhibendum contra eum qui recipit: & quia exhibere non poterit, contra eum in litem iurari. l. ad exhibendum. C. ad exhi. iuncta. l. in 4 actio de in li. iuran. Item not. † quòd ille qui soluit pupillo siue pupillae sine tutoris auctoritate, non liberatur ipso iure, nec in effectu, nisi duplici casu. Primò, quando res soluta, salua extat apud pupillum. Secundò, quando & si salua non sit, in vtilitatem tamen pupilli versa est, quo casu debitor exceptione doli effectualiter liberationem consequitur, vt hic, & l. pupilli, de solutio. Ratio, quia licet bonum & aequum sit debitorem soluentem pupillo sine tutoris auctoritate, liberari, ne pupillus praeiudicium patiatur, aequissimum tamen est quòd quando res extat penes pupillum, aut ex ea factus fuerit locupletior, ipsum non debere cum iactura debitoris locupletari: ideoque debitori competit exceptio doli, quae nititur aequitate, l. qui aequitate, de except. doli, l. nam natura. de condi. inde Si autem soluerit cum tutoris auctoritate, liberatur ipso iure, sed pupillus si ex tali solutione laedatur, in integrum restituitur. Si verò soluerit a auctoritate tutoris praecedente iudicis mandato, a plenissime soluens liberatur: quia pupillus & si laedatur, non restituitur, vt hic, & l. sancimus. C. de adminis. tuto. l. ait praetor, § quid tamen. ff. de mino. Et in hoc differt à contractu alienationis factae per pupillum cum tutoris auctoritate & iudicis decreto: quia licet cōtractus ipso iure teneat, attamen pupillus si laeditur in integrum restituitur. Ideo hic dixit gl. in verbo securitas. quia contractus alienationis fit ex libera voluntate contrahentis cum pupillo: sed contractus solutionis fit ex necessitate imposita debitori, ideoque ei magis est succurrendum ar. in l. si fideiussor. §. necessariam. & in l. de die. ff. qui satis. cog.

ADDITIO.

a Mandato. † Et sic not. quòd plus operatur praeceptum iudicis, quam 5 auctoritas sola iudicis. quia vbi iudex interponit solum auctoritatem in contractu minorum, nihilominus minor habet beneficium restitutionis in integrum aduersus illum contractū. Secus vbi interuenit praeceptum, quia cessat beneficium restitutionis in integrum, vt vult hec glo. in verbo securitas. Et sic debent esse cauti debitores, vt faciant sibi fieri praeceptum: non enim sufficeret ad plenam liberationem auctoritas. Fallit hoc suprà dictum, quando soluitur pupillo adiecto solutioni. quia debitor soluens etiam sine praecepto iudicis indistinctè liberatur. vt vult glos. in verba liberatur & c. Ias. May.

6 Finaliter not. † pupillum vel pupillam soluendo creditori, non liberari. Nam cum ad hoc vt liberatio contingat debitori, debeat in creditorem dominium transferri. l. etiam. de solutio. l. Iulianus de verb. obligationibus. hoc autem nec pupillus nec pupilla efficere possint, consequenter relinquitur quod non liberentur, vt hic. & lege quod si forte. §. finali. de solutio. Si tamen hoc tale solutum à creditore consuma

consumatur.pupillos liberator.l.non omnes.§.fina.ff.si cer. pet. In fin.gloss dederit.Nota verbum dari,sumi pro a tradi, † & verba impropriari vt conueniant materiæ de qua agitor, [b] oportert.n.rebus cognatos esse sermones.cap. intelligenda.de verbo.significatio.& regula iuris.quoties faciunt intra quæ habentur in l.vxori.de leg.iij in l.cum pater.§.dulcissimis de leg.ij.

ADDITIONES.

a Pro tradi.No.† quòd vbi sequitur iuris absiditas potest vna dictio pro alia exponi.vt.ff.de condi & demon.l.ad causas.& extra de rescrip.c.ex parte quod no.gl.in verbo dederit &c.Ias May.

b Materiæ de qua agitur. Vide Bellonum libr.j.suppu.ca.vj.& infrà quib. mo.contrahi.obliga.§.item is cui.ia prin.

In fin.gloss.in verbo bona fide.† Non ob.ille.§.quia ibi loquitur in casu quo de lucro tractabatur, hoc est, de vsucapienda re pupilli.ideo error iuris non prodest.l.nunquam. de vsucapio. hic autem tractabatur de damno, vt iste recipiens pecuniam actione ad exhibendum conueniri possit, & contra eum in litem iurari,& ideo error iuris ipsum habet excusare à mala fide. vidistis.supra de vsucapio.§.is ad quem,facit.lege sed si de lege.§.scire.de peti.hære.lege.regula.ff.de iure.& fac.igno. In fin. gloss.in versiculo sententia. colligitis not.† quòd omne præceptum emanatum à iudice in forma iudicij,appellatur sententia interlocutoria, [a] Sententia autem diffinitiua dicitur illa, quæ diffinit principale negocium.concor.gloss.in lege. qualem.de arbi.In fin in versiculo omni. Ex hac gloss.& in l.in ea allegata coligunt Doct.arg ad quæstionem.Pone, aliquis haber ex priuilegio quòd non teneatur soluere iudici delegato nisi mediam partem salarij eius quod alter soluere teneretur, nunquid hoc idem priuilegium tribuatur aduersario cum quo litigat? Docto. dicunt quòd sic, vt † æqualitas in iudicio inter litigantes seruetur. Et propterea dicunt Doctores, quòd si aliquis litiganit,& quia esset doctor allegauit in causa sua, nó debet si in causa succubuerit aduersarius in expensis condemnari, quas fecisset hic aduocatus si Doctorem quærere debuisset: de quo in l fin.C.de fru.& lit expen.In gloss.soluerit.ibi.l.sancimus.Et est ratio, quia laboriosum esset nimis,in illis casibus semper interpellare iudicem,si menstruo & annuo redditu,similiter super vsura vel pēsione decretum interponeretur: ideoque sine eo debitor plenissime liberatur.In fin.not.hanc glo.magistralem, cui concor.alia glo.in l.prima.C si aduer sol.& in l.ait prætor.§.quid tamen.ff de mino.&c.

ADDITIO.

a Interlocutoria appellatur sententia interlocutoria. Adde glo.in cl. §.de seq.poss.& ibi. Spec.in titulo.de senten.p.iola. Bald.in lege quod iussu.ff.de iudi.

Per quas perso.nobis acqui. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra dictum est in §.singulorum de rerum diui. vsque ad hunc tit.quibus modis dominia rerum acquiruntur: verum quia sunt certæ personæ per quas dominia rerum acquiruntur, ideo de his tractaturus intitulauit, per quas personas no.acqui. In glos. rubricæ. Isti versus incongruenter ad hoc allegantur. Nam sunt emanati ad refrenandam concupiscentiam ex qua omnia mala nascuntur.c.nam concupiscentia. extra. de consti. Vnde non aptè allegantur ad ordinem titulorum denotandum. Ibi vsum. Quod intelligite verum, quando acquisitio emanat vel ex re nostra, vel ex opera ipsius serui in quo habemus vsum l per seruum.de vsu.& habi.§.item per eum. infrà per quas personas nobis acqui. obli.ibi,dicit. Est & nonus, scilicet monachus, qui acquirit monasterio, vt habetur extra de sta. mo. Est & decimus, videlicet beneficiatus beneficio suo, vt habetur extra.de pec.ele.per totum.In fin. Et per hoc non ob.si dicatur, hunc ti. per illū vel illū per istū esse superfluum, contra §. quibus.in prima consti C. quia hic de rebus quæritur acquirendis, ibi de obligationibus tractatur.

ACQVIRITVR. Olim quicquid acquirebat filiusfamilias acquirebat patri, excepta causa castrensi [a] vel quasi: hodie autem sola profectitia pleno iure patri acquiruntur. Castrensia autem vel quasi, nullo iure, aduentitia autem solum quo ad vsumfructum acquiruntur patri, filio conseruata proprietate. hoc dicit. Diuiditur in duas. Nam in primo enumerat quasdam personas per quas nobis acquiritur. In secunda incipit per ordinem de his tractare. Secunda ibi, (igitur liberi.) vbi distinguitur causa peculij aduenticij à profectio. Not.primò sex personas [b] per quas nobis acquiritur: & addite quatuor, quas dixi in gloss. rubricæ & erunt in effectu decem.

ADDITIONES.

a Excepta causa castensi. Adde Docto.in rubri.extra.de pec.cle.

b Personas. Tu vide de istis & alijs personis in §.si qui alij.infrà de inuti.stip.& per Bart.in l.stipulatio ista.§.si quis insolam. de verbo.obli. Ias.May.

† Nota.quòd iure veteri quicquid acquirebat filius ex quacunque causa acquirebat patri excepta causa castrensi vel quasi: quia quo ad illas causas antiquitas non curabat de patria potestate: imò tales filij Doctores pro patribus familias habebantur.l.ij.ff.ad Mace.vnde in illis testari poterant vt patres familias & hodie possunt.§. quibus infrà quibus non est permis.face.test.l.fi.C.de inof.test.In illis quoque iudicium exercere poterant & possunt.l.lis nulla.ff. de iudi. In illis quoque contrahere & quasi possunt & poterāt sine metu Macedoniani.l.fi.C.ad Mace.Item not. quòd hodie acquisita per filium ex causa castrensi vel quasi, nullo iure nec quo ad proprietatem, nec quo ad vsumfructum acquiruntur [a] patri & in hoc remanent illæsa iura antiqua, ratione de qua suprà. Acquisitia autem ex causa profectiua, pleno iure patri acquiruntur: & in hoc antiqua quoque iura confirmantur, quia non est inhumanum, nec odiosum, si acquisita ex re patris ad ipsum reuertuntur, nam res facilè prolabitur ad naturam suam.l.si vnus § pactus.ver. quod in specie.ff de pact. Acquisita tamen ex causa aduentitia, quo

ad vsumfructum patri acquiruntur, & in hoc quoque salna remanent iura antiqua. Quo autem ad proprietatem, remanent in dominio filij, qui illa acquisiuit, & in hoc corriguntur iura antiqua, quia inhumanum foret, si quòd alter filiorum ex labore suo vel prospera fortuna quæsiuit, hoc alteri fratri concederetur, vel alijs de voluntate patris traderetur. Et præterea dixit alibi Iurisconsultus, quia vigilaui, meliorem meam conditionem feci. in lege qui autem §. sciendum. in l. pupillus. in fi. quæ in frau. cre. & facit quod legitur in proœ vi. & in auth. vt diuinæ iussiones. circa princi. & supra in proœmio huius libri.

ADDITIO.

a 2 Acquiruntur patri.† Adde alias fallentias, in quibus acquisita per filium non acquiruntur patri in malè acquisitis .l. quod seruus. de acquir. poss. Item in dote aduentitia, in qua actio non est communis patris & filiæ, sed filiæ, tantum. l. ij. ff. solu. mat. Item quando filius est hæres institutus, cuius pater est furiosus. l. cum hæres. ff. de acqui. hæredi. Item quando pater erat institutus & rogatus restituere filio. l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebel. Hodiè autem est immutata in aduentitijs, in quibus hodiè vsusfructus acquiritur patri, filio proprietate reseruata nisi in casibus de quibus suprà. Ias. May.

3 Item not. † non tam prouidendum, vt honor patribus tribuatur, quam quòd ne filij in rebus detrimentum patiantur, imò vtriusque est prouidendum per electionem cuiusdam viæ mediæ. concor. l. cum oportet. in princip. C. de bo. quæ lib. 4 Not. in versi. hoc quoque. † quòd olim patri emancipati filium, licebat retinere tertiam partem bonorum pleno iure, quæ per filium ipsi patri non acquirebantur, hodie autem non licet aliquid retinere quo ad proprietatem, sed solum quo ad vsumfructum, bonorum omnium filij dimidiam retinere possunt concor. l. cum oportet. §. fin. C. de bo. 5 quæ libe. Finaliter no. rationem, † ne propter emancipationem quæ fit in fauorem filij, præiudicium filius in rebus patiatur. Ex quo colligitur, filio honorem inferri, si a patre fuerit emancipatus: sed licet honor sit filio, læditur tamen fama patris, quia huiusmodi emancipationes solent fieri sæpe pro 6 euitando onera paterna. in fi. gloss. in verbo † vsusfructus. inquantum concludit quòd per seruum in quo habemus nudum vsum, non acquiritur nobis ex opera sua: intellige verum ex opera adhibita in re aliena, quia illud tale quòd acquiritur dicitur in fructu. d. l. per seruum. in gloss. alleg. Sed ex opera adhibita in re vsuarij benè acquiritur vsuario. l. plenum. §. fi. eod ti. quia tunc talis quæstus non dicitur in fructu, sed in nudo vsu. In fin. gloss. castrensibus colligitis, quòd 7 † illud appellatur castrense peculium a quòd in castris à quo a libet percipitur. Illud autē appellatur quasi castrense, quòd clerici, aduocati & medici de publico percipiunt. Sed hic b dubitatur, Pone quòd aduocati vel medici b non acquirant ex salario constituto de publico, sed acquirant particulariter à clientibus vel infirmis (quia non omnes doctores legūt non omnes medici salariati sunt) an tale acquisitum cedet in causam quasi castrensis peculij? Dicite quòd sic, per. l. veluti. C. de offi. assesso. & est gl. ordi. in l. fori. & facit l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. Et idē est in lucro acquisito à tabellione pro confectione instrumentorum, glo. est sing. in l. si. C. 8 de inoffi. test. in fi. gloss. in versi. ex re. † Non ob. hæc materia, quia fateor esse distinguendum, quando aliquid est relictum seruo vendito, vtrum contemplatione venditoris, an cōtemplatione emptoris. Secus quando est relictum sero non vendito: quia siue sit relictum contemplatiōe serui, siue domini, 9 indistinctè quæritur domino. Ex qua gl. infertur quòd † si ali c quis legauerit aliquid seruo vel filio contemplatione patris vel domini, quòd hoc tale dicitur profectitium peculium, quasi respectiue per personam patris profectum. Si autē fuerit relictum contēplatione filij appellatur aduentitium, quia si ex prospera fortuna acquisitū. d. l. sed si plures. §. in arrogato. de vulga. & pup. Et hæc vera in casu claro, quando constat cuius contēplatione, an patris, an verò filij relictum fue10 rit. Quid autem † in dubio, si non apparet an contēplatione patris, an contēplatione filij relictum fuerit. Bar. in suo trac. de duo. fratri. sic distinguit. Aut est relictum filio sub commemoratione patris vel patriæ potestatis, puta, relinquo Caio filio Sempronij, vel relinquo Caio filiof a. & tunc intelligitur relictum contemplatione ipsius patris, & cedet tale relictum in causam profectitij peculij. l. filio. ff. de condi. & demon. no. in l. cum aliquis. C de iure delib. Aut relictum fuit simpliciter expresso nomine filij, non nominata persona patris, nec nominato iure patriæ potestatis, puta, lego Caio fundum: & hoc tale legatum aut est eius qualitatis quod non potest acquiri filio, sed solum patri: vt quia legaui seruitutē prædialem, quæ solum potest patri acquiri qui habet fundum cui debeatur, & tunc intelligitur relictum contemplatione patris. Si autem & filio & patri acquiri potest, tunc intelligitur relictum contemplatione ipsius filij. ar. in l. & magis. de solu. & in §. sed cum factum. infrà de stipu. seruo. faciunt quæ habentur in l fi. C. de vsufru.

ADDITIONES.

a Illud appellatur castrense peculium. Adde. c. quia nos. de test. in c. licet. de sepul. li. vj. c. cum secundum. de praebe. gl. in cle. fi. eo. ti. in l. quoniam ff. de acqui. hære. Bal in l. iij. ff de in ius voc. Et an quis possit testari de pecu. cast. vide per Paulus. de Cast. in l. cum antiquis. in princi. ff. de inoffi. test.

b Quod aduocati vel medici. Adde Phi. Fran. in c. licet. de sepul. lib. vj. in §. quamuis. in j. col. ver. sed quæritur primo.

c 11 Vel filio. † An quando legatum est factum filio, præsumatur in dubio ipsum esse factum contemplatione filij, vel contemplatione patris, vel qualiter, vide Bar. & ibi tex. qui videtur hoc sentire in l. socium. ff. pro socio. Bar. determinat in duobus ambasiatoribus, quibus ab Imperatore 12 fuit quia donatum, vt illud dicatur suum, non committatus. † Similiter etiā alibi dicit Bar. quòd vbi affines mariti aliquid donant eius vxori, quod videtur facta donatio contemplatione sui viri, adeo vt veniat restituenda hæredibus viri. ita Bar. in l. sed si plures. §. in arrogato. de vulg. & pupil. Ias. May. ¶ Quod dicitur suprà de duobus ambasiatoribus Adde quòd in hoc sunt opiniones. Vide glo. Cyn. Bart. Bald. & Io. de Imol. in l. si verò. in §. item quicquid. ff. sol. ma. Albe. in l. j. C. de sanc. san. eccle. Inno. in c. sicut de iureiur. do. in c. postulasti. de conces. præb. n & ibi Abb. Io. And. Pet. de Ancha. & Domi. in c. a collati. de appe. lib vj. tene opi. Abba. in d. c. postulasti. quia magis communis.

13 Sed circa predicta dubitatur. Pone † quòd filius a viuena te patre, ex pecunia paterna mercantias exercendo fecit plura lucra, an tale lucrum cedit totaliter in causam profectitij peculij, ita vt mortuo patre cum omnibus filijs sit communicandum? Bart. in suo tractatu dicit, quòd huiusmodi lucrum participat de peculio profectitio, & de peculio aduentitio: vt quatenus est acquisitum ex industria filij dicatur pro ea parte aduentitiū: quatenus autem est profectium ex pecunia patris, dicatur profectitium, & sic diuidendum, vt pars aduentitia cedat lucro fratris tantum, altera pars cum fratribus communicetur: quod qualiter fiendum sit, rectus iudex arbitrabitur, & alle. Bar. ad hoc § j. infrà pro socio. l. si conuenerit. l societas. ff. eo. titu. alleg. in l. illud. C. de col. pro quo. l si hæres. ad legem fal. Sed contrariam partem, vt in totum dicatur profectitium, visa est tenere gl. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. & hanc sequitur Dyn. Specu. Raÿ. & Bald repræhendens Barto. in l. certum. C. fami. herci. quia tale acquisitum prouenit ex re ipsius patris, ergo profectitium, vt hic. & d. l. cum oportet. Non ob. quòd acquisitum dicatur ex industria filij, quia dicitur tamen acquisitum nōmine patris, cuius erat pecunia, de quo dicite vt in locis, suprà alleg. Sed hæc est vera conclusio.

ADDITIO.

a 14 Pone q. filius Quid si filius exercēdo mercantias de pecunia paterna multa lucrifaceret, an illa dicantur peculiū profectitiū vel aduentitium. vide Bald. in l. certum. C. fami. herci. ponentem, an si vnus filius viuente patre fecerit expensas in domo, mortuo patre possit petere quòd sibi resarciantur, an ne, Et ponit de duobus socijs, qui distracta societate diuiserant mercantias, & vnt sunt aggregatæ mercantiæ quæ sunt Venetis, alij illæ quæ sunt Cremonæ, qualiter vnus socius conseruabit alium indemnem. vide etiam ibi de filio qui ex re patris aliud fecit, puta ex lana fecit pannum, vel similia, an pannum totum debeat esse patris, & ibi adhæret de æquitate opi. Bar. hic recitatæ, non quia dimidia veniat prestanda filio, sed saltem aliqua pars, vt sic industria filij possit prædesse filio. Et idem in filio mercatorem, & hoc dicit esse relinquendam arbitrio iudicis qui æstimabit hanc industriam. Ias. May.

15 In gloss. vsumfructum. ibi §. si autem res, Not. † patrem posse renunciare vsufructui bonorum aduentitiorum filij. facit quod not. in gloss. & Bart. in l. pater si omne. C. de inoffic. do. Et est salubre consilium pro filijs qui habent bona aduentitia aliorum, & pater grauatus est mole creditorum, vt renunciet vsufructui bonorum filij, oe ex ipso

so vsufructu bonorum filij creditores suum consequantur: quod verum est, nisi pater acceptasset, nam tunc in fraudem creditorum renunciare non posset, de quo dicite. vt in d.l. pater. ibi. in princ. & in authen. excipitur. C. de bo. ma. Ibi. §. si vero. & in authen. item hæreditas. C. de bo. quæ lib. 16 Ibi, statim, vt in l. fin. C. de bono. quæ lib. in fin. dicite† alium casum, quando filio relinquitur vsufructus: quia tunc non acquiritur patri, nam seruitus seruitutis esse non potest. l. j. ff. de ser. lega. & not. glo. in authen. excipitur. C. de bon. quæ libe. Addite alium, quando pater male tractaret filium, quia a tunc cogitur emancipare,ᵃ & vsumfructum perdit. l. fin. ff. si quis à pa. fue. manu.

ADDITIO

a Emancipare. An sit dare casum in quo pater cogatur emancipare filium, vel ne, vide alios casus recitatos per glo. in §. fina. suprà quib. mod. ius patriæ potestatis. &c. Ias. May.

17 In fin. glo. in verbo prospera. Not.† ex qualitate personarumᵃ intelligi vario modo bona acquisita, & huic glo. concor. alia in l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. Sed tamen doctores clarius distinguunt, si quæratur an bona reperta penes aliquem, intelligantur ex industria sua quæsita, an verò ex re aliena. Aut præsumendo quòd sint acquisita ex re aliena, non euitatur coniectura delicti, & dicuntur esse de bonis paternis. Et propterea dicitur, quod bona reperta penes vxorem, intelliguntur in dubioᵇ acquisita ex bonis mariti, vt tollatur coniectura turpis quæstus & adulterij l. Quintus & l. fin. alleg. in glo. Aut præsumendo quòd sunt acquisita ex industria propria, euitatur coniectura delicti, & tunc ex industria propria intelliguntur. Et propterea bona cumulata per tutorem & curatorem, intelliguntur quæsita ex propria industria, ne alioquin tutor vel curator pupillo vel adulto dicatur subtraxisse. l. si defunctus. C. arbitri. tutel. Vbi autem id euitatur, neque iudicatur coniectura delicti, ad qualitates personarum & recurrendum, vt gloss. dixit.

ADDITIONES.

a Qualitate personarum. † An autem portio dotis quam acquirit filius 18 ex forma statutorum, dicatur peculium aduentitium seu profectitium, ita vt non veniat conferenda cum fratribus? Barto. dicit quòd sic. in l. j. C. de bo. quæ liber. Idem dicit de lucro quod acquirit filius ex pecunia patris, quatenus attribuitur personæ vt dicatur aduentitium, ita Barto. in l. cum oportet. C. de bono. quæ libe Idem Barto. in l. j. C. pro socio. & l. illud. C. de col. Ideo si quis filius ex centum sibi datis à patre, acquisiuit alia centum, tunc quinquaginta debent attribui illi filio pro labore, alia quinquaginta cum alijs centum debet, æqualiter diuidere cum alijs fratribus, si æqualiter sunt instituti hæredes. Ias. May.

b Vide Bello. in consi. xvij. nu. 10. cum seq. vbi etiam quid de vidua.

In fin. glo. in verbo procedunt. Similis glo. est in l. oportet. 19 C. de bo. quæ libe. † Quæritur, pater destinat filium studio literarum, emit libros illius facultatis, moritur pater, prouocatur filius ad diuisionem à fratribus, illi volunt li- a bros communicari & diuidi, ᵃ ille vult habere præcipuos, quæritur quid iuris. Glo. in l. quæ pater. ff. fami. herc. dicit libros non esse communicandos. Idem in l. fratre. C. eo. Pro qua opi. allegatur in primis. d. l. quę pater. d. l. filio. Secundò allegatur. l. Pompo. Philadelphus. ff fami. herc. Tertiò allegatur, quia illi libri dati viderētur ex causa studiorum, quæ solum morte finitur. l. apud Iul. de fideicommis. liber. ergo non sunt communicādi cum fratribus. l. si filia. §. Neratius. ff. famil. herc. Præterea arma & equi data filio à patre non communicantur. l. si filius. C. fami. her. ergo nec libri dati fi- 20 lio studenti: † bonum. n. est arg. de castrensi ad quasi castrense. l. j. §. nec castrēse. de col. bo. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iu. Præterea isti libri sapiunt naturam relicti in vltima voluntate, quia talis donatio morte cōfirmatur. l. pater. si omne. C. de inoffi. do. ergo non communicantur. l. filiam. & l à patre. C. de col. In contrarium quòd debeant cōmunicari, allegat. l si donatione. C. de coll. Item allegatur fortis ratio, quia illi libri computantur in legitimam filij. l. fin. §. fin. de inoffi. testa. ergo cum fratribus communicantur, quia quicquid in legitimam computatur, in collatione deducitur. l. illud. C. de colla. Item quia isti libri remanserunt in dominio fratris, ergo cum fratribus sunt communicandi. l. certum. C. fami. herc. Docto. ita distinguunt. Aut pater emit libros pro filio, sed nondum tradidit, & tunc quia remanserunt in dominio patris, inter fratres diuidentur. l. certum. C. fami. herc. Aut emit & tradidit, & tunc aut tradidit, & tradendo expresse donauit, & tunc si quidem filius gradum b Doctoratus fuerit adeptus ante mortem patris,ᵇ libros cum fratribus non communicabit, quemadmodum nec arma nec equi dati militi non communicantur. l. si filius. famil. her. idem si non esset creatus Doctor, sed esset de proximo creandus, quia aut disputasset, aut fecisset repetitionem ita quòd idoneus publicè haberetur. arg. in l. pe. de mil. test. in l. legatus. §. ornatricibus de legat. iij. Si autem esset talis qui nondum leges percipisset, tunc varij varia dixere, sed vt plurimum, vt communicari etiam tunc non debeant, per iura suprà alleg. Aut pater tradendo non expressit quòd donaret, & tunc dixit Bart. in d. l. filiæ. considerandum esse qualitatem patrimonij, & etiam quantitatem filiorum, & pretia librorum. Quid enim si pauper libros magni pretij filio tradidisset? non est verisimile ipsos voluisse donare, & cæteros filios portione sua fraudare, arg. l. fi. de leg. iij. quæro. de ritu nupt. Quid etiam si diues & potens, libros mediocris pretij filio tradidisset: tunc enim animus donandi præsumeretur. arg. in l. cum filiusfa. ff. si cert. pet. Dixere tamen not. Doct. quòd in omnibus his casibus in quibus tenetur filius 21 libros communicare, non sunt tamen sibi auferendi, † quia nec libri Doctori siue scholari, nec arma militi sunt auferenda, vt not. glo. in l. nepos. Proculo. de verbo. signific. sed 22 † tamen minus proportione sua consequetur, vel æstimationem librorum deducet in medium. Ad expensas autem victus & vestitum quas fecit fieri in studio, non tenetur cæteris fratribus. d. l. quæ pater. C. fami. herc. nisi pater aliter expressisset, puta in libro scribendo expēsas, & dicendo quòd nollet donare, tunc illud plus quod expendit in studio quā in domo expendisset, tenetur fratribus cōmunicare. l. Nen- 23 sennius Apollinaris. ff. de negot. gest † Quid autem si filius cœperit studere, & antequam studium compleuerit moritur pater, an poterit complere studium expensis communibus. Cyn. in l. Lucius §. idem rescripserunt. ff. ad muni dicit quòd sic: quia ex quo pater miserat ad studium, tenebatur ipsum manutenere vsque ad fi. vt not glo. in l. Macedonianum. C. ad Mace. vbi dicit, quòd etiam tenetur libros emere, sed non facere eos deaurari. facit l. si filia. §. idem scribit. ff. fam. her. ergo hęredes tenentur, regula iuris, hæredem. & l. quædam. § j ff de eden. quod verum limitabitis, si frater bene studuit, & ætas & natura & ingeniū bene conueniant, pariter & facultātes. arg. in l. Stichus. de leg. iij. Alioquin si ista repugnarent, consulendum est vt studium deserant, ne sua à studijs. &c. Aliter dicit Barto. in suo tractatu de duo. fratri. Finaliter dicite quòd si vnus Doctoratus sit viuente patre ex communibus prouentionibus, non potest alter filiorum mortuo patre dicere, se velle studere ex communibus prouentionibus. in l. & qui originem. §. fin. de mune. c & hono. & reliqua dicite per Bart in suo tract. de duo. fra.ᶜ

ADDITIONES.

a Illi volunt libros communicari & diuidi. Adde an isti lib. traditi à patre videantur donati, vide per Bart. & Ange. in l. filiæ licet. C. de col. Barto. in l. si donationes. in §. pater. ff. de do. Bald. in l. j. ff. solu. matri. Bald. in l. Macedonia. C. ad Macedo. Bald. in tracta. de duo. fratri. Bald. consil. xxj. incip. quandoque quæruntur in iij. vo. Raph. Cum. consi. ccxxvj. cuidam filio studenti empti fuerunt libri. Paul. de Castr. consi. clxxiiij. incip. videtur dicendum. Alexand. de Imol. consil. clxij. incip. circa primam dubi. in ij. volu.

b Gradum docto fuerit adeptus ante mortem patris. Adde Bart. in l. j. in §. nec castren. ff. de col. Bald. in l. omnimodo. in §. imponam. C. de inoffic. testamen.

c De duob. fra Not. etiam, quòd† si tempore mortis patris, filius studens 24 reperiatur habere aliqua debita, quòd ad ea soluenda fratres tenentur cōtribuere, tanquam si æs alienum illud debitum. l. sed Iulianus. §. quod di- 25 citur. ff. ad Maced. &c. † Quid de consumptis per alterum fratrem in malos vsus, an illa computentur post mortem eorum patris in parte sua. Dic quòd sic, vt in authen. quod locum. C. de colla. &c. Ias. May.

a *Quæ acquisita per seruum, acquirantur domino etiam nolenti. & nu. 4. & 5.*

a *Seruus quemadmodum acquirit domino eo inuito, ita dominum inuitum obligat contrahendo peculiariter.*

3 *Seruo & monacho relinqui potest ad alimenta.*

6 *Beneficium an tribuatur inuito.*

7 *Seruus heres institutus, non potest hereditatem adire, nisi iussu domini præcedente, actum adeundi.*
8 *Iussus quid importet, & quid mandatum & auctoritas, & qualiter inter se differant.*
9 *Verba enunciatiua, admonitoria, & exceptiua, inducunt iussum, ut in aliquibus exemplis probatur.*
10 *Per seruos in quibus usumfructum habemus acquiritur nobis duplici ex causa.*
11 *Per seruum alienum & liberum hominem bona fide possessum, ex duplici causa nobis acquiritur.*
12 *Licet acquiratur per procuratorem dominium & possessio, non tamen acquiritur personalis obligatio.*
13 *Procurator quæ domino querat, & nu.16.*
14 *Exceptio in uno uel in duobus casibus, firmat regulam in contrarium.*
15 *Argumentum à contrario sensu est ualidum.*
17 *Materia ultimarum uoluntatum cum materia cõtractuum non est commiscenda.*
18 *Domina quibus modis per uniuersitatem acquirantur.*
19 *Seruo iubente domino repudiante adire hæreditate, dominus hæreditate priuatur.*
20 *Filio recusante adire hæreditatem, pater non priuatur hæreditate, imò eam iure suo adit.*
21 *Licet per filium usufructus patri acquiratur, non tamen acquiritur proprietas.*
22 *Pater an dicatur eadem persona cum filio.*
23 *Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.*
24 *Intellectus ad l. cum proponas. C. de hære. institu.*
25 *Seruus licet non possit adire hæreditatem, nisi præcedente iussu domini, potest tamen in litem restitui.*
26 *In acquirenda bonorum possessione per seruum, sufficit uoluntatem domini præcedere, uel subsequi.*
27 *Hæredis appellatione primus heres continetur.*
28 *Quicquid mea contemplatione statuitur, meum esse dicitur.*
29 *Filij ingressi religionem, non sunt in potestate patris, ideo testari possunt,*
30 *Ignarus suæ conditionis institutus, non contemplatione bonæ fidei possessoris sibi quærit adeundo.*
31 *Veritate & falsa opinione aduersantibus, ueritas opinioni præfertur.*

§. ITEM VOBIS. Diuiditur in quinque partes. Nam in prima tractat, quemadmodum per seruos quos in potestate habemus, nobis acquiritur. In secunda tractat, quemadmodum per eos in quibus habemus vsumfructum, nobis acquiritur. In tertia tractat, quemadmodum per eos seruos vel liberos homines quos bona fide possidemus, acquiratur nobis. In quarta tractat, quemadmodum per liberũ hominem nobis acquiratur. In quinta Imperator se excusat, cur de legatis & fideicommis. hoc loco non tractet, & de qua materia sit detractaturus attestatur. Secũda ibi, (de his autem.) Tertia ibi. (idem placet.) Quarta ibi, (ex his.) Quinta ibi, (actiones.) Quicquid acquirit seruos, domino acquirit, & in adeunda hæreditate per seruum hæredem institutum, opus est iussum domini præcedere, qua adita, acquiritur ipsi domino, h.d.

ADDITIO.

4 † Adde quòd acquisita per seruum acquiruntur domino eo inuito, si
5 sint iustè acquisita: secus si iniustè [illegible] ex delicto. l. quod seruus. ff. de acquir. poss. Secus in procuratore, qui non acquirit domino inuito, cum tale acquisitum non cogitur dominus retinere, quia beneficium non confertur in inuitum. l. hoc iure. §. non potest. ff. de do. Adde, quòd † quemadmodum per seruum acquiritur domino eo inuito, ita dominum inuitum obligat contrahendo peculiariter, l. quis seruum. §. etiam. ff. de pecul.
3 † Item adde, quod quemadmodum seruos omnia acquirit domino, nec aliquid proprij habet, ita & monachus nihil proprij potest habere. cle. exiui de paradiso. de verbo. signi. & facit quod not. Bart. in l. j. ff. de stipu. ser. tamen eis potest relinqui ad alimenta, vt not. Barto. in l. seruos. ff. de alimen. & ciba. lega. Quid autem si quid relinquatur monacho cum hoc pacto, vt non acquiratur monasterio: vide Bart. in authen. excipitur. C. de bono. quæ libe. qui vult quòd nihilominus acquiratur monasterio. Ias. M. v. [Si quid relinquatur monacho. &c. Adde text. in c. vnico. xviij. q. j. & per Doct. in c. præsentia. de proba.

4 Not. primò † quòd quicquid acquirit seruus ᵃ domino a acquirit. Et hoc verum nedum quoad proprietatem, verum etiam quoad possessionem, siue res acquiratur ex actu realis traditionis, siue ex actu verbalis stipulationis, vel ex quocunque alio actu institutionis adiectionis, vel confusionis, de quibus vidistis in §. cum aliena. suprà de rer. di. Item 5 not. † quòd acquisita per seruum, domino acquirũtur etiam inuito & contradicenti. concor. l. etiam inuitus. de acquir. rer. domi. l. seruus vetante. de verbo. obliga. Ex quo colligib tis, ᵇ † inuito beneficium attribui, contra regulam. l. inui-6 to. & l. hoc iure. §. non potest. ff. de donatio.

ADDITIONES.

a Quicquid acquirit seruus. Adde l. placet ff. de acqui. hæredi.
b Colligitis. Vtrum beneficium possit conferri in inuitum. vide in d. l. seruus vetante. & in l. soluendo. de hoc vide infrà de obl ga. quæ ex quasi contractu. &c. Ias. May. [Adde l. inuito. ff. de re. iur. l. inuitus. in §. fina. ff. eod. c. sicut. de iudi. & in c. de iudic. xlv. dist.]

Sed illud verum dicite, per obliquum tribui potest, vt hic, & not. glo. in l. soluere vel. illud verum in effectu: mero tamen iure beneficium tribuitur inuito, in effectu. (vt dixi) minime: quia ista quæsita per seruum, poterit dominus abijcere, & in deperdito habere. Sed quòd acquiratur, mero iure impedire non potest. Ratio, quia dominus veluti homo priuatus, non potest impedire cursum & effectum legalem, quo statuitur, quæsita per seruum, ipsi acquiri domino, facit l. testandi. C. de testa. l. nemo potest. de legat. j. & 7 voluit glo. in dict. l. seruus vetante. Item not. quòd † seruus hæres institutus non potest adire hæreditatem nisi præcedente iussu domini, concor. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hære. Suadetur ratione, quia aditio hæreditatis dependet ab animo, & est actus iuris ciuilis. l. si quis. C. de iure delib. l. j. C. de hære. insti. sed seruus est incapax eorum quæ sunt iuris ciuilis, nec vllum dicitur habere animum l. quidam. ff. de pœnis. Vt igitur aditio valeat, opus est præcedere iussum domini, ex cuius voluntate & persona subijci-8 tur aditio. Et not. † quòd iste iussus debet præcedere actum adeundi, ita quòd auctoritas in actu interposita nil operatur, nec consensus postea sequens: est enim de natura iussus importare necessitatem, & actum præcedere. Idem de natura mandati: sed tamen mandatum non importat necessitatem, sed spontaneæ obsequij præstationem. not. glo. in rubr. ff. quod iussu. & facit. l. si remunerandi. §. si post creditam. ff. manda. & in hoc differt ab auctoritate, quæ debet non præcedere nec sequi actum, sed in ipso actu interponi. l. pupillus. §. fin. de auctor. tuto. Item illa auctoritas non potest interponi, per nuncium vel per epistolam. iussus vero per mãdatum sic. d. §. iussum. & dict. l. manda. Item in hoc differt à consensu, qui potest sequi actum. capit. cum consuetudinis. extrà de consuetu. cap. cura. & ibi not. extrà de iurepa. Et prædicta faciunt ad interpretanda statuta quæ dicunt, quòd mulier non possit obligari sine consensu, auctoritate, 9 vel iussu parentum. Addite prædictis, † quòd verba enunciatiua. Item verba admonitoria. Item verba exceptiua inducũt iussum ad adeundum. Vnde si dominus scriberet seruo, quòd prouidentia tua euigilabis in tali hæreditate adeunda; vel diceret si talis hæreditas non est nociua adeas, vel huiusmodi similia, valeret aditio subsecuta. l. si quis bona. §. pater filio. de acqui. hæredi. Et ideò refert Bal. quòd in ciuitate Florentiæ fuit nobilis quidam decapitatus, propterea quod seruo suo cui fuisset illata iniuria dixisset, nisi cogitaueris te vendicare non reuertaris domum. Seruus interemit offensorem, fuit decapitatus dominus, tanquam iussu eius fuerit mors secuta: quia illa verba exceptiua inducunt iussum. Eodem modo dixit Bald. debitorem in mora a constitui si creditor dixerit, cogita ᵃ mihi soluere: quia ista sunt verba admonitoria, quæ præceptum inducunt. Eodem modo si dixerit amico, scias me egere mea pecunia: quia ista sunt verba enunciatiua, quæ interpellatum inducunt debitorem. dict. §. iussum. & l. cum qui. §. j. de acquiren. hæred.

ADDITIO.

a Cogita. An per ista verba dicta per creditorem debitori, cogita mihi soluere, constituatur debitor in mora, vel ne, vide Bartolum in dicto §. pistor.

pretor.& Cyn.in l.minorum.C.in qui. cau. in integr. resti. non est necess. Ias.May.

10 No.in verb de his.† per seruos in quibus habemus vsumfructum, acquiri nobis duplici ex causa Primo, si ex re nostra acquirit. Secundò, si opera nostra. Ex exteris autem causis lucrum cedit proprietario. Ratio quare hæreditatem aditam acquirit proprietario, quia delatio hæreditatis neque prouenit ex re vsufructuarij, neque ex opera serui, sed ex prospera fortuna. Item ipse actus adeundi non est in opera seruili, quia actu momentaneo expeditur. l. aditio de acquir. hæred. Quid autem de seruis in quibus vsum habe-

11 mus, vidistis supra in princip. Item nota, † per seruum alienum & per liberum hominem possessum bona fide acquiri nobis duplici ex causa si ex re nostra, vel ex opera sua acquisiuerit, & in hoc concordat cum seruo in quo habemus vsumfructum: sed discrepat in alio, quia seruus vsufructuarius non potest vsucapi, quia nec possidetur. Item, quia habetur notitia quod est alienus. Seruus autem bona fide possessus potest vsucapi, quia & possidetur, & in eo bona fides habetur. Item not. non solum per seruum hunc vel li-

a berum hominem [a] bona fide possessum acquiri proprietatem, sed etiam possessionem.

ADDITIO.

a Liberum hominem. Adde, quòd † liber acquiritur per procuratorem do-
12 minium & possessio, non tamen acquiritur personalis obligatio, vt hic, & l.solutum. §.per liberam. ff. de pign. act. Et est ratio diuersitatis, quia dominium & possessio acquiruntur per actum naturalem, sed obligatio personalis acquiritur per actum ciuilem: & ea quæ per actum ciuilem acquiruntur non acquiruntur nobis nisi per nostram personam. l. ea quæ ciui. ff. de acqui.rer.dom. quia obligationes personales magis inhærent ossibus
13 domini, quàm iura realia. Et † ideo hypothecæ quæ sunt ad similitudinem personalium actionum l.& an eadem. §. actiones. ff de excep. rei iudi. non poterunt etiam acquiri per procuratorem nisi cedantur: & etiam in illis casibus in quibus personalis obligatio per procuratorem acquiritur domino. vt l.mutua pecunia incerti condictio. ff. si certum pe. Et etiam in casu .l. ij. C. per quas perso. no. aqui. vbi acquiritur hypotheca etiam per procuratorem. Item acquiritur personalis obligatio domino ex re ipsius domini. l.quod procurator. ff. de procu. Et similiter obligatio de euictione quæritur domino per procuratorem. l.possessio. §. & si possessio. ff. de acquir.possess. Item adde, quòd in his casibus in quibus per procuratorem non acquiritur domino, quod in eisdem non obligat dominum. l. Iulianus. §.sed in procuratore. ff. de actio. empt. Ias. May.

14 Not. in verbo ex his. † quòd exceptio in vno vel in duobus casibus, firmat regulam in contrarijs, facit. nam quod si quidem. ff de penu. leg. § si. & §. vt autem. in authen de non alie. & not. glo. in l. in his. ff. de leg. Ex quo aliud colligitis,

15 quòd † argumentum à contrario sensu est [a] validum: circa

a quem articulum dicite quædam verba Bald quòd argumentum à contrario sensu est in duplici casu probabile & necessarium. Primus, quando sumitur à cõtrario sensu euentus conditionis. l. j. §. huius rei, ff. de offic. eius. Secundus, quando sumitur per locum à speciali. l quod verò contra. ff. de legi. Aliquando arguitur à contrario sensu, & tunc est probabile. sed non necessarium: puta quando sumitur à cõtrario sensu defectus rationis vel causæ. l. adigere. § quamuis. de iure pa. quia licet non subsit vna ratio vel causa, potest alia subesse. l. si non lex. de hæredi institu. §. affinitas supra de nupt. Aliquando argumentum à cõtrario sensu non est probabile nec necessarium: vt quando ita sumendo induceremus absurdum intellectum. l. conuenticulam C. de epis. & cleri l. cum pater. C. de cond. inser. hæc omnia scripsit. Bald. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. Item not.

16 † per procuratorem nedum acquiri nobis proprietatem & possessionem, sed etiam vsucapiendi conditionem. Item not. in quibus causis traditione nobis facta à vero domino acquiritur nobis dominium, ex eisdem causis traditione facta non à domino, acquiritur nobis vsucapiendi conditio. concor. l. traditionem. de publi. l clauibus. in fin. de contra-

17 hen. empt. † Item not. in ver. hactenus. non esse commiscendum materiam vltimarum voluntatum cum materia contractuum, imo vnusquisque tractatus suo loco est relin-

18 quendus. concor. l. ij. de sta ho. Not. modos, † quibus per

b vniuersitatẽ rerum dominia [b] acquirũtur, aditione hæreditatis, acceptatione bonorum possessionis, adictione bonorum, & arrogatione filiorum.

ADDITIONES.

a Validum. Adde Bart. in l. si quis locuplex. ff. de manumiss. test. text. in c. cum Apostolica. de his quæ fiunt à præla. Et quid in feudis è contra naturam feudi. vide per Bald. in l. volunta. in ij. colum. C. de fideicom. mis.

b Dominia. Adde, quòd licet istis modis acquiratur dominium, non tamen acquiritur possessio, nisi apprehendatur in ecclesia. l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. & per Bart. in l. vt inter diuinum. C. de sacr. sanct. ecclesi. Iason May.

Item not. nobis deferri hæreditatem, & iure ciuili, & iure prætorio, & ex testamento, & ab intestato: sed causa testati est nobilior causa intestati, & ideò ab ea veluti nobilior statim exorditur Imperator. In fin. glo. suum. Dicite quòd hæc solutio, inquantum dicit quòd in §. illo legatum esse factum in alimentis, continet aliquam diuinationem: & propterea non bona. l. si putator. ad l. Aquil. Et propter hoc gl. in contrario melius sentit, vt ad præstationem legati seruo proprio relicti, hæredes testatoris non necessitentur. sed ex quadam necessitate, vel æquitate, & pietate inuitentur, vt voluntas testatoris obseruetur, ex quacunque causa legatum relictum fuerit: & hæredum non præstantium relictum huiusmodi legatum penes bonos viros grauatur opi. & ita communiter Docto pertranseunt. In glo. sed si hæres.

19 ibi, l. cum proponas colligitis singulariter, quòd † ad hoc vt hæreditas in qua seruus est institutus domino acquiratur, necessaria est aditio serui qui obtemperet iussu ipsius domini: alioquin si seruus nollet adire, imo repudiaret hæreditatem, priuaretur dominus hæreditate. Sed contra hoc opini.

20 fortissime: † nam si filius hæres instituatur, & iussui patris non vellet obtemperare, imò hæreditatem repudiauerit, potest pater illam adire, velit vel nolit filius. l. cum non solum, § j. & § similique modo. C de bo. quæ lib. Ergo eodem modo & multo magis erit in domino: quia repudiatio serui est magnum præiudicium allatura domino, quia per eum acquiritur domino nedum proprietas, verum vsufructus:

21 quod non facit repudiatio filij, quia † per eum licet acquiratur vsufructus bonorum hæreditariorum patri, non tamen acquiritur proprietas, vt supra eod. titu. in fin. princi. Ergo magis deberet succurri domino cum de eius maiori præiudicio tractetur. capit. vbi periculum. de electio. libr. vj. Posset responderi, quòd ideò patri permittitur adire, quia filio instituto, dicitur pater institutus, si ipse filius repudiauerit, dict. l non solum. §. simili que modo. Sed hæc non bona, quia seruo instituto habetur perinde ac si dominus esset institutus, vt hic, in versi. perinde. Quare posset responderi, quòd

22 ideò pater potest adire. † quia est eadem persona cum filio, cum ex illo descẽdat filius. Non est sic in seruo, cùm ille non descendat à domino. Sed etiam hæc non bona. Nam quod pater dicatur eadem persona cum filio, prouenit ratione patriæ potestatis, non ratione naturalitatis aut coniunctione sanguinis, quod patet, quia pater non dicitur eadem persona cum filio emancipato. l. si mater. §. si hominem. de except. rei iudi. not. in l. ij. C. qui æta. se lib. xij. Ita ergo dominus ratione dominicæ potestatis diceretur eadem persona cum seruo §. cum qui infra de inuti. stipula. Quare alij dixere, quòd ideò filio repudiante potest pater adire. nam cum iure veteri huiusmodi hæreditas acquireretur per filium patri quo ad proprietatem, & quo ad vsumfructum, quia in hoc, grauatus pater extiterit, debet in alio releuari, ne repudiatio filij sit ei nociua: & propterea statutum est, vt filio repudiante possit pater adire. Non sic in domino iure veteri & iure nouo, quia hæreditas serui instituti acquiritur domino, & quo ad proprietatẽ, & quo ad vsumfructum. Sed tamen in hac ratione dubito: quia † inducta

23 ad diminutionem non, debent operari augmentum. l legata inutiliter. ff. de adi. leg. Iura igitur noua sunt inducta ad diminuendum ius patriæ potestatis, non debent augmentum operari. Et propterea arbitraret disputatiuè hanc glo. nostram non procedere: imò quemadmodum filio repudiante permittitur patri adire, ita repudiante seruo domino

permittitur. Non obst. quòd iura noua loquantur de patre & filio & sunt correctoria: quia respõdeo quòd extenduntur ad seruum & ad dominum virtute legis antiquæ, equiparantis seruum filio, & patrem domino. vt suprà. eod. in princ. & facit. l. j. §. lex falcidia. ad l. Falc. & de hoc do casum in simili ad literam vbi glo. & Docto. hoc volunt. in l. si quis seruo persoaserit. C. de furt. innecta. l. & tantum. de 24 ser. cor. † Sed huic opinio. videtur multum ob. l. cum proponas. C. de hære. insti. Respondetur, quòd ibi seruus institutus habuit substitutum vulgatem, quia tamen veniẽs ex expressa voluntate testatoris, excludit dominum: & proptereà dicerem idem in substituto vulgariter filio, vt pa-25 trem excludat. Secundò colligitis ex glo. quòd † licet seruus non possit adire hæreditatem nisi præcedente iussu domini, potest tamen aditam restituere. Ratio differentiæ: nam ideò non potest adire sine iussu domini, quia hæreditatis aditio causatur ex animo, quo caret seruus: opportet igitur quod suppleatur ex animo domini præcedente aditione. Sed ideò potest hæreditas adita restitui, quia aditio iam fuit fundata in voluntate & actu hæredis instituti, ita quod non eget supplemento voluntatis domini: Ratio, quia seruus cum suscipit hæreditatem, si restituat ex Trebelliano dicitur restituere tanquam asinus sellam, vt nota. 26 in d. l. seruo inuicto. Tertiò colligitis, quòd† in acquirenda bon. pos. & sic hæreditate adeunda de iure prætorio per seruum non requiritur iussus domini, sed sufficit eius voluntas præcedens vel sub secuta. Ratio differentiæ. nam illa forma quòd iussus domini præcedat, ad inuenta est de iure ciuili, vnde vendicat sibi locum tantummodo in adeunda hæreditate de iure ciuili. secus in adeunda hæreditate de iure prætorio quia eo iure talis forma fuit incognita. Ratio rationis, quia ius ciuile prospexit subtilitatem & rigorositatem secundum quam seruus non habet animum, ideò venit supplendus domini voluntate: at prætor prospexit naturalem æquitatem, secundum quam non est differentia inter seruum & liberum hominem. l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. item glo. perinde ibi. §. hæc verba. ideò quia ad hæreditatem non vocãtur nisi nominati à testatore, & propter hoc nec seruus domini instituti, nec hæres hæredis ad-a mittitur. a Ex quo colligitis quòd † appellatione hæredis 27 solum continetur primus hæres, non autem hæres hæredis: quod verum intellige, quando verbum, hæres, fuit prolatum à testatore: secus si fuisset prolatum à lege. l. sciendum. ff. de verborum significatio. quia cum profertur à testatore, profertur ex quadam affectione personæ, quæ non complectitur hæredem hæredis tanquam incognitum testatori, & circa quem non cadit affectio. Sed quando profertur à lege, non profertur in vim affectionis, sed sub aptitudine nominis appellatiui, hæres, quod complectitur hæredes in infinitum: & hoc posset induci ad multa. Sed dicatis, vt per Bald. in d. l. qui liberis. §. hæc verba. in fin. ff. de vulg. & pupil. Et est ratio hoc casu, quia cum pater restituere grauatur hæreditatem filio instituto, non dicitur grauari, vt hæres, sed vt pater, & dicatis vt ibi. In fin. glo. in verbo adoptiuos, dicite, vt dixi in d. §. j. vbi concluditur cõmuniter quòd etiam iniusta possessio domino acquiritur. Ego ibi tenui b contrarium & non repeto. In fin. glo. in verbo b proprietatis. Ratio, quia tunc non ex opera sua, sed ex re vsufru-28 ctuarij dicitur acquirere. Ex quo colligitis, quòd† quicquid mea contemplatione statuitur, meum esse dicitur: de quo in l. sed si plures. §. in arrogato. de vulg. & pup. Et propterea si aliquis contemplatione mea tibi infert damnum, videtur quod intulissem ego: de quo in dict. l. si merces §. culpa. ff. loca.

ADDITIONES.

a Hæredis admittitur. Adde an appellatione hæredis veniat tantũ primus hæres, an etiã cæteri, & quando & quomodo, quæ scribit Præclarissimus Iurisconsultus Do. And. Tiraquellus. in repe. l. boues. §. hoc sermone. fol. 53. col. 75. & in suo solenni tract. de retractu conuentionali. §. j. in glo. vj. nu. 17. cum seq. Zilettus.

b Verb. proprietatis. Adde, quod inducitur ista gl. dum alleg. l. si eueniet. 29 quòd † quemadmodũ possessus ab vno non potest alium habere sub sua potestate, quòd & eodẽ modo videtur dicendum si pater habens filios intrat monasteriũ, quod illi filij desinant esse in sua potestate, & quod possint testari ac si nõ haberent patrẽ: de quo vide Dy. in l. liber homo. §. quicquid. & per Bart. in l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alieni iur. Inducetur etiã quemadmodum seruus ab aliquo bona fide possessus, in duobus casibus acquirit bonæ fidei possessori, in alijs verò domino: quòd eo modo monachus detentus in monasterio non suo, debet æquiparari seruo, de quo per Dyn. in d. l. liber homo. & Spe. in ti. de sta. mo. §. j. ver. vt quæratur & c. Ias. May.

30 In fin. sentit glo. quòd † ignarus suæ conditionis institutus, non contemplatione bonæ fidei possessoris, sibi acquirit adeundo. Sed contra hoc oppo. de l. qui in aliena. §. j. de acquir. hære. Solu ex mente Bald. dic, quòd si quidem ignarus conditionis suæ qui reuera erat liber homo, adiuit ani-31 mo sibi acquirendi, tunc sibi acquirit,† quia veritate & falsa opinione aduersantibus simul, veritas profertur opinioni. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. Aut adiuit animo acquirẽdi bonæ fidei possessori, & tunc minime acquirit: sibi non, quia non vult. bonæ fidei possessori nõ. quia nõ potest, quia eius nõ fuit contẽplatione institutus. l. liber ho. de acq. rer. domi vnde potestate & voluntate inuicem repugnantibus redditur actus nullus. c. cum super abbatia. extra de offic. dele. Aut sumus in dubio, an adeundo voluerit sibi quærere, an verò bonæ fidei possessori, & dic: Aut audiuit nullo præcedente iussu, sed in libertate proprij arbitrij, & videtur audiuisse animo acquirendi sibi Aut adiuit iussu præcedente, & si quidẽ adiuit viuo adhuc iubente, & præsumitur animo acquirendi iubenti. Si verò adiuerit eo mortuo, præsumitur audiuisse animo acquirendi sibimet. Ista probantur in l. qui in aliena. §. j. ff. de acquir. hære. In fine gl. in verbo per hanc. vos distinguite tres actus. Primus est possessio. Secundus est dominium, si tradens procuratori erat dominus. Tertius est condictio vsucapiendi, si tradens procuratori non erat dominus. Quãtum ad primum, possessio re tradita procuratori, domino acquiritur. Eodem modo & dominium, etiam domino ignorante. Sed conditio vsucapiendi acquiritur solum eo sciente, ita habetur & concluditur in d. l. j. Ioannes Christophorus Portius.

a De testamentis a ordinandis. Rub.

ADDITIO.

a De testamentis. Præmitte. vt hic per Belloum, quot sint species testamentorum, & plura alia ad intelligentiam vltimarum voluntatum.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Quia rerum dominia nobis acquiruntur aut titulo vniuersali, aut titulo singulari. §. fi. supra tit. j. l. quadam. & l. in modicis. ff de acquir. rer. do. & de contrah. emp. Ideo viso quemadmodum rerum dominia titulo singulari acquirantur, sequebatur a videre quomodo titulo vniuersali, a cuiusmodi est testamẽtum ideò de testamentis ex ordine intitulauit. Vel aliter. Visum est supra quemadmodum actu inter viuos rerum dominia acquirantur: verum quia sequebatur videre quemadmodum ex vltima voluntate dominia rerum nobis acquiri possent, ideò de testamentis intitulauit. Sed circa prædicta b dubitari posset b quare hic Iustinianus non tractauit de testamentis & qui testamenta facere poss. sicut in volumine. ff. & C. intitulauit. Est duplex responsio. Prima, quia hic voluit diuidere tractatus, vt ex diuisione ipsa facilis cognitio haberetur, iuxta ea quæ habentur. supra in procemio, & in §. sed non vsque. infrà de leg. & l. j. de excep. do. Sed hoc bene videtur satisfacere: quia in volumine. C. etiam diuisit hunc tractuum. Vnde secundò respondetur, quòd hæc est materia positiua, & ideo pertinacibus relinquenda, vt not. in rubri. ff. solu. matri. Sed iterum dicet aliquis, quòd male ex ordine hic intitulauerit Imperator: quia primo intitulauit Imperator de testamẽtis, dehinc in secundo intitulauit, qui testa. face. poss. ille enim ti. erat huic præferẽdus, quemadmodum præfertur in volumine. C. Suadetur ratione, quia in primis de habilitate personarum quærendum erat, quam de rebus siue actu formando. l. quidam referunt. de iure codi. §. fi. supra de iure naturali.

ADDITIONES.

a Titulo vniuersali. Et hanc continuationem facit text. in §. fina. suprà titulo

est præcedenti. Potes etiam sic continuare. Quia text. in §. fina. supra de vsu. & habi. postitus est tractare, quibus modis iure ciuili dominia acquirantur, & inter istos modos acquirendi de iure ciuili, iste est vnus, vt est glo. not. in l. j in princ. in verbo nostræ. ff. de acquir. rer. domi. ideirco benè situata est rubr. ista. Et melius est coniungere istas duas continuationes simul. Ias. May.

b Dubitari posset, quare. Circa has quæstiones vide plenius hic per Bellon quæ alias addit, & præmitte ad euidentiam pro intelligentia materiæ plures species vltimarum voluntatum.

1 *Argumentum ab etymologia uocabuli an sit ualidum. & numero. 14.*
2 *Leges correctæ sunt summo studio notandæ & licet ad casum corectum allegari non possint, earum rationes ad causarum decisionem allegari possunt dummodo ad ipsum casum correctum non allegetur. & nume. 5.*
3 *Senerioribus testibus est maior, fides adhibenda.*
4 *Ratio legis corrigentis potest ad causarum decisionem allegari & lex corrigens extendenda est ex identitate rationis.*
5 *Casus à lege uel statuto omissus remanet dispositioni iuris communis.*
6 *Testamentorum genera duo antiquitus fuerunt.*
7 *Aes alienum ante legitimam filiorum detrahi debet.*
8 *Ad confectionem solennis testamenti quatuor necessaria sunt.*
9 *Testamentum imperfectum licet ratione solennitatis omissæ ualeat inter liberos, secus est, si sit imperfectum ratione uoluntatis non completæ. & nu. 20.*
10 *Contractus completus dicitur, quando pro facto & absoluto habetur.*
11 *Instrumentum seu protocollum notarij imperfectum non facit fidem.*
12 *Tabellio non apponens solemnitates requisitas in testamento falsarius dici potest.*
13 *Testamentum aliud est, & aliud codicillus.*
14 *Testamentum quid sit.*
15 *In codicillis nemo potest directo heres institui.*
16 *Diffinitio illa bona est, quæ constat ex genere & differentia.*
17 *Verborum generalitas & specialitas, in contractibus est respicienda.*
18 *Perfectum tripliciter dicitur.*
19 *Perfectio testamentaria est quadruplex.*
21 *Testamentum quotuplex sit.*
22 *Testamentum quo iure inuentum.*
23 *Deportatus testamentum facere non potest.*
24 *Testari an aliquis possit uel non.*
25 *Quare prouisum fuit testari.*
26 *Accidentia non migrant de subiecto in subiectum.*
27 *Hæres eadem persona cum defuncto dicitur.*
28 *Hæreditas iacens personam defuncti sustinet.*

TESTAMENTVM. Diuiditur in duas. Nam in prima tractat de testamẽtis inscriptis; In secunda, de eo quod fit sine scriptis, quod nuncupationum solet appellari. Secunda ibi, (sed hæc quidem.) Item prima in duas. Nam in prima ponit etymologiam testamenti, In secunda, antiquitatis refert processum. Secunda ibi, (sed vt nihil antiquitas.) Item illa in tres: Nam in prima refert antiquum ius ciuilẽ. In secunda refert ius prætorium. In tertia refert constitutionem nouam. Secunda ibi, (sed prædicta quidem.) Tertia ibi, (Sed cùm paulatim.) Hoc dicit: Testamentum in scriptis & solenne, est scriptura continẽtis voluntatem testatoris, adhibito numero 7. testium: quæ solennitas iure ciuili fuit introducta: & cum eorum subscriptione, quod ex constitutione prudentium fuit introductum: ac etiam eorum signaculis, quod etiam iure prætorio fuit adinuentum: ac etiam in subscriptione hæredis fienda manu testatoris vel alicuius ex testibus, quod fuit per Iustinianum additum: licet a- a liæ solennitates iure antiquo introductæ fuissent.[a]

ADDITIO.

a Introductæ fuissent. Vel sic: Sublata antiqua triplici forma testamentorum, hodie potest fieri testamentum in scriptis, cum subscriptione testatoris, & subscriptione & signaculo testium vno contextu, & possunt testes omnes signare vno anulo & pluribus, & suo & alieno. h. d. vsque ad §. testes. qui. §. h. d. Illi possunt esse testes in testamento, qui habent testamenti factionem passiuam, id est, hæredes institui possunt, aliàs non. Item nec mulier nec personæ hic descriptæ. h. d. Ias. May.

1 Not. † etymologiam[a] verbi testamentum, quæ appella- a tur diffinitio descripta, designans deriuationem vocabu- b li[b] Alia est diffinitio quidditatiua, describens quidditatem & essentiam rei diffinitæ, & de hac dicitur pulchrẽ in glo. Similẽ habetur. in l. j. de noua.

ADDITIONES.

a Etymologiam. Adde, quòd non procedit argumentum ab etymologia vocabuli, quia ista etymologia non conuertitur cum diffinitione ipsius vocabuli: ideò vide Barto in l. j. ff. eo. vbi ponit plenè de hac diffinitione, & dixi supra de tuo. & l. ij. §. appellata. ff. si cert. peta. &c. Iason. May. De argu. ab etimologia vocabuli. Adde glo. in l. ij. in §. appel. ff. si cert. peta. text. & glo. in l iurgij. ff. de ver. si. glo. in c. cum secundum. de præben. glo. in c. si cupis. xvj. q. j. Card. Alex. in cap. priuilegia. in vlti. col. iij. distinct.

b Vocabuli. De hoc argumento & etymologia vocabuli. vide hic Bellonum. iij. q.

Tertiò not. notitiam esse habendam eorum quæ statuit iuris antiqua prudentia: & propterea dixit glo. not. in l. j. de 2 coniugen. cum emanci. lib. quòd † leges correctæ sunt summo studio notandæ: quia licet ad casum correctum allega- a ri non possint: earum tamen rationes[a] ad causarũ decisionem allegari possunt, dummodo non allegentur, (vt dixi) ad ipsum casum indiuiduum & correctum. Et per hoc non obst. l. vnica. cum sua glo. C. de lati. li. tol. antiquitati enim maiores nostri morem gerendum esse vt plurimum statuerunt. l. semper. de iure immunita. Et propterea dicit glo. in 3 l. cum quid. ff. si cert. peta. † quòd senioribus testibus[b] maior b fides est adhibenda.

ADDITIONES.

a Rationes. † Ratio legis colligentis potest allegari ad causarum deci- 4 sionem, licet non ad casum correctum. Et similiter etiam lex corrigens est 5 extendenda ex identitate rationis. l. bis solu. de reuo. don. Et † casus omissus à lege vel statuto, relinquitur dispositioni iuris communis. l. commodissime. de libe. & posthu. & l. fi. C. de pac. conuen. Tu ad concordandum illas duas glo. quas ille allegat pro contrarijs, dicatur li. correctæ sunt incertæ in corpore iuris, & potest ex eis licitè sumi argumentum, ita loquitur glo. in d. l. j. in princ. ff. de coniugen. cum emanci. lib. aliàs secus. & ita loquitur glo. in l. vnica. in prin. C. de lati. lib. tol. Et ita est theorica Barto. in l. fin. ff. de fal. cum concor. ibi not. Adde etiam quòd correcta lege, non tamen dicitur correcta ratio legis. glo. est solemnis in c. nouit. in verbo, quinque. extra de iudi. Ias. May. (Adde an correcta ratione legis intelligatur correcta ipsa lex. vide glo. in l. j. ff de leg. tu. quam glo. sequitur Bal. in l. j. ff. solu. matri. Ioann. de Imol. in l. si vero. in §. de viro ff eod. Ioann. de Imo. in l. ij. in §. fina. ff. de dona. Salyc. in authen. ingressi. C. de sacro. sanc. eccle.

b Testibus. Adde Flabium Monteleo. in tract. colen. senet. capit. quinto. nume. 5.

6 † Item not. quòd iure antiquissimo duo erant genera testamentorum: vnum quod calatum, id est, bonum appellabant: & illud quod in pace bona & sancta, fiebat ab his qui ad prælium profecturi erant: Quæ autem erat solennitas horum testamentorum, lex non exprimit. Subsequenter additum fuit quoddam genus testamenti, quod per procin- a ctum & æstimatum fiebat.[a]

ADDITIO.

a Fiebat. Circa tertiam formam antiquam testamenti hic relatam, de testamento quod fiebat per æs & libram, dicit Iac. de Ra. hic referente. Nico. de Neapo. quòd ista forma ideò obseruabatur, quia pater qui testabatur & habebat filios in potestate, debebat eos emancipare antèquam testaretur. quia cum filij mortuo patre viderentur domini rerum paternarum, non valebat testamentum, tanquam de alienis rebus testaretur. Et ideò cum emancipatio fieret illum per imaginariam venditionem, vt §. j. supra quib. mod. ius pa. po. sol. sequebatur quòd testamentum deberet fieri cum istis imaginarijs venditionibus. Et certe, quia non erat opus quod alios emanciparet nisi filios, cum in alijs esset res inempta. l. quidam cum filium. ff. de verbo. oblga. Item conditio testamento alij non veniebant, Vel dic, & minus malè, secundum alior, vt inquit hic Nico. de Neapn. & sequitur Ioan. Fabr. quòd hoc fiebat, quia magis fauetur alicui habenti causam onerosam, quàm lucratiuam. vt l. j. C. de impo. lucra. desc. libr. x. melius facit. l. hæredem. & quod ibi not. Bart. ff. de bo. auct. iudi. pos. ideò vt magis faueretur hæredi, fiebat ista venditio, vt haberet causam onero- 7 sam. † Et aduerte multum, quòd talis emptor præferebatur filius in bonis patris, cum censeatur æs alienum, quod debet detrahi antè legitimam filiorum, vt dicit Barto. in d. l. hæredum. & est text. in l. Papi. §. quarto. ff. de inoffi. test. Et ista expositio videtur mihi minus periculosa. Ias. May.

8 Itẽ no. q † hodie ad confectionẽ solennis testamẽti inscriptis, sunt quatuor necessaria. Primò, q adhibeatur numerus

septem testium:& hæc solemnitas fuit introducta à iure ciuili antiquo. Secundò, requiritur ipsorum testium sub scriptio:& hæc solemnitas fuit inuenta ex constitutione prudentium.[a]

ADDITIO.

a Prudentium. Adde inquantum dicitur supra ex constitutione prudentium. Hoc idem sentit glo. parua io verbo quodammodo. quæ dicit, quòd computato libripende & emptore septem interant: & sic videtur velle gl. & expressius Do. Christophorus, quòd emptor non posset olim esse testis: aliàs enim de iure antiquo non requirebantur nisi quinque testes, vt hic in text. in princ. vbi computamus etiam emptorem, vt hic dicit glo. Sed hoc videtur mihi falsum & contra tex. in §. sed neque hæres. in ver. licet enim infra eo. vbi expressè dicitur, quòd veteres emptores à testamentarijs testimonijs repellebant. Primum non est verum. quòd numeratus testium sit inuentus à iure ciuili antiquo, vt iste dicit, & malè & contra istum text. qui expressè dicit quòd numerus testium est inuentus à iure prætorio, ibi signacula autem est numerus testium ex edicto prætoris. Ias. May.

Tertiò requiritur, quòd testes signent testamentum & hoc fuit inuentum iure prætio. Quartò requiritur, quòd

a manu testatoris, vel alterius ex testibus nomen hæredis[a] scribatur, & hoc adultum fuit prouisione noua Iustiniani, vt

b hic.[b] & l. iubemus. C. eod.

ADDITIONES.

a Hæredis. Not. † etiam penultimo ex ver. si is omnibus. quòd de iure an-

9 tiquo in testamento in scriptis debebat exprimi nomen hæredis, & scribi per manum testatoris vel testium vt hic in gl. & d. l. iubemus. Sed hoc hodie corrigitur, quia testator non tenetur exprimere nec notificare testibus nomen hæredis, vt in authen. & non obseruato. C. eo. Quid autem si de pluribus institutis testator aliquos expressit, & aliquos non. an vitietur testamentum in totum, vel solum in non expressis? Dic, quòd si testator potuit omnes hæredes exprimere, & non expressit, videtur esse contentus solum nominibus expressis. d. l. iubemus. iuxta prin. Secus si testator non potuit omnes hæredes exprimere quos instituere volebat, vt quia in medio testamento obmutuit, quia tunc non valet in aliquo testamentum. l. si is. ff. eod. Et sic not. quòd licet testamentum imperfectum ratione solennitatis omissæ valeat saltem inter liberos. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eo. Secus est si sit imperfectum ratione voluntatis non completæ, quia tunc non valet etiam inter liberos. ea. l. si is. Dicitur autem testamentum perfectum, quando testator habuit totam voluntatem pro de-

30 clarata. † sicut dicimus contractum completum quando habetur pro facto

31 & absoluto. l. contractus. C. de fide instru. † Et ideò si reperis instrumentum seu protocollum notarij imperfectũ, & appareat quòd plus volebat scribere, puta, quia dicat. Nota quòd Titius vendidit talem fundum Seio pro precio centum. his pactis scilicet. & non reperiebatur plus, certè tale instrumentum seu protocollum nullam facit fidem, secundum Barto. in d. l. si is. Ias. May.

b Vt hic. † Adde quòd Tabellio qui non apponit solennitates requisitas

12 in aliquo testamento, potest dici falsarius: quia præsumptione iuris præsumitur dimisisse ne testamentum valeat. Item, quia turpè est ignorare ea quæ omnes sciunt. & quod est de officio suo. l. ij. §. mutui adiutorium. ff. de ori. iur. & hęc omnia voluit Ricar. malum. in l. iubemus. C. eod. & c. Ias. May. ¶ Tabellio qui non apponit solennitates requisitas, &c. Adde Doct. in l. iubemus. C. de testa. Anto. de Prato Veteri. in consi. lxxiij. inter consilia Alex. de Imol. incip. non puto hunc notarium. in j. volu. & Alex. de Imo. in consi. lxxiij. incip. Viso testamento Ioannis in eo. vol. Ziletros.

13 Glo. j. ibi, testamentum. sentit† codicillum testamentum posse appellari: quod nulla ex parte procedit, vt probatur ex diuersitate nominum: aliter enim codicillus, aliter testamentum appellatur. l. si idem. C. de codicil. Suadetur ex diuersitate titulorum: aliter enim testamentis, aliter de codicillis intitulatur. Vnde ad argumentum glo. respondetur,

14 † quod argu. ab etymologia vocabuli procedit arguendo negatiuè non autem affirmatiuè, hæc enim consequentia est bona, non est testatio mentis, ergo non est testamentum, sed è contra non concludit, est testatio mentis, ergo est testamẽtum: quia posset esse codicillus, vel quia posset ibi pandere secreta sua, nec tamen diceretur testari. Similè, in mutuo non fit de meo tuum, ergo non mutuum. Sed non è cõ[illegible] fit de meo tuum, ergo mutuum. l. si Senatus. de dona. l. ij. §. appellata. ff. si cert. peta. Huic sententiæ non obst. quod dicitur de etymologia possessionis, id est, pedum positio. l. j. de acquir. poss. & tamen sequitur, non est pedum positio, & erit possessio vel etiam possidere. §. fin. & l. possessio quoque. de acqui. poss. quia respondetur, quòd illa est etymologia possessionis naturalis, non ciuilis de qua loquuntur contraria.

ADDITIO

a Adde inquantum dicitur. supra. non valet affirmatiuè. Pulchram rationem quare non procedit affirmatiuè assignat Rapha. Cuma. in l. j. in princ. ff. de acquir. possess. & refert hic Ange. de Are. sed ista solutio non.

quam mihi placuit, per l. j. ff. de furt. & §. j. insti. de ob. quæ ex quasi delic. nas. Præterea Imperator dicitur ab imperãdo. & Rex à regendo, & tamen non est bonum argumentum negatiuè. Non imperat, vel non regit, ergo non est Imperator, vel non est Rex: & vide Angel. de Aret. hic. Accedat quod hic dicit iste de possessione: & aduerte ad responsionem istius ad argumentum glo. quia nullum erat. Nam argumentatio non est ab allusione tantum vocabuli. vt iste dicit, qui fallitur, sed est etiam à diffinitione. Respondeat ergo vt respondet Bart. in l. j. ff. eo. & infra referetur per istum quòd licet glo. expressè tantum se fundet super allusione, tamen potest etiam fundari super definitione. Et multò fortius etiam contra prædictam suam solu. facit quod voluit glo. supra de patr. pote. in princi. quæ dixit, quòd nuptiæ dicuntur ab obnubendo id est, velando, quia velata debet incedere. vt est text. in c. hæc imago xxxiij. q. v. Item matrimonium dicitur. quia mulier nubit vt mater fiat. Ergo secundum prædictam sol. argumentum negatiuè procederet, non est velata. ergo non sunt nuptiæ: non fit mater, ergo non est matrimonium: & tamen illud est notoriũ falsum. Ias. May.

a Ibi. l. j. hæc diffinitio[a] est bona, propterea quòd iuuetur auctoritate necessaria. Modestini. l. j. ff. eod. sed etiam suadetur ratione. primò, quia complectitur causam efficientem, cum dicit, voluntatis nostræ: voluntas enim nostra est illa quæ subintrat & regulat testamentum. l. cum quæstio C. de lega. l. in conditionibus. de condi. & demon. Item complectitur causam formalem cum dicit, iusta sententia: appellatur enim iusta, id est, solennis sententia: & voluntas complectitur causam materialem cum dicit de eo &c. nisi enim quis habeat bona actu vel potentia, non potest testari. l. eius. §. fina. ff eo. authen ingressi. C. de sacr. sanct. eccle. iuncta. l. qui soluendo. de hæredit. instit. licet aliter dixerit Bald. in rubri. de acquiren. hære. Item complectitur causam finalem cum dicit. post mortem suam fieri voluerit. Igitur hæ causæ in diffinitione comprehensæ illam bonam efficiunt. iuxta ea quæ habentur in regula, omnis bona diffinitio. Sed quòd hæc diffinitio non sit bona, arguitur primò cum dicit iusta sententia. Nam quis potest iudicare rectè, & tamen non dicetur testamentum conficere l. fin. C. de senten. cum simi. Sol. huius timore dicit glo. in d. l. exponendum esse iusta, id est, solennis voluntas, solennizata dico forma requisita ad testamenta. Sed iterum contra opponitur, quòd licet sit voluntas solennis, non tamen appellatur testamentum. vnde opp. de l. quidam in suo ff. de condit. instit. l. si quis inquilinos. §. fin. de lega. j. C. si quis alteri. Huius contrarij timore dixit glo. vbi. supra. iusta, id est, solennis & legitima à lege appellata. Si autem aliquid improbatum à lege disponeretur in testamento, non valeret tale dispositum, & loquuntur contraria. Sed iterum oppo. & videtur quòd licet voluntas vltima sit solennis & legitima, non propterea appellatur testamentum: vnde opponitur de codicillo, quia solemnam & legitimam complectitur voluntatem, & tamen non appellatur testamentum. l. si idem. C. de cod. Timore huius contrarij glo. in d. l. j. & hic addit diffinitioni,

15 *& cum heredis institutione*, ad differentiam † codicilli, in quo nemo potest directò hæres institui. l. ij. C. de codi. in fin. Et hanc tetigit glo. in l. j. ff. eo. vt ad diffinitionem addantur illa verba, *& cum heredis institutione*. & idem tenuerunt Docto. vsque ad Barto. Sed Bart. impugnauit sententiam gloss. & Docto. propterea quòd talis additio videtur apprehendere Iurisconsul. Modestinum, quòd nesciuerit rectè & abundè diffinire testamentum: quod non esset aliter quam vt iustus apprehenderetur. & propterea dixit diffinitionem esse

16 bonam, absque aliqua additione: & probat tali ratione, † Il-

b la enim diffinitio quæ constat ex genere & differentijs,[b] est bona, regu. iuris, omnis bona diffinitio, & ibi ponit notabile exemplum in hominis diffinitione. Homo est animal rationale mortale: illud animal ponitur loco generis, rationale ponitur ad differentiam brutorum, mortale ponitur ad differentiam angelorum & archangelorum. Sed ista est huiusmodi. igitur &c, Probat ipse minorem. Nam cum ista diffinitur testamentum, est voluntatis nostræ iusta sententia &c ille terminus, sententia, ponitur loco generis. & ille terminus, iusta, ponitur ad differentiam codicillorum, & exponitur iusta. id est, perfecta l. cum filio. §. fi. de legat. j. vt differt à codicillo, qui non est ita perfectæ vo-

17 luntatis: † Illa autem verba ponuntur ad differentiam earum personarum quæ non recognoscunt imperium, quibus

non

non est permissum facere testamentum. Illa autem verba, de eo quòd quis post mortem suam fieri volut, ponuntur ad differentiam eorum quæ disponuntur actu inter viuos. & hoc modo defenditur diffinitio. Sed diceret aliquis. Nonne codicillus est ita perfecta voluntas in se quemadmodum musca in se est ita perfectum animal sicut cætera animalia: ergo diffinitio nō constat ex plenis differentijs. Solu. dicunt alij sequentes Barto. † quod aliquid appellari perfectum sumitur tripliciter. c Vno modo simpliciter & absolutè, & hoc modo solus Deus appellatur perfectus. Alio modo appellatur perfectum, respectiuè ad genus codicillorum, sicut musca perfectum animal appellatur respectiuè ad genus muscarum. Tertiò modo sumitur perfectū comparatiuè ad aliud, & hoc modo codicillus non appellatur perfecta voluntas, si fiat collatio ad testamentum, sicut & musca non appellatur perfectum animal, si ad hominem vel ad alia animalia fiat comparatio Bal. tamen dixit, quòd † quadruplex est perfectio testamentaria. Prima, quæ consistit in perfectione voluntatis testatoris, quæ dicitur perfecta quando est complecta & plenè emanata. l. si is qui d. ex ea. ff. eo. Alia est perfectio quod cōsistit in forma substantiali in hæredis institutione, quæ caput appellatur testamenti. §. ante hæredis. infrà de leg. Alia est perfectio quæ consistit in sollennitate formali, quæ legum diligentiam appellatur, vt numerus testiū, subscriptio, signacula, inscriptio nominis hæredis instituti, vt hîc, & in l. codicillis. §. fi. de leg. ij. Quarta est perfectio in effectu testamenti, & ista est duplex. Primò, quando testamentum transit in irreuocabilitatem, quòd solum contingit per mortem testatoris. ij. §. fin. de all. leg. Alia, quando testamentum ita perficitur, vt ad causam intestati redigi non possit: quod contingit adita hæreditate per hæredem institutum ex testamento. l. si alienum. §. in extraneis. de hære. insti. l. quandiu de acqui. hære. d

ADDITIONES.

a Diffinitio. Ad hanc diffinitionem vide Bellonum hoc in titu. quæstio. quarta.

b Differentijs. Adde Barto. in lege, prima ff. eod. & in lege prima. ff. de acquireo. posses. Zilettus.

c Tripliciter. Vide de hac perfectione Bellonum lib. ij. suppu. capitu. vij.

d De acquirend. hæredita. imperfectum ratione solennitatis valeat inter liberos. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eod. non tamen valet quando est imperfectum ratione voluntatis, quia testator nondum compleuerat dictum suum l. si is. ff. eod. Et dicitur perfectum, quando testator habuit suam voluntatem in totum pro declarata. Et ita dicimus in contractibus respectu contrahentium l. contractus. C. de fide instrumen. Similiter in protocollis quæ non reperiuntur ad plenum extensa: puta factum est tale. Titius vendidit talem fundum, his pactis, videlicet, nec reperitur plus, vt voluit Bart. in d. l. si is. ff. eod. & c. Ias. May.

Nunc autem restat videre quotuplex sit testamentum. Secundò, quo iure fuerit inuentum. Tertio propter quid. Circa primum † duplex est testamentum: a vnum quod appellatur solenne & in scriptis, quod habet numerum testium, signacula, & subscriptiones, & inscriptionem nominis hæredum: de isto loquitur hoc principium. & l. iubemus. C. eod. Sed huiusmodi genus testādi non est in vsu: quinimo dixit Bar. quod nunquam vidit aliquod testamentum solennè factum in scriptis nisi vnū quod fuit confectū à quodā Doc. re solēni. & tamē vltimo decidit ad interitū, propter defectū solennitatis. Aliud est testamē tum nuncupatiuū & sine scriptis, cum septem testibus adhibitis & rogatis ad testamētum, quibus testator annunciat voluntatē suam: & de hoc loquitur in §. fi. ī. eo. & l. hac cōsultissima. §. per nuncupationem. C. eo. & licet de tali testamento nuncupatiuo scriptura fiat à publico tabellione, tamen non appellatur testamentum in scriptis quia scriptura non emanauit ad substantiandum testamentum, sed solum ad illud probandum. argument. in lege, contrahitur. ff. de pigno. dicam. infrà de liter. obl.

Circa secundum quo iure fuerit inuentum: videretur † quod iure naturali primæuo fuisset introductum. b propterea legitur in testamento veteri quod Iacob ab Isaac fuit institutus. vt no. glo. in l. quoties. de hære. insti. Secundò, videtur quod sit de iure gent. proterea quod nihil est quod magis naturali æquitati conueniat, quam de re sua ad libitum disponere, quòd per viam testamenti conceditur. l. qua ratione. §. hoc quoque. ff. de acquirend. rer. domin. Doctor. communiter tenent quod sit de iure ciuili: allegant in primis. l. hæreditas. de peti. hære. Suadetur ratione. nam † deportatus est capax eorum que sunt iurisgentium vel naturali primæuo. l. quidam. ff. de pœ. & tamen habet facultatem iure conficiendi testamentum. l. eius. §. primo ff. de testa. Ergo testamentum non est de iure naturali neque gentium necessario. Præterea iure naturali primæuo omnia erant communia, ergo propter defectum materiæ testamentum non poterat confici, vt supra probaui. Non ob. quod Iacob fuerit institutus: quia illa institutio non emanauit in bonis, sed in benedictione paterna. Non obstan. quod regula iurisgent. sit disponere de rebus suis ad libitum, quia fatemur: sed ille qui testatur dicitur propriè de rebus alienis testari, quia effectum suæ voluntatis confert in tempus quo nihil habet, hoc est, post mortem suam, & mors omnia soluit. §. deinceps. in autentic. de nupt. Et paria sunt disponere aliqua tempore inhabili, & tempore habili, sed in tempus inhabile conferri l. quod sponsæ. de dona. ante nupt. l. in l. tempus, de hæredi. insti.

ADDITIONES.

a Testamentum. Vide Bellonum hoc in tit. in euide ntialibus.

b Introductum. Circa hāc quæstionem latissimè insistit Bello. quem vide in prima quæstio. hoc tit. quia præmittit quid sit ius naturale & gentium.

c Paria sunt disponere. † Ex istis verbis potest arguere nemini esse permissum testari, hoc modo: Paria sunt aliquid fieri tempore licito vel illicito, & conferri in illicitum. d. l. quod sponsæ. hic alleg. & ibi dicit Bar. quod ista regula nullam habet contrarium. Sed sic est, quod ille qui testatur confert volūtatem vel executionem volūtatis in tempus illicitum, quia confert post suam mortem, vt patet in diffinitione testamēti posita in l. i. ff. eod. ibi, post mortem suam fieri velit, quod est tempus illicitum: quod patet, quia tunc nihil habet, cum mors omnia soluat. Sed ille qui habet, non potest testari, vt est tex. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccle. maximè coniuncta communi sol. ibi, quæ est, quòd quādo quis non habet bona nec actu nec habitu quòd non possit testari secus si habeat bona habitu, licet non actu, quia iste nō habet nec habitu nec actu. Ergo &c. Vides quòd iste fatetur contrarium, quòd de rigore non possit, sed de æquitate, per rationes hic positas, maximè. per. l. j. C. de sacrosanct. eccles. Dic tu, quòd imò de rigore iuris potest Nec obst. quod post mortem suam non sit dominus: quia respondeo negando, cum hæreditas iacens, quæ repræsentat personam suam, sit domina rerum, vt est text. in l. prima. §. primo. ff. si quis testa. li. esse ius. fue. & l. hæreditas. in princip. ff. de acquirend. rerum domi. fac. & l. mortuo. ff. de fideiuss. Fortius tamen stringeret, quia post mortem suam non habet velle, vt l. prima. C. de sacrosanct. eccles. nec etiam hæreditas quæ eum repræsentat, vt est text. in dicta l. hæreditas. in princip. Cogita in hoc vltimo. Nisi dicas, quòd quantum ad voluntatem, dispositio iam est sortita effectum in vita, quia perfectè disposuit id quod voluit. vnde non curamus postea si res deueniat ad eum casum à quo incipere non poterit. l. pluribus. §. & si placet. cum ibi not. ff. de verbor. oblig. Ias. May.

Et si dixerit quispiam, † quare ergo fuit permissum alicui testari. a Respondetur. quòd fuit permissum propter necessitatem: quia fuit necessarium prouidere creditoribus, vt per viam testamenti aliquis hæres instituatur qui repræsentet defunctum, alioquin obligationes passiue fundatæ in persona defuncti expirarent, b quia † accidentia non migrant de subiecto in subiectum. l. quis ergo casus. ff. de pecu. & l. tertia. ff. pro soc. quæ propter institutionem hæredis non finguntur migrare, † quia hæres dicitur eadem persona cum defuncto, in authentic. de iureiurand. a mo. præ. in princip. Item propter pacem, vt tollantur lites & quæstiones, & ne in incerto vagentur hæreditates. Item propter pietatem: quia lex pium & æquum iudicauit, ex quo homo est in vltimo vitæ spiritu, postquam aliud nec velle nec facere possit, saltem de suis rebus disponere possit, & aliquid fieri alicui mandare l. prima. C. de sacrosanct. eccles. Item propter charitatem, vt vitium ingratitudinis euitetur: vt si fortasse ab aliquibus beneficia suscepimus, & properante morte non possumus retribuere, saltem testando prouidere possimus. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæredit. Item propter publicam vtilitatem: quia homines ex quo testari possunt, magis incenduntur ad acquirendum: quod publice interest, iuxta not. in l. prima. ff. sol. matrimo. &c.

ADDITIONES.

a Testari. Adde Ias. in rubri. C. qui testa. facere posses. Zilettus. Vide Bellonum. ij. q.

b Expirarent. Secundum hoc sequeretur, quòd si aliquis moritur non condito testamento, & consequenter nullo hærede relicto, quòd iura creditorum extinguantur. & tamen istud est notoriè falsum

18 vt patet † quia superest hæreditas iacens, quæ personam defuncti sustinet.l.mortuu.ff.de fideiuss.Et ista ratio simpliciter probaret contrariũ, quòd non debuerit concedi licentia testandi cum esset ista ratio necessitatis, cum semper supersit hæreditas quæ repræsentat personam defuncti.Ias.May.

1 *Testamentum etiam unico annullo & alieno potest ab omnibus testibus signari.*
2 *Sigillum non probat sine inscriptione nominis scribentis.*
3 *Tabellio signum suum consuetum apponere debet, nec potest alieno signo signare.*
4 *Mulier non potest esse testis in testamento, nec etiam impubes & numer.5.*
5 *Mulier in testamento militis, & in testamento inter liberos ac in codicillis testis esse potest nu.20.*
6 *Mulier an in criminalibus testificari possit de iure ciuili & numer.21.*
7 *Mulier de iure canonico criminalibus non testificatur.*
8 *Seruus in testamento non potest esse testis.*
9 *Testis solum ijs quæ sensu corporeo percipit dispositionem habet.*
10 *Surdus, mutus, & furiosus, & is cui est interdictum, ad testimonium testamenti non admittuntur.*
11 *Error communis aduersans ueritatis, præcedet ueritati. & nu.15.*
12 *Testis conditio eo tempore quo sigillat testamentum inspicienda est.*
13 *Pater & filius & plures fratres, in eodem testamento possunt testes adhiberi.*
14 *Annulli character quo sigillatur testamentum, qualis esse debeat.*
15 *Testes cum de iuribus testamentarijs agitur, signa sua recognoscere tenentur.*
16 *Sigillo alieno an sigillare liceat.*
17 *Signans linteum quo est inuolutum testamentum, dicitur testamentum signare.*
18 *Capiens aliquẽ per mantellum uel uestem, dicitur illum capere per personam.*
19 *Verberans clericum uel laicum super caputio uel bireto, dicitur super capite uerberare, & incidit in Canobem latæ sententiæ excommunicationis.*
22 *Minor xxv.ann. an possit testificari in causa criminali.*
23 *Testis habilitas quo tempore inspiciatur.*
24 *Cæcus an possit testificari de ijs quæ iam uidit.*
26 *Religiosi an possint testes adhiberi in testamento*

a §.POSSVNT [a] AVTEM. † Testes possunt signare testa-
1 mentum [b] suo annulo & alieno, [c] vno vel pluribus.hoc primo,
b Ad testimonium testamentorum adhiberi debent hi qui hæ-
c redes institui possunt.Fallit personis enumeratis.h.d. secundò.
Not.primo, testamentum posse signari à testibus vno annullo.
d Secundo no. paria esse signari testamentum vno annullo, vel signari pluribus qui habent eundem characterem.

ADDITIONES.

a Possunt autem. Adde concordãtem cum hoc. §.j. in c.post cessionem.in glo.j.post princ.ibi & alieno annulo extra de proba. Ziletus.

b Testes possunt signare testamentum. Adde modus testandi in scriptis cum signis seu sigillis. vij. testium, fuit originaliter inuentus à iure prætorio:modus autem testandi sine scriptis fuit inuentus à iure ciuili, secundum Alex.de Imo. in l.bonorum.in ij.nu. C.de bon. pos.secundum tab.

c Alieno. Adde tex.& ibi Doct.in l.si vnus,in versi.alieno annullo. C de testamen.Gl.magnam circa medium. in c.nobilissimus. xcvij.distin.Glo.in c.cum inter.in versi. sua vice.extra de senten. & re iudi.Inno.in c.j.de fi.instr.Spec.in tit.de cita.§. iam de citatione. versi.literis. Io.And.in c.ij.de fid.instru.& ibi Ant.de But.Pau. de Leazari. in c.statutum.de electio.Ang.de Peru.senior Pau.de Cast.& reliquos in l.ad testium.§.si ab ipso.ff.de testamen.Io.Bap. Ziletus.

d Secundò not.Hoc idem voluit Specu. in titu.de proba.§.videndum.versicu.& no.quod quando. & vide Barto. in l.ad testium.§.si ab ipso.ff.eo.& in §.signum.Ias.May.

1 Item no. posse signari testamentum proprio annulo & alieno: quòd verum est, quando ille qui alieno annullo signat
2 protestatur se alieno annulo signare: † aliter tale sigillum non faceret fidem, nisi esset inscriptum nomen subscribentis.c.inter dilectos. extra de fide instru. Item hoc verum in teste signante.
3 † Secus in tabellione, qui signum suum consuetum deberet ponere, non autem alieno signo signare, vt dixi suprà in rubric. proœmij.Item no. illos solum adhiberi testes ad testamentum,
4 qui in illo hæredes constitui possunt. † Fallit in muliere quæ li-
a cet possit institui, testis tamen in testaméto [a] esse [b] non potest, [c]
b & hoc propter fragilitatẽ sexus.Fallit in impubere & hoc pro-
c pter imbecillitatem ætatis.

ADDITIONES.

a In testamento. Adde Iacob.Butriga.in tract.de testi.in rubr.de interrogato.testi.nu.5.Io.Crn.in tracta.eiusdem materiæ nu.5. Lanfran. in tract de dispositioni.testi.nu.110. Ias.in l.si quis agere nu.19.de codicil.Philip.Deci.in l.fœmine. nu.25.ff.de regul.iur. Hyppo. de Marsi.in consi.xxij.incip.gratia Domini nu.2. Iacobin.à S. Georgio in l.ex eo.nume.2.de testib. Thom.Grammati.decisio.lxij.nume.16. Mar. Anto. Aestensem in l hac consultissima.§.ex imperfecto. nu.168.C.de testa. Andreæ.de Besetis in l.j.nu.214.C.de sacrosan.eccle.D.And. Tiraquel. in legibus connubia.in ix.l.nu.44.D.Iodocu.Damhauderi in sua practi.crimi.in c.l.incip.cum testimoniorum.nu.25.D.Pet.Folleri in prac. eiusdem tituli in parte fragmentorũ nu.108.excellentissimum D.Hiero.Gigantem in tract.de crimine læsæ maiesta.q.vj.nu 4. & Do. Petr. Duenans in regulis vtriusque iur. in regu. ccxiij.in ij.limita.& in regu. ccxiij.in prin.Ioan.Bapt. Ziletus.

b Esse non potest.l.qui testamento.§.mulier.ff.eod.nam varium & mutabile semper fœmina, vt dicit c.forus.in fi.extra de verb. signi.& l.
5 pe.C.despon. Iaso Mayn. † Nota primo mulierem non posse esse testem in testaméto, & hoc fuit propter fragilitatem. mulierem. Fallit in testamento militis, vel inter liberos, vt voluit gl.in authen.sine C.eod. in alijs autem negotijs potest esse testis, puta in codicillis, vt voluit gl.
6 in l.qui testamento. §. mulier.ff.eo. & in l.fi.C.de codicil. † Item potest esse testis in criminali de iure ciuili, vt l.ex eo.ff.de testib nisi in crimine publico, vel vbi venit abscisio membri, in quo mulier nõ potest
7 esse testis, sicut nec accusare.ff.de accusa.l.qui accusare. † De iure autẽ canonico, mulier non potest esse testis in accusatione criminali, sed in inquisitione vel denunciatione sic vt no.gl illic. forus.de verbo. signi. Iaso.May.Adde gl.in verbo, nec fœminæ.in fi.in c.fortis de verb.sign. Et an quando mulier possit esse testis in testamento, vide per Anto.de But.in c.quoniam aliqua.de testi. Et an talis mulier possit esse testis in testamentum in terris ecclesiæ. Alb.de Ros.tenet quod non in j.parte statutorum.q.cxxx.quẽ sequitur simpliciter Alex.de Imo.consi.lxx. Inci.viso consi.alias per me reddito.in v.col. in ij.vol. Contrariũ tenet Abb. in c.cũ esses.in j.col.de testa. & ibi.Pe.de Ang.in iiij.nu. & ibi Ioan.de Imo.post eum Abb.in c.relatũ. in j.col.de testa. Et an possit esse testis in testaméto rusticorũ, dic quod non secundũ Alex. de Imo.in d.cõsi.lxx. & an possit esse testis in testamento quod fit inter liberos, vide glo.in auth.hæc inter liberos.C. de testa. Et an possit esse testis in testõ inter patrem & filiũ.vide per Barba.cõsi.lxxxvij.incip.prope.est in v.col.in iiij.vo.Et an possit esse testis in codicillis, vide per Io.And.in addi.Spe. in ti.de teste.in §.j.ver.quid de codicillis & per Bal.in l.fi.C.de codi.Et an possit esse testis ad pias causas, vide Bal.in repe.l.j. versi.sed est dubiũ.C.de sac.san.eccle.Ludo Ro.in repe.auth. similiter.in avj.priuilegio.C.ad l.fal.Ang.consi.ccxax.inci. punctus est quædã domina Margareta.Pau.de Cast.cõsi.ccclxij.inci.dubiũ facit Alex. de Imo.consi.lj. inci.viso ac diligẽter considerato themate.in v.col in ij.vol Et an possit esse testis in feudis.dic quod nõ, vt in c.j. & ibi Bal. in fi. quot testes sint necessarij ad proban nouam inuesti. in vsib. feudo. & per Ludoui. Roma. in l.admonendi.ff. de iureiurand. Et an possit esse testis in scriptura priuata à tribus testibus subscribenda. Dic quod non text. est in lege, scripturas. & ibi Bald.C. qui potiores in pignore habeantur. tamen Iaso.hoc reprobat in lege, prima ff.de legibus.

[Quod mulier possit esse testis in criminali de iure ciuili. Adde c.tam literis de testi.gloss.in capit.mulierem.xxxiij.quæstio v. Specul. titul. de teste.in §.primo.versicu.item quod est mulier.Host.in sum.titul.de teste.§.quis possit esse testis. Adde, quod mulier non possit esse testis in criminalibus de iure canonico, quòd hanc regulam probat text.in capitu.mulierem.xxxiij.quæstio.v.Gloss.in capitu.ex eo.in versi.testimonium.xv.quæstio.tertia.Gloss.in capitu.quoniam in versic.mulier. extra de testi.vbi Doct.qui dicunt hanc esse communem, opinio. Gloss. in capit.tam literis.in versicu fœmineis.eodem titul.& cum sit vera & approbata eam secuti sunt Innocen & Doctor.in c.forus.extra de verborum significa. Tancre.de Gorne.in sua compend osa in titu.de proba.Hostien.in sum.in tit.de testi.in §.quis testis esse possit.Archidia. in capitu.ij.de iudici.Oldrad.in consi.cxlv.incip.quæritur si testis nume.3.Specul.in titul.de procura.§.primo versic.septimo, in criminali testificatione, Ioan.Andr.in addi.ipsius Specu.in titu de teste.§.j.versicu.item quòd est mulier.Iacob.de Are Albert. Ang & alij in l.qui testamento.§.mulier.ff de testa.Iacob Butriga.in tract de testi.in rubri. de interrogato.testib.numer.5.Iacob.Aegidi.in tract de reproba testi. col ij.versic.item mulieres à testimonio Floria.a S.Petro in l.ex eo in fin.ff.de testi.& ibi Iacobin.a S.Georgio nu 4.Ludo Roma.in l admonendi nu.119.ff.de iureiur & ibi Caro Sacchus nu.120 Luc.de Pœna in l iiij.C.de agen'ib.in reb.lib.xij.Amodeus Iustinus in tracta.de Syndica.in gl.supradictus dominus potestas, versi item repellitur minor.xx.annis, Bartho.Caepol.in consi.xxij causarum criminal'.inc p. quidam rustici Vicentini.nu 2.& 3.Alex.de Imo.in consi aj.incip.circa primum dubium nu 15.in j vol.in consi.xix.incip.viso processu causæ. nu.1.eo.vol.in consi lxiiij.incip.viso themate & dubiis.nu.1.eo.volu.& in consi.xcix.incip.in causa inquisitionis formatæ.nu.1 in eo.vol.& in consi.xxiiij, incip.animaduersis hus.nu.4.in ij.vol.Matthæ.de Afflict. in consti.Regni Siciliæ incip.generalia iura.col.iiij.versi an autem fœmina.Hippoly.de Marsi.in l.Diuus Pius.col.ij.versi.& subdit ipse Ioannes.ff.de quæstioni & in consil.xviij.incip.protector in te sperantium. nu.34.in consi.axij.inci.gratia domini.nu.1.consi.lix.inci.diuino præsidio.nu.9.in consi.cj.incip.illumina me.nu.8.& in consi.cxxx.inci.conditor orbis nu.34.Io.Igneus in l.j.§.iusta.nu.34.ff.ad S.C.Sylla.Ioan.

Cro

Crot.tract.de testib.nu.55.& Frideri.Schenk in trac.eiusdem materiæ. nu.38. Thom.Grammati.in consil.xlij.criminalium.inci.sunt iam anni elapsi.nu.3.4.& 5.in consi.lviij.incip.in causa Ioannis.nu.10.& in cõsi. lis.incip.viso præsenti processu.nu.11.Maria.Soz.Iunior in cõsi.xxxj. Incip.themate prædicto considerato.in ij.volu.Andreæ.Alcia.in tracta. præsumptio.in j.regu.præsump.xlvij.Stephan.Bertrã.in consi.cxxxvij. nu.5.in ij.vol.primæ editionis,& Præclarissimus præceptor meus Do. Marcus Mantua Benauidius in consi.lvj.nu 25.in j. vol.in consil.cliij. nu.17.in eo.vol.& in consi.cccxxviij.nu.6.eo.vol.& Excellentiss.Do. Hiero,Gigas.in tracta.criminis læsæ maiesta.q.vj.nu.1. & do.Andræ. Tiraquel.in suis legibus connubiali in ix.l.nu.49.Iodo.Damhouderi. in sua practi.crimina.cap.incip.cum testimoniorum. nu 13.& D.Petr. Duenas in suis regulis vtriusque iuris in reg cccxv.inop. fœmina de iure canonico vbi attestatur hanc opinionem semper fuisse veram, & nemini illi aduersatum esse ante Phili.Deci.in l.fœminæ. nu.17.ff.de reg. iur.& in c.quoniam.nu.20.de testibus.Ioan.Bap. Ziletus Venetus.

c Testis tamen in testamento esse non potest.vide Bellonum consi. xiiij.nu.8.& 9.

8 Item † fallit in seruo,& hoc quia non capax eorũ quæ sunt iuris ciuilis,& per consequens neque testamẽti.Sed diceret quispiam, seruus potest hæres institui, quia defectus personæ suæ suppletur ex persona domini,l. neque.C. de hæredi. institucn. quare ergo non ita suppleatur defectus sui ex persona domini, vt possit esse testis. Respondeo, officium testificandi est merè 9 personale, † quia solum debet testis deponere de his quæ per- a cipit sensu corporeo a l.hæredes palam.§.si quis post cod.tui. vnum vitium personæ non purgatur interuentu domini.l. qui 10 hæredi.de conditio.& demonstratio.† Fallit in surdo,muto,& furioso.quia alter non audit,alter non intelligit, alter non percipit. Fallit in eo cui est interdictum ne fiat contra interdictum legis vel hominis.c.ij.extra de main.& obe.[illegible] it.de iusti. & iur.Item not.testis quod communi opinione habilis reputatus,tempore quo testamentum signabatur,non viciat testamen 11 tum,inhabilis postea reperiatur.† quia quãdo communis error aduersatur veritati,præualet ipsi veritati.l [illegible] C.eo.l. Barbarius Philippus.ff.de offic. præto. Not. in versicul.signabatur. 12 † inspiciendam esse conditionem testis eo tempore quo sigillat. quod facit contra illos qui sigillant literas vno tempore, & alio scribunt. quia dicuntur sigillare tempore datæ secun- 13 dum Bar. Item not.† patrem & filium in potestate, vel fratres plures in eadem potestate,posse in vno testamento vel actu aliquo testes adhiberi.Et fuit ratio dubitandi,quia videbatur expauescendum, ne propter amorem mutuum ad concordiam testimonium prohiberetur: Sed ratio decidendi fuit, quia ex quo de eorum commodo.vel incommodo non tractatur,nulla præsumptio fuit quod aliquid forent dicturi quod veritati præiudicaret.In fi.gl.in verbo annulo. no.nõ posse alter signari testamentũ à teste,nisi annulo signatori habente impressio- 14 nem characteris. Sed hic dubitatur, † qualiter debet esse impressus character annulo? Videtur nihil referre qualis sit iste character: quemadmodum non refert an quis suo annulo aut alieno signet, vt hic. In contrariũ quod talis character debeat habere nomen sigillantis & figurã personæ suæ probatur in c. inter dilectos.extra de fide instr.per l.decernimus.C.de aquædu. Vos dicite vt habetur ex mente Doc.Aut loquimur in testamenti sigillandis,& tunc nihil refert qualis sit character impositus annulo signantio,quia appositio talis signi nõ fit ad pro- 15 bandum,sed ad solennizandũ ipsum testamentum: † ideoque testes tenentur,cum de viribus testamenti agitur,recognoscere signa sua.l.si quis.& signatoribus.ff. quemad. test. ape. Aut loquitur non in talibus, sed in alijs actibus, & tunc tale sigillum debet cõtinere nomen sigillantis, quia talis appositio sigilli fit ad probationem.l.decernimus.de aquædu. nec est opus quod habeat figurã sigillantis. Non ob.c. inter dilectos, quia fateor, quod si figura apposita in sigillo, esset multũ disgregata à for- 16 ma sigillantis,redderetur sigillũ suspectũ.† Quid enim si episcopus vel doctor sigillaret sigillo habente impressionem hominis armati? redderetur suspectũ sigillum.Eodem modo si capitaneus armorũ sigillaret sigillo habente impressam formã episcopi vel doctoris, redderetur sigillum suspectũ. Sufficit ergo sigillũ habere impressum nomẽ sigillãtis.Hoc fallit,nisi probaretur quod talis sigillans ex cõsuetudine alio signo vteretur ar.in c.signauit.extra de ap.in c.cũ dilectus ex. de fi.inst.Secũdò hæc regula fallit, vbi sigillãs protestaretur quod sigillauit sigillo habẽte characterẽ talẽ hæc est glo.ord.in d.c.inter dilectos.In fi.gl.in

17 versi.testamentũ. No. quod † ille qui signat linteũ vbi est inuolutũ testamentũ,dicitur sigillare testamẽtum. concor.l.hac cõsultissima.C.eo.& l.ad testium.§.fi.ff.eo. Ex quo dicit Bald. & alij 18 communiter, quòd † ille qui capit aliquem per mantellum vel 19 vestem, dicitur illũ capere per personam.† Eodem modo ille qui verberat clericũ vel laicum super caputio vel birreto, dicitur super capite verberare. & incidit in canonem latæ sententiæ excommunicationis: quia sicut testamẽtum inuoluitur linteo, ita homo dicitur inuolui birreto vel vestibus.In glo.mulier. ibi, 20 falsitatis.Sed dubitatur,† an mulier possit esse testis in codicillo.Videtur quod non, quia est species testamenti.l.j.C. de iure codi.Item quia & in codicillo adest timor falsitatis.In contrarium facit quia edictum de testibus est prohibitiuum certarum personarum,certorumque casuum.l.j.ff.de testibus.Cum ergo mulier sit solũ prohibita in casu testamẽti, intelligitur in cæte- 21 ris permissa,& hanc tenuit gloss. in l.fin.C. de codi.† Ex eadem ratione dicunt Doctor.poterit mulier esse testis in causa criminali, quia in eam non reperitur prohibita. Ego semper tenui contra Docto.hoc casu,quòd scilicet mulier non possit testificari in causa criminali. Moueor primò per tex.in c.forus.in fi.extra de verb.signi.Secundò moueor ratione vrgentissima. Nam difficilius quis admittitur ad testificandum in causa criminali, 22 quàm ad testificandum in causa testamenti. † Nam minor.xxv. an.non potest testificari in causa criminali.l. in testamẽtum. de testi.& tamen potest testificari in causa testamenti,vt hic,dummodo sit pubes. Ergo mulier quæ repellitur à testificando in causa testamenti,intelligitur facilius repulsa in causa criminali. Tertiò,quia merito prohibetur testificari in testamento,ratione magni præiudicij & falsitatis,quæ posset committi,vt hic in glo. ergo eadem ratione multomagis repellitur à testificando in causa criminali,cum ibi maius præiudicium possit generari. arg.l.in seruorum.ff.de pœnis.In fin.gl.in verbo impubes.col- 23 ligitis duo. † Primò, quando testis adhibetur ad substantiam actus,ad illum solennizandum, inspicitur eius conditio, qualis b fuerit quando fuit adhibitus. b At quando adhibetur vt actus probari possit, inspicitur eius conditio qualis sit tempore quo deponit,& hoc tenuit alia glo.in l.iij.§.lege Iul.de testi.facit.l. testium.C.de testibus.l.iij.§.causæ.de car.edic.

ADDITIONES.

a Sensu corporeo. Adde Inno.in c.cum causam.el j.versic. de causis extra de testi. Bart.in l.quid tamen. §.si arbiter.ff.de testi. Domini.à S. Geminia.in consi.xxiiij.inci. quia diffusè sunt examinate nu.10.Ioan. Pet.de Ferra.in sua practi.in for. iuramenti testium in glo. dicere veritatem,& in for.opponendi contra test.publicatio.in gloss.redduor rationem.Hyppoly.de Marsi.in consi.xx. inop. digneris quæso clementissime.nu.35.& Fortu.Garzia in l.j.in princi.nu.31.ff.de iusti.& iur.Io. Bap. Ziletus Venetus.

b Quando fuit adhibitus. Quando inspiciatur conditio testis, an sit habilis tempore quo recipitur in testem,an tempore quo deponit, vide in §.seq & Bart. in l.j.§.si serunt.ff. de quæstionibus. † Quid autem si aliquis efficitur cecus, an poterit deponere de his quæ iam vidit? ponit Barto.in l ad testium.§.j ff.eod.& est quæstio è contra ad glo.quia hic superuenit inhabilitas, vt in quæstione glo habilitas Et si vera est ratio gloss. sequitur vnum quod est mirabile, vt dicit Angel. de Aret. Ias.May [Si aliquis efficitur cecus,an poterit testis esse de his, quæ vidit.Adde Ang in.§.fin.autem affuerit in authen de hære.& fal. Specul. in titu.de teste in.§.4.Et quid de Papa.glo.in c.ad apostolicæ dẽ re iud. lib.vj.& in c.j.de renuncia.eo.lib.Et quid de visis in pupillari ætate,vide glo.in c.cum itaque.de conse distin.iiij. Et quid de visis in infantia, vide in c.placuit.ea.dist.Host.in c.fina de senten.excom.Iaco.Zochus in c.fina.in vj.not.qui matri.ac.pos.& ibi latius Cardi. Alexand. in secunda columna.]

In fi.gl.in versi sed cum. Non ob.iste.§.qui loquitur,quando singularis opin. contradicebat veritati, quo casu communis a error, a ne pereat publica vtilitas preualet vtilitati, vt hic, & l. Barbarius.ff.de offi.præ.

ADDITIO.

a Error.† De hoc,quomodo communis error attendatur, & quali- 25 ter iudicatur de eo qui communiter habetur pro mortuo, & eo qui habetur pro vero tabellione & non est, vide de similibus per Bald in l.si arbiter.C.de sententijs & interlocu.omnium.iudi.&c.Ias.May.

In fin.gln.in verbo signatur. Ex quo glo.ita dicit seruari de consuetudine,intelligitur probari consuetudo. Facit not.Iaco. 26 de Aret.in l.de quibus.ff.de leg Final ter quæro † nunquid monachi,religiosi & canonici possint testificari? a Glo. est ordina. b in §.cogitandum.in auth.de mona.b

ADDITIO.

Monachi religiosi & canonici possunt testificari. Adde gl. insti.de iure perso.gl.io auth.si dicatur.C.de testi.& c.cũ super & c.cũ nuncius. de testa.Spe.in tit.de teste.versi.item excipitur quod est monachus.Et an tales possint esse testes in testamentis,dic quod sic secundum Bald. authe.o.in ingressi.in j.col.C.de sac.san ecc.& per Ang.consi.cccxxxij. incip.quædam domina Margareta.in j.col.

b In authen.de monach.Vide Bello.in consi.lxiiij.nu.17.

1 ☞ Aduersatiua,scil.cum copula,non denotat diuersitatem in facto sed identitatem in iure.

2 Leges correctæ non sunt describendæ in corpore iuris.

3 Pater licet non posit esse testis in testamento filij testantis de castrensi peculio post missionem, potest tamen esse testis in testamento filij militantis, & ante missionem.

4 Exceptio inhabilitatis opponi non potest, si testes adhibeantur actui,in quo non erant necessarij.

5 Testes rogati non requiruntur in testamento facto in conflictu belli.

6 Pater non potest esse testis in testamento filij emancipati & generaliter non potest pro filio testificari exceptis certis casibus nu.9.13.14.& 15.

7 Filius bastardus repellitur à testimonio pro patre.

8 Pater spiritualis uel nutritoribus, an possit pro filijs testificari & numero 17.

10 Testi non fide digno ab aduersario approbato credendum est.

11 Amicus an pro amico testis esse posit.

12 Testes priuilegiati licet non possint compelli testificari, coguntur quando sunt instrumentarij.

15 Abbas pro monacho an posit testificari.

16 Pater tabellio an posit conficere instrumentum de causa filij.

18 Frater an pro fratre ad testimonium admittatur.

19 Causa omnium bonorum uel maioris partis criminali comparatur.

20 Mater an posit esse testis in causa filij,remissiue.

21 Argumentum à contrario sensu non ualet, quando ex eo prauus intellectus sequeretur.

22 Vxor non est idonea testis pro marito, nec è contra. Idem est in amasio & amasia.& nu.23.

24 Famulus non potest testificari pro domino.

25 Dictum testis domestici partim pro & partim contra, an sit admittendum.

26 Cancellarius testificari potest pro potestate.

27 Familiaritas quotuplex sit.

28 Colonus an ad testimonium pro domino admittatur.

§.IN TESTIBVS.[a] Existentes in potestate testatoris non potest esse testis in testamento eiusdem, hoc dicit.

ADDITIO.

In testibus. Contra istum text.in versi sed neque hæres.posset opponi,[1] quòd de natura huius aduersatiuæ. Sed, positæ sine copula, est denotare diuersitatem in facto & in iure l.hoc amplius.§.de his autẽ. & ibi Barto.ff.de dam.infect.cum vulg. Sed hic non denotat diuersitatem in iure,imò identitatem,ergo malè. Dic,& bene, quod ista aduersatiua. Sed,ponitur cum copula: quia dictio Neque, sequens est negatiua cum copula: vnde stat regula, quòd aduersatiua cum copula non denotat diuersitatem in facto,sed identitatem in iure.gl.in l.sed si lege. in prin.ff.de pe.hære.& ita proprie est hic.Ias.May.

Not.primò, eos qui sunt in potestate testatoris, non posse adhiberi testes eius testamento. Item no.secundo, patrem non posse esse testem in testamento filij militis veterani, nec etiam aliquis qui sit in eius potestate. Not.rationem, quia est domesticum in ea re testimonium,ideoque reprobatur. Not.quòd hæres institutus [a],nec is cuius in potestate est, nec etiam pater, possunt rectè esse testes in testamento, l.testis.ff.de testi. Et eodem modo filius prohibetur, quia per eum patri acquiritur. 2 Finaliter not.† leges correctas non esse in corpore iuris describendas:quod verum dicite, vt in suo casu seruari debeant: est tamen vtile earum habere cognitionem. Et per hoc non obst. quod habetur in l.j.de coniun.cum eman.lib. In fi.glo.in verbo 3 missionem.colligitis,quòd † licet pater non posit esse testis in testamento filij qui testatur de castrensi peculio post missionem, potest tamen esse testis in testamento filij militantis,& ante missionem. Ratio: nam cum filius adhuc militans posit condere testamentum sine solennitate testium.l.milites.C.de mili.testa.l.Lucius.ff.eod.nimirum si testes inhabiles, vt pater, admitti possint, ista est glo.quam Bal.dixit esse singularem in l. qui testamento.§.j.ff.eod.Ex quo ipse colligit regulam, quòd 4 † vbicunque actus geri potest sine solennitate testium, si testes adhibeantur,nunquam potest opponi exceptio inhabilitatis. arg.in l.vnica.in prin.C.de rei vxo.actio.[b]

ADDITIONES.

Hæres institutus. Vide Bellonum.consi.xiij.nu 4. Vide Bellonum d. consi.xiiij.nu.4.

b C.de rei vxo.act. Aduerte, quia ista sola est contra tex.in l.Lucius. in prin.ff.de testa.mil.secundũ Io.Fa.hic. Vnde potest dici secundũ Io. Fa.hic, quòd ibi loquatur in caso in quo nõ requirebãtur testes esse rogatos, & si qualescunque testes sufficiebãt. Ista solutio peccat in multis. 5 Primo diuinat, quod ibi esset ante missionẽ Itẽ secũdo,† quod ibi testamentũ fieret in cõflictu belli,vbi nõ requiritur testes esse rogatos,iuxta l.milites.C.de test.mil.quia si fieret in tentorio ante missionẽ, requireretur testes esse rogatos.d.l.Lucius.& l.diuus.in eo.tit. & dicitur per glo.infrà in §.fin. Primo m ex ista solu.sequitur,quòd in casibus in quibus nõ requiritur testes esse rogatos,quòd est regulariter.l.ad fidem.ff. de testi.pater posset esse testis,contra.l.etiam.C.de testi.Cogita.Et dum dixi,quando fieret in tentorio,videre gl.in l.j.in prin.in versi. nuda.ff de testa.mili.&c.Ias.May.

6 Sed † quid de filio emancipato,[a] an poterit esse testis pro eo. Gloss. in l.parentes? C. de testi.tenuit quòd non quam sequuntur Doctor. ea ratione, quia pater non repellitur à testificando pro filio solum ratione patriæ pote.sed ratione familiaritatis naturalis,quæ adhuc durat cum filio emancipato.

ADDITIO.

Filio emancipato. Adde, quòd † ea quæ dicuntur de filio intelligantur etiam de filio bastardo, vt non posit esse testis pro patre, propter naturalem affectum,vt not.Barto.in l tutelas.ff de capi.di. Secus in patre ratione prælationis.puta episcopo, vt posit testari pro capitulo,vt extra.eo c.cum nuncius. † Item secus in patre spirituali qui de sacro fonte leuauit,vel in chrismate,vel nutritorio patre, cũ non reperiatur prohibitus.arg.in l.j.ff.eo. In his autem omnibus an propter nimiam domesticitatem repellantur, arbitrio iudicis relinquitur.ff. eo.l.iij & l. iij.C.eo. De filio bastardo vt non posit esse testis.Adde Flor.in l.testis idoneus.ff.de testib. Et quod de patre,an posit testificari pro bastardo.vide glo.in.§.item testis idoneus.iiij.q.iij.

9 Sed † contra hoc videtur facere.l. si pater.ff.de fal. vnde dicite,ponendo regulam negatiuam, quòd pater non potest esse testis pro filio siue in potestate,siue emãcipato,hæc regula proprobatur hic,& in d.l.parentes. cum glo.sua. Quæ regula primò fallit quando pater esset testis instrumentarius,quia tunc dictum suum deponenti, non posset opponi ab aduersario exceptio inhabilitatis,eo quod fides sua fuit semel ab eo approbata, arg.in l.j.in fi.de verb.signi.& in l. Theopompus.de do.præle. 10 Facit quod aliàs in simili dicitur, quòd † licet non creditur testi tanquam non fide digno,creditur tamen quando eius fides fuit probata ad aduersario.glo.est ord.in auth.de testi.§.& licet in verbo,supplicijs.[a]

ADDITIO.

In verb.supplicijs Nn.etiam quòd † testes instrumenti vel scripturæ nunquam repelluntur propter amicitiam,licet alias non posset esse testis pro amico,hoc voluit Bal.in l.scripturas in tex.ibi,amicus.C.qui po.in pig habeantur. vide quod habetur in l.sciendum.per gloss.ff.de vsur.Ias May.

12 Idem dicitur, quòd † licet testes priuilegiati[a] non possint compelli testificari,coguntur tamen quando sunt instrumentarij,quia videntur se obligare ad testificandũ gl. est ordi.in l.in-13 uiti.ff.de testi. † Secundo fallit, quando tractaretur de causa, cuius notitia naturali quadam ratione magis pertineret ad patrem quã ad filium. Huic est, quòd pater & mater admittuntur testes de ætate filij.l.etiã iuris professio.de proba. Eodem modo admittuntur ad probandũ gradum cõsanguinitatis.c.videre extra.qui mo.acqui.posses.quia notitia gradus & ætatis magis pertinet ad parentes,quam ad alios. Tertiò fallit,[b] quando tractaretur de de his quæ aguntur intra proprios parentes, quæ facile per alios probari non possunt.c.veniens.in fi.extra.de testi. l.consensu.§.super plagijs.C.de repu.

ADDITIONES.

a Testes priuilegiati. Adde Doct.in c.dilectorum.de test.cogen.

b Tertiò fallit. Pro hoc tertio facit l.iij.C. de adulte.& not. infrà de hæred.insti.§.seruus autem.Ias.May.

14 Vltimo † fallit hæc regula,quando testificaretur in causa filij,cuius commodum vel incommodum ad eum non pertine-15 ret.ar.l.pater.ff.de fal. Propterea dixit Bal. quod † pater possit[a] esse testis in causa in qua filius esset procur. vel aduocatus: quia licet sit causa filij,commodum vel incommodum non spectat ad eum. Quid autem de patre per prælaturam, an possit esse testis pro filio? vel Abbas pro monacho. Dicite vt in c.nuncius. extra de testib. vbi concluditur quod sic, nisi bona essent connexa,& dicatis vt ibi.

ADDI

ADDITIO.

Pater possit. † Tu dic melius vt dicit Bar. in d. l. si pater. vt sit differentia inter notarium & testem, vt proxime scribo. Et ibi in d. l. si pater. tangit Bar. nunquid pater possit conficere instrumentum de causa filij, & dicit quod facilius hoc potest facere, quia prouenit ex voluntate partium, quàm testificari pro filio. Ias. May.

Quid autem † de patre per regenerationem, an possit esse testis pro filio suo spirituali, quem tenuit ad sacrum baptisma, vel chrisma. Dicite vt in l. parentes. C. de testi. vbi concluditur quod sic. Quid autem de patre ª patre per nutrituram? Dicatis vt in l. parentes. vbi concluditur, quod ea durante repellitur: secus ea finita, & dicatis vt ibi. † Quid de fratre, ᵇ an possit pro alium testificari? Dicite, si quidem in causa ciuili loquamur, tunc admittitur. glo. est in d. l. parentes. aliquantulum tamen minus ei creditur, & dicatis vt ibi. Aut loquimur in causa criminali, & tunc quilibet de casata repellitur vsque ad quartum gradum, quia iniuria infertur ipsi casatæ. ar. in l. ij. de lib. causa. & ita not. l. iij. §. lege Iulia. ff. de test. in lege Corne. ff. de iniur. † Et idem in causa ciuili omnium bonorũ, vel maioris partis, quia talis causa criminali comparatur. l. propter litem. de excu. tut. quod verum limitat Bald. nisi admitteretur pater ad meram & puram defensionem fratris. c. literis. extrà de præsump. & dicatis vt ibi.

ADDITIONES.

De patre. † An autem mater possit esse testis in causa filij, vide in c. super eo. extra de testi. &c. An guidatius possit esse testis pro filiatio, vide de multiplici specie paternitatis, suprà ex quib. cau ma. licet. §. ro. Ias. May. Mater an potest esse testis. Adde Abb. in c. videtur. qui matri. accusa. possunt.

Quid de fratre Adde Alb. Maleta. in tracta. de teste. vbi alle. Spec.

In an. glo. in verbo re. ibi. l. ij. colligitis, quod † argu. à contrario sensu non est sumendum, quando resultaret prauus intellectus: & ista est trita fabula in l. conuenticulam. C. de episc. & cleri. Ibi. §. item his. no. ex glo. quod † vxor non potest testificari pro marito. ª idem tenuit in l. sed & si quis. ff. si quis cau. in l. ij. C. de testi. Item colligis, quòd maritus pro vxore, non potest testificari, quòd quidam dicentes posse testificari, reprehendunt, quia non est vxori suppositus: sed contrarium seruatur, quia domus vxoris & viri dicitur vna. l. j. §. si vir. ff. ad Sylla. & idem dicũt de Amasio & Amasia. Vnde dicit Cy. Amasij & mariti magis consueuerunt expauescere minas Amasiarum & vxorum, quàm probatissimorum virorum.

ADDITIO.

Pro marito. † An vxor possit testari pro marito & è contra, vel non, dic idem de sponsa. vt l. quod seruus. de condi. ob causam, & voluit Bart. in l. ij. in fin. C. de testi. Et idem quod dicitur de vxore, intelligas de sponsa & concubina, secundum Bal. in d. l. ij. quia concubina in animo non differt ab vxore, sed solum in honore. vt ff. de legat. iij. l. item in legato. §. paruũ. & de verb. signi. l. Massurius &c. Ias. May. [Vxor possit testificari pro marito. Adde an possit testificari contra maritum, vide per Spe. in ti. de teste. in §. pe. versi. sed nunquid vxor. Albe. Maleta. in tracta. de teste. in j. parte. quando testes repelluntur ratione domesticatatis.]

In fi. colligitis, quòd † dapiferi & famuli a vestri nõ possunt pro vobis testificari: ᵇ quod verum limitabitis, si sunt dapiferi tempore quo deponunt testimonium, aliàs secus. & ideo consuluit Bar. quod si vis probare aliquid per famulos tuos, ipsos in primis expellas à domo, quia ita expulsi poterunt pro te testificari: quia conditio testis inspicitur qualis sit tempore quo deponit, & probatur in l. iij. §. dixæ causæ. de car. edi. Bart. in l. j. §. idem. e l. ij. de quæstio.

ADDITIONES.

Famuli. Vide Bellon. dicto consi. liiij nu. 14.

Aobis testificari † Quid autem si domesticus partim dicat pro, & partim cõtra, an repellitur in parte? Dic quod non, quia nõ debet eius dictum diuidi. ita Bal. in d. l. ij. C. de testi. arg. illius gl. &c. Ias. May. Adde Spec. in tit. de teste. in §. j. versi. item excipitur.

Secundò limitatur quando familiares essent vilis conditionis, abiectæque vitæ. Et propterea dixit Bal. † quod licet beruarij ª non possunt testificari pro potestate, nec dapiferi pro dominis suis. Cancellarius tamen potestatis, item scriptor & scholaris possunt testificari, quia sunt laudabilis & approbatæ vitæ. allegat Inno. in c. insinuante. extrà de offic. & pote. iudi. dele. & facit c. in literis. vbi glo. extrà de testi. ᵇ Finaliter quia hîc de familiaritate tractatur, dicite, quòd † quadruplex & familiaritas. Quædam est naturalis, quæ consistit inter eos de eadem casata & an ista impediat testimonium, dicite vt dixi in gloss. præce.

Quædam est familiaritas subiectiua de facto, quæ consistit inter nobiles & familiares de domo, & an ista impediat testimonium, dicite vt dixi statim. Tertia est familiaritas subiectiua de iure, quæ consistit inter patrem & filium, dominũ & seruum, & inter maritum & vxorem, & an ista impediat testimonium, etiam suprà dixi: Quarta est familiaritas socialis, & an ista impediat dicam in §. seq. & per Bar. in l. qui testamen. §. primo. ff. eo. ad quem me remitto ibi.

ADDITIONES.

Licet beruarij. Adde Bal. in l. etiam. C. de testi.

Extra de testib. Adde vltra ea quæ hic dicuntur in glo. in verbo re. quòd idem tenet glo. in c. in literis. extrà. de testi. Et quia hic glo. facit mentionem † de colono, quòd eius testimonium sit suspectum. dic, quòd istud est verum in colonis ascriptitijs & necessarijs, qui non possunt pro libito recedere, Sed in colonis nostri temporis qui possunt pro libito recedere non procedit ista gloss. quia isti bene possunt esse testes & pro dominis & contra dominos: & ita seruatur de consuetudine, & hoc voluit Inno. secundum quod allegant. Doct. in d. c. in literis. & Ang. in l. quoniam C. de test. videre in d. c. in literis. vbi etiam ponitur quid de affine. & ponitur quæ dicatur familiaris persona, & ibi, an famuli alicuius sint suspecti pro illo &c. Ias. May.

1. ☞ *Legatarius & fideicommissarius particularis an possint esse testes in testamento, & nu. 6. & 7.*
3. *Correus an possit correum in testem adducere.*
4. *Legatarius & fideicommissarius particularis non sunt iuris uniuersalis successores.*
5. *Legatarius quomodo pro herede deponere possit. nu. 2. 9. 10. & 11.*
6. *Vltimæ uoluntates sunt fauoribus plenæ.*
7. *Testes omni exceptione maiores in testamentis requiruntur.*
8. *Testis in causa propria directò quis esse non potest. secus per indirectũ.*
9. *Legatarius deponens testimonium, interrogatus an commodum ad ipsum pertineat. si dicat quod non, an falsarij nomen subeat.*
11. *Legatarij adhibentur testes in testamento ad solemnizandum testamentum, non probandum.*
12. *Socius pro socio testis esse non potest. & nu. 16.*
13. *Amicus pro amico an possit esse testis. & nu. 16.*
14. *Amicitia uera non potest consistere nisi inter bonos.*

§. LEGATARIIS. Legatarij ª & fideicommissarij particulares, possunt adhiberi testes in testamento & consimiles personæ eis coniunctæ, hoc dicit.

ADDITIO.

Legatarij. Sed nunquid hodie † rupto testamẽto, eo casu quo conseruantur legata particularia & fideicommissum vniuersale, vt habetur in auth. ex causa. fideicommissarius possit esse testis, sicut legatarius? non ob. quòd legatarius particularis videtur repelli alia ratione, scilicet quod ad eum spectat commodum, quo casu prohibetur. l. omnibus. C. de testibus. & l. nullus idoneus. ff. eo. quia dico, quòd in casu sui legati est clarum quod non potest testificari, vt in contrarijs: sed in causa vertente inter hæredem & alium bene potest testificari, vt hic, & in l. qui testamento. ff. eo. licet enim ad ipsum legatarium spectet secũdario commodum sui legati si testamentum valebit, non tamen principaliter ad eum spectat vniuersale commodum & sic potest testificari, licet in consequentiam spectet commodum. Et hinc est, quòd † cum vnus correus debendi petat primo côuenire illum correum qui habuit pecunias, quòd potest, vt l. vnde queritur. ff. commodati potest alium correum inducere in testem ad probandum quod tota pecunia peruenit ad illum: quia ad correum testificantem non spectat commodum principaliter, quia ipse in consequentiam, si petatur, obligatur, vt hic, & l. si quis ibi. ff. de rebus dub. &c. Ias. May.

No. primo, † legatarios a & fideicommissarios posse adhiberi testes in testamento, quòd intelligite de fideicommissarijs particularibus: vniuersalis autem fideicommissarius non potest in testamento testis adhiberi. Ratio, quia pro hærede reputatur cum totum commodum pertineat ad ipsum. l. ex facto. ff. ad Treb. l. si filius. ff. quod cum eo. & l. si necesse. §. fina. ff. de bon. quæ libe. & ita voluit Bar. in l. dictantibus. C. eo. & in l. qui testamento. in prin. ff. eo. Item no. † legatarium & fideicommissarium particularem non esse iuris successorem, ᵇ quòd intelligatis, scilicet iuris vniuersalis: aliàs autem legatarius bene dicitur successor respectu iuris particularis in re sibi legata. Et per hoc non obst. l. in id tempus. ff. de vsucap. vbi est text. quod legatarius in re legata loco hæredis habetur. facit ad §. nostrum. l. quædam in. §. j. de eden. In glo. damus. ibi, hîc agitur de viribus testamenti. colligitis vnam sol. ad l. omnibus. quod † legatarius ita demum ᶜ potest adhiberi testis, cum agitur de causa principali ipsius hæredis, aut aliorum collegatariorum,

non autem cum agitur de ſuo proprio legato, ſecundũ Bal.in l. qui teſtamento. Tameo contrarium videtur procedere. Primò, quia legatarius non poteſt teſtificari pro hærede in teſtamento, quin etiam implicitè teſtificetur pro ſuo legato, nam validato teſtamento, validantur etiam legata, & è contra.l. eam quàm.cum ſimilib.C. de fideicom. ergo ſemper legatarius teſtificabitur ſaltem implicitè in commodo proprio. Propterea non eſt ſine dubio, quòd collegatarij poſſint inuicem iuuari mutuis teſtimonijs, propter cauſæ ſimilitudinem.c. perſonis. d extra.de teſti.cauſam.c.de iudi.d

ADDITIONES.

a Legatarios. Adde glo.in l.qui teſtamento.ff.de teſta.glo.in c.j.xij. q.ij.Inno.in c.iij.de teſti.

b Vide Bellonum lib.iiij.ſupputa.c.xviij.nu.19.

c Vide Bello.conſi.xiiij.nu.7.

d De iudic. Adde † ad gl. in verbo damus & vt babeas veram mentem glo oppone ab extra contra hunc tex. dum vult coniunctos & legatarios admitti in teſtes ad teſtamentum, & ſic aliud correlatiuum, qui dicitur coniunctus.§.ſi eadem.infrà de leg.l.re coniuncti.cum materia.ff.de leg.iij.& glo.noſtra in l.j.in fi.ff.de vſufruc.acre. Contra.d.l. omnibus.C.de teſti.dic vt poſtea in gl.Iaſ.May.

5 Ibi.ſpeciale fauore teſtamenti. Hæc eſt ſecũda ſolu.ad contrarium quod ratione ſpecialitatis fauore legatarij in teſtes admittantur: & hanc ſolu. videtur perſuadere text. ibi in verbo 6 ſpecialiter conceſſum. Item facit ratio, quia † vltimæ voluntates ſunt plenæ fauoribus.ff.& C.de teſta.per totum. & §.diſponat.in authen.de nup. Sed hæc ſol.non placet, quia in dubio non eſt eundum per ſpecialia. Item non ob. verbum, ſpecialiter, quia poteſt exponi, id eſt, expreſſè. Item non ob. ratio fauo-7 ris, quia † potius requiruntur teſtes omni exceptione maiores in teſtamentis, propter falſitates quæ in ipſis poſſunt committi. l.fina.circa medium.C.de fideicom.vbi imperator vtitur ſimilibus verbis. Et ſic neutra.ſolu.in glo.poſita videtur bona. Glo. autem tertio loco in l.omnibus. alleg.in gloſſa & l.nullus.ff.de teſti.& in l.ſi quis ita.ff.de re.di.ſentit aliam ſolu. & dicit, quòd ideo legatarius admittitur in teſtem, quia ſpecialiter & principaliter non teſtificantur in cauſa propria, licet ſic in quandam conſequentiam. Item non ſemper ſequitur, valet teſtamentum, ergo & legatum, quia legata etiam tacita voluntate poſſunt adimi.l.iij.in fi.ff.de adimen.leg. Et hanc ſolu.tenet Cyn.& videtur ſequi communis opi.pro quo facit tex.l.j.ff. de aucto.tu. Ex qua ſol.habetis notare, quòd exceptio debet eſſe certa, non 8 autem dubia, quia non probat hoc circa rem. Item † habetis limitationem ad l.omnibus.in glo. alle. quæ. loquitur vbi quis teſtificatur in cauſa propria directo, nõ autem per indirectum. 9 Ideo dixit Bald.in l.dictantibus.C.eo. quòd † ſi legatarius deponens teſtimonium, interrogatur an commodum ad ipſum pertinet, & dicat non, non propterea erit falſarius, licet cõmodum poſſit ad eum pertinere per conſequentiam, quia principaliter non pertinet. Hanc ſolu. limitat Bald. in d.l. dictantibus, quando legatarij eſſent ſcripti teſtes in teſtamento in ſcriptis, vel nuncupatiuo redacto ad publicam ſcripturam Secus ſi eſſent teſtes merè iudicarij, quia tunc non valeret eorum dictum. Et poteſt eſſe ratio huius limitationis, quia quando ſunt ſcripti, ſufficit ſi deponant illud eſſe teſtamentum teſtatoris: quando autem ſunt iudicarij, requiritur quod deponãt de qualibet parte teſtamenti, & per conſequens etiam de ſuo legato. Hæc tamen ſolu. videtur poſſe morderi, primo, quia eſt reſtringere.l.omnibus. Item regulariter valente teſtamento, valent & legata: & ideo talis exceptio non videtur eſſe dubia. Hæc ta-a mẽ ſol.vt dixi fuit cõmunis. Quarta ſol.a gl. in l.qui teſtamẽto. 10 in prin.ff.eo. † quod legatarij poſſunt adhiberi teſtes ad ſolemnizandũ teſtamentũ nõ autẽ ad probandũ. Et hanc ſol.videtur ibi tenere Beſutius, motus ratione: quia lex illa, qui teſtamẽto.eſt poſita ſub tit.de teſt.in quo tractatur de ſolẽnitate teſtamentorum, non autem probatione. Et pro hac ſolu. facit.l. teſtamentum.ff.eod.vbi videtur conſiderari tempus confectionis inſtrumenti teſtamenti, non diſpoſitionis. Nec ob. ſi quis dicat, hac ratione attenta, hæres poſſet eſſe teſtis in teſtamento: quia reſpondetur, quòd alia eſt ratio diuerſitatis inter hæredem & legatarium. Nam hæres eſt ſucceſſor iuris vniuerſalis, & inter hæredem & teſtatorem dicitur totum negocium agi.§.ſed neque infrà.eod.

ADDITIO.

a Quarta ſolu. Tu dic, & melius, quòd in d l.qui teſtamento in prin. non eſt verbum ſolenne, & ideo neceſſario eſt ilia additio Iaſ.May.

11 Item non ob. ſi quis † dicat, quomodo probabitur teſtamentum, niſi quod teſtes ſcripti debent recognoſcere ſua ſigilla, & comprobare ſuum teſtamentum? l j. in fin. & l.ſi quis ex ſignatoribus.ff. quemadmodum teſta. aperiantur, quia poteſt reſponderi tripliciter. Primò, quòd poterit aliquo caſu valere teſtamentum, quia forte venientes ab inteſtato confitebuntur teſtamẽtum, iuxta notata in l.prima C.de teſta. Vel aliter, quod tales teſtes poterunt examinari, & licet diminuatur eis fides, tamen forte duo æquiualebunt depoſitioni vnius, arg. eorum quæ notantur in l parentes.C.eod. Et hoc prodeſſet, ſi eſſent plures hæredes in teſtamento. Vel dic ſecundum Bal. quod ſuit hæres qui admiſit ipſum legatarium in teſtem depoſentem pro ſuo teſtamento l.ſi quis teſti.C. de teſti. quæ ratio non eſt generalis: quia & ſi hæres non reprobet ipſum, tamen alij poterunt ipſum reprobare, propterea quòd poteſt ab aliquo alio produci quàm ab hærede. Item quid dicemus in eod ciſis ſ..ctis ab inteſtato, vbi hæres non habet neceſſe vti teſtimonio ipſius legatarij? & hoc motiuum ſentit Bal.in d l.teſtamento.contra ſe. vnde hæc ſolu.non videtur tolerabilis. Vnde Ioan.Andr. quem ſequitur But.in c.ſemper, extrà de teſti ſentit alia ſolu. & ſic diſtinxit. Aut legatarius poteſt conſequi legatum alia via quàm per viam teſtamenti, & admittitur in teſtem, & ita loquatur.§. noſter. Aut alia via non poteſt conſequi, & non admittitur, per d.l. omnibus Hæc ſolut. mordetur hac ratione: quia videtur idem dicendum in hæredẽ: quia aut hæres ſcriptus poteſt alio modo conſequi hæreditatem &c. Et tamen indiſtinctè hæres prohibetur à teſtificando in teſtamento, Niſi dixeritis, vt dicebam quod alia ratio eſt in ipſo hærede, quia totum negocium dicitur agi inter hæredem & teſtatorem d.cto.§. ſed neque. ſuprà eod. Barto. autem in lege, omnibus. dicit aliter, & dicit hoc contingere propter multitudinem teſtium: quia requiruntur. vij teſtes in teſtamento, ideo multitudo habet ſupplere talem defectum in legatario. Vnde ipſe intulit notandum, quòd collegatarij non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, vbi tantum eſſent duo teſtes, ſicut eſſent in teſtamento facto inter liberos. l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C.eo. In fi.glo. habetis quod 12 † ſocius non poteſt eſſe teſtis a in cauſa ſoci quando ex tali reſtimonio poteſt lucrum peruenire ad ſocium teſtificantem. E-a contra verò poteſt, ſi fortè teſtificaretur in alia cauſa quæ non 13 eſſet in cauſa ſocietatis, iuribus ſuprà alleg. † No. nunquid b amicus b pro amico poſsit eſſe teſtis. Gloſ. in.l.ſciendum. de regul.iur. tenet quod ſic: quam tenet Bald. allegans rationem: quia verus amicus non vult pro amico niſi ea quæ ſunt bona & æqua, & ſi eſſet talis amicus qui eſt in.l. latæ. §.amicos. de ver.ſigni. ſed deponere falſum pro amico non eſt bonum neque honeſtum eſt, ergo non eſt veriſimile quod deponat falſa, facit l.qui filiam.in princi.de hæredi.inſti. Glo. autem no. in §. cogitan.in auth.de mona. dicit, quòd ratione amicitiæ diminuitur ei fides, & illam gloſ.ſequitur. Ang. nihil vltra dicens. Doc. autem in l.eos.C. de teſti. dicunt conſiderari qualitatem 14 perſonarum & cauſas amicitiæ, verum iuſtæ vel iniuſtæ, † Nam vera amicitia non poteſt conſiſtere niſi inter bonos, vt ſcribitur apud Cicero. Facit tex.in l.latæ.in. §.amicos. ff.de verb. ſigni. in.fi.

ADDITIONES.

a Socius non poteſt eſſe teſtis. Adde gloſ. in. l. quoniam liberi. C.de teſtimonio & ibi Bal & Ang.in.l.ſi.duo rei.in prin.ff. ſi quis cau. Spec. & ibi.Io. And.in addi.intit.de teſte.in §.primo.verſiculo. ſed nunquid ſocius.

b Nunquid amicus. † An ſocius pro ſocio ſeu amicus pro amico poſſunt eſſe teſtes vel ne. vide de hoc plenè per canoniſtas in.c.inſuper extrà de teſtimonio. & ibi etiam an venditor poſsit eſſe teſtis in cauſa rei venditæ, & de alijs. vide etiam no. per Anton. de But.in c.cum à nobis.in.glo.fin.extrà de teſti.vbi plenè hoc examinatur.Iaſ May. An amicus pro amico poſsit eſſe teſtis adde. Ant. de But in c.quoties in ij.col.de teſtibus.

1 ¶ Teſtamentum in qualibet materia ſcribi poteſt.
2 Raſuræ vitium qualiter noceat.
3 Scripturæ antiquæ chronicorum creditur.
4 Inſtrumenta plura in eodem facto confici, utile eſt.
5 Tabelio qui plura inſtrumenta falſa de eodem facto confecit.

ſcrib

semel tantum in crimen falsi incidisse dicitur.

6 *In dubio minus legatum attenditur.*

7 *Testator qui de suo testamento plura instrumenta confecit, si unum ex his cancellauit, non dicitur uoluntatem suam reuocasse.*

8 *Plurium testamenta an possint in una charta scribi.*

9 *Testamentorum aliud in scriptis, aliud nuncupatiuum in quo non requiritur aliqua scriptura, sed necessaria in eo habes hic.*

10 *Testamentum nuncupatiuum, à notario in publicam scripturam redactum, non propter ea dicitur testamentum in scriptis.*

11 *Testamentum nuncupatiuum probari potest per instrumentum tabellionis. & num. 12.*

12 *Testamenti solennitas per duos testes probatur.*

13 *Ex testamento nuncupatiuo de iure prætorio datur utilis bonorum possessio secundum nuncupationem, sicut in testamento in scriptis datur bonorum possessio secundum tabulas.*

14 *Plura instrumenta a primo notario rogato extracta, dicuntur originalia & plenè probant sicut primum.*

15 *Tabellio sæpius extrahens unum instrumentũ, debet in secundo uel tertio instrumento ponere, quod illud extrahit, quia forte primum fuit deperditum, uel uetustate consumptum.*

16 *Testes duo non rogati sufficiunt, in testamento militis in bello morientis.*

17 *Testes in testamentis debent esse rogati. in codicillis uerò sufficit quod sint fortuiti. & num. 8.*

18 *Testes in dubio præsumuntur rogati à testatore, & num. 20.*

19 *Regulariter non est necesse testes rogare, nisi in quibusdam casibus.*

21 *Testes an præsumantur rogati per uerba instrumento posita, præsentibus talibus testibus.*

22 *Tabellio utrum præsumatur rogatus.*

23 *Stante statuto quod d. quolibet instrumento soluatur gabella, una tantum gabella debet solui licet plura exempla fiant.*

§. NIHIL. Testamentũ fieri potest in charta, mẽbrana, vel in qualibet alia materia. Et de vno & eodem testamento possunt confici plura instrumenta. Et in testamento nuncupatiuo sufficit testatorem palam voluntatem suam nuncupare coram
1 septem testibus ad hoc adhibitis & rogatis. h. d. Not. † testamentum scribi posse in chartis, membranis, & in quacunque alia materia indifferenter, Sed an possit scribi in charta abbrasa Gloss. ordi. in l. chartæ, de bo. pos. secundum tab. dixit quòd sic: cui assignatur contrarium. d. l. fin. C. de edic. diui Adri. tol. Soluite vt ibi, vbi est facilius so. hodie enim tabelliones dum creantur, iurãt se non confecturos instrumenta in chartis abra
2 sis ·a & hoc est tutius vt euitetur suspitio falsitatis.

ADDITIO.

a Chartis abbrasis. † Qualiter autem vitium rasuræ noceat vel ne, vide in d. l. fi. C. de edi. diui. Adri. tol an autem possit publicari de voluntate patrũ in tabulis lapideis, vide Bar. in d. l. certe. &] inferius q̃ creditur ano quæ scripturæ chronicorum. Dic vt per Bar. in l. j. ff. si cer. pet. Ias. May.

4 Not. quod † est vtile, vt de eodem facto plura conficiantur instrumenta, nec tamen plur. litas scripturum facit pluralitatem factorum, imo tantum remanebit idem factum. facit l.
5 vnum. vbi est similis casus. ff. eod. Ex quo † dixit Baldus. quod si tabellio plura instrumenta confecerit falsa de eodem facto, non tamen dicitur incidisse nisi semel in crimen falsi. Idem dicit ipse, quòd si testis idem plures super vno & eodem articulo falsu fuerit testificatus, quod tantum semel erit falsarius. &
6 hoc operatur identitas ipsius negotij. † Quid autem si in vno instrumento reperiatur scriptum legatum de centum factum Sempronio, in alio autem legatum factum eidem de quinquaginta? Dicite, quòd attendatur legatum minoris summæ. & hoc fauore ipsius hæredis. Iste est casus no. in l. Sempronius
7 proculo. ff. de lega. ij. & ibi Bar. & Bal. † Quid si testator qui de suo testamento plura confici voluit instrumenta, vnum ex his autem cancellauerit, nunquid per hoc videatur reuocare voluntatem suam Dicite singulariter in dubio quod non, nisi apertissimè declarauerit voluntatem suam. iste est casus sing. in
8 l. ti. ff. de his quæ in test. delen. † Nunquid in vna & eadem charta confici possint instrumenta testamentorum plurium personarum, ab eodem tabellione, cum eisdem testibus, cum eisdem sigillis & subscriptionibus, tet git Bal. in d. l. vnum. & deter-
9 minauit quod sic. Item no. ibi, sed hæc quidem, † duplex esse testamentum, vnum quod in scriptis appellatur, & de hoc suprà latissimè vidistis. Aliud est nuncupatiuum, in quo non requiritur alia scriptura. ideo appellatur nuncupatiuum, quia per nucupationem, id est expræssionem viuæ vocis fit. l. hac consul
a tissima. §. per nuncupationem. a C. eo. ti. in quo testamento necessario requiritur quod adhibeantur. vij. testes ad hoc vocati, non autem fortuiti, qui audiant vocem testatoris, vt in §. per nuncupatione. Hinc est sumpta practica tabellionum dicentium. Talis volens condere testamentum nuncupatiuum, id est per nuncupationem & sine script s postea subijciunt. præsentibus talibus testibus ad hoc adhibitis & rogatis. Istud ta-
10 men no. quòd † licet testamentum redigatur in publicam scripturam à tabellione, non tamen dicitur testamentum in scriptis. Ratio, quia de substantia ipsius non fuit necessaria, imo facta est scriptura ad maiorem comprobationem, ar. in l. contrahitur. ff. de pig. Et ita vult no. glo. in d. §. per nuncupationem.
11 † Nunquid autem tale testamentum possit probari per instru-
b mentum b tabellionis, longa fuit quæstio sed communis opi. determinauit quòd sic, de qua plenè in l. hæredes palam §. j. ti. eod. & l. fi. C. de fideicommiss.

ADDITIONES.

a Per nuncupationem. Quid si testator non nuncupet heredem sed respondeat quod sic, notario nuncupanti. Belionus. en. consi. lxxij. nu. 7.

b Per instrumentum. † An testamentum nuncupatiuum possit
12 probari sola scriptura tabellionis vel ne? Dic quòd si est quæstio solennitatis, puta aduersarius fatetur testatorem fecisse testamentum, sed non solennè, tunc per duos testes poterit probari solennitas sed si est volũtatis, vt quia aduersarius negaret illũ cõfecisse testamentũ nõ potest. ita intelligitur alia opi & l. hæredes palã. in prin. vbi glo. Ias. May.

13 Item no. quòd † ex tali testamento nuncupatiuo de iure prætorio datur vtilis bonorum possessio secundum nuncupa-
a tionem a sicut ex testamento in scriptis datur bonorum possessio secundum tab. casus est in l. ij. C. de bo. pos. ti. generali. In fi
14 glo. in verb. codic bus. Not. hanc glo. † quod omnia illa instrumenta, etiam si essent viginti, que conficit ille tabellio qui primo rogauit instrumentum, dicuntur omnia originalia & principalia, & plenè probant sicut primum testamentum absque alia authenticatione. Secus si per diuersos tabelliones facta fuerint, & ita voluit Bar. & Bald. no. in d. l. Sempronius proculo. Adite tamen singulare not. Ange. in auth. de hære. & fal. in §. j.
15 quòd † tabellio extrahens sepius vnum instrumentum, sit cautus ponere hanc clausulam in secundo vel tertio instrumento, quòd extrahat illud instrumentum ad hoc quia forte primum fuit deperditum, vel vetustate neglectum: aliàs posset sequi scandalum, quòd debitor qui haberet duo instrumenta, quibus probatur se soluisse, posset dicere se bis soluisse, & ita repetere vnam & eandem solutionem: quod scandalum euitabitur, si tabellio inseruerit clausulam de qua suprà. & videte ad prædicta tex. iũcta gl. in gl. in l. ne casu. C. de fide. & vsur. l. b. xi. & per gl. in d. authen. de hær. & fal. In glo. test bus ibi, milites. dicite gl. esse veram, quod in testamento militis morientis in bello, non
16 requiritur † testis rogatus ad solennitatem sed saltem requiruntur duo dicentes illud esse testamentum militis. & sic quo ad probationem facit. l. Lucius & l. diuus Traianus. ff. de mili. te. de quo in l. milites. in gl. alleg. In fi. glo. in ver. adhibitis. colligitis, † testes in testamentis debere esse rogatos. b secus in codi
17 cillis, Et hoc est not. quia in illis requiruntur quinque testes nõ
b rogati, sed sufficit quòd sint fortuiti. l. fi. C. de codi.

ADDITIONES.

a Nuncupationem. Vide Bello. in tract. rub. C qui admit. nu. 12.

b Rogatos. † Adde inquãtũ dicitur testes debere esse rogatos, cõcor. l.
18 hac consultissima. & l. hæredes palã. §. in testamentis. ff. eo. Et debent esse vocati ad actũ testandi. non autẽ aduẽtitij ob aliam causam. Ideo debet notarius dicere, Testibus ad hoc vocatis ab ipso testatore. Si autem notarius dicat testes rogatos, nec dicat à quibus, præsumitur à testatore per Bar. in l. j. ff. de ver. ob. & in l. j. ff. de hær. inst. & in d. §. in testamentis. An testis in dubio præsumatur rogatus vel ne, v de aliud in simili an solẽnitas præsumatur in c. albericus. de test. & attest. Ias. May. [Testes in testamẽtis debere esse rogatos. Adde Ant. de Butr. in c. iudicãte de testa. Alex. de Imo. consi. xxxiij. inci. ponderatis verbis vltimi. testamenti. in iij. volumi idem Alexandr. consil. xlvij. inci. abunde. in ij. vol. Bar. cõs. aliij. inci. clementissimum Deum in ij. col in iij vo.]

6 Concluditur tamen breuiter, quia † non est necesse testes esse rogatos. l. ad fidem. ff. de testi. Fallit in tribus casibus. Primus est hic, scilicet in testamentis. Secundus in diuortio, hoc est separatione matrimonij. l. nullum. de diuor. & repu. Tertius est in probanda solutione vel confessione debiti contracti per instrumentum. l. testium. cum sua authen. rogati. Restat videre, 20 nunquid in dubio testes præsumãtur esse rogati. Circa quod dicite breuiter, quòd si tabellio dicat in instrumento testamenti, testibus adhibitis & rogatis, creditur in hoc tabellioni quod sint rogati. ar. eius quod no. glo. in l. ij. C. de fi. instru. & iure hastæ fi. lib. x. Item si tabellio solum dixisset, testibus adhibitis: nam per hoc verbum, adhibitis, creditur quod sint rogati. ita dicit no. glo. in d. l. num. & probatur. d. opi. glo. vt hic. & in d. l. hæredes palam. §. pe. & in l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Ma- 21 ce. & voluit Bar. in l. ij. §. omnis. ff. vi bo. rap. † Quid autem si tabellio dixerit, præsentibus testibus talibus & c. nunquid præsumantur rogati. Dy. in l. sciendum. ff. de verb. obli. dicit quod non: & videtur probari eius opi. quia illa est solennitas extrinseca, quæ non præsumitur. l. quæcunque. §. fi. de pub. Bart. hoc modo distinguitur. Aut testes subscripserunt, & præsumuntur rogati: Aut nihil fecerunt, & non præsumitur. arg. quo suprà. Et potest esse ratio huius distinctionis, quia testator faciendo testes se subscribere, videtur eos tacitè rogare. ar. eorum quæ no. in l. fi. de pigno. acti. facit l. qui patitur. ff. man. Item non est verisimile quod debeant se ingerere negotijs alienis nisi fuerint rogati. Besutius fuit in opi. quod eo ipso, quod testator patitur tabellionem nominare illos testes, videtur illos tacitè rogare, maximè quia videtur voluisse facere omnia solennia. argu. in l. iij. ff. de mili. test. contra quam opi. sentit dominus Christ. in l. j. de 22 eden. sequens diffinitionem Bal. † Nunquid autem tabellio a præsumitur rogatus a. Inn. quod non in c. cum P. tabellio extra de fide. instru. Glo. autem in authen. de tabel. §. nos. autem, sentit oppositum, quod imò præsumitur rogatus: pro qua facit ratio quam statim dixi, quia non est verisimile &c. de his tamen omnibus dic, vt not. per Bart. in l. sciendum. ff. de verbo. b oblig. vbi propriè cadit ista materia. b Ioan. Christof. Portius.

ADDITIONES.

a Tabellio præsumitur rogatus. Adde an creditur notario asserenti se fuisse rogatum, de quodam instrumento, vide per Carb. cons. xxxviij. inci. omnipotentem Deum. in prin. in iiij. volo.

b Materia † Quid si statutum dicit, quod de quolibet contractu solua- 23 tur tanta gabella. Item de quolibet instrumento publico, an pro istis exemplis debeat tantum solui: dic quod non, quia accipitur testamentum pro vltima sententia, quæ est vna sola. & sic tãtum pro vno instrumento debet solui. licet tabellioni pro pluribus copijs soluatur de quo per Bar. in l. j. ff. de testamentis. Quid si testator dicat, volo quod hæres meus soluat tale quid talibus personis, in tali lista penes talem existentem discrepus an dicitur hæredem obligare (Vide Barto. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstra. Ias. May.

De testamentis militum. Rub.

1 ☞ Iuramenti præstandi à milite forma.
2 Scholaris non matriculatus non gaudet priuilegio scholarium vniuersitatis.
3 Miles non matriculatus, priuilegijs militum non gaudet,
4 Tabelliões nõ matriculati non possunt exercere officium tabellionatus,
5 Scholares non obedientes Rectori, possunt matricula priuari.
6 Priuilegia militibus concessa. an procedant in militibus nostri temporis.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de testamentis in genere, verum quia testamenta militum sunt exceptata à regulis iuris communis & priuilegiata, ideo merito de his separatim videndum erat. argu. in apud Labeonem §. hoc edictum. ff. de iniur. Ideo specialiter subijcit titulum a specialem de mili. test. a Glo. rubricæ diuiditur in duas partes. In prima ponit, quis sit siue dicatur miles. In secunda, vnde dicatur miles. Secunda ibi, (item miles dictus est.) Ibi, qui iurat 1 à signis non recedere: † Adde, & iurat per genium principis, &c. per Deum omnipotentem non vitare mortem pro republica, vt voluit glo. in d. l. pe. ff. ex qui. cau. mo. Ibi id matricula, col- 2 ligitur, † quod scholares qui non sunt matriculati b non debent b gaudere priuilegio scholarũ vniuersitatis, † sicut nec miles suis 3 priuilegijs c. ita voluit glo. in l. eos. C. de offi. mag. mi. † Nec etiã 4 qui non sunt in matricula tabellionũ, non possunt etiam ex- c ercere officium tanquam tabelliones, imo habentur loco priuatæ personæ, ita voluit Bald. in l. ex cod. ff. eod. Et alibi dicit 5 Bald. in l. j. C. de iur. om. iudi. quod † scholares contumaces cõtra Rectorem & inobedientes, possunt legitime priuari. de matricula, & sic priuari priuilegijs vniuersitatis. Ibi, sunt & alia necessaria, quorum duo examinantur hic, alia quatuor ponuntur in d. l. pe. Primum, quod examinetur: Secundum, quod ensis ei cingatur: Tertium, quod non sit negotiator: Quartum, 6 quòd stigmata brachij imponantur. Quid † autem sit militibus nostri temporis, qui omnes sunt mercatores, vtrum gaudeant huiusmodi priuilegijs? Dicite vt per Cyn. in l. cui stipendia. C. de procu. & alibi Bal. in l. testamento. C. eodem. Et de his posset dici vt dicit glo. in l. j. ff. de bon. possess. ex testamento militis, militat in syluis. &c.

ADDITIONES.

De militari testamento. Et si opponeres. quod hic in institutionibus est peruersus ordo, qui ponitur in C. vbi prius ponitur de testamento militari, quam de testamentis. Potes dicere, quod hic liber institutionum est factus ad eruditionem rudium: & seruato ordine docendi, qui debet esse vt prius ponatur regula, & postea exceptio. nimirum ergo si prius hic fuit positus titulus de testamentis, qui titulus est regularis apud omnes, & postea hic titulus de testamentis militum, vbi est exceptio. In C. autem Imperator habuit alium respectum. quia à dignioribus est inchoandum, & testamenta militum sunt digniora, tanquam magis priuilegiata, nimirum si in C. ab eis fuit inchoatũ. vt dicit glo. in rub. C. de testa. mili. Et si dicis, cum à dignioribus sit inchoandum, ergo hic prius erat præmittendus titulus de testamento militum Respondeo fatendo, nisi propter eruditionem rudium alius ordo conseruetur. vt hic. Cogita, quia hoc nullus ponit, sed à mea cognitione prouenit, sctu instutiões legẽs in Gymnasio Papiensi. Ias. M.

b Scholares qui non sunt matriculati. Adde. Ant. de But. & Abb. in c. j. de fi. instrumen. & Abb. in c. venerabilis. de excepti. Et quid esti de matriculato qui stetit absens per quinquennium an gaudeat priuilegio. vide in l. i. & ibi Doc. C. de priuileg. lib. xij.

c Nec miles suis priuilegijs. Adde glo. in c. quidam, extra de pr. ui.

1 ☞ Priuilegium militare in quibus uersetur quantum ad testamenti factionem, & qui sunt illi milites qui hoc priuilegium habent. & num. 3. & 4.
2 Militibus propter legum imperitiam fauetur.
5 Doctor legum militi præfertur.
6 Miles amissa sua relinquere & donare potest secus paganus.
7 Miles domi existens, non habet priuilegium militare.
8 Verbum Ritè, denotat solennitatem: Rectè uerò Iustitiam.
9 Voluntas militis quoquomodo scripta sit, est firma & rata habenda.
10 Verba quoquomodo, impetrant liberum arbitrium.
11 Habens libertatem procedendi quoquomodo, non potest præferre iniquum æquo, nec iura alicuius tertij auferre potest. neque cum malitia. num. 13. & 15.
12 Iudex habens liberum arbitrium, non potest procedere parte non citata.
14 Iure diuino & gentium in ore duorum uel trium stat omne uerbum
19 Exceptio nullitatis opponi potest contra instrumentum. licet extet statutum, quò contra instrumentum nulla possit exceptio opponi.
17 Villa non tenetur ad resarciendum damnum de robati, nisi primò probatum sit damnum.
18 Mutus & surdus miles, potest facere testamentum.
19 Miles per notas & literas, & alia signa, testamentum condere potest.
20 Testes præsentes testamento, debent audire uocem testatoris, illumquam per faciem uidere, nec sufficere si cortina esset in medio.
21 Testis testamentarius interrogatus de testamenti tenore & quomodo sciat, qualiter deponere habeat.
22 Clerici absentes causa studiorum, non possunt oblationes aut mortuaria percipere.
23 Absens causa studiorum habetur pro præsente quo ad sui commodum.
24 Regula, cessante causa cessat effectus, quomodo intelligatur. & numero 25.
26 Filiusfamilias miles potest testari in militia, non seruata iuris communis solennitate.
27 Armorum facta gerens, uel existens in actu armigeri. non nondum miles creatus, non potest iure militari testamentum conficere.

testamentum

28 Testamentum quomodo epydimiæ tempore sit condendum.
29 Pactum quo quis promisit se aliquem heredem instituturum non ualet.

SVPRA. Iste tex. diuiditur in quatuor. Nam in prima ponit imperator causam & originem priuilegij militum. In secunda ponit formam priuilegij. In tertia illud limitando declarat. In quarta illud restringit. Secũda ibi, (nam quamuis.) Tertia ibi, (plane.) Quarta ibi,)sed hactenus.) Hoc dicit: Milites in expeditione existentes possunt testari quomodo velint, & quocunque modo possunt, nulla solennitate iuris ciuilis, seruata dummodo probetur testamentum suum saltem duobus testibus adhibitis. Et miles mutus & surdus possunt testari in causa castrensis
a peculij. a

ADDITIO.

& testamentum conditum à milite in castris iure militari, post missionem infrà annum valet, etiam si conditio ascripta hæredi post annum extiterit. hoc secundo. Et testamentum minus solenniter factum ante militiam potest a facto milite confirmari, si de eius voluntate appareat. Et idem si post testamentum miles sit minimam capitis diminutionem passus. hoc tertio. Ex quasi castrensibus potest filiusfamiliâs facere testamentum secundum ius. & hoc dicit quarto & vltimo. Ias.
2 May. †Item not. quod filiusfamilias miles potest testari & si est in expeditione militari, testabitur etiam sine solennitate iuris communis. si est remissus in patriam, testabitur in castrẽsibus. dummodo habeat solennitatem iuris communis, vt hic. & hoc vltimo casu eius testamentum subiacet querelæ. vt auth. causa. C. de lib. præteri. & ibi Bar. primo casu non, vt no. Bar. in l. fi. C. de inoff. testamento. aliàs autem, nisi miles, & extra castrense peculium, filiusfamiliâs est. In aduentitijs de consensu patris non potest testari. l. pe. C. qui testa. fa. pos. nisi ad pias causas, vt vult glo. & Bar. in l. j. C. de sacrosan. eccle. &c. Ias. May.

1 Not. primo, † causam & originem priuilegij militium, quæ causa principaliter fundatur in imperitia legum. probatur hic & in l. ti. post princ. C. de iure delib. & in l. j. C. de iuris & fa. igno. Not. in ver. nam quamuis. iuncto ver. sed & testari. & iuncto ver. quinimo. † tale priuilegium militum circa duo versari.
3 Primò, circa solennitatem iuris ciuilis, quam milites non tenentur seruare: & circa habilitatem ipsius testatoris. Secundò, quia mutus & surdus testari possunt. Addite alia duo circa quæ versatur priuilegium militum. Primum circa personam hæredis aut legatarii. Nam talis hæres qui non posset institui à pagano, puta deportatus. l. j. cum materia. C. de hære. insti. poterit institui à milite. l. j. ff. eod. Item miles potest substituere pupillariter emancipato. itẽ extraneo. l. miles ita. §. j ff. e. quod nõ posset paganus. l. ij. in prin. de vul. & pu. eũ ibi no. Secũdũ est, circa dispositionẽ ipsius vltimæ voluntatis. Nam miles potest instituere in certa parte & decedere pro parte intestatus, si hoc cõstet. Itẽ potest instituere ex certo tempore, & ad certum tempus. d. l. si miles ita in prin. & l. si miles vnum ex fundo. ff. de mil. tes. quod non potest paganus. l. hæreditas de hære. institu. Item in testamento militis non attenditur nisi tempus mortis. l. neque aliud §. si seruum. ff. eod. sed in testamentis aliorum tria tempora attenduntur. l. si alienum. §. j. ff. de hæredi. insti. §. in extraneis. infrà de hære. qual. & d. f. & de his priuilegijs dicite vt plenius per
a Bar. in d. l. neque. a

ADDITIO.

a In d. l. neque. Adde. † quod illi milites propriè habent hæc priui-
4 legia. qui habent requisita posita in l. j. C. de iur. & fac. igno. Et ea quæ dicũtur de milite armatæ militiæ, multo magis de milite cœlestis militiæ. qui ei equiparatur, iuxta ea quæ notãtur in l. miles. ff. de re iudic.
5 † An autem Doctor præferatur militi? Dic quod in actu militari præfertur miles, & econtra. l. miles. C. de offi. mili. Simile dicitur de Imperatore & Papa. in Can. cum ad verum. xxvj. dis. & hoc disputauit D. Signorol. de Homodeis. Ias. May. An autem Doctor præferatur militi. Adde Ang. in l. tribunus. ff. de re milita. quod tempore guerræ sunt magis honorandi milites: sed tempore pacis Doctores. Adde quod Doctor sit præferendus militi, quod hoc idem voluit. Signo. de Homodeis in consi. xxiij. incip. est quæstio. qui latissimè disputat. Bal. in proœmiorum. in vl. q. & ibi Hier. Cagn. nume. 107. Bal. in l. constitutum. ff. de test. milit. Io. de Ana. & Abb. Pan. in c. quanto de magi. And. Barba. in c. ex transmissa. col. ij. de foro competen. in c. cum clẽs. col. ij. de restib. & in proœ. clemen. col. pe. in princ. Iacob. Aluaro. in c. j. in princ. col. vij. ver. quis autem debeat præcedere. in ti. quis dicatur Dux. vel marchio. in vsi. feud. Barth. Cepol. in tract. de mili. Imper. eligen. col. pen. Alex. in l. Centurio. col. si. ver. octauo pro hoc facit. ff. de vulg. & pupilla. Peli. in rub. de maiori. & obedien. col. ii. vers. Doctor precedit militem. philip. deci. in c. cleri. col. fi. in princi. de iud. & in l. cum quid in ii. lectu. colum. viij. vers. an autem Docto. ff. si cer. pe. Lancel. in tract. suosti. in matc. substi. in materia compendiosæ nume, 12. Nico. Boet. in tracta. de auctori. magni consilii. num. 93. An. Alc a. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupilla. Bernardi. Scodobi. in auth. habita. in §. omnibus. num. 23 C. ne fi. li pro pat. & præclarissimus D. Io. Bapt. de plotis. in consi. incipi. Malsicus. D. Franciscus Maria de ploos. num. 11. quod cito dabitur impræssioni in j. vo. consiliorum matrimonialium diuersorum Doctorum. Io. Ba. Ziletus.

6 An autem miles sit priuilegiatus in hoc vt possit relinquere † amasiæ suæ & ei donare? Dic quod non. l. miles. §. mulier. ff. eod. secus in pagano, qui potest dona. l. donationes. ff. de dona. Ias. May. Adde l. ii. C. de donat. inter vir. & vx. Cardi. Zaba. in c. j. in v. no. de cleri. egrotan. Ricar. Malum. in sua disputatione. Adde Quod potest miles donare concubinæ meritorum grat a Bal. in consi. cclxii. incip. re colo me consuluisse. col. j. in primo vol. quod repetitum habetur in consi. cccclvj. v. volu. & citatur per præclarissimum D. And. Tiraquel. in l. si vnquam. in ver. donatione largitus. num. 24. C. de reuocan. dona. Ziletus.

Item no. quod huiusmodi priuilegium datur tantum militi
7 in expeditione: † aliàs autem si esset domi, non gauderet huiusmodi priuilegio, tanquam causa cessante. l. generaliter. C. de epi. & cle. & infrà videbimus. Nota. in ver. nanque ius in verbo Rectè, quod miles qui testatur circa solennitatem iuris ciui-
8 lis, dicitur testari rectè non ritè. Et est ratio: quia † verbum Ri-
a te, a denotat solennitatem: verbum autem Rectè, denotat iustitiam, & necessitatem. glo. est no. in l. non putauit. §. non quamuis. ff. de bono. pos. contra tab. Item no. in verb. quoquomodo.
9 quod † voluntas militis quouismodo sit scripta, est habenda ra-
10 ta & firma. Ex hoc verbo colligitis, † quod ista verba, quoquomodo, important liberum arbitrium. l. j. ff. eod. & l. milites. C.
11 eo. vbi dicit no. Bal. † quod si fuerit data potestas alicui vt faciat quoquomodo velit, nõ tamẽ poterit præferre iniquum æquo quia non dicitur sibi data facultas per hæc verba contra ius gentium & naturalem æquitatem: sed bene poterit omittere
b solennitates iuris ciuilis, & procedere b die feriata & non feriata, vt voluit clarius Bar. in l. filiusfa. ff. de dona. vbi casus. faciunt quæ no. idem Bar. in constitu. ad reprimen. x. col. super illis verbis, summarie, de plano, sine strepitu.

ADDITIONES.

a Verbum Ritè. de his dictionibus Ritè, & Rectè, vide scripta per præclarissimum D. And. Tiraquel. in l. si vnquam. in prefatione, num. 33. & 35. C. de reuocan donatio. Io. Bap. Ziletus Venetus.
b Procedere. † Non. tamẽ potest procedere parte nõ citata, quia illud
12 est iuris gentium, quia Deus citauit Adam, dicendo, Adam vbi es? cle. sæpe. & ibi glo. de ver. signifi. & habetur in clem. pastoralis. de sententia & re iudi. Ias. May.

13 Item † hæc verba non possunt auferre iura alicuius tertij. facit. l. impuberi. vbi est bonus tex. ad materiam nostram. ff. de administ. tut. l. si filius. ff. eodem. cum si. facit. l. qui milites ita. in §. pe. ff. eodem. Item no. in §. plane. ibi, quoquomodo, quod licet sit data facultas militi quomodo velit testari, non tamen intelligitur sibi remissa solennitas iuris gentium, quin teneatur testari præ-
14 sentibus duobus testibus: nam † iure diuino & gẽtiũ, in ore duorũ vel trium consistit omne verbum. c. in nomine Domini extra de testi. c. nouit. de iudi. cum simili. Idem posset dici in testamẽto ad pias causas. vt no. in l. j. C. de sacrosanc. eccle. & ibi Bart.
15 † Item addite vnum ad ea quæ proximè dixi, quòd ille cui data est facultas faciendi quoquo modo velit & auferendi de iure tertij, nunquam tamen intelligitur sibi data licentia & procedat cum dolo & malitia. i. te est tex. quo nullus est melior in iure, in l. creditor. §. Lucius. ff. man. & videte Cyn. in l. si ea. de do. promis. Item no. in ver. illud priuilegium. quod licet sit datum tale priuilegium militibus, requiritur tamen necessario vt probetur illud esse suum testamentum. Ex quo infertur nota. ad
16 quæstionem, † Statuto cauetur, quod contra instrumentum nulla possit opponi exceptio: certe poterit opponi exceptio nullitatis, & requiritur illud instrumentum esse validum & verum, quia aliàs propriè non posset vocari instrumentum glo. est no. in cle. j. extra de sequs. pos. faciunt quæ no. Bald. in l. ij. §. condemnatum. de re iudic. & Baldus. in l. sane. §. final. ff. de execu. tut. & in l. non putauit. §. non quæuis. de. bono. possess.
17 contra tabul. † Item facit ad quæstionem. Statuto cauetur

quod villa teneatur emandare dānum[a] alicuius derobati, certe villa non tenebitur, nisi primò probatum fuerit damnum. Sicut nec testamentum militis gaudet priuilegio nisi fuerit primo probatum illud esset testamentum militis. facit l. diuus. & l. Lucius. & ibi per Bar. ff. eodem. Item no. ibi, relinquo bo ar, verbum, relinquo, posse adaptari ad institutionem hæredis, faciunt quæ habentur in l. his verbis. ff. de hære. institut. Finali-

18 ter no. † mutum & surdum militem posse facere testamentum. concor. l. iure mili. ff. eod. quod verum intelligite iure militari, secundum communem opi. quantumcunque sit mutus & surdus à natura: quod videtur mirabile. Nam si est mutus & surdus, non videtur possibile quod intelligat quod agit, cum nūquam aliquid audiuerit nec loqui potuerit. De pagano autem muto & surdo, vtrum possit facere testamentum, videbitis infrà titulo, primo. in §. item mutus & surdus habetur in l. discre

b ti. [b] C. qui test. fa. pos.

ADDITIO.

a Villa tenetur emandare damnum. Adde Bar. in l. omnibus. in §. si. Titio. ff. de leg. j. Bar. in l. si quando. C. Vnde vi. Io. Ant. in regu. non debet quis de reg. iur. lib. vj. in mercuria.

b L. discretus. Et tenet Cyn. & D. Alex. in d. l. discretis. quam etiā tenet glo. hic. Sed aduerte, quia propter absurdum quod sequitur ex isto intellectu, quem iste hic ponit, & ante eum Io. Fa. hic, ego non teneo istam opinionem. sed puto quod melior sit intellectus ad istum text. Et præmitto quod tex. dum loquitur de muto & surdo, potest intelligi diuersimodè, prout suadet constructio: quia si loqueretur de muto & surdo simul, dixisset in singulari milite. & ita videtur prima facie sonare litera, scilicet quòd diuersimodè intelligitur. Sed quòd illud non possit stare ostendo clare. quia si loqueretur in surdo tantum, & sic diuisim, non esset aliquod speciale in milite, quia etiam paganus surdus tantum, siue sit ex accidenti, siue etiam à natura, potest facere testamētum, vt dicit tex. in l. discretis. C. qui test. fa. pos. Intelligitur ergò text. de necessitate in surdo & muto simul. tunc ego intelligo quod loquitur in surdo & muto simul non à natura, sed ex accidenti, vt cesset absurditas de qua hic. Et si dicis, in quo erit priuilegium militis? Respondeo, in hoc, quia in pagano mutus & surdus simul ex accidenti, ita demum potest facere testamentum, si sciat scribere. sed miles etiam si nō sciat scribere, per generalitatē huius tex. & ratio diuersitatis est, quod

19 † miles possit facere testamentum per notas. & ziferas, & consequenter per signa. l. Lucius in prin. ff. eodem. quod non posset paganus. Istū tamen tex. quod loquatur in muto & surdo simul, intelligit gloss. in §. fi. in verbo vt certis. infrà titulo. primo. Ias. May.

20 Non omitto vobis vnum † quod testes qui sunt præsentes testamento, debent audire vocem testatoris: quinimo plus debent Videre per faciem ipsum, nec sufficeret si cortina esset in medio licet gloss. quæ non est alibi senserit contrarium in l. ij. §. item labeo. ff. de à qua plu. ar. Sed communiter reprobatur per l. si vnus. C. de testa. Ex quibus dicit Bald. in l. diuus. ff. eo-

21 dem. † quod si testis testamentarius interrogatus de tenore testamenti, & quomodo sciat, dicat, scio, quia vidi, non probabit testamentum eius. debet enim dicere, quia ego audiui vocem testatoris, scio debet enim dicta testium correspondere suis proprijs sensibus corporeis. l. qui testamento. §. finali. ff. de testa. & plenè in l. testium & in c. cum causam el grande. extra de testi. Vbi dicunt Docto. quod visus est sensus generalis ad omnes alios sensus: vnde omnes testes possent testificari & dicere, ergo scio, quia vidi: & interpretatur ille visus pro congruenti alio sensu corporeo: & Bald. in d. l. diuus. dixit se vidisse seruari contrarium de facto. In gloss. adiuuatur. ibi, clerico cessante. Hoc verum, nisi essent ab ecclesia sine licentia sui prælati ex legitima causa, puta studiorum. c. relatum. extrà de cle. non

22 resi. quo tamen casu, † licet isti clerici absint causa studiorum, non poterunt tamen percipere oblationes siue mortuaria. c. de cetero. extra de cle. non resi. & c. primo. eod. ti. in vj. & tangitur alibi per Docto. in l. sub prætextu. C. de sa. san. eccle. Nota.

23 tamen quod † scholares absentes causa studiorum, habentur pro præsentibus quo ad sui commodum: iste est tex. in l. quæritur in prin. de leg. iij. quem no. In fi. glo. habetis, qualiter de

24 bet intelligi, † cessante causa [a] cessat effectus. [b] quia hoc debet

a intelligi cessante causa finali, non autem impulsiua: quia defe-

b ctus causæ impulsiuæ nō arguit defectum ipsius effectus. l. j. §. sextum. ff. de posthu. & de hoc videte plenè per Cy. in l. generaliter. C. de epi. & cle. & per Bar. in l. j. ff. so. ma. In dubio tamen causa posita in lege censetur esse finalis, voluit gloss. in l. cum tale. §. si. de condi. & demon. Et si fuerint duæ rationes in qj. sufficit vna, scilicet potentior, quæ finalis censetur gloss. quæ vulgo allegatur & probatur in §. affinitatis. suprà de nu. de quo dicite latius vt iuribus. suprà allegatis.

ADDITIO.

a Vide notabiliter Bellon. in consi. viij. col. 4. vbi late.

b Cessat effectus.] Cessante causa priuilegii cessat priuilegium, vide

25 Bal. in l. Titia. §. vsuras. de leg. ii. De hoc, an cessante causa effectus, dic vt per Bar. in l. ii. in fi. ff. de dona. & extra de renun. c. postulasti. & per Dy. extra de regu. iur. c. decet priuilegium. in vi. Et de hac causa impulsiua & finali vide glo. in l. generaliter C. de epi. & cle. Ias. May. Et aduerte ad tex. nostrum. vbi ponuntur duæ rationes. Prima, propter imperitiam, quæ est causa impulsiua: quia etiam peritus miles haberet illud priuilegium. Secunda autem ratio, scilicet quia occupati in expeditione &c. bene est finalis in terminis nostris, scilicet quod miles habeat priuilegium vt non teneatur obseruare solennitates iuris ciuilis, quia occupatus est &c. Hinc est, quod nisi sit occupatus, & consequenter cesset ista causa finalis, quód non habet iste priuilegium non obseruandi istas solennitates. alia autem priuilegia bene habet, scilicet quod si sit filiusfamilias possit testari, eo, quia illa non habet propter occupationem sed eo, quia miles. Item aduerte ad declarationem glo. quia dixerit quicquid velis Bar. in l. ii. §. fi. ff. de dona, & magis clare in extrauaganti ad reprimend. in verbo ne ex eorum. Ego puto quód quādo decisio est generalis, & ratio specialis, quod illa dicatur impulsiua, vt hic in prima ratione & d. l. i. §. sextum. & patet in l. j. in prin. iuncta gl. ff. de feri. Si autem decisio est generalis, ego puto quod illa sit finalis, vt hic in secunda ratione. & ita declarat Bal. in d. l. generaliter. C. de epi. & cle. Ias. May.

26 In fin. gloss. in verbo communi colligitis, † quod filiusfamilias miles cum militat, testari potest iure militari non obseruata solennitate iuris communis. Sed hic aliqualiter ego subsisto. primo per hunc text. qui tribuit. facultatem testandi filiusfamilias militibus, dummodo testentur iure communi. Si igitur spreta iuris solennitate priuilegij militaris testetur, redditur testamentum nullum & nec valet, quáre gloss. dixit hunc versi. sed, teneri esse referen. ad proxima cum, scilicet non sunt occupati in expeditione. quia tunc illa verba iure communi, essent superflua, cum illud dictum esset in proximioribus, Item ad hoc me mouet. l. final. C. de inofficio. testa. vbi ita demum permittitur filiisfamiliæ testari de castren. vel quasi peculio, si solennitates iuris ciuilis obseruauerint: & suadetur iure ratione. Nam sufficere debet si filiisfamiliæ militibus in hoc succurritur, vt vbi inhabiles erant ad testandum, habiles efficiantur: non autem quod aliud tribuatur, quod omissa solennitate possint iure speciali testari: quia sufficit si cui vel in pauers &c. l. tutori. C. de neg. gest. Ad l. testamento eorum. §. primo. & ad l. ex militari. respondetur, quod illa iura non concludunt pro opin. gloss. vt satis apparet, tamen opin. gloss. communiter

27 tenetur. In fin. gloss. in verbo, † conuocatis, colligitis quam solennitatem seruare debeant milites in conficiendis eorum testamentis. Sed pone quod aliquis non sit creatus adhuc miles, gerat tamen facta armorum, & probe: vel aliquis sit in actu armigeri an poterit testamentum conficere iure militari. Dicite breuiter, quod ex constitutione principum hoc non permittitur, quia solum illis de militibus loquitur: sed tamen ex extensione iurisconsultorum, & etiam ex æquitate prætoria, propter identitatem rationis, iure militari testari poterunt, l. final. ff. eodem. l. vnica. ff. de bon. possess. quæ ex test. milit. Et

28 Et hoc de bello siue guerra terrestri. † Quid autem si quis militauerit in bello cœlesti, quid erit hoc casu? Pone igitur quod

a aliquis tempore Epydimiæ velit condere testamentum, quam solennitatem debet obseruare. Ego arbitrarer breuiter ita distinguendum, aut est in discrimine vitæ, in vltimus dico extremis constitutus, & tunc nullo teste vocato poterit testari, dummodo hoc testamentum probetur per duos testes etiam fortuitos, ar. in l. milites. C. eo. Aut nō est in discrimine vitæ, sed in loco Epydimiæ, & tūc debet testari duobus saltē testibus præsentibus & rogatis, ar. in l. diuus. ff. eo. & probatur in hoc §, nostro. Aut exiuit locū Epydimiæ. & tūc iure cōmuni debet testari. §. sed hactenus. infrà eo. Ad hoc me mouet, quia si huius modi distinctio est recepta in bello terrestri, multo magis in bello cœlesti. authē. multo magis. C. de sacrosā. eccl. Secūdò me mouent ea quæ no. in c. ex transmissa. extra de præscr. in l. naturaliter. ff. de vsuc. vbi habetur, quòd sicut durante bello terrestri dormit & non currit præscriptio, ita nec durante bello cœlesti. & hanc sententiam ego confirmo auctoritate. Bar. qui hoc voluit in l. vnica. ff. de bon. pos. quæ ex te. mil. In § glo. sermo

29 nibus. Ex hac gloss. infert, Bald. † quod ille qui præmittit hæredem instituere, seruit tibi de vento propterea quia si quidem

decedat

dem d:cedat non reuocata tali promißione, nihil tamen ex hæreditate laturus es: quia talis promißio est nulla.l.hæreditas.C. de pac.conuen.l.stipulatio hoc modo concepta. de ver.obli- quia non pactis, sed legitimis voluntatibus hæreditates sunt deferendæ.l.fi.ff.de suis & legi. Item, quia potest huiusmodi voluntatem reuocare, ar.in l.ij.in fi.de adim.le. Et ideo ille qui vult vt matrimonio filiam suam tibi copules, promissione facta quod ille te relinquet vniuersorum hæredem querit vt spem emas pretio, que tamen spes nulla est: quia talis promissio nil iuris tibi tribuit, tum quia reuocabilis est, tum quia & si non reuocetur, nunquam tamen morte confirmatur.d.l. hereditas.C.de pact.conuen.

ADDITIO.

a Tempore epydimiæ. Adde Bald.& Ale.de Imo.& moder.in l.fi.C. de testi.Ludo.Ro.10 c.tepe.auth.similiter C.ad legē fal.Alex.de Imol. cons.clxxviij.incip.viso themate mihi exhibito ij.col.in ij.volu. idem Alex.consi.lxx.incip.viso cons.aliàs per me lecto.in.eod. volu.

1 *Militaris priuilegia tempore militiæ locum habent, non autem cum domi milites degunt.*
2 *Priuilegium datur ob meritum.*
3 *Tabelliones eorum officium non exercentes, non gaudent beneficio tabellionum.*
4 *Conditio in ultimis uoluntatibus retrotrahitur.*
5 *Miles si testamentum non iure factum ante militiam signauerit, an uideatur illud approbare.*
6 *Sigillans consilium ab altero factum, illud approbare intelligitur.*
7 *Actus per additionem uel detractionem approbatur & reprobatur.*
8 *Testamentum militiæ tempore à milite filiofamiliàs conditum ex quo fuit rogatus ruptum, per eius emancipationem tenet.*
9 *Filiusfamiliàs de quasi castrensi, sicut castrensi testatur.*
10 *Priuilegia à statutis concessa peculio castrensi: intelliguntur concessa quasi castrensi.*
11 *Filiusfamilias triplex peculium habere potest, profectitium & aduentitium. & castrense, de quo licet sit filiusfamilias testatur, & in bello testatur iure militari, & eius testamentum querelæ non subiacet*
12 *Scholaris ex causa ad patriam reuersus. an gaudeat priuilegio scholarium.*
13 *Absentes reipublicæ causa, infra annum reuersionis ad nouas tutelas uocari non possunt.*
14 *Scholaris matriculatus per quinquennium non intrans studium eius priuilegium perdit.*
15 *Priuilegium concessum pro nundinis fiendis perditur per non usum per decennium.*
16 *Miles ignominia missus, perdit priuilegium.*
17 *Damnatus crimine capitali, an possit testari.*
18 *Notario condemnato de falso an etiam possit per iudicem condemnatum reseruari ius conficiendi instrumenta, & numer. 20.*
19 *Notarius de falso damnatus potest rogationes antiquitus factas complere.*
20 *Militi damnato de fide rupta, non potest factio testamenti reserari.*
21 *Testis damnatus de falso, non admittitur ad testimonium, etiam si de crimine pœnitentiam agat.*

1 SED HACTENVS. †priuilegia tributa militibus intelliguntur tributa tempore quo militant, non autem tempore quo missi sunt in patriam.h.d. Not. primo, †priuilegium tribu-
2 tum militibus quia priuilegium intelligitur dari ob meritum: qui ergo non meretur, & non laborat, non gaudet priuile-
3 gio. ar. in l.testamenta.& l.tribunus.ff.eod.† Propterea ist. tabelliones qui non exercent officium tabellionis, non dicuntur gaudere beneficio tabellionum. ar.l.generaliter.C.de epi. & cle. Sed tamen vt vidi, & si pauci sint qui exercent officium tabellionatus, tamen reperiuntur in collegio, cum aliquis intrat collegium spe pauculatum confectionum. Item colligitis, quod testamenta tempore militiæ confecta, valent testatore remisso in patriam, & mortuo intra annum. Item † quod
4 conditio in vltimis voluntatibus retrotrahitur. Probatur hoc, quia si miles veteranus intra annum moriatur, tamen si conditio hæredi ascripta existat post annum, valet testamentum: quod nulla alia ratione procedat, quam quia conditio retrotrahitur: quod videtur contra ea quæ dicam, in §.conditionales, de verb.oblig.& contra ea quæ habentur in l.si filius. de verb.oblig.& in l.quæ legata. de reg.iur. in quibus habetur quod in vltimis voluntatibus conditio non trahitur retro. Sed responde quod in vltimis voluntatibus conditio non trahitur retro ad tempus confecti testamenti, quia fingeretur retro testatorem obligatum, vt dixi sed bene trahitur retro ad mortem testatoris. & tunc intelligatur conditio purificata & ita lo-
5 quitur hic in ver. sed & si quis. †Not. quod si miles testamentum factum ante militiam signauerit, valet & tenet, licet iure
6 militari factum non extitisset. Ex quo dixit Bald. quod† ille qui sigillat consilium ab altero factum, videtur intantum illud probare ac si ipse fecisset: & si male sigillauerit potest in tantum ei imputari, quantum potest imputari ei qui composuit primo. Item colligitis quod si ille qui factus fuit miles, aliquid addidit vel detraxit testamento ab eo facto ante militiam iure militari,
7 videtur illud approbare. Ex quo colligitis, †quod quemadmodum per sigillum inducitur approbatio actus, ita per additionem vel detractionem: qui ergo aliquid addit vel detrahit consilio ab altero facto, intelligitur in his in quibus non detrahit reprobare: ita scripsit Bald. in l.tribunus.§.j.ff.eod.& facit.
8 l.cum prætor.ff.de iud.l.ab altero.ff.qui sa.cog.†Item colligitis, quod si miles qui tempore militiæ condiderat testamen-
a tum fuerit rogatus a quo casu testamentum ruptum erat, si postea emancipatus extiterit, testamentum valebit & tenebit, etiā si nihil addiderit vel detraxerit vel sigillauerit: quid videtur contra supra proximè dicta. Sed respondetur, quod hic ab initio tenebat testamentum, ibi verò erat nullum ab initio, vnde finaliter substinetur magis ex tacita voluntate testamenti quid ab initio tenebat, quam id quod ab initio erat nullum. iuxta ea quæ habentur in l.cum quis.§.si quis pro eo.ff.de sol.

ADDITIO.

a Rogatus. Sed illud notabile est contra istum text. Vbi sunt duo casus diuersi, quando se dedit in arrogationem: & quando emancipatus est Primum est contra hunc tex. quod dando se in arrogationem testamentum rumpatur, quia filiusfamiliàs miles potest facere testamentum, ergo etiam arrogatur, ne plus operetur fictio quàm veritas: Item, quia multomagis tenet factum quam fiendum. Item, quia dando se in arrògationem, bona non transeunt in patrem arrogatorem quando sunt castrensia, vt infrà de acqui. per arroga in prin. Et hoc dico, ne obstet. l.qui liberis.§.testamento.ff.de secundum ta.& ita quòd non rumpatur tenet glo. hic & in §. alio. infrà quib.mo.test. infirmentur. & ibi dicit glo. esse hoc speciale in milite. Et expone tex. de noua voluntate, quia nouus homo censetur. vt l.qui res.§.aream.ff.de sol.iuncta.gloss. notabili in l.iij.§.ait prætor.ff de capi.dimi.& sic videtur noua voluntas. Et sic tacita quia expressa non requiritur, vt dicit gloss. Ias. May.

9 Item no. †quemadmodum est licitum testari filiofamiliàs
a de castrensi peculio, ita & de quasi castrensi, dummodo conficiat seruata solennitate iuris communis concor. l. fin.C. de inoffi.testa.

ADDITIO.

a De quasi. †Quia priuilegia concessa à statutis peculio castrensi, in-
10 telliguntur concessa quasi castrensi, quia illa etiam non conferuntur. l.j.§.nec castrense.ff.de collatione bonorum. saluo quod in castrensi testamentum sine solennitate iuris valet, sed in quasi castrensi non, vt hic. Ias. May.

a In Glo. in ver. hactenus.[a]

ADDITIO.

a Hactenus. In glo.j.in verbo sed hactenus. pro prima op. dicit Ang. de Are. hic, quòd multum facit l.iure militum.ff.eodem sed à contrario sensu. Sed errat, quia etiam sumendo argumentum à contrario sensu, nihil. facit: nam ibi dicitur iure militum surdum & mutum ante causariam missionem testamentum facere posse: ergo post causariam missionem non posset facere. Ego fateor iure militum, sed bene poterit iure communi, vt hic propriè dicitur in tex. Et ad intellectum pri-
11 mæ partis huius glo. dicas, quod † filiusfamiliàs potest habere triplex peculium profectitium, & aduentitium: & in istis duobus etiam si sit miles, non potest testari.§.j.infrà.titulo.j. Aliud est castrense. & in isto pic, quod filiusfamiliàs miles habet triplex priuilegiū. Primò, quod hoc sit a-

lius familiàs, teſtatur. Secundò, quòd ſi ſit in bello, teſtatur iure milita ri. Tertio, quód teſtamentum non ſubiacet querelæ.l.fi.alle.in glo. etiam ſi deſinat eſſet filius familias, & ſic deſignat tunc peculium caſtrenſe.iuxta.d.l.fi.in fi. Et ratio eſt, quia teſtamenta militum habent priuilegium ſuper quibuſcunque bonis, etiam non caſtrenſibus, vt nô ſubiaceant querelæ.l.de inoffi.te.& d.l.fi.in prin.& l.ſi inſtituta. §. de inoffi.ff.de inoffi.te. Si autem eſt veteranus, tunc ſi eſt filiusfamiliàs te ſtatur de caſtrenſibus, & eius teſtamentum non ſubiace.querelæ.d.l.fi. circa medium. Si autem iſte veteranus deſinat eſſe filius familiàs, tûc quia deſinit eſſe caſtrenſe peculium, vt dicit tex.in d.l.fina.in fi.eius te ſtamentum ſubiacet querelæ. Et ratio eſt, quia teſtamenta veteranorum etiam ſi ſint tantum de bonis caſtrenſibus, quando ſunt expreſſa, ſubiacent querele, vt l. Papinianus. §. veterani.in prin.ff.de inoffi. teſt.& iſta eſt veritas ſecundum glo.hic, & in d.l. Papinianus. licet gl. teneat aliter & male in d.l.fi. Et hæc ſunt ex mente Bar.in d.l.fin. licet non ita clare. Sed circa prædicta habeo dubium, quare teſtamentum filiifamilias veterani non ſubiacet querelæ.d.l.fi.& tamen teſtamentum veterani patris familiàs etiam ſi ſit de ſolis caſtrenſibus ſubiacet querelæ d.l. Papini.in princi. Cogita de ratione diuerſitatis. Iaſ. May.

In glo.miſsionem.ibi, ex teſtamento. Et ibi dicunt Doct.
12 †de ſcholare, vt ſi quidem redierit in patriam honeſtè, quia finiuit militiam, & gradum Doct.eſt adeptus, vel fuit miſſus ex cauſa propter ignominiam, quia deſerat ſtudium, vel propter
a malos mores & maleficia quæ commiſit, propter quæ fuit
b bannitus, tunc nullum conſequitur priuilegium.b

ADDITIONES

Maleficia. An ſcholaris qui per annum fuit remiſſus domum propter eius facinora, quando reuertitur dicatur perdidiſſe priuilegium ſcholarium dixi ſuprà in §.item domus.ff.de excu.tu.&c.Iaſ.May.

b Priuilegium. †ſimiliter etiam abſentes cauſa reipublicæ in eo habent priuilegium vt infrà annum reuerſionis non poſſu euocari ad no
14 uas tutelas post annum veró ſic, vt ſuprà de excu.tut.§.itè quis. † Sed priuilegium quod habet ſcholaris intrans matriculam, non perditur, niſi ſtando per quinquennium quód non intret ſtudium, ſecundum
15 Bar.in l.pen.ff.eod. †Priuilegium veró conceſſum pro nundinis fien-
16 dis, perditur per decennium.l.j.C.de nundinis. †Quanto autem tempore duret priuilegium vel reſcriptum, vide per Doct.in l.falſo. C. de diuerſis reſcrip.& intellige de remiſſo remiſſione honeſta, non igno-
17 miniosa. quia tunc non habet priuilegium infrà annum, † quemadmodum nec alius damnatus de crimine capitali poteſt teſtari, vt voluit Bar.in l.eius.ff.eod.& l.qui vltimo.ff.de pœnis.niſi ex cauſa eſſet reſer
18 uatum militi hoc priuilegium in condemnatione, † ſicut poteſt fieri reſeruatio notario, vt poſsit conficere inſtrumenta quantuncunque ſit damnatus de falſo, vt voluit Bar.in l.diuus.ff de iniurijs.& l.ex milita-
19 ri.ff.eod. † Sed notarius quantumcunque damnatus de falſo. bene poterit complere rogationes antiquitus factas ſiue reſeruatas, vt in glo. notabili.c.vt officium.de hæreti.lib.vj.Iaſ May. Quod dictum eſt, nec aliàs damnatum de crimine capitali poteſt teſtari. Adde Doct. in l.j. D.de ſac.ſan.eccle. Io.de Imo.in l.ſi quæramus in fi.ff.de teſti. Car. in cle.j.in x.q de pe.& remiſsi. Ioan.an.in c.quanquam.de vſu.lib. vj. Abb.in c.decedens.de procu.Abb.in rub de te.Alb.de Roſa.in ii .parte ſtatutorum.q.xaij.Bald.conſ.cccxxx.incip.dicit ſea.in uj.volu idem Bald.conſi.ccclxx.incip.proponitur quód quidam in ij.vol.Fallit pendente appellatione & tunc poteſt facere teſtamentum ſicut ſtatuit Bal. in c.ex parte de teſt.in vj.col.ver.ex his conclud e.

20 In fin.not.ex gloſſ. † quòd militi damnato de fide rupta, non poteſt reſeruari factio teſtamenti. Ex quo dicunt Doctor. quod notario damnato de ſalſo, non poteſt conſeruari au-
21 thoritas inſtrumenti fabricandi: † Quinimo teſtis qui ſemel eſt damnatus de falſo, non poteſt reddere teſtimonium, etiam ſi de crimine pœnitentiam egerit, gl. eſt ordi. in l. Imperialis. C.de nup.in l.cum vnó.§.ignominiæ.de re mili.& no.in c.teſtimonium.extra.de teſti.

Quibus non eſt permiſ.fac.teſt. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra viſum eſt de teſtamentis & ſolemnitate in eis adhibenda: verum quia non omnes etiam eadem ſolennitate obſeruata teſtamentum conficere poſſunt, ideo de illis tractaturus intulauit. Quibus &c.

1 *Edictum de faciendis teſtamentis, regulariter eſt permiſſorium.*
2 *Filius familiàs non teſtatur niſi in peculio caſtrenſi uel quaſi.*
3 *Filius familiàs non poteſt codicillari.*
Codicillari non poteſt, qui non poteſt teſtari.
4 *Teſtamentum filij familiàs per emancipationem non reconualeſcit.*
5 *Filius familias an poſſit donare cauſa mortis & nu.6.& 21.*
6 *Filio familiàs qualiter ab inteſtato in caſtrenſi peculio ſuccedatur.*
7 *Cauſa teſtati præfertur cauſæ inteſtati tanquam nobilior.*
8 *Bona caſtrenſia uel quaſi, filij familiàs, moleſtari non poſſunt propter debita patris.*
9 *Pater non tenetur dare legitimam filio condemnato.*
10 *Filius in bonis ſuis inquietari non poteſt propter patris condemnationem.*
11 *Peculium aduentitium uel profectitium filij, non publicatur propter delictum patris.*
12 *Prodigus cui interdicta eſt bonorum ſuorum adminiſtratio, teſtari non poteſt.*
13 *Mutus & ſurdus an poſſint indiſtinctè facere teſtamentum & numero 31.*
14 *Mutus & ſurdus quando contrahere poſſit.*
15 *In caſibus in quibus mutus & ſurdus poſſunt ſe obligare. qualiter decretum conſenſu apparere debeat, & qualiter notarius ſcribere habeat.*
16 *Homines in eo ſunt puniendi in quo deliquerunt.*
17 *Mutus quis propriè ſit, quis uerò ſurdus,*
18 *Cæcus non poteſt facere teſtamentum, niſi ſecundum l.hac. conſultiſſima C.qui teſta.face poſſ.*
19 *Captus ab hoſtibus teſtari non poteſt.*
20 *Teſtatore poſt teſtamentum capto ab oſtibus. non rumpitur teſtamentum.*
21 *Filius familiàs etiam conſentiente patre non poteſt teſtari. poteſt tamen donare cauſa mortis.*
22 *Filius familiàs in aduentitiis non poteſt teſtari. Etiam in illis caſibus in quibus quæritur patri uſufructus. num.24.*
23 *Patria poteſtas non curatur in his quæ ſunt publici iuris.*
25 *Clauſula ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat eo iure quo ualere poteſt, poſita in teſtamento filijfamilias teſtantis conſentiente patre, an ſaltem faciat ualere ut donatio cauſa mortis.*
26 *Fœminis citius quam maſculis licet teſtari.*
27 *Dies cœpta quando habeatur pro completa.*
28 *Notoriè prodigo an ipſo iure ſit interdicta adminiſtratio.*
29 *Notorium & ſententia in quo æquiparentur.*
30 *Intellectus, ad l.Sciæ egreſſæ.*
32 *Teſtamentum conditum ab eo qui poſtea captus eſt ab oſtibus & reuerſus an conualidetur.*
33 *Extrema quando ſunt habilia, media tempora nocere non debent.*
34 *Præbendæ renuntiaſſe uidetur, qui poſt acceptam præbendam uxorem duxit.*
35 *Mortuus apud hoſtes, fingitur mortuus præambula hora captiuitatis, quo ad teſtamenti ualiditatem.*
36 *Obſides qui teſtari poſſint.*
37 *Teſtari uarijs rationibus quo prohibetur.*
38 *Vſurarius publicus an teſtari poſſit.*
39 *Excommunicatus an poſſit condere teſtamentum.*

a NON TAMEN, Diuiditur in ſex partes. Nam in prima hunc titulum ad præcedentes continuat. In ſecunda ponit regulam negatiuam. In tertia ponit exceptionem. In quarta infert. In quinta epilogat In ſexta enumerat quaſdam perſonas quibus inhibitum eſt facere teſtamentú Secúda ibi,(ſtatim enim,) Tertia ibi(.exceptis) Quarta ibi,(& hoc intelligere) Quinta, ibi(præter hoc ſexta ibi præterea.

ADDITIO.

a Diuiditur. Et iſta eſt diuiſio ab iſto prin.vſque ad §.præterea. Sed iſte titulus tractans de perſonis que teſtari non poſſunt, diuiditur in ſeptem partes principales ſecundum Io.de Pla.& Aug.hic ponit ſeptem gradus perſonarum enumerat quæ teſtari non poſſunt. Et primó ponit de filiofamiliàs. ſecundò de impubere, tertiò de furioſo, quarto prodigo. quintò de ſurdo & muto. ſextó de cæco. ſeptimó & vltimo de capto ab hoſtibus. Secúda ibi,(preterea. Tertia ibi, (item furioſi.) Quarta ibi (item prodigus.) Quinta ibi,(item ſurdus & mutus) Sexta ibi,(cæcus autem) ſeptima & vltima ibi, (eius qui.) Iaſ. May.

Filiifa. teſtamentum conficere non poſſunt etiam cum auctoritate parentum, niſi de caſtrenſibus bonis vel quaſi, quæ propria ipſorum filiorum dicunt. Et ideo nec à parentibus,

nec eorum

nec eorum creditoribus vẽdicantur, nec à fratribus post mortem parentum conferuuntur.h.d. †Not. primò, certas personas prohiberi conficere testamentum. Ea quo colligitis, quòd edictum de testamentis eonficiendis est regulariter permissorium. Quicunque igitur specialiter nou prohibetur testari, intelligitur permissus. Faciunt quæ habentur in simili in l.j.ff. de testi.in c.cum locum,extra.de spon. Item no. † filiosfamilias regulariter non posse testari ᵃ etiam cum consensu parentum:concor.l. qui in potestate.ff.eod. & rationem dicam super glo. Hoc tamen fallit in bonis castrensibus ᵇ vel quasi: quia in his habentur pro patribusfa.l.ij.ff.ad Macedo.

ADDITIONES.

ᵃ Testari. Adde.† quod etiam nec codicillari, quia qui nõ potest testari, non potest etiam codicillari.l. diuus.§.codicillos. ff. de iure codici. †Quid autem si filius condito testamento emancipetur à patre, an testamentum reconualescat? Dic quòd non, vt hic in ver. pretec hoc, secus tamen in codicillis.l.j.§.sed si filius de le.iij.; & ibi Bar. Secus in donatione causa mortis, quam potest facere.† vt hic in gloss.permisit. Ias.May.

ᵇ Castrensibus. Adde & declara, quòd † si filius moriatur intestatus in castrensi peculio, tunc si habet filios, illi succedunt: si non habet, olim succedebant fratres, & deinde parentes, vt l. si. C. communia de successionibus, hodie verò æqualiter succedunt parentes cum fratribus. authen. defuncto.C. ad Tertulianum. Et adde, quod etiam non possit codicillari, per regulam, qui non potest testari, nec codicillari l. ij ff. de leg j. Et secundum Ang. de Are. hic, sub dubio forte, non posset donationem causa mortis facere, cum negari non possit, quòd in multis æquiparetur vltimæ voluntati, vt dictum est suprà eod. in prin. Tu dic idem. sine forte, per tex. expressum & singularem in l.j.§.j. ff. de tuto. & tac. di. quem reputat singularem Imo. in l. ij. ff. de legat.j. Ias.May.

Item no. quod in bonis castrẽsibus vel quasi filius habet hæredem & ab intestato & ex testamento. Item colligitis, quod † causa testati præfertur causæ intestati, velun nobilior. concor. l.quandiu.ff.de acquir.hære. Item not. quod filij excludunt parentes in hæreditate intestati eorum patris. Item no. quod fratres excludunt patrem in hæreditate fratris instituti: & hoc iure isto: iure autem nouissimo fratres & patres admittuntur, authen.defuncto.C.ad Tertul.† Item colligitis, quòd in bonis castrensibus vel quasi, nullum ius habent erga filios, & ideo talia bona post mortem patris, ipsius filij nec quo ad proprietatem, nec quo ad vsumfructum, (si castrensia fuerint vel quasi, si verò aduentitia, quo ad proprietatem) inquietari non possunt l.iij.§.proinde.de mino. Et ideo filij non possunt de iure inquietari ab exactoribus propter debita focorum paternorum. Item nec propter delictum filij possunt bona inquietari. ᵃ† Quinimo nec filio delinquẽti potest pater eĩ assignare legitimam ᵇ portionem filio vt soluat fisco, vt mortis vel membri pœnam euadat, quia viuentis nulla est hæreditas.l.ij.§.j. de vulg.& pup.& glo. in rub.de decre,decur.lib.a.nota.in l.si qua pœna.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur.

ADDITIONES.

ᵃ Inquietari. An pater possit inquietari pro condemnatione seu delicto filij vel ne. Adde † quod nec filios in bonis suis potest inquietari propter condemnationem factam patri, vt probatur in l.iij.§.sed verum. ff de mino. vide de istis per Bart. in l. si finita.§.si de vectigal. bo.ff.de dam. infe. &c. † An autem propter delictum patris publicetur peculium aduentitium filij, vel profectitium? Dic vt no. in l.iij.§. sed verum ff.de mino. nec è contrà per Bart. in d.l. si finita. Ias. May. (Propter delictum patris, &c. Adde Cyn. in l. diuo Marco. C.de quæstio. glo. Cyn.& Saly. in l. j. C. de libe.& eo.lib.gl, in l.fin. C.de reuo.do.glo.summæ j. quæstio iij. Docto. xxiij. q. iij. in sum. Spec. in tit.de loc. in § nunc alique. versic. cxliij

Adde Rubet. Marantam in tract. de ordine iudicio in vj. part. in iii. & vltimo actu principali. nu.34.cum seq. Ioan. Bapt. Ziletus.

ᵇ Legitimam. Adde Spe. in tit. de execu. senten. num. 11. Guilel. de Cune. Bart. Alber & Bald. in l. si qua pœne ff de iis qui sunt sui vel alie. iur. Do. ctor. in l. in suis. ff. de libe & posthu. Bald. in consi. cclvi. in iij. volu. Andr. Barba in c. Reynutius. col. xviij. extra de testa. Ioan. Pet. de Ferrarijs in sua pract. in forma inquisitio. in glo. transeat. nu. 2. in paruis. Franc. Luca. in tract. de fisco & eius priuilegijs c. de publica bono. nu. 2. Maria. Sozi. Iunio. in consi. lj. nu. 5. in j. volu. Ierol. Rui. in consi. cxlix. nu. 13. in iij. vol. & Magnificum ac excellentissimum D. Hierony. Gigantem. in tract. cri. mi. læsæ maiesta. in rub. de pœnis comit. cri. læsæ maiest. q. ix. num. 1. cum seq. & insignem D. Pet. Ducnans in regulis sorim reg. cclvj. in ij. Ampliat. Ioan. Bapt. Ziletus.

Item not. in § præterea. impuberem, vel furiosum, ac etiam mentecaptum non posse testari, quia in vtroque deficit intellectus. Item not. testamentum confectum ab impubere, furioso mentecapto, non confirmari superueniente pubertate, intellectu & sanitate, quia testamentum fuit ab initio nullum, ideoque non confirmabitur, regula iuris, quod ab initio. Item not. testamentum confectum ab homine sanę mentis, non infirmari furore superueniente: quia furor non impedit testamentum, nec aliquod negotium rectè gestum. Not.† prodigum cui bonis est interdictum non posse testamentum conficere. Ea quo duo colligitis. Primum, quòd factio testamenti est de genere administrationis bonorum. Secundò, quòd prodigo non intelligitur administratio interdicta ipso iure à lege, sed opus est iudicis interdictione, de quo in l. is cui bonis. de verbo. obligati. & in l. j. de cura. fur. Not. † surdum & mutuum ᵃ non posse indistinctè conficere testamentum, secundum distinctionem de qua in l. discretis. C. qui te. fa. poss.

ADDITIO.

ᵃ Surdum & mutum. Adde, quod hæc procedunt in vltimis voluntatibus. † sed in contractibus in quibus non requiritur vocis expressio, bene possunt contrahere. puta, emere, vendere, vel locare. l. in quibuscunque. ff. de actio & ob. & matrimonium contrahere, & se pro dote obligare. l. mutus. ff. de iure do. c. cum apud. extra. de sponsa. Item procurator constitui potest ad negotia tantum, & ipse illum procuratorem constituere. l. mutus. ff. de procur. Secus vbi requiritur vocis expressio, puta, in stipulatione. l. j. de verb. oblig. Similiter in tutele. l. j. in fin. ff. de tutel. §. vbi non voce. ff. de regu. iur. Sed hic quæritur, † in his casibus in quibus mutus & surdus possunt se obligare, qualiter apparebit vel constabit de eorum cõsensu? Respondeo, per actus exteriores & signa: quie testes dicunt, & notarius scribit, qualiter annuebat capite vel humeris, vt ponit glo. in l. item quia. ff. de pac. & dicit Bart. in d. l. discretis. quod notarius debet scribere in chartis, quòd talis emicus quia propter defectum naturæ non potest loqui, annuit capite, vel demonstraret consensum, & prædicta intellige in muto & surdo habentibus sanum intellectum: aliàs si non habent, nihil potest facere sine auctoritate tutoria vel curatoria, vt suprà de curator. §. sed & mente captis. l. seruo inuito. ff. ad Trebel. & necesse est quòd capituletur, quòd tunc temporis erat surdus & mutus: de qua vide Bar. in l. mutus. ff. de bo. pos. quæ furiosis & mutis. Ias. May.

Not. text. quòd sæpenumero literati & eruditi homines, adeundi & loquendi facultatem amittũt, & maximè impij aduocati, vt dicit glo. quòd fortasse ideò procedit, quia plurimi delinquunt in audiendo & loquendo, † vnde in eo puniuntur in quo deliquerunt, & ideo facilè perdunt auditum & loquelam argu. in auth. omnes peregrini. C. com. de successi. & in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi.† Not. illum propriè appellari mutum, qui nullo modo potest loqui, & propriè surdum qui nullo modo potest audire. concor. l. fin. ff. de le. tut. faciunt quæ habentur in l. j de verb. oblig. Item not. testamentum rectè factum, non irritum fieri surditate vel muticitate veniente. Not.† cæcum non posse facere testamentum ᵃ nisi obseruata solennitate, de qua in l. hac consultissima. C. qui testa. face. poss. Item in §. eius † nota captum ab hostibus, ᵇ non posse facere testamentum: quod verum intellige de captis ab hostibus populi Romani. l. eius. ff. eod. Secus si ab alijs fuerit captus. l. qui à latronibus. ff. eo. Vnde si vna pars inferret bellum alteri, puta Gabellini indicerent bellum Guelfis, hincinde capti possunt condere testamenta, arg. iol. si quis ingenuam §. pe. & fin ff. de capti.† Item not. quod testamentum factum in ciuitate, non rumpitur captiuitate subsecuta: quia si quis captus reuertatur in patriam, fingitur in virtute postliminij nunquam captum extitisse, sed semper mansisse in ciuitate. Si autem apud hostes moriatur, fingitur mortuus præambula hora captiuitatis, & sic in libertate, nullamque seruitutem superuenisse. concor. l. lex Cor. ff. de vulg. & pup & l. lege Cornelia. ff. eod.

ADDITIO.

ᵃ Cæcum non posse facere testamentum. Adde Abb in rub. de test. Et quid si cæcus vult facere codicillos an debeat interuenire. vij testes & notarius, vel si notarius non reperitur: an debet interuenire. viij. testes, sicut si testaretur vide glo. quæ ponit duas opi. in l. hac consultissima. C. qui testa face. poss & ibi Iac in v. colum. vbi eleganter.

ᵇ Captum ab hostibus. Adde Abb. in rub. de test.

In fin. glo. in verbo permiserunt. colligitis † quod licet filiusfa. non possit condere testamentum patre etiam consentiente, potest tamẽ donare causa mortis illo permittente. Colligitis rationem, quia non debet testamentum dependere ex alieno arbitrio Sed dicet aliquis, nonne donatio causa mortis sapit naturam vltimæ voluntatis. l. fin. C. de dona.

cau.mor.vidiſtis ſuprà de do.§.j.ergo nec illa debet dependere ex arbitrio patris? Reſpondeo quòd licet donatio cau. mor.in pleriſque ſapiat naturam vltimæ voluntatis, magis tamen tribuitur contractori quam vltimæ voluntati, allegatur glo.in l.iij.ff.de do. præle. vnde ſicut contractus poſſunt dependere ex alieno arbitrio.l.ſi quis arbitratu de ver.
22 oblig.ita & donatio cau.mor.† Sed hic dubitatur an filiusfamilias poſsit condere teſtamentum ſaltem de bonis aduentitijs: Et arguitur quòd poſsit. Nam factio teſtamenti eſt iuris.l.iij.ff.de teſt.ſed in his quæ publici iuris ſunt non curatur patria poteſtas.l.ſi filius.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.nam quod.ad Treb.ergo filius non obſtante patria poteſtate poterit teſtari. Præterea cum filius habeat bona aduentitia, quorum proprietas ad eum pertinet, quare non debet poſſe teſtari, cum habeat plenè iudicium & poteſtatem & facultatem bonorum? argu.l.conficiuntur.§.ſi poſt de iure codi. Solu.dicunt Docto.quod non poteſt teſtari, quia ei eſt interdicta adminiſtratio bonorum, & patri tributa, propter temperandos iuueniles calores l.fin.§ filij autem.C.de bo.quæ lib. Vnde cum teſtamenti factio ſit de genere adminiſtrandorum bonorum.§.item prodigus.infrà
23 eo.propterea teſtamentum conficere non poteſt.† Non ob. quòd in his quæ publici iuris ſunt non curetur patria poteſtas: quia reſpondetur quod quædam ſunt publici iuris in quibus filius repræſentat perſonam duplicem, priuatam ſcilicet & publicam, vt eſt officium tutelæ, curæ præſidatus & ſimi.& tunc in exercitio talium officiorum non curatur patria poteſtas, quia gerit officium non vt filius, ſed vt publica perſona, & tanquam publica perſona non eſt in poteſtate patris. & ita loquuntur contraria. Quædam autem ſunt publici iuris, in quibus filius non repræſentat perſonam duplicem, ſed ſuam tantum: vt eſt factio teſtamenti, & patria poteſtas tunc impedit actum, vt hic. Sed tunc dubitatur, quare igitur cum voluntate patris non permittitur teſtari? Reſpondetur communiter, non permitti, ne teſtamentum dependeat ex patria voluntate. Sed hæc non videtur bona, quia ex quo pater præſtat conſenſum de præſenti, non videtur teſtamentum ſuſcipere dependentiam.argu.in l.ille autem.de hære.inſti. Sed poſſetis reſpondere, quod licet pendentiam non ſuſcipiat, tamen videtur capere robur & ſubſtantiam à voluntate aliena, quod eſt de iure prohibitum.l.
24 illa inſtitutio.ff.de hære.inſti.† Sed finaliter dubitatur, an filiusfa. poſsit condere teſtamentum de bonis aduentitijs, in illis caſibus, in quibus vſusfructus non acquiritur patri, de quibus per gloſſ.in §.j.ſuprà per quas perſo.no.acquiri.& habetur in authentic excipitur.cum ſequen.C.de bon.quæ libe. Aliqui dixerunt quòd ſic, freti per auth. vt liceat matri & auiæ. Secundò mouentur per l.fi.§.filij autem à contrario ſenſu.C.de bo.quæ libe. Tertiò mouentur quod filijsfa. permittatur teſtari de bonis caſtrenſibus vel quaſi, quia ea bona eis acquiruntur pleno iure, ergo eadem ratione permittitur teſtari de bonis aduentitijs. Communis opinio ſeruat contrarium per l.nemo.C.qui teſta.face.poſſ. ego alle.c.licet.§.j.ſuprà de ſepul.lib.vj vbi ſolum permittitur filiofa.teſtari patre conſentiente quo ad eligendum ſepulturam, & quo ad pias cauſas: ergo in cæteris debet prohiberi.
25 l.cum prætor.ff.de iud.& ita tenere. Sed dubitatur,† pone quòd filius condidit teſtamentum patre conſentiente, & appoſuit in teſtamento illam clauſulam. Si non valet vel valebit iure teſtamenti, valeat eo iure quo valere poteſt, non valet vt teſtamentum, hoc eſt clarum, nunquid valebit ſaltem vt donatio cauſa mort. Docto.dicunt quòd non, niſi pater ſpecialiter permiſiſſet.l.filiusfa.§.meminiſſe.de do.In glo.
26 impuberes.ibi.l.qua ætate. Not.† quòd citius permittitur mulieri quam maſculo teſtari, Ratio ſecundum Hoſtien. & Bal.eſt. quia mulier citius deficit, ideo citius pubeſcit: quia quæ cito deficiunt, cito creſcunt: ſicut videmus exemplo naturæ in plantis, quæ cito deficiunt, ſicut cito creſcunt. Amplius dixit glo.quod mulier citius pubeſcit, quia mala hærba cito creſcit, in l.ij.C.de his qui veniam æta.impe.Se-
27 cundò colligitis† quòd dies cœpta habetur pro finita.ᵃ Sed
a pone quod hodie completas.xiiij.annum, & poſt mediam noctem præteritam teſtamentum condidetis, an valeat huiuſmodi teſtamentum? Dicite quòd ſic, quia nox tendens verſum diem, dicitur pars illius diei.l.qua ætate.ff eod. Et iden tabellio qui conderet vel conficeret inſtrumentum poſt mediam noctem, deberet ponere diem ſubſequentem non præcedentem.vt nor.Inno in c.conſuluit.extrà de offic.delega Et facit, quod præterita media nocte carniſpriuij, non liceat tibi comedere carnes. Item quod præterita media nocte paſchæ liceat comedere oua.

ADDITIO.

a Finita. De hoc vide glo.in l.iij.ff.de minoribus. & concluſiuè dic, aut loquimur in cauſa fauorabili aut odioſo, aut mixto Si fauorabili, vt in manumiſsione & vſucapione, & tunc habetur pro completa. Si odioſa, vt in præſcriptione.xxx.annorum, non habetur pro completa, ſed computatur tempus de momento ad momentum. Si vero in cauſa mixta, vt in beneficio reſtitutionis minorum fiendæ, tunc attendimus fauorem: & ſi eſt fauor quòd priuilegium duret, tunc computatur tempus de momento ad momentum.d.l.iij.& hanc diſtinctionem poſuit glo.in c.cum in cunctis.extrà de ele.&c.Iaſ.May.

In fin.gloſſ.in verbo interdictis.poſſet dubitari. Pone
28 †quod aliquis ſit notoriè prodigus, an intelligitur ipſo iure ſibi interdicta adminiſtratio bonorum? Glo.in l ſi ex his.ff. de teſt.tenuit quod ſic, & illam ſequitur Petr.& Iac.de Are. freti per l.j.de cur.fur.& illam ſequitur Barto.& Bald.& eſt communis ſententia, freti per l.iulianus.de cura.fur.Non obſt.l.j.quia venit ſupplenda per l.Iulianus.eo.tit. Non ob.
29 † quod notorium & ſententia æquiparentur: ᵃquia fateor
a illud verum quo ad aliquid declarandum, non autem quo ad aliquid diſponendum.l.ſed ſi poſſeſſori.§.ſi de iureiuran. & ibi glo.de quo in d.l.j.per Bald.& Bart.in l.is cui boni. ff.de verbo.obliga.

ADDITIO.

a Notorium & ſententia æquiparentur. Adde l.emptorem.ff.de actio. empt.& in l.ſi fideiuſſor.in §.qui pro re.ff.qui ſatiſ.cog.

In fin.glo in verbo ratum. Hæc glo.communiter appro-
30 batur, non obſt.l.Seiæ egreſſæ.† quia multum refert an detur tutor alicui tanquam pupillo qui reuera pupillarem ætatem euaſerat, quo caſu datio tutoris eſt nulla: & ita loquitur.l.Seiæ.an vero interdicatur bonis alicui prodigo qui reuera non erat prodigus, & eo caſu interdictum iudicis valet & tenet. Ratio differentiæ, quia priore caſu erratum fuit ſuper ætate, cuius ætatis diſpoſitio nō pertinet ad iudicem, ſed prouenit ex ipſa natura ſed diſpoſitio prodigalitatis bene pertinet ad ipſum iudicem, cum non à natura, ſed ab accidenti proueniat, & ita eſt viſa tenere glo.in l.j.in fin.ff.de cura.furt.& ſequitur Bart.& idem eſt ſequutus Bald. ſed alia ratione. Nam tale decretum erroneum ſuper ætate, ideo eſt nullum, quia momento eſſet duraturum: ſtatim enim atque probatus eſſet error ætatis, apparet iudicis decretum nullum, quia error ſtatim & momento probari poſſet. Sed error in prodigalitate non ita facilè probari poterit, vnde interdictum iudicis momento non durabit. Quare ratio Barto.non procedit, quia licet diſpoſitio ſuper ætate proueniat à natura, nec ſpectet ad iudicem declaratio, tamen declaratio dubiorum contingentium ſuper ætate ad iudicem pertinet.l.de ætate.ff.de mino.l.ij.ff.de ſer. In fin.glo.in
31 ver.certis. Dicite vos clarius, quod ſi quidem quis ſit† ſurdus & mutus à natura, nullo modo poteſt teſtamentum conficere. Si vero ſit ſurdus & mutus ab accidenti, tunc ſi ſcit literas & ſcribere, poterit propria manu conficere teſtamentum. Si vero ſit ſurdus tantum à natura vel accidenti, tunc poteſt conficere teſtamentum ſi ſcit literas: aliàs minime, niſi eſſent ſurdus tantum ab accidenti. Si verò eſſet mutus tantum, tunc ſiue à natura ſiue ab accidenti, non poteſt conficere teſtamentum ſi literas ignorat.l.diſ.retis.C.qui teſta.
32 face.poſſ. In fin.glo.in ver.poſtliminij.colligitis,† captum ab hoſtibus & reuerſum in virtute poſtliminij fingi nunquā fuiſſe captum, ſed ſemper in ciuitate ſtetiſſe, ideoque teſta-
a mentum ante capturam factum valere & tenere.ᵃ

ADDITIO.

a Et tenere. Vnum eſt etiam quod reddit me dubium in hac materia, & in hoc text. Nam videtur mihi quod in teſto facto ante captiuitatem, ab eo qui captus eſt ab hoſtibus & reuerſus, non ſit opus fictione poſtliminij: quia vbi poteſt habere locum prouiſio hominis, debe. ceſſare prouiſio legis, &

gis, & multomagis fictio.l.fin.C.de pac.conuen. Sed quando quis est reuersus ab hostibus, potest habere locum prouisio hominis, quia potest sibi prouidere de testamento. Item potest conualidare testamentum prios factum ex declaratione nouæ voluntatis, cum cesset impedimentum, iuxta l.qui liberis.§.testamento.ff.de bono.poss.secundum tab. ergo debet cessare prouisio legis. Et multomagis potes dicere, illud quod dicitur, quòd prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.est verum, nisi prouisio legis sit plenior, vt dicit Bart.in l.j.§.vnde quæritur.ff.de publica. Sed in casu nostro prouisio legis est plenior, quia fine nouo testamento, aut sine noua declaratione facta in codicillis vel in aliis literis, vt requiritur d.§.testamento. lex sustinet primum testamentum in fictione postliminij. Ias. May.

Sed hic semper ego dubitaui, quia videretur quod hoc testamentum deberet valere & tenere, circunscripta quacunque fictione postliminij. Nam cum testator tempore testamenti confecti esset liber & testabilis, licet medio tempore seruus & intestabilis factus extitisset, testamentum tamen valere deberet: † quia quando extrema sunt habilia, media tempora nocere non debent.l.sed si in conditione.§.solemus.& l.si alienum.§.in extraneis.ff.de hære.insti. Possetis respondere, a id quod dici solet, quod media tempora non nocent, habet locum nisi talis irritatio status, penitus actum irritaret, argu l.in ercidit.de condi.& demon. Sed in proposito nostro captura contingens medio tempore irritauit penitus testamentum.§.alio quoque modo testamentum.infrà quib.mod.te.infir. vnde fuit opus fictione postliminij, vt fingatur testatorem nunquam captum fuisse, & per consequens testamentum non annullatum.

ADDITIO.

a Respondere. Adde inquantum suprà dicitur, possidetis respõdere. Tu dic melius, sequendo theorica notabilẽ glo.in l.j.§.exigit prætor.ff de secun.tab. quòd aut impedimentum superueniens est sine facto, aut sine suo delicto, & testamentum anteà factum non vitiatur. ita loquitur text. hic in ver.furiosi.& in ver.item prodigus.& in versi.sed si quis.& text. in d.§.exigit.in fin. Aut superuenit facto suo, & tunc aut facto damnabili & captabili, & vitiatur.l.eius qui.§.j.ff.de test.& l.si quis filio.§.irritum.ff.de iniust.rup. Aut facto excusabili, vt captione, & rumpitur, sed sustinetur per fictiones, vt hic: & rumpitur ne regulariter infringantur, sustinetur autem propter æquitatem, & vide de prædictis Imo. plenè in l.is cui. in princ. de test. Ias. May.

34 Et † præterea dixerunt Canonistæ, quod si aliquis impetrauerit præbendam vacaturam, & postea accipiat vxorem.si vxor moriatur, præbendam tamen vacantem impetrare non poterit, nec obtinere: quia talis mutatio status per copulam matrimonialem, inducit tacitam renũciationem penitus annullatæ concessionis apostolicæ: de quo per Bald.in d.§.solemus.in glo.fin.ibi.§.non tantum.colligitis,

35 quòd fictio legis † Corneliæ fingit testatorem mortuũ præambula hora captiuitatis, & sic nunquam captum extitisse: itaque in libertate defunctum, & testamentum tenuisse. Sed dicet aliquis, quare non fingit testamentum factum penes hostes, factum fuisse in ciuitate, quemadmodum fingit mortuum apud hostes fuisse mortuum in ciuitate? Respondetur quod ideo fingit mortuũ penes hostes, fuisse mortuum in ciuitate, & testamentum in ea factum tenere, quia testamentum ab initio tenuit. Sed quando fuit actum apud hostes, ideo non fingit, quia fuit testamentum nullum ab initio: & ad fictionem inducendam non solum requiritur habilitas extremorum, sed etiam habilitas subiecti.l.necessariò.§.si pendente.de peri.& com.rei vendi.l.huic scripturæ, ad l.Aqui.iuncta.l.bonorum.ff.rem ra.ha.ibi, obses.Not.

36 † obsides non posse testari, quod verum limitate in obsidibus datis pro prælio Romano. Secus si bellum esset inter ciuitatem & ciuitatem, quia obsides hincinde à ciuitatibus dati possunt testari, quia serui non efficiuntur.l.si quis ingenuam.§.penul.& fin.ff.de capti.& ita dicit Bald. fuisse iudicatum pro comite Bulganitio in bello Pisarum.ibi.§.quasi mulier. Non obst.hic.§. quia non loquitur de testamenti factione, sed de quadam assignatione bonorum, de qua in authen.si qua mulier.C.de sacr.sanct eccle In fin.glo. con-

37 cludit igitur, † quod quidam sunt qui prohibentur testari ratione defectus intelligentiæ, vt impubes, furiosus, prodigus, & mentecaptus. Quidam sunt qui prohibentur ratione defectus qualitatis, vt surdus, mutus cæcus. Quidam sunt qui prohibentur testari ratione prodigalitatis, vt is cui est interdictum bonis à iudice vel à lege, vel qui est damnatus ad mortem ciuilem vel naturalem. Quidam sunt qui prohibentur ratione dubitationis status proprij vt sunt illi qui de suo proprio statu dubitant.l.de statu.ff.de testa. Sed circa

38 prædicta dubitatur, an † vsurarius publicus posset condere testamentum. Dicite quòd non, nisi in primis præstita cautione publico tabellioni de restituendis vsuris.cap.quando que.de vsur.libr.vj. Sed tunc inducitur aliud dubium. Pone, quod vsurarius publicus primo conficit testamentum, postea de vsuris restituendis cautionem præstiterit, an tale testamentum validabitur? Glo.in d.c.quanquam, variauit, & dubitauit multum. Vos dicite vt ibi, & per Barto.in l.si

39 preterito.ff.de iniusto sup. Sed † quid de excommunicato a an possit conficere testamentum? Glo.in c.decernimus.de sen.excommuni.tetigit quòd non: pro qua allegatur: nam testamentum est actus legitimus.l.iij.ff.de test. actus verò legitimi sunt excomunicato interdicti.c.cũ inter priorem.& ibi not.extrà.de exceptio.ergo non potuit conficere testamentum: Præterea excommunicatus deportato æquiparatur, & ei cuia quæ & igni interdictum est, suprà de cap.dimi.post princ. sed non potest testari.l.eius.§.j.ff.eod. ergo nec excommunicatus. Præterea excommunicatus excommunicatione maiori, repellitur à perceptione sacramentorum & colloquijs hominum, ergo non poterit testes aduocare.c.à nobis.de excep. & ita fuit iudicatum secundum Bart. licet Bald.Ioan.Andr.& Iac.de Belui.tenuerint contrarium.de quo in l.si quæramus.ff.de testa.

ADDITIO.

a Quid de excommunicato. Adde Car.in cle.j.ver.viij quæro.de excep. Ioan.de Imo.in c.filius.de test.Petr.de Ancha.in c.pia.de excep.libro vj. Ant.de Butr.in dispu.inci.quidam vsurarius.Abb.in rubr.de testa. Fed.de Senis.consi.lxxiij.incip.vetus querela.

De exhæredatio. libero. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de solennitate extrinseca testamenti, quæ consistit in numero testium, inscriptione hæredis, subscriptione testium, & sigillorum appositione: verum quia est alia solennitas quæ appellatur intrinseca, consistens in institutione vel exhæredatione liberorum, ideo de ea tractaturus intitulauit, de exhæredatione liberorum. Vel aliter secundum glo. nostram. Suprà visum est de solennitate testamenti circa probationes, sequebatur videre de ea quę est circa pietatem, a ideo intitulauit, de exhæredatione a &c.

ADDITIO.

a De exhæredatione. Cogita circa hanc rub. quare non sit ita dictum, de institutione liberorum, vel saltem alternatiuè, scilicet de institutione vel exhæredatione liberorum, cum alterum alternatiuè requiritur: vt infrà dicitur in nigro de institutione. Potes dicere, quòd ideo dixit de exhæredatione, & non de institutione, quia plura intendebat dicere circa exhæredationem, quam circa institutionem quod patet, quia circa exhæredationem, ponit quando debent fieri nominatim, & quando inter cæteros. Item declarat, quando dicatur fieri nominatim, & quando inter cæteros: de quibus circa institutionem non est habenda mentio: Potes etiam circa hanc rubricam formare dubitationem Torti in rub. C. de li. præte. quare hic sit posita rubrica per nomen, ibi per participium. Ias. May.

1 *Solennitas testamentaria est duplex.*
2 *Filius aut institui, aut nominatim exhæredari debet, aliàs testamentum aliàs non ualet.nu.6, & 8.*
3 *Filio in potestate præterito, testamentum est ipso iure nullum. & numero.5.*
4 *Duo in solidum eiusdem rei domini esse non possunt.*
7 *Datio cohæredis extranei tollit essentiam sui hæredis.*
9 *Filio præterito mortuo patre moriente, non conualidatur testamentum.*
10 *Filia præterita, uel nepote ex filio antiquo iure testamentũ rumpebatur.*
11 *Nepotes instituendi uel exhæredandi sunt, ut testamentum ualeat.*
12 *Lex indefinita æquipollet uniuersali.*
13 *Ratio quando scripta in lege corrigente, licet legem correctoriam extendere, ad alium casum similem.*
14 *Sufficit rem uel personam unica demonstratione notari.*
15 *Statuti forma potius quàm ratio est attendenda.*
16 *Posthumus præteritus rumpit testamentum.*

17 *Filius in potestate præteritus, an debeat dicere testamentum nullum.*
18 *Testamenti ualiditas debet ab ipso testatore dependere non à filio.*
19 *Morte filij som nati, qui erat præteritus, non confirmatur testamentum, secus in morte posthumi præteriti.*
20 *Appellatio liberum an differat ab appellatione filiorum.*
21 *Exhæredatio quæ necessariò continere debeat.*

NON TAMEN. Hoc dicit: Testamentum in quo filius in potestate est præteritus, nullum est ipso iure, nec reconualescit si filius viuo patre moriatur. † Not. primò, non sufficere patri eidemque testatori adhibere numerum testium, inscriptionem, & sigilla, sed opus est. vt filium in potestate instituat, aut nominatim exhæredet. Ex quo colligitis, quòd duplex est solenniras testamentaria: vna intrinseca, quæ consistit in institutione vel exhæredatione filij, nec versatur circa pietatem. Alia extrinseca, quæ consistit in numero testiũ, inscriptis hæredibus, in subscriptione testium, & sigillotum appositione: & hæc versatur circa probationem.

ADDITIO.

Intrinseca. Quomodo debeat intelligi istud de solennitate intrinseca vida hic Bellon. qui tamen reprobat Porcium, & præmitta plura ad euidentiam, vt per eundem Bellonum, qui terminaliter declarat singula verba rubricæ.

Not. † patrem testantem, filium instituere debere, aut nominatim exhæredare, & hoc est potissimum quod inter cætera ad ordinanda testamenta requiritur. l. filiusfa. l. Gallus. §. in omnibus. l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. Item no. † filio in potestate preterito, testamentũ esse ipso iure nullũ,[a] vt hic Et probatur ratione secundum Barto. quia filio præterito, & extraneo instituto, testamentum complectitur impossibilitatem, ergo nullum, regula iuris, Impossibilium. Probo minorem, nam filiusfamilias viuo patre dici dominus bonorum paternorum, quod dominium patre mortuo continuatur in filium, & quidem insolidum. l. in suis. ff. de lib. & posth. & §. sui. infrà de hære. quali. & dif. mortuo igitur patre filius est sanctus pleno iure dominus & hæres bonorum paternorum insolidum: primò filius factus dominus à lege, secundò, hæres institutus factus à testatore, quod est impossibile, quia † duo insolidum eiusdem rei domini esse non possunt. l. si vt certo. § si duobus vehiculum. ff. commod. iij. §. ex contrario. ff. de acquiren. poss. Præfertur ergo filius à lege vocatus, & testamentum annullatur, & pro hac ratione introduxit ipse. l. in suis. de lib. & posthu.

ADDITIO.

Nullum. † Item limita quod suprà dixi, quòd testamentum in quo filius in potestate est præteritus, est nullum: hoc verum, si ipse filius petat eum declarari nullum: aliàs si taceat per annum, testamentum reconualescit de iure prætorio, vt hæredi scripto detur bonorum possessio secundum tabo. per text. & glo. in l. filio præterito. ff. de iniusto testamento. ibi Bart. in repetitione dictæ legis. Ias. May.

Sed † hæc ratio communiter reprobatur:[a] Primò, quia secundum hoc filius à cohærede esset exhæredatus contra l. Gallus. §. in omnibus ff. de libe. & posth. Secundò, quia secundum hoc, testamentum in quo filius est præteritus, & viuo patre est mortuus, nullum est, & tamen in eum fuit continuatum dominium: continuatio ergo dominij non est causa annullandi testamentum, Præterea filius institutus sub conditione potestatiua non annullat testamentum, & tamen ea præcedente fuit continuatum dominium. l. iam dubitari. de hære. institu. Præterea si ratio Barto. essent bona,[b] testamentum esset nullum non propter personam sed propter bona. Tertiò deberet considerari tempus mortis, non tempus testamenti. l. qui soluendo. de hære. insti. quod est contra hanc literam, Posset & aliter impugnari. sed hæc sufficiunt: quia communis ratio redditur, & ideò testamentum est nullum ratione defectus formæ. Nam cum lex requirat pro forma filium in potestate institui debere, aut nominatim exhæredari, si prætereatur omissio formæ, vitiat testamentum. Sed ratio cur lex requisiuit pro forma, bene potuit esse illa quam Bart. tradidit. hoc probatur in l. inter cætera. de libe. & posth.

ADDITIONES.

Reprobatur. Adde inquantum dicitur, suprà, sed hæc ratio communiter reprobatur, quia aliàs testamentum non valeret nec teneret. nisi ab illa parte in qua esset cohæres extraneus institutus, filius esset exhæredatus, & sic quo ad illam partem esset remota continuatio dominij, contra l. si posthumus. §. quod vulgo. ff. de libe. & posthu. † Sed dic, quod datio cohæredis extranei, tollit essentiam sui hæredis. l. apud Iul. §. item Iul. ff. ad Treb. Sed nunc obstat: quia si esset sublata suitas, ergo si esset nepos rumperet testamẽtum. Vnde melius dic, quòd pater instituendo filium in parte, videtur enim tacitè in reliquo exhæredasse, & sic in cætero remansisse continuationem dominij. Vel melius dic, quòd per dationem cohæredis extranei sublata est suitas, quo ad ea quæ dependent ex testamento. sed quod nepos succedat in locum filij in suitate, istud non dependet ex testamento, vt declarat Barto. in l. si filius qui patri. ff. de vulgat. & pupil. Ias. May.

Esset bona. Adde † inquantum dicitur suprà, si ratio Bart. esset bona &c. Sed aduerte, quia ratio Barto. procedit si quæras de ratione quare filius debeat nominatim exhæredari. Sed cum lex dicat alternatiuè, quòd debeat institui vel exhæredari, illa ratio nihil facit quare debet institui: imò illa ratio Bart. facit in contrarium, quòd non debeat institui, cum sine institutione dominium continuetur in filium. Ideò aduerte, quia Bart. in d. l. in suis, non quærit quæ sit ratio quòd filius debeat institui vel nominatim exhæredari: sed cum maniferin quærit, quæ sit ratio quando filius suus posthumus rumpit ipso iure testamentum. Et ideò si tu quæris, quæ est ratio quòd filius debet institui vel nominatim exhæredari? Dico quòd ratio est, quia aliàs filius dicitur posthumus. §. eodem. infrà de hæredita. quæ ab intesta. & posthumus rumpit ipso iure testamentum, vt hic. Si postea quæris, quæ sit ratio quòd posthumus ipso iure rumpit testamentum, dic vt hic ex mente Bart. Et ideò aduerte quod per prædicta patet, quod do. Christoph. Bald. Angel. & Cyn. in d. l. in suis malè quærunt quæ sit ratio quòd lex requirat pro forma, quòd filius debet institui vel exhæredari: & dicunt quòd est illa ratio Bart. quia non bene dicitur. per prædicta. Quæ est ratio quòd pater non instituendo vel exhæredando filium, reddat testamentum nullum? Vide de hac ratione infrà in §. emancipatos. & ibi D. Christo. indistinctè sequitur hanc rationem Barto. quam ipse hic omnino impugnat. Ias. May.

Item not. † filium præteritum mortuo patre morientem, non validare testamentum. Et fuit ratio dubitandi. Nam cum fauore filij lex mandauerit institui, aut exhæredari, cessante fauore per mortem, videbatur testamentum debere conualescere, Sed ratio decidendi fuit, quia ex quo testamentum ab initio fuit nullum propter defectum formæ, cessante impedimento nunquam conualescit, vt hic, & regula iuris quod ab initio. Item not. † filiam præteritam, vel neptem ex filio præteritam, iure veteri non annullare testamentum? Quid autem sit iure isto, videbiris in §. sed hæc quidam. infrà eod. Item not. licet filia debeat institui vel nominatim exhæredari, filia tamen[a] vel nepos ex filio poterunt inter cæteros exhæredari? Quid autem sit iure nouo, dicam in §. sed hoc quidem.

ADDITIO.

Filia tamen. † Sed videtur mirabile quod hic dicitur per text in §. posthumorum. infrà eo. quia si filia isto iure non erat instituenda vel exhæredenda, vt hic dicitur, quomodo ex filia neptis, quæ est in remotiori gradu, est instituenda vel exhæredenda? & tamen hic dicitur quòd sic. Sed non ob. si dicas, quod ideò fit, quia ex filia neptis subintrat in locum patris, & sic in locum masculi: vnde non ex persona sua, sed ex persona patris masculi est instituenda. Sicut & in simili dicimus in nepotibus ex masculis, qui olim non erant instituendi vel exhæredandi ex persona sua, vt hic, & tamen quia posset euenire quòd succedent in locum patris sui, certè ex persona non sua, sed eorum patris sunt instituendi, vel nominatim exhæredandi, d. §. posthumorum. Et † quando pater moritur, inspicitur in filiabus & in nepotibus persona eorum patris, in locum cuius succedunt, non autem sua propria, vt videtur mihi casus in §. cum filijs. infrà de hæredi. quæ ab intesta. Vel aliter potes dicere, quod ille. §. posthumorum. loquatur diuerso iure quam loquitur iste. §. quod patet: quia secundum istum §. nepotes & alij succedentes non sunt instituendi vel exhæredandi, & tamen secundum illum. §. est secus. Idem dicam in filiabus & nepotibus. Tene tamen primam solutionem, quæ verissima est & à nemine posita: ista tamen melius cadunt in d. §. posthumorum. Sed ad primam solutionem multum obstat: quia si filia neptis vel nepotes non venirent considerata eorum persona, sed tantum patris, in cuius locum succedunt, satis esset instituere filium vel exhæredare, cùm tantum sua persona attenditur, in cuius locum succedunt, & tamen contrarium dicitur in d. §. posthumorum. Cogita: nisi dicas, quòd licet consideretur tantum persona patris, consideratur tamen quia est noua persona quæ in eius locum succedit: & sic licet fœmina succedat in locum masculi, tamen est diuersa persona ab eo masculo qui fuit institutus vel exhæredatus: & sic ista noua persona tanquam præterita rumperet, nisi instituatur vel exhæredetur. Iterum cogita, quia fortè secunda solutio est tutior. Ias. May.

Item

Item not. filium appellari nominatim exhæredatum, siue exhæredetur expresso nomine proprio, siue appellatiuo, filius exhæres isto, dummodo viuens sit filius concor. l. pri-
12 ma. & secunda de libe. & posthum. † Ex quo infert. Bald. quod lex indefinita æquipoleat vniuersali. l. si pluribus de leg. ij. aliquando tamen æquipollet singularitati, quando subiecta materia vnum tantum indiuiduum complectitur, vt hic, Ecce filius meus exhæres esto. Ex quo inferebat. Do.
13 Cristo. Dicitur, n. vulgo. † Quod quando ratio est scripta in lege corrigente, licitū est extendere verba legis ad casum in quo vigeet eadem ratio scripta. l. milites agrum. de re mili. l. his solis de reuoc. docto. Hoc etiam locum habebit vbi nulla ratio est in lege, dummodo lex potuerit solum vnica ratione moueri, quia habetur pro scripta, & nominatim expressa, sicut dicitur hic in exhædatione, quę & ipsa est
14 odiosa. l. cum quidam. de lib. & post. Finaliter not. † sufficere rem vel personam voica demonstratione notari, Cui non obst. l. cum hi. §. prætor. ff. de trans. quia ibi multa requirebantur non ad rem demonstrandam, sed ad rem solennizandam: rei enim satis demonstratæ frustra obijcitur demonstratio. l. j. in fin. de do. præle. Ex quo infert Bald. Pone, statuto cauetur, quod in instrumento apponatur nomen patris & aui contrahentium, aliàs instrumentum sit nullum: pone, notarius confecit instrumentum alicuius qui vocatur Gallopressus, cuius persona erat vulgo notissima, nec apposuit nomen aui nec patris, an instrumentum valeat? Videtur quod sic: quia ex quo persona eret satis demonstrata, frustratoriè erit amplius demonstranda per expressionem patris vel aui. Iste tamen determinat contrarium: quia appositio nominis patris, requisita est pro solennitate, cuius omissio actum vitiat: vt licet statutum requisiuerit hanc formam siue solennitatem ea ratione, vt persona demon-
15 stretur. † attendenda tamen est potius forma statuti quam ratio. l. ij. C. formulis. l. omnium. C. de test. Nunc etiam contra text. opp. Dicitur hic in prin. quod testamentum in quo filius est præteritus, est ipso iure nullum Sed contra opponitur, & imo videtur quod valeat: vnde opp. de §. posthumi. infrà eod. de legat. ij. C. de libe. & posthu. l. posthumus.
16 ff eod. Sol. † Aut est præteritus filius iam natus, & tunc testamentum est nullum. & ita loquitur hic. Aut est præteritus filius posthumus in ventre matris constitutus, & tunc testamentum ab initio tenet, sed natiuitate posthumi præteriti rumpitur, & ita loquitur contraria ratio, quia pater magis peccat, & actum facit contra pietatem, prætereundo filium iam natum, quam prætereundo filium nasciturum, qui est animal nondum formatum, sed portio viscerum matris appelletur. l. j §. ex rupto. ff. de ven. inspi. Et si dixeritis, nonne posthumus debet haberi pro nato, ex quo de eius tractatur commodo. l. qui in vtero. de sta. bo. ergo testamentum nullum: Respondetur, quod posthumus non habet causam querelæ: nam si quidem ipse nascatur viuus, satis est ei permissum quod natiuitate sua testamentum statim annullatur. Si autem nascatur abortiuus, non habet causam querelæ, quia nihil est. Sed iterum op. de §. emancipatos, infrà eod Sol. ibi loquitur in filio emancipato præterito, quo casu testamentum tenet: & hic loquitur in filio in potestate præterito, quo casu est testamentum nullum, quia in ipsum continuatur dominium, in emancipatum autem minime, & videbitis in d. §. emācipatos. Sed iterū op. & imo videtur idem, si filius nullum dixerit l. filio præterito. ff. de iniu. rup. Huius timore contrarij. glo. ibi limitauit hanc
17 materiam, vt id quod dici solet, † filio præterito testamentum esse nullum, intelligatur, si filius nullum dicere voluerit. Mouetur primò per dict. l. filio. Secundò mouetur per l. sancimus § repletionem. C. de inoffi. testa. Tertiò mouetur per l. ij. C. de iure emphyteu. Item mouetur ratione: nam quod testamentum sit nullum, prouenit fauore filij: ergo ipso repugnante, testamentum valebit & tenebit. l. quod fauore. C. de le. Sed illæ glossæ communiter reprobantur, quia testamentum ab initio nullum, vt hic, ibi inutiliter te-
18 stabitur. Item cum peccatum sit in forma, redditur actus funditus nullus. † Item quia validitas testamenti debet dependere ab ipso testatore, non autem à filio præterito. l. illa institutio. ff. de hære. insti. & per hoc tolluntur allegata in contrarium, quia hic peccatum fuit in forma, & magis attendenda est forma quam ratio vt dixi. Subsequenter contra text. oppo. Dicitur in text. quod si filius præteritus viuo patre moriatur, testamentum non conualescit Sed contra opp. de l. posthumus suprà alle. Sol. illa lex loquitur quando fuit præteritus posthumus, qui postea viuo patre moritur: hic loquitur quando præteritus filius iam natus fuit: Ratio, quia posthumo præterito ab initio testamentum tenuit, vnde facilius in essentia sua conseruatur, quam testamentum ab initio validetur. l. cum quis. §. si quis pro eo. ff. de solut. & ibi nota. Sed contra hoc oppo. & imo videtur quòd mortuo posthumo testamentum non conseruetur: vnde oppo. de lega. ij C. de liber. & posthu. Solu. illa lex loquitur quando posthumus moritur post mortem patris: secus si viuo patre, quia hoc vltimo casu superest causa effi-
19 ciens, hoc est, testator. Sed finaliter oppo † quod filio præterito iam nato & mortuo viuo patre testamentum conualescat, vnde oppo. de dict. l. posthumus. versi. item. & circa. Solu ibi erant instituti alij filij, vel alij venientes ab intesta-
a to, quorum fauore testamentum sustinetur.[a] In fin. glo. in verbo nemo. vos iungite vtranque solu. & ita distinguite. Aut filius moritur viuo patre, & tunc testamentum remanet nullum, & ita loquitur hic. Aut viuit post mortem patris, & tunc si quidem dicat testamentum nullum, res est clara, quia nullum. Si vero testamentum approbauerit, tunc æquitate prætoria conualescit d. l. filio. sed inspecta veritate iuris ciuilis nullo modo conualescit, propter quòd ab ini-
b tio nullum fuit. & ita loquitur hic.[b]

ADDITIONES.

a Sustineretur. Declara omnes glo. vsque ad gl. in ver. nemo. quas iste omittit vt per Bellonum.

b Et ita loquitur hic. Ad glo. in ver. constiterit, quam iste non legit. Vide Bellonum qui ponit rationem diuersitatis inter posthumum & iam natum. & vide eundem etiam ad glo. in ver. extet. latè, & alias glossas sequentes.

a Glo. in ver. non extet.[a]

ADDITIO.

a Non extet. Aduerte hic ad glo. in verbo non extet. dum videtur face-
20 re differentiam, an testator dicat, omnes liberos exhæredo. an dicat, cæteros vel reliquos: vt primo casu videatur exhæredare nominatim. secundo non, quia hoc est falsum, per l. cæterorum ff. de verbo. significa. vnde tenet glo. in l. Titius §. j. ff. de libe. & posthu. quem ibi sequitur Dyn. vt sit differentia an dicat filios, an verò liberos: quia appellatione liberorum non solum continentur liberi primi gradus, sed etiam vlteriores: non sic appellatione filij, vt §. fina. suprà qui testa. da. tut. pos. Et ista ponit hic Ioann. Fabr. licet latius, quem omnino videas. Et licet ista sit communis opinio, vt sit facienda differentia inter filios & liberos, vt si testator vtatur termino filios, dicatur exhæredatio nominatim facta, hoc semper visum est mihi quòd sit contra text. in l. ij. ff. de liber. & posthu. Cogita. Sed ibi respondet Barto. quòd propter odium indefinita non æquipollet vniuersali. Item contra hanc communem opi. videtur multum vrgere text. in l. iij. §. nominatim. ff de inoff. rup. & item, testamento iure facto. § fin. suprà qui da. tut. pos. Sed potes respondere ex mente Barto. vt statim dixi. Item contra hanc communem theoricam multum me turbat text. in §. posthumi. in versi. masculos, infrà eod. titu. vbi est exhæredatio facta per dictionem, filios, & tamen comprehendit nepotes posthumos: Item est ibi mirabilis text. quòd licet fiat immixtio graduum, tamen non vitiatur institutio. Cogita super illo text. Item aduerte ad istam glo. dum vult, quòd si testator dixit, reliquos liberos. vel liberos simpliciter, vt ideo vitietur institutio, quia sit immixtio graduum. Ista ratio confundit dicta in princi. per glo. quia multo magis debet vitiari quando dixit omnes liberos, cum tunc maior fiat immixtio graduum. & istud est expeditum. Vltimo vide doc. in l. Titius. §. j. ff. de libe. & posthu qui reprobant vnam glo. hic positam in verbo cæteros. Et aduerte, quia glo. vult quòd si testator dicat vnum de filiabus meis exhæredo, quòd valeat in fœminis, licet non in masculis: istud videtur impossibile ratione incertitudinis cum nesciamus quam testator voluerit exhæredare. Sed puto posse sic dici, quòd aut quærimus, nunquid talis exhæredatio dicitur facta inter cæteros, & valeat in fœminis, licet facta inter cæteros, & dicendum est quòd sic: sic est mens huius glo. Aut quærimus nunquid vitietur ratione incertitudinis, & dicendum

est quòd sic, non eo, quia facta sit inter ceteros, sed quia non possit constare de qua senserit testator. arg. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. Ias. May.

21 † Quæritur finaliter quot sint necessaria in exhæredatione: Dic, quod quinque, vt not. glo. in l. iij. in §. ante hæredis. ff. de libe. & posthu. Primò, quòd nominatim fiat, vt suprà. Secundò, quòd fiat purè, non sub conditione, nisi quando instituitur filius sub conditione causatiua, vel mixta, in cuius defectum exhæredatur. dict. l. iij. §. purè. Tertiò, quod fiat in gradu institutionis vel substitutionis, & non à persona. Quartò, quod fiat à tota hæreditate, non à quota vel à certa. vt ff. eod. l. cum quidam. Quintò, quod iusta causa inseratur. C. de lib. præt. authen. non licet. vnde versus. Nominatim & purè, toto gradu asseque causa. Sed tunc quæritur quot sint legitimæ causæ exhæredandi filium, Dic xiiij. quæ ponuntur in auth. vt cum de appellatione. cog. §. causas. & c. Quintauallis. extra de iureiur. & vij. quibus filius patrem. Ias. May. [Quot sint necessaria in exhæredatione. Adde glo. in authen. de hære. & fal. in §. exhæredatos. gl. in authentica. vt cum de appel. cog. in §. aliud quoque.]

1 ☞ *Posthumus tripliciter sumitur.*
2 *Testamentum in quo pater præterijt filium posthumum ualet, sed eius natiuitate rumpitur.*
3 *Nepotes posthumi sunt instituendi aut nominatim exhæredandi, ut testamentum ualeat.*
4 *Præteritione posthumi non ipso iure annullatur testamentum.*
5 *Pater magis peccat prætereundo filium iam natum, & animal formatum quàm nasciturum.*
6 *Casus in quo posthumus non habetur pro nato, licet de eius commodo tractetur.*
7 *Qui agnoscendo intrant gradum primum suitatis, non sunt uere posthumi.*
8 *Aliud est esse talem aliud haberi pro tali.*
9 *Nepos ex filio mortuo patre, debet ab auo institui, ne agnascendo præteritus rumpat testamentum, idemque est in auo materno.*
10 *Institutio facta de posthumis nascituris, intelligitur etiam de nascituris ex futuro matrimonio: secus in exhæredatione.*
11 *Verba præsentis temporis non sunt ad futurum trahenda.*
12 *Posthumi exhæredari non possunt.*
13 *Matris præteritio, non annullat testamentum.*
14 *Nepos natus post mortem patris auo præmortuo, non rumpit testamentum.*
15 *Filio in potestate instituto, & nepote ex eo in potestate præterito, si filius emancipetur, an testamentum efficiatur nullum.*
16 *Filij adoptiui non transeunt in potestatem adoptantis, & dicuntur esse sui hæredes.*

a §. POSTHVMI. a Testamentum in quo posthumi sunt præteriti, mero iure tenet: sed eorum natiuitate quam primum annullatur. h. d. primò. Et illi dicuntur posthumi, qui agnoscendo præteriti rumpunt testamentum: ideoque testator prouidè facturus erit, si eos instituerit, aut nominatim exhæredauerit. h. d. secundò. Ad euidentiam 1 præmitto† tria. Primum, quòd posthumus triplex appella-
b tur. Quidam b est posthumus ex suo corpore nasciturus, vt est partus relictus in ventre vxoris prægnantis, Quidam est posthumus suus ex alieno corpore nasciturus, vt est partus relictus in vtero mulieris prægnantis ex filio præmortuo vel emancipato. Quidam est posthumus alienus, ex alieno corpore natus. vt est partus relictus in vtero extraneæ mulieris, habentur in l. Gallus. de libe. & posthu. Secundò præmitto, quòd posthumus sumitur tripliciter. Vno modo, quia nascitur post mortem testatoris, vnde tunc appellatur posthumus, quasi posthumationem, id est sepulturam testatoris natus. Aliquando sumitur posthumus, quia nascitur viuo testatore, sed post testamentum, vnde dicitur posthumus, quasi post testamentum natus, viuo tamen testatore. Aliquando dicitur posthumus qui viuit tempore testamenti, sed per mortem patris agnoscitur auo, & subintrat primum gradum suitatis, & agnoscendo rumpit præteritus testamentum, & de hoc propriè loquitur versi. posthumorum. & l. posthumorum. ff. de inusto rup. Tertiò præmitto, quòd ex l. xij. tabu. posthumus, etiam suus ex alieno corpore natus, non poterat hæres institui: solum enim permittebatur hæredem instituere posthumum ex suo corpore natum, eo, quia fuit visum antiquitati absurdum, vt posthumus ex alieno corpore natus, qui nondum erat homo creatus, posset etiam institui essetque capax institutionis. §. posthumo. infrà de leg. sed quia ex hoc inducebantur plerunque ruptela testamentorum, superueniat Gallus Aquilius, qui induxit potestatem & formam instituendi posthumum suum ex alieno corpore natum, per hunc modum. Instituo filium meum hæredem, & si me viuo moriatur, tum si ex eo nepos vel neptis post mortem meam intra x. menses natus nata vt erit, hæres esto. l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthu. sicque Gallus prouidit de nepote instituendo & nascituro post mortem aui. Cæterum quia nihil dixit de pronepote. Scæuola extendit consilium Galli ad pronepotes, vt si quis habeat nepotem ex filio præmortuo, possit instituere pronepotem, forma de qua suprà. Sed quia & Gallus & Scæuola solum prouiderunt de posthumis nasciturís post mortem testatoris. ideoque non bene, quia futurum facilè erat vt hi posthumi nascerentur viuo testatore. ideo est prodita est lex Velleia. quæ prouidit in eo casu quo posthumi viuo testatore nascerentur. d. l. Gallus. §. nunc ad Velle. Cõsultius igitur faceret testator si quis vtrunque consilium & Galli & Vellei fuerit complexus hoc modo dicendo: Instituo filium meum hæredem, & si me viuo moriatur, tunc si quis ex eo mihi nepos vel neptis post mortem meam natus nataue erit infrà x. menses (ecce consilium Galli.) vel etiam me viuo natus nataue erit, hæres esto: (ecce consilium Vellei.)

ADDITIONES.

a Posthumi. Aduerte circa. §. posthumi, dum vult, quòd si filia posthuma
a fuerit præterita, quòd † testamentum valet, sed per natiuitatem talis posthumæ rumpitur testamentum: illud videtur esse mirabile: quia si filia iam nata præterita non rumpit testamentum, vt in ver. sed non ita. suprà eod. quomodo ergo posthuma, postquam iam est nata, debet posse rumpere testamentum? Et ad hanc mirabilitatem fortiter facit, quia magis peccat pater, & magis facit contra pietatem, prætereundo filium iam natum, quem iam vidit & nouit, quam prætereundo posthumam, quem nunquam vidit & in quo non potest cadere tanta affectio, vt vult iste text. suprà in princ. huius titu. in ij. col. & tamen valet testamentum quando præterijt filiam iam natam, ergo multò magis debet valere quando præterijt posthumam. Fortè potest dici, quòd lex antiqua ideo voluit per præteritionem posthumæ rumpi testamentum quàm iam natæ, quia lex antiqua putauit quòd potius per obliuionem præterierit posthumam, quàm iam natam Et quòd in posthuma caderet probabilior dubitatio obliuionis in filia posthuma quàm in iam nata, hoc probat iste text. in ver. sed si fœminæ. qui vult, quòd quando filia posthuma exhæredetur inter cæteros, debeat sibi aliqui legari, ne videatur per obliuionem præterita, & tamen quando filia iam nata exhæredabatur inter cæteros, non erat necesse aliquid legari, quia non cadebat dubitatio obliuionis. Cogita, quia fortasis ista non sunt ab his cogitata. Item circa hunc §. cadit aliud mirabile quod scripsi suprà in princ. huius titu. in ij. col. quod tamen malius ca-
3 dit hic, intellige circa istum, scilicet circa. §. posthumorum. † Item circa hunc §. occurrit aliud dubium, dum vult quòd nepotes posthumi sunt exhæredandi, & nominatim: quia si iam nati nepotes poterant præteriri, vt §. præcedenti. ergo & posthumi. Et si dicas quod istud sit propter timoram obliuionis. vt statim dictum est respondeo, quod poterat statui. vt aliquid ei expressum relinquatur, sicut in posthuma statuitur, aliàs erit diuersam in posthumabus, & nepotibus posthumis: & tamen in iam natis est idem, vt versi. sed non ita. suprà in §. præce. Cogita cur diuersum. Ias. May.
b Quidam. Præmitte etiam latius, vt per Belloou. quia est defectus.

Not. primò posthuma debere autem institui, aut exhæredari nominatim: & in hoc par est conditio filij iam
4 nati & nasciturí. Item nota, † præteritione posthumi
a non annullari ipso iure testamentum, a & in hoc dif-
b fert à præteritione filij iam nati, b quæ reddit testamentum
5 ipso iure nullum: † propterea quod magis peccat pater prætereundo filium iam natum & animal formatum, quam nasciturum, vt vidistis suprà in princip.

ADDITIONES.

a Testamentum. velint illa verba, & ea ratione totum infirmatur. vide Belloou. nouiter declarantem.

Iam

Item nati No.secundo, ibi, valet quidem testamentum. quòd est differentia inter posthumum præteritum,& iam natum: quia iam nato præterito, testamentum est nullum: secundum limitationes datas in præce. §. Sed posthumo præterito testamentum interim tenet, & rumpitur demum cum nascitur, vt hîc:& si moriatur testatore viuo, reconualescit testamentum de iure prætorio, vel posthumus præteritus.ff.de inoffi. testa. quod secus est in iam nato præterito: quia licet moriatur viuo testatore, non conualescit, nisi fiant instituti venientes ab intestato, vt dixi in præce. §. Quando autem moritur post testatorem. natus vel posthumus, tunc nullo iure reconualescit testamentum vt l.ij.ff.de posthu. hære.insti.& §. posthumo.infrà de leg. Ias.May.

Item.no.† agnatione filij præteriti annullari testamentum. Si verò abortiuus nascatur, nequaquam. concor.l.ij. C.de hæred.insti. Ex quo colligitis casum, in quo posthumus non habetur pro nato, licet de eius commodo videatur tractari: quod videtur contra l.qui in vtero.de statu. ho. Sed dicite vt heri dixi. Item nota posthumum, per lineam fœminem descendentem potuisse iure væteri inter cæteros exhæredari, quid autem sit iure nouo, videbitis in §.sed hoc quidem.infrà eodem. Not.in §.posthumorum.† quod illi qui agnascendo intrant grandum primum suitatis, habentur loco posthumorum. Ex quo colligitis, quòd non sunt vere posthumi. a concord.lege posthumorum.de iniu.rub. Ex quo dixit Barto.aliud esse talem, & aliud haberi pro tali: b vnde † aliud est quod aliquis sit ciuis, Doctor vel scholaris, aliud quod quis habeatur pro ciue, Doctore vel scholare: de quo Barto.in l.maritus.§.j.ff.de adult. Finaliter nota † consilium c instituendi nepotem ex filio ne agnascendo præteritus rumpat testamentum. hoc esse proditum ex lege Velle.sed vos dicite quod in primis à Gallo in simili: vt hic sentit litera.

ADDITIONES.

Verè posthumi. Quomodo hoc debeat intelligi, dic vt per Bello.in §.posthumorum.j.no.

Pro tali. Vide Bellonum.li.iiij.supputa.cap.xix.nu.7.

Consilium. Sed nunquid istud consilium de auo, qui debet instituere nepotem, habeat locum in auo materno, sicut in paterno? Dic quòd sic: Sed in paterno nepos diceret testamentum aui nullum, vel per contra tabu.euerteret. In materno verò nepos præteritus subducta filia querelarat, si iusta & legitima causa non incerta præteriretur: quia eius præteritio pro exhæredatione habetur. infrà eodem. §. mater. in gloss. &c. Ias. May.

In fine gloss.in verbo posthumi. a colligitis, quod † licet institutio facta de posthumis complectatur nascituros in casseta, tam ex futuro matrimonio quam ex præsenti, exhæredatio tamen facta de posthumis nascituris solũ ex præsenti matrimonio complectitur. Contrarium tenuit gloss.in lege placet.de libe.& posthumis. vt etiam exhæredatio posthumos nascituros ex futuro matrimonio comprehendet. & pro illa gloss.allega. l.iij.§. pen.ff.de libe. & posthumis. Sed hæc gloss. veluti verior communiter approbatur, propterea quòd exhæredatio debeat fieri nominatim, non indefinite, vt hic. & in l.j.de liberis, & posthumis.† item quia verba præsentis temporis non sunt trahenda ad futurum.l.si à colono, de verbo. obligationibus. & lege houes. §. hoc sermone.ff. de verbo.significa. Exhæredatio igitur facta de posthumis, solum nascituros de præsenti matrimonio complectitur, non ex futuro. Sed ideo institutio facta de posthumis, nascituros ex futuro matrimonio comprehendit, quia ad illos per legem extenditur fauore institutionis: quod non est ad exhæredationem trahendum, quia illa est odiosa.l.cum quidam. de liberis & posthumis. & regula iur.odia.de regul.iuris.libro. vj. in fine. glossa in verbo rumpitur. colligitis, † quod licet iure veteri posthumi exhæredari poterant, hodie tamen iure nouo nomine. Sed huic sententiæ multum videtur aduersari. lege maximum. C.de liberis præteritis Sed respondetur communiter, quòd corrigitur illa per l.si quis in suo.§ fin.C.de inoffi.testamen. quod fuit visum Ful.absurdè dictum, quod l.si quis in suo. veluti prior corrigeret.l.maximum vitium, quæ est in ordine posterior. Vnde ipse dixit, quod iure.C.posthumi exhæredari possunt: & ita loquitur l.maximum vitium. non autẽ à matre: ita loquitur .l. si quis in suo, Sed quicũque harũ sententiarum valeat, illud est palam, iure nouissimo non posse exhæredari, propterea quod in exhæredatione est inferende causæ, hoc est demeritum authen. non licet.authen. ex causa.C.de libe.præte. Sed posthumi non potuerunt demereri. ergo nec exhæredari. Et ista sententia est vera. In fin. glo.in versic. parentibus b No. præteritionem matris factam de liberis, non annullare testamentum: quod ideo procedit,† quia præteritio matris habetur pro exhæredatione vt videbitis in §.mater.infrà eodem. In fi glo.in verbo, necesse. Not. duplicem necessitatem, vnam præcisam, ad quam quis velit vel nolit à lege compellitur vel ab homine. Alia est causatiua, ad quam quis non compellitur præcisè, & iste propriè appellatur suasio.similem gl.habes in l.Gallus. in prin.ff.de libe.& posth.

ADDITIONES.

Verb.posthumi. Ad omnes gloss.§.posthumi. quas iste omittit vide hic.Bellonum.

Verb. parentibus. Dum hæc gloss. exponit parentibus.s.masculis. Bello. dicit hanc expositionem fuisse necessariam vt per eum quem lector vide.

In fi glo.in verbo, viuo.† No.nepotem natum post mortem patris auo præmortuo non rumpere testamentum, licet in eo præteritus extiterit. Secus si pater viuo auo a mortuus extitisset. b Ratio, quia quando pater moritur post mortem aui iam firmatum est testamẽtum: quia filius idemque pater tempore mortis primum gradum obtinuit in seruitute vnde non potest natiuitate nepotis rumpi. Sed quando moritur viuo auo, ideo natiuitate nepotis rumpitur, quia ipse tempore mortis aui reperitur primum gradum suitatis recipere.

ADDITIONES.

Viuo auo. Quærunt hic Doct. quid † si filius in potestate sit institutus, & nepos ex eo similiter in potestate sit præteritus, & filius interim emancipetur, an nepos rumpat testamentum? Glo.in l.Gallus.§.& si quid.ff de liberis.& posthumis. dicit quòd sic, quia in successione ex testamento durat differentia emancipationis,& sic cum filius emancipatus non succedat, nepos excluso filio rumpit. Barto.ibi tenet contrarium, quod imò testamentum teneat: quia imò sublata est differentia inter emancipationem & patriam potestatem,& ita hodie debet exhæredari sicut filius.in Meuia.C.de hæred.& infrà eodem.§. nostra.& ideo cum filius licet emancipatus teneat suum locum,& præcedat nepotem, ergo.&c. Aduerte, dum ista gloss.dicit, item differt ab ascendentibus, & allegat.l. pater filium. puto, quod ille lex veniat hoc modo. Nam hic dicitur, quòd ita demum admittitur nepos, si filius viuo auo subducatur de medio & sic si obstaculum tollatur viuo eo de cuius testamento agitur.& tamen in d.l. pater filium dicitur, quòd si filij, quorum prima est causa,& sic qui sunt impedimentum auo in casu illo, tollantur de medio etiam post mortem eius de cuius successione agitur, quòd admittatur ipse auus ergo patet quòd secus est in ascendentibus.& ita inducit Bar. quem vide in l. posthumorum.ff. de iniu. rup.testa. imò quòd est singularius etiam iure nouo.† quòd filij adoptiui non transeunt in potestate patris adoptantis, tamen dicuntur esse sui. tex.est singu.in l.cum in adoptiuis in iij.colum.in princ.C.de ado. Et sic ibi est casus in quo est dare suum. qui non est potestate: licet posset dici, quòd ibi tex.dicit quòd habet iura sui hæredis, non quod sit suus hæres. Ias.May.

Extitisset. Hæc latius explicat Bellonus, quem vide etiam ad aliàs glo. sequentes.

1. *Iure ciuili emancipati non sunt instituendi aut exheredandi, secus est de iure pratorio. & propter præteritionẽ ipso iure non fit nullũ testamentum, sed datur beneficium contra tab.nu.2.*
3. *Ciuis originarius unius ciuitatis, datus in adoptionem ciui alterius ciuitatis, an ciuitatis suæ desinat esse ciuis. & si ad munera utriusque ciuitatis uocetur quæ sit præferenda.*
4. *Adoptiui non dicuntur sui suitas enim ex sanguinis coniunctione procedit.*
5. *Filiæ iure nouo ita sunt instituendæ, aut exhæredandæ sicut de filijs dictum est.*
6. *Militis præteritio de filio scienter facta, pro exhæredatione habetur.*
7. *Præteritio materna, uel ex linea materna, habetur per exhæredatione.*
8. *Dictio, paulopost, denotat interuallum.*

9 *Præteriti & exhæredati qualiter rumpant testamentum.*
10 *Collaterales qualiter ex præteritione rumpant testamentum.*
11 *Testamentum in quo pater à filio est præteritus, non est nullum.*
12 *Filius emancipatus, non habet propter præteritionem querelam inofficiosi testamenti.*
13 *Exhæredato non datur bonorum possessio contra tabulas.*
14 *Verbum Ritè denotat solennitatem, Rectè verò iustitiam.*
15 *Instituto licet non detur bonorum possessio contra tabulas ex persona sua, habet tamen ex persona præteriti.*
16 *Auus an teneatur nepotes ex fœmina exhæredare.*
17 *Præteritio filij in potestate constituti, licet habeat ipso iure annullare testamentum, præteritio tamen emancipati nequaquam & numero. 20.*
18 *Emancipationis & patriæ potestatis differentia an et in quibus hodie sit sublata numero 21.*
19 *Emancipato an detur querela inofficiosi testamenti.*
21 *Statutum loquens de causa intestati, an trahatur ad causam testati.*
23 *Renunciari potest allegationi ignorantiæ ex certa scientia.*

a §.EMANCIPATOS. a Emancipati liberi iure ciuili sunt incogniti: & ideo eo iure præteriti non rumpent testamentum. Iure verò prætorio emãcipati liberi per lineam masculinam descendentes, debent institui aut exhæredari nominatim, Per lineam autem fœmininam descendentes, debent institui, aut inter cæteros exhæredari: alioquin si præteriti extiterit, tribuitur eis à prætore beneficium contra tabu. hoc dicit. † Not primò, emancipatos liberos iure ciuili b incognitos esse, & propterea de necessitate eo iure neque instituendos, nec exhæredandos, ideoque præteriri non annullant testamentum. No. rationem ex text. quod ideo emancipati præteriti non rumpunt testamentum, quia non sunt sui hæredes, quia suitas fuit dissoluta per mancipationem. Et ex hoc text. ego semper probaui sententiam Barc to. contra Bald, Ange. cæterosque nouissimos, quod ratio quare præteritio filiorum annullet testamentum, est suitas & continuatio dominij: cum enim extraneus à testatore institutus, reperiat per filium præteritum occupatum dominium esse in suitate, & continuetur, non potest illud apprehendere ideoque constitutio nulla. l. si vt certo. §. si duobus. ff commo. Et pro hac opinio. facit, quod præteritio matris ideo non annullat testamentum, quia in filijs ad matrem non est potestas, & ideo nec suitas §. mater. infrà eodem. l. illud. §. ad testamenta. de contrata. Item pro hoc introdu-2 cebat. lege item quod Sabinus de hæredi. institu. † item no. iure prætorio filium emancipatum debere institui aut exheredari: si tamen eo iure emancipatus prætereatur, testatum non dicitur nullum imò datur beneficium contrata. Et si dixeritis, prætor mandat emancipatos institui aut exhæredari, si ergo prætereatur contra mandatum prætoris, ergo testamentum nullum lege non dubium, C. de leg. Sol. aliquando lex mandat aliquid fieri, nec vltra procedit, si contra fiat, actus est nullus. d. l. non dubium C. de legibus. Aliquando lex mandat aliquid fieri, & vlterius procedit d imponendo pœnam d si non fiat, tunc si non contra fiat valet actus, ne duo imponantur, annullatio actus & pœna exterior: ita not. Barto. in lege prætoria. de damnum. infectum. ita habetur in lege iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. e ecele. Not. in §. adoptiui. e adoptiuos liberos. f durante ado-f ptione debere institui aut exhæredari: à patre adoptiuo, à patre naturali non. Si verò emancipati fuerit à patre adoptiuo, non sunt instituendi nec exhæredandi, sed à patre naturali sic. & hæc vera sunt iure isto, iure nouo aliter disponitur, vt habetur in l. cum in adoptiuis. C. de adop. & dicatis vt ibi.

ADDITIONES.

a Emancipatos. Ad euidentiam huius. §. vide hic. Bellonum præmittentem plura iura circa istos emancipatos.

b Iure ciuili intellige de iure ciuili vsque ad ius Codicis, vt per Bello. 3. no.

c Sententiam Bart. Hæc tamen opin Bar. est communiter reprobata, vt inquit hic Bellonus.

d Imponendo pœnam. Hæc responsio non placet Bellono qui aliam dat.

a §. adoptiui. † Quid autem si ciuis originarius vnius ciuitatis, detur 3 in adoptionem alteri ciui alterius ciuitatis: quia efficitur ciuis similiter alterius ciuitatis, an desinit esse ciuis suæ ciuitatis quemadmodum filius desinit esse in potestate patris naturalis? Dic quòd non, sed vtriusque ciuis erit, & subibit munera vtriusque ciuitatis & honores, lege in adoptionibus. ff. de adop. Sed quid si pariter vocetur ad munera vtriusque ciuitatis? Dic quòd est præferenda ciuilitas originalis, vt vulgò in d. l. adoptionibus de hoc per Barto. in leg. j. assumptio. ff. ad municipa. &c. Iason May.

f Adoptiuos liberos Ad hunc. §. adoptiuos præmitte diuersa iura in adoptiuis vt per Bellon.

4 Item nota quòd † adoptiui filij non dicuntur sui: a con a cor. tex. apertus in. §. præterea de hæred. quæ ac inte. defe. quod videtur mirabile quia suitas procedit ex coniunctione sanguinis, quæ cessat in adoptiuis. l. si de damno infecto. Sed tamen quia suitas causatur ex patria potestate, hodie non haberent locum in adoptiuis, nisi esset adoptati ab auo ma b terno, vel proauo. Item not. in §. sed hæc b quòd † hodie ita 5 debeant nominatim exhæredari filiæ, sicut filij. Not. duplicem rationem. Prima, quia in procreatione sobolis ita necessarium est mulieris officium, sicut masculi. Alia ratio, quia iure veteri ita vocabantur filiæ ad hæreditatem intestati, sicut filij. Ex quo colligitis, quod causa testati, à causa intestati regulatur, facit. l. prima de secun. tab. Addite aliam rationem positam in l. maximum vitium de libe. præte. vt euitetur vitium increpandi naturam, cur ita non procreauerit masculum sicut fœminam. Not. in §. sed si in expedic tione, c † præteritionem factam à milite militante, non an-6 nullare testamentum, propterea, quia pro exhæredato habetur quando non ignorat filium sibi esse & hoc est, statutum fauore militum, vt eorum testamenta sustineantur. l si cum vel in vtero. C. de test milita.

ADDITIONES.

a Non dicuntur sui. Adde qui dicantur sui: vide gl. fi. c. studeat. l di. Bar. in l. si ita. in. §. en lege. de verb. obli. & Car. Zab. in c. de cætero de testi. & qui veniant appellatione suorum vide per Bar. in l. j. C. qui ac. Bal, & Saly. in l. fœmina. C. ad turpil.

ADDE An filij adoptiui dicantur sui. vide Ias. in consi. ex ij. incl. circa primum consultationis articulum col. iij. vers. secundo principaliter in iiij. vol. & quæ ponit præclarissimus Iurisconsultus. D. Andr. Tiraquel. in l. si vnquam. in ver. susceperit liberos. nu. 8. & nu. 11. C. de reuocan. donatio. Zilettus.

b §. sed hæc. Ad hæc dicta Porc. vide omnino Bello. lib. 3. supputa. capitulo tertio. vbi tractat de suitate adoptiuorum, & hic.

In hoc. §. refertur dispositio. le. maximũ vitium. C. de li. præt. pec quam quid de nouo disponatur, vide hic Bellonium altius exordientem

c Expeditione. Nota in. §. sed si in expeditione. quód præteritio militis facta de filio scienter, habetur pro exhæredatione: quod secus est in pagano. vt suprà in princi. huius ti. Et in dubio præsumitur sciuisse, si aut filia in testamento nominauit, aut ei legauit. l si cum vel in vtero. C. de testa. milit. & ista procedunt iure isto: quid autem si iure authenticorum: vide Iorcum in l. sicut certi. ad fin. C. de test. milit. Et aduerte, quód dum glossella, hic voli istum text. non procedere quando miles non esset in expeditione, dubito, per d. l. sicut. & d. l. si cum vel in vtero. in quibus habetur, quód præteritio militis habetur pro exhæredatione, & tamen ibi non fit mentio de expeditione. Cogita. Ias May.

7 No. in §. mater. † præteritione matris. vel ex linea materna facta, non annullari testamentum. propterea quod pro exhæredatione habetur: Ratio, quia mater non habet filios in potestate, & ideo in eis non est suitas, ideo testamentum tenet, fortificatur ratio Bart. de qua suprà & probatur hoc in l. illud. §. ad testamenta, de contrata. Finaliter not. propter præteritionem à matre vel à linea materna, compete-8 re querelam inofficiosi testamenti. † Deinde colligitis, quod dictio, paulo post, denotat interuallum. Nam dixit hic, prouideri de remedio paulo post, & tamen prouidetur per longum interuallum hæc satis quo ad tex.

ADDITIO.

9 Vltimo nota conclusionem huius tituli † qualiter præteriti & exhæredati rumpant testamentum: Dic. si à patre & eius linea præteritur filius, aut est in potestate, aut emancipatus. Primò casu, si præteritur, talis filius in potestate dicit testamentum nullum, & etiam potest rumpere per contra tabulas. l. maximum vitium. C. de li. præt. Aut exhæredatur, tunc si est adiecta causa, rumpit per querelam quo ad institutionem tantum, si causa non probatur: alias causa probata repellitur, vt in §. exhæredatos. sed si non est adiecta causa, dicit nullum, quia causæ insertio est de substantia, vt in §. aliud quoque capitulum. in authentica. vt cum de appellatione cognos. In filio emancipato si exhæredatus, idem est quod in

illo

filio qui est in potestate. si fuit præteritus sine expressiõe causæ, dicit nullum & contra tabulam. si est filius in potestate: sed si cum expressione causæ, tunc solum rumpit per contra tabulas: Et in hoc differt à filio in potestate, qui etiam diceret nullum, vt tenet glos. in d. §. exhæredatos. Et idem dicas econtra de ascendentibus præteritis à filijs per l. j. ff. si quia à parente fuerit manumissus. † Qualiter autem collaterales rumpant ex præteritione testamentum? Dic quòd fratres vtrinque coniuncti vel consanguinei si sint præteriti siue exhæredati, rumpunt per querelam, si turpis persona sit instituta, & non probetur aliqua de tribus causis, de quibus suprà scripsi. Sed vterini tantum, nullo modo l. fratres. & ibi Bart. C. de inoffi. testa. nec isti tenentur de necessitate in exhæredatione exprimere causas ingratitudinis, quia solum hæres potest opponere causam, vt in auth. de nup. §. ingratitudinem. Ias. May.

In fin. gloss. in verbo sui. Vos dicite, quod ratio literæ 31 prout iacet, est bona. Non ob. quòd † filius teneatur instituere patrem, quia fateor: tamen si patrem præterierit, talis præteritio non reddit testamentum nullum. sed paratur a patri querelam a inofficiosi à iure ciuili, aut remedium contratab. à iure prætorio. l. eum filium. C. de inoffi. testa. l. j. §. j. ff. si quis à paren. fuerit ma. sed præteritio filij in potestate, bene habet annullare testamentum ratione suitatis. Sed dixerit aliquis quæ est ratio quare filio emancipato præterito non competit querela inofficiosi testamenti, cum ea competit patri à filio præteritio, & tamen nec est pater in filij 32 potestate, nec emancipatus in potestate patris? Solu. † ideo querela non competit filio emancipato, quia filius emancipatus est incognitus iure ciuili: b vnde querela, quæ est beneficium proditum à iure ciuili non competit. l. ex duobus. §. finali. & ibi gloss. ff. de vulgaris. & pupillaris pater autem est agnatus filio, & cognitus iure ciuili, & ideo eidem beneficium iuris ciuilis, hoc est, querela competit. In c fine. gloss. in verbo exhæredatur. no. duo, c Primum, quod 33 illud quod vulgo solet dici, † exhæredato non competere bon. possess. contra tabul. habet locum quando, ritè, id est, so-14 llenniter exhæredatus extitisset. † Addite, quod verbum Ritè, significat solennitatem, verbum, Rectè, iustitiam gloss. est in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra tabul. l. hoc 15 colore. de inoffi. testa. Secundò colligitur ex gloss. † quod licet iusituto non competat bo. possessio. contra tabulam ex persona sua, competit tamen sibi ex persona præteriti. concord. lege si post mortem. §. finali. de contra tabulam. habes in simili in lege petendæ. C. de tempo. in integrum. restituto pen.

d Glo. in virilem. d

ADDITIONES.

a Querelam. Dnm vult hic patri præterito competere querelam. Bellon. hic dicit eum errare in terminis.

b Ciuili. Istud non placet etiam bellono. quem vide ad omnia hic dicta. per Porcium.

c Duo. Plura alia notabilia colligit hic Bello. ad hac. glo.

d Virile n. In gloss. in verbo per virilem. Aduerte, quia † illa iura ad-16 mittunt nepotes ex fœminis ab intestato, cum illa diminutione tertiæ partis. Quid autem iuris sit in talibus personis condito testamento. Glossæ non bene aperiunt: ideo cogita. Et tex. in l. maximum vitium. in ver. si tamen. ex masculis progeniti sunt. videtur innuere quòd in nepotibus ex fœmina condito testamento nihil sit innouatum. Et si dicis si sublata est ab intestato, ergo & ex testamento: illud est falsum per id quod in simili videmus hodie in emancipato, in quo ab intestato sublata est differentia, & tamen non condito testamento. iuxta gloss. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & in authen. ex causa in glo. ij. magna, in princip. C. de libe. præte. Cogita, quia puto quòd ista sit veritas: primum, si descendentes ex fœminis non debent institui vel nominatim exhæredari à matre, vt in §. mater. infrà eo. & ibi est casus de quæstione prædicta, ita quod non est opus amplius dubitare, quia ibi est casus clarus quòd auus non debet exhæredare nepotes descendentes ex fœmina. &c. Ias. May.

17 In fin. glo. in verbo habeant. a Not. quod † licet præteria tio filij in potestate constituti habeat ipso iure annullare teb stamentum, præteritio tamen emancipati b nequaquam. s Sed contra hoc instabit quispiam. † Nam cum hodie sit suc blata differentia c emancipationis & patriæ potestatis. §. nullam in auth de hæred. ab intest. de fer. ergo quemadmodum præteritio filij in potestate reddit testamentum nullum. ita d & præteritio filij emancipati. Solu. d Dicunt Docto. quod illud est verum in successione ex testamento, & de hoc est glos. ord. in l Gallos. §. & quid si tantum. de li. & posthu. & in l. fi. C. de col. licet glo. tenuerit contrarium. & male in l. si proponas. ff de inoffi. te in l. certum. C. vnde legi. & in rubr. C. de suc. edic. Suadetur glo. ratione, nam cum illud auth. de hære. qui ab inte. defer. sit ius corrigẽs, & tollat differentiam emancipationis & patriæ potestatis, cum ab inte. succeditur non debet extendi ad successionem ex testamento. l. si verò. §. de viro ff. so. ma.

ADDITIONES.

n Habeant. In glo. in verbo, habeant. in fin. glo. vult † quòd emancipa-19 to detur querela inofficiosi testamenti per l. Papila. prima alias posthumus. §. fi. ff. de inoffi. test. Istud est falsum, cum eo iure emancipatus esset incognitus: Vnde dic, quòd ibi dicitur quòd competit bonorum possessio gratia litis cognoscendæ: quæ est via ad querelam inofficiosi testamẽti, declarando vt ibi per gl. & Bart. Potes etiam dicere, quod imò est cognitus, secundum istud iur. §. nostri super quo est posita gloss. nostra. Eodem gloss. allegat. l. is qui. ff. de libe. præte. est corrupta secundum Nico. de Neapo. hic, & vult allegare. l. j. ff. de lega. præst. & illa l. venit hoc modo. nam emancipatus qui venit per contra tabulas, præstat legata coniunctis personis: secus est in filio in potestate, ergo apparet inter eos esse differentia. Ias. May.

b Emancipati. † Ego multum dubito circa ista & quòd imò præteritio 20 filij emancipati annullet ipso iure, mouet me, quia hic requiritur pro forma, quòd emancipatus instituatur vel exhæredetur: ergo forma non seruata actus est ipso iure nullus. Nec potes hic dicere prout ille dicit suprà in notabi. quòd lex vltra procedat prouidendo de remedio rescissorio. Secundo, & istud multum me vrget: Si dicimus quod emancipato præteritio competat solum contra tabu. quid operatur dispositio huius. §. quòd emancipatus instituatur vel exhæredetur. Sed præteritio non competit nisi contra tabu. cum tamen id iam haberet à iure prætorio, vt. §. emancipatos. suprà eo. ergo prouisio huius. §. in hoc seruit de vento. Cogita, quia durum est respondere. & hanc opi. tenet gl. per istum tex. C. de inoffi. te. in princip. in verbo omittunt. Tu potes dicere, quòd §. iste multum operatur. quia vbi olim emancipato non competebat querela, quia erat incognitus à iure ciuili, nisi impetrata bo. poss. gratia litis cognoscendæ. l. Pap. in prin cum glo. ff. de inoffi. te. hodie habebit querelam, cum sit cognitus à iure ciuili, vt hunc tex. & pro parte prima multum facit tex. nisi caueretur, in l. maximum vitium. in ver. sancimus. C. de li. præte. Sed respondeat ad hunc text. quòd hic Imperator non venit aliquid disponendo de nouo circa emancipatos, sed venit ad tollendam differentiam quæ olim erat circa posthumos masculos & fœminas, & voluit quòd omnes debeant institui vel exhæredari sicut nati siue in potestate siue emancipati. ita etiam facit Imperator in d. l. maximum vitium. §. fi. C. de li. præt. Et ista est veritas, & pro ea est text. in lege si pater. in princip. C. de instit. & substi. Ias. May.

c Sublata differentia. † An hodie sit sublata differentia emancipatio-21 nis & patriæ potestatis, vide Bar. hoc dicentem. in l. filio præterito ff de iniusto testamento. Et in quibus sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, vide plenè per Ang. in d. §. quid si tantum. Adde tamen, quòd remanet differentia adhuc hodie inter masculos & alios descendentes per lineam fœmininã quia masculi debent institui vel nominatim exhæredari, sed illi possunt præteriri & præteriti nõ tamen rũpunt testamẽtũ sed habẽt querelã, vt in §. mater. i fi. infrà eo. Similiter remanet hodie differentia inter posthumos & iam natos. quia posthumi non possunt exhæredari. l. si qui: in fin. C. de inoffi. testa. sed iam natus sic, cum causa de qua in authentica. nõ licet. C. de libe. præte. & in §. id quoque. in authen. vt cum de appellatione cognoscitur. Item emancipatus potest accipere pecuniam mutuo, & vouere: secus in fili. l. j. ff. de pollici. Item potest emancipatus testari, sed existens in potestate non, nisi de castrensi vel quasi. l. fi. C. qui te. fac. poss. Item emancipatus potest esse in iudicio sine consensu patris, in potestate nõ potest. l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. Item emancipato pupillo datur tuto. sed non existenti in potestate. §. j. suprà de inteli. Item emancipatus officium publicum retinens de consensu patris, non obligat patrem. secus in filio in potestate. l. ij. ff. de vulg. & pupilla. In successione autem ab intestato. sublata est differentia inter suum & emancipatum. l. meminimus. C. de suis & legi. hæredibus. &c. Ias. May.

d Solu. Ad hæc vide latè Bello. qui etiam resoluit dicta Ias. hic, in addi. inci. ego multum.

Et infertur ad questio. frequentem Statuto cauetur, 22 † quòd filia dotata non succedat patri ab intestato: pater condidit testamentum, instituit filios, & filiam præterijt: filia veluti preterita vult dicere testamentum nullum, fratres opponũt, quòd est exclusa vigore statuti: dicit illa, quòd statutũ excludat eam ab intestato, vnde statutũ non est trahendũ ad casum confecti testamenti: & plerique ita dixerũt, ratione de qua suprà Bal. consuluit contrariũ, & videtur communis sententia, tali ratione: quia cui non competit ius pe-

tendi legitimam, non competit ius rumpendi testamentum.l.Papi.§.sed nec impuberes.de inoff.te.Sed ista filia est exeusa à statuto ne legitimam petat, ergo est exclusa à rupte la testamenti. Præterea daretur materia patri ne conficeret testamentum. Quid enim peccauit pater si filiam exclusam ab intestato non vocanit? certe nihil.l.posthumus.in princip.ff.de inoffi.testam.facit.l.posthumus.§.si quis ex his, eo.titu. Esset tamen consilium, quòd pater qui habet filiam dotatam, & vult condere testamentum, illam instituat in xij. imperialibus, ne præteritia dicat testamentum nullum. vt est glos.quæ ista consuluit in l.iij.§.proinde.ff.de mino. In fi.gl. in verbo ignorans. Colligitis singulariter ex hac glo.& in l. in ea.alleg.† quòd allegationi ignorantiæ renunciari potest ex certa scientia: nec est in copore iuris lex melior illa, vt dicit Bald. Licet tamen vulgo dicatur, quòd iuri quòd quis ignorat sibi competere, renunciare non possit: verum est, nisi fiat ex certa sententia, dicendo, Renuncio tali priuilegio meo, tali exceptioni mihi competenti, tali beneficio, & quibuscunque quæ dici, excogitariue possint, quæ mihi vllo vnquam tempore essent competitura, competuntque de præsenti, quod verum intelligite, si talis renunciatio [a] fiat à maiore: secus si à minore propter imbecillitatem ætatis.[b] l.scien dum.ff.de ver.ob.

ADDITIONES.

Renunciatio. An autem iuramentum validet renuntiationes generales quæ de iure communi non valarent, vide Bald.in capit.j.in titu. de controuersia feudi apud pares terminanda.& Inno.in cap.fi.extrà, de commodato. Ias.May.

Aetatis. Adde omnes gloss.§.finali omissas per istum, vide Bellonum hic.

De hæredibus instituendis. Rub.

1 Gerundium importat necessitatem.
2 Participium importat necessitatem.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de institutione suorum, sequebatur videre de institutione extraneorum: & propterea viso de institutione suorum, de hære.insti.rectè fuit intitulatum.

ADDITIO.

Et aduerte ad gloss.rubricæ, dum exponit instituendis, id est, qui possunt institui: Hoc facit timore contrarij: † quia gerundium importat necessitatem, vt est glos.in rubr.ff.de eden. Videbitur ergo quod hic tractaretur de his qui necessariò hæredes essent instituendi, quod tamen est falsum, vt notoriè patet: ideo glo.exposuit vt suprà. Tamen ista expositio non fuit necessaria, quia non est ita indistinctè verum, quod gerundium importet necessitatem, iuxta ea quæ traduntur in rub.C.de eden. Dic vt ibi. Et aduerte quia ista rub.confundit theoricam Bal.communiter approbatam in d.rubr.C.de eden.vt ibi scribo post tex. Ex continua hanc rub.vt continuat glo.in rubr.ff eo quam etiam iste videtur ponere hic. Et si dicis quòd in hac rub.non sit gerundium, sed participium: etiam participium importat necessitatem, vt est glos.secundum quod ponderat ibi Bal.in rub.ff de libe.& posthu.Ias.May. Participium importat necessitatem. Adde Alex.de Imo.in rubr.de eden.in j.col. & de natura gerundij vide per Bart.in l.j.ff.de condi.inde. Barto.in extrauaganti ad repri. Bal.in l.id quòd pauperibus.C.de episco.& cle. In. And.in addi.Spe.in ti. de lib.susceptio.in §.nunc videndum.in prin.& per Barto.in tract. de gerundijs.

1 *Seruus proprius quis dicatur.*
2 *Seruo instituto censetur ei data tacitè libertas, licet secus, de antiquo iure fuerat.*
3 *Sola institutione quis non efficitur dominus bonorum testatoris, sed oportet tria interuenire.*
4 *Statutum quòd ex quacunque hereditate soluatur gabella ab herede: non habet locum in herede suo.*
5 *Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impertimur.*
6 *Libertas non potest ad diem relinqui.*
7 *Seruus quomodo & libertatem & hereditatem adipiscatur.*
8 *Legatum factum monacho, pacto, ne acquiratur abbati non valet.*

HAEREDES. Liber homo, & proprius seruus siue alienus, hæres institui potest. Sed olim seruus proprius hæres institui non poterat, nisi primum libertate præstita: hodie autem si simpliciter instituatur, institutio valet hoc dicit. Not. primò in verbo, permissum institutionem hæredum extraneorum esse de genere permissorum, Et in hoc differt ab institutione liberorum, quia illa est de genere mandatorum. No.tam liberum hominem quam seruũ siue proprium siue alienum, posse hærede institui.[a]

ADDITIO.

Institui. No.etiam quòd seruus in quo quis habet proprietatem, dicitur esse proprius ipsius proprietarij, non autem dicitur communis † proprietarij & vsufructuarij, & ideo manumissio facta à vno, non nocet alteri: nam licet proprietarius det sibi proprietatem, nihilominus vsufructuarius debet habere vsumfructum, sed solum iste habet hoc, quòd quæ acquireret domino proprietatis, acquirerentur sibi: & similiter è contra de vsufructuario, vt habetur in l.j.C.communia de ma.licet si esset communis bene noceret, vt videmus in.§.S. suprà de do. Hoc verum, si non est habita mentio libertatis: si autem esset hæres institutur purè, & libertas data sub conditione, non esset hæres nisi adueniente conditione libertatis, vt ff.eo.l.seruus.& hic in gl.per innouationem. Si tamen conditio casualis deficeret, licet non sit hæres, tamen intuitu pietatis erit liber.l.fin.C. de necess.ser.hære.insti.Ias.May.

Not. quòd † olim non valebat institutio serui proprij, nisi esset sibi primum collata libertatis. Et poterat antiquitas ea ratione moueri,[a] quia seruus non erat capax ex persona sua, item nec ex persona domini, eiusdemque testatoris quia testator fungebatur officio testandi, non autem officio habilitandi seruum institutum: Hodie autem si seruus proprius simpliciter instituatur, valet institutio, eo, quia credibile est testatorem velle remouere seruitutem veluti obstaculum ad institutionem, & præterea libertatem conferre: quia ad dispositionem consequentis, necessario sequitur destructio antecedentis, quòd se non compatiatur cum consequenti l.illud.de acquiren.hæred. Cum igitur seruitus se non compariatur cum institutione, illa destruitur, & tacitè libertas collata intelligitur.l.pe §.j.C.de necess.ser.hæred. insti.

ADDITIO.

Moueri. Ego puto quòd alia fuerit olim ratio: quia testator videbatur velle impossibile, quòd remaneret seruus, & acquireret dominium rerum hæreditariarum, & sic ex testamento, quòd est impossibile.l.quod attinet.ff.de reg.iur. Et si dicas, nonne posset esse habilis ea persona domini sui.l.si mihi & tibi.§.regula.ff.de lega.j. Dico quòd non, quia post mortem testator desinit esse hæres, nec alius est dominus cum ipse sit institutus. Et ad rationem iuris noui vltra rationem hic positas adde duas rationes alias, quas habes suprà ex quib.caus.ma.licet vel non in princ. in notabi. Sed aduerte, quia omnes istæ rationes videntur militare in legato facto seruo, & tamen habemus quòd legatum factum seruo non valet de iure.l.pen.§.illo.C.de neces.ser.hære.insti. Cogita de ratione diuersitatis.Ias.May.

In fin.gl.j.Not.quòd ille qui aliquem hæredem instituit, intelligitur ipsum facere dominum bonorum suorum: quòd verum intelligite aptitudine siue potentia, non autem actu: quia † ex sola institutione non efficitur hæres dominus bonorum testatoris sed requiritur vt hæreditatẽ adeat: & vt possessionẽ consequatur requiritur apprehensio.l.cum hæredes, de acqui.pos. Consideramus igitur tria. Primum, institutionem hæredis, & ex hac prestatur facultas adeundæ hereditatis. Secundò consideramus aditionem, & ex hac acquiritur dominium bonorum hæreditariorum. Tertiò consideratur apprehensio corporalis, & ex hac acquiritur possessio d.l.cum hæredes.& l.cum miles.ex quib.cau.ma. & hæc vera in hærede extraneo: secus in hærede suo, & filio vel nepote, quia ille non efficitur hæres ex institutione, nec hæreditatis aditione, sed à lege, in virtute suitatis, ideo impropriè hæres appellatur. † Ex quo dixit Barto. quòd statutum dictans quòd de qualibet hæreditate soluantur.x.ab hærede pro centenario, non habebit locum in hærede suo. de quo l.in suis.de lib.& posth.dicam infrà de hære.qua & diffe.§.j. In Glo.innonatio[a] ibi, videatur.dicite ex mẽte Ia.de Are.& Pe. quòd Attilianus & Paulus hoc bene introduxerunt, sed corũ opi. adhuc non erat approbata: sed quia Iustinianus comprobauit, non dicitur, inuenisse de nouo, vt hic, sed ex approbatione hoc attribuitur Iustiniano, & ita loquitur contrarium, † quia omnia nostra facimus quibus auctoritatem nostram impartimur.l.j.C.de iure vete.enucle.

Addi.

ADDITIO.

a 6 Innouatio. Circa glos. in verbo innouationem ad fi. posset probabiliter dubitari, an si aliquis instituatur purè hæres, & libertas relinquatur non sub conditione, sed ad diem, an procedant iura alle. in fi. glo. Et paucis, ego puto quòd non, quia libertas non potest relinqui ad diem. l. liberas. & l. ideoque ff. de manu. test. & vide in l. hæreditas ex die. ff. de hære. insti. & in §. hæres & purè. infrà eo. tit. sed bene ex dic. l. quoties. §. fina. ff. eo. Iason May.

7 In fin. vos distinguite tres casus. † Aliquando seruus proprius fuit purè & simpliciter institutus, & tunc mortuo testatore vtrunque consequitur, hæreditatem ex expressa voluntate, libertatem verò ex tacita, vt hic, & l. quidam. C. de neces. ser. hæredi insti. & §. idem iuris suprà ex qui. can. mo. non poss. Secundus casus, quando fuit institutus purè, sed libertas fuit collata in diem vel sub conditione, quo casu expectatur dies vel conditio. l. seruus. l. quot. l. filio. ff. eo. Tertius casus, quádo instituit seruum purè, & prohibuit ipsum libertatem obtinere, & hoc casu neutrum consequitur propter perplexitatem, ita not. in §. idem iuris. in gloss. allega. quia ista additio, quòd libertatem non consequatur, est contra substantiam institutionis, & ideo illam vitiat. c. fin. extra. de condi. ap. l. cum precario. ff. de preca. Secus si esset contra naturam actus, quia tunc vtrunque valeret. l. j. § si conuenerit. ff. depo. Et

8 † faciunt in argu. quòd si aliquid relinquatur monacho, hoc pacto, ne acquiratur abbati, quòd legatum sit nullum. quia contra substantiam monachatus, vt aliquid in particulari possidere possit: de quo tractatur in l. Lucius. §. tres hæredes. ad Trebel. & habetur in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle.

1 *Mulier non potest manumittere, aut instituere seruum secum adulterio maculatum.*
2 *Honestas maior requiritur in muliere quàm in masculo.*
3 *Honestas tanta requiritur in milite, doctore, & clerico, quanta in muliere.*
4 *Doctor, nec clericus, neque miles possunt concubinam instituere.*
5 *Miles uel Doctor non potest proprium spurium legitimare.*
6 *Domina quæ concubuit cum seruo debet decapitari & seruus comburri. & etiam seruus admittitur ad accusandum & filij inde nati fiunt, insuccessibiles.*
7 *Serui in quibus usumfructum habemus non appellantur nostri nec possunt instituti hæredes cum libertate, nec simpliciter instituti libertatem habent, secus in seruis proprietarijs.*
8 *Seruus à domino institutus fit liber & hæres necessarius.*
9 *Seruus potest institui post mortem domini.*
10 *Seruus plurium capatuum ab extraneo institutus, quincunque pro dominica portione hæreditatem acquirit.*
11 *Turpius est, seruum dominam cognoscere, quam si dominus famulam aut plexibus macularet.*
12 *Vbi aliquid prohibetur directò fieri, etiam prohibetur fieri, per obliquum.*
13 *Quando aliquid prohibetur, censetur & causatiuè & alternatiuè.*
14 *Vendens rem pro nouem, cum ualeat uiginti, si iurauit non contrauenire, an poterit peti aut contractum rescindi aut pretium suppleri.*
15 *Vox publica priuatæ præfertur.*
16 *Legata facilius reuocantur quàm hæredum institutio.*
17 *Legatum factum seruo, per eius alienationem non extinguitur.*
18 *Hæreditas relicta seruo non acquiritur domino, nisi seruo uolente adire, legatum uerò fit.*

a §. EST AVTEM. a Qui prohibetur manumitti, prohibetur hæres institui, ne via obliquæ concedatur, quod directa interdicitur. h. d.

ADDITIO.

a Est autem. Contra istum tex. habes fortem tex. in l. cum filius. §. seruus. ff. de leg. ij. quem alle. Nico. de Neap. hic. & multis modis respódet. Sed nulla solutio satisfacit mihi. Cogita. quia habeo istum tex. pro difficili contrario, & ibi gl. multis modis respondet, sed non satisfacit. Istum etiam tex. all. Ang. de Are. hic, sed in alio proposito, vnde iterum cogita. Ias. May.

1 † No. primò seruum maculatum adulterio dominæ, a non
a posse ab ea manumitti, nec etiam hæredem institui b ne ex in
b stitutione per indirectum libertatem consequatur. concor. l. his verbis §. j. ff. eo. Et fuit ratio dubitandi, quia videbatur istum seruum posse hæredem institui virtute regulæ, quæ dictat, seruum proprium à domino institui posse. Sed ratio decidendi fuit, ne seruus ex malignitate sua præmium consequatur, contra lege itaque fullo ff. de fur. credibile est enim adulterium institutum ab adultera prætextu illicitæ coniunctionis institutum extitisse. Hæc non haberent locum
c in serua cognita à domino, c † quia maior honestas requi-
2 ritur in muliere quam in masculo. l. palam. §. qui in adulterio. & ibi gloss. ff. de ritu nup. & lege secunda C. de his qui ve-
3 nia. impe. & hoc nisi masculus esset miles, † quia tanta honestas requiritur in milite, quanta in muliere. lege affectionis ff. de do. lege ancillam. C. de dona. inter vir. & vxo. Et idem esset in doctore, maxime actu legente, & etiam in clerico. lege aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. & not. in l. miles. §.
4 primo. ff. de senten. & re. iu. † Et ideo licet quis possit instituere concubinam, Doctor tamen, clericus vel miles non poterit, ita not. in lege miles ita §. mulier ff. de re. iudicata.
5 † Item licet miles vel doctor possit legitimare spurium alienum, non poterit tamen legitimare proprium. lege si à iudice. ff. eodem.

ADDITIONES.

a 6 Dominæ. Adde, quòd † ista domina quæ se immiscuit cum proprio seruo capitaliter punitur, & seruus primò verberatus comburitur, & quilibet etiam seruus admittitur ad accusandum, & filij nati ex isto coitu nihil de hæreditate matris habent, sed alij agnati, & hæc probantur in l. j. C. de mulie. quæ proprijs seruis. Ias. May.

b Hæredem institui. An idem sit propter osculum luxuriosum, vide Bello. in repetitio. rubr. C. de adop. q. de vxore amittente dotem propter fidem.

c A domino Non haberet locum in serua cognita à domino. Adde l. fi. C. commun. de manumis. & in auth. quod ius. de natu. libe.

7 Item no. quòd ille seruus in quo vsumfructum habemus,
a non appellatur noster. a

ADDITIO.

a Noster. Item non potest institui hæres cum libertate, nec simpliciter institutus habet libertatem. Secus in seruo proprietarij, vt suprà, licet tamen instituatur cum libertate per vsufructuarium, ille interim est liber respectu vsusfructus, sed morte fructuarij efficitur in totum proprietarij, vt hic in gl. Ias. May.

8 Item not. in §. seruus. quod † seruus proprius institutus à domino, si in eadem causa permanserit, liber efficitur, & hæres necessarius domino: & ideo efficitur necessarius, quia præmio magno libertatis condonatur, argumen. lege qui iurasse. de iureiur. Si autem à domino postea manumittitur, sua sponte hæres efficitur, quia libertatem non consequitur ex testamento. Si autem alteri alienetur, iussu illius hæreditatem adibit. Et idem distinguitur in seruo alie-
9 no instituto, vt habetis in litera. Not. † seruum alienum posse institui post mortem domini. Et fuit ratio dubitandi, quia videbatur institutio non valere, non ex personæ serui, quia incapax: non ex persona domini, quia mortuus. Ratio decidendi fuit, quia hæreditas repræsentat personam defuncti, ex qua persona ficta habilitatur persona hæredis instituti, vt hic, & l. seruus hæreditarius ff. eod.
10 Item not. † seruum plurium dominorum hæredem institutum, adeundo acquirere pro portione dominica a hæredita-
a tem. a

ADDITIO.

a Pro portione dominica. Et hoc est verum. si vterque iubeat quòd adeat, aliàs si vnus iubet & alius non, tunc pars illius accrescit iubenti, ne testator decedat pro parte testatus &c. l. si seruus communis. ff. de acquir. hære. licet secus sit in legato facto seruo communi: quia si vnus dominus repudiat, non accrescit alij, sed remanet hæredi. Et idem in pluribus hæredibus legatarij. l. & Proculo. ff. de le. ij. Quid autem in contractibus, quando communis seruus stipulatur, vide in l. j. §. communis. de stipu. seruo & per Bart. in lege re coniuncta. de lega. iij. & de hoc in gloss. aliquid Iason May.

a Glo. in ver. maculatum. a

ADDITIO.

a Maculatum. Et ad glo. in ver. maculatum. quæ vult, vel quòd subaudia. ut dictio accusatum, vel quòd exponatur maculatum, id est, accusatum. Dic quod ista subauditio vel expositio non est necessaria propter verbum, postulata, infrà positum quod intelligitur, id est accusata. Ias. May.

a In gloſſ.poſtulata.ª ibi.l.j.in prin.puniuntur tantum & domina & ſeruus,quia verberati traduntur igni.† Et idem non eſſet in domino qui cognouiſſet ſeruam,vt no.gl.in d.l.j & probatur in d.l.fin.C.eod.de ma.propterea,quia maior honeſtas requiritur in muliere quam in maſculo,vt ſuprà dixi Vnde turpius eſſet hoc neutro tempore quòd famulus cognoſceret dominam,quam ſi dominus cognoſceret famulam,perpetuum honeſtatem,quæ maxima requiritur in ipſa muliere, Ibi.l.iij.Et eſt ratio,quia iſti ſerui poſtquam eſſent manumiſsi,non poſſent torqueri pro delicto probando: vt ergo torquerentur,fuit manumiſsio prohibita.l. proſpexit. ff.qui & à qui.in ſi.Et ratio ſpecialitatis fundatur in ſupremitate delicti, vt habetur in d.l.j ad l.iul.ma.

ADDITIO.

a Poſtulata. Et dum glo.iſta in prin.vult,quòd vterque grauiter puniatur per illam.l.j.in princ. Dic quòd hoc eſt contra illum tex.vbi ſola mulier punitur illis pœnis in principio.poſitis:de ſeruo quo ad pœnam, nihil ibi dicit,niſi dicas quòd hic dicimus circa fin.verſicu.id autem quod ille.Iaſ.May.

12 In fin.gloſſ.in verſiculo,habeatur.no.† quòd vbi aliquid prohibetur fieri directo, prohibetur etiam per obliquum:& hoc verum,quando in vtroque caſu eſt eadem ratio diſponendi, vt hic:ſiue enim ſeruus manumittatur,ſiue hæres inſtituatur.eadem eſt ratio prohibendi, ſcilicet delictum perpetratum Secus autem eſſet vbi non eſſet eadem ratio prohibendi. Et per hoc non ob.l.j.ff.de authen.tu. Adde 13 prædictis,quòd† vbi aliquid prohibetur,cenſetur & cauſatiuè & alternatiuè prohibitum.l. quæ ſub conditione.§.ſi 14 quis.ff.de condi.inſti.† Ex quo dixit Cyn.Io.de Are.& Bal. ſi quis vendiderit rem pro nouem quæ valet viginti,& iurauerit non contrauenire contractui, & poſtea petat aut contractum reſcindi,aut pretium ſuppleri.l ij. C.de reſciu.ven. non audietur:quia licet pretio vt pretium ſuppleatur, non indicat contractus reſciſsionem,tamen quia altera pars venit alternatiue,vt ſi pretium non ſuppleatur, contractus reſcindatur, iſte non audietur, quia periurius eſſet gloſſ.eſt ordin.in l.ij.C.de reſcin.vendi.In gloſſ.teſtator ibi, ab.c.dicitur autem vſufructuarius dominus quo ad hoc vt vſufructum poſsit inſolutum dare creditoribus, nõ autem quo ad hoc vt ſeruum vſufructuarium liberum efficere poſsit,quia præiudicaretur proprietario quo ad hoc quòd priuaretur dominio ſerui,vt hic:non autem ſic præiudicaretur quòd vſufructum creditoribus daret,quia proprietas domino conſeruatur.d.l.in venditione.in gl.alle.in gloſſ.liber.ibi,ſecundum Io.Ex hac glo.& l.in ea allegata.colligitis ſecundum 15 Bald.† quòd vox publica præfertur priuatæ:Vnde dicite, quòd per ſtatutum poſſet derogari vltimæ voluntati, propterea quòd vox ſtatuentium voci teſtatorum eſt præferenda, vt d.l.teſtamento.ff.eo.In fi.gloſſ.in verbo libertate Hæc ratio non eſt bona,quia ſiue inſpiciamus diem cedentis legati,ſiue diem aditæ hæreditatis, vtroque caſu reperitur alienus: vnde quemadmodum etiam hæreditas venit acquirenda nouo domino,ita & legatũ. Et propterea noua redditur 16 ratio,quia† facilius legata reuocantur,quam hæredum inſtitutio.l.ex parte.ff.de adi.le.cum enim facilius legata inſtituantur, facilius deſtruuntur, authentica ex eau.C.de libe. præte.

a Glo.in ver.directa.ª

ADDITIO.

a Directa. Addo in glo.ſuper verbo,itaque directa:Tu hic.quòd imò 17 iſta gloſſ.malè dicit.† quia imò per alienationem ſerui non extinguitur legatum factum ſeruo,per iura quæ allegat Bar.in d.l.ſeruo cum libertate & per Ang.de Are.hic,& in d.l.ſeruo cum libertate. Dic quòd ibi fuit reuocatum legatum non propter alienationem ſerui, ſed propter reuoca-18 tionem libertatis. Eſt tamen differentia in alio † quia hæreditas relicta ſeruo,non acquiritur domino niſi ſeruo volente adire: & tamen legatũ ſic.d.l.ſi poſt.§.ſi.quia hæreditas poteſt afferre damnum, legatum non: quam rationem ponit gloſſ.in §.item acquirimus. ſuprà per quas perſo. not.acquir.& in l.ſeruo ſoutio.in prin.ff.ad treb.& Nic.de Neapo. Iaſon May.

a Glo.in ver.domini.ª

ADDITIO.

a Domini. In glo.in verbo domini.Adde quòd ratio eſt,quare in legato facto ſeruo inſpicitur dies mortis,ſed in hæreditate relicta ſeruo inſpicitur tempus aditionis,& non mortis: quia legatum acquiritur domino etiam inuito ſeruo,vt l.filio.ff.de condi.& demon.& ideo tempus ceſsionis,& ſic mortis inſpicitur:hæreditas autem inuito ſeruo non acquiritur domino,vt l.cum proponas.C.eo.niſi ſeruus velit adire: & ideo tempus aditionis iſtius ſerui inſpicitur:ſi iſtam rationem diuerſitatis ponit gloſ. notabi.in l.ij.§.ſi.ff.de bono.poſ.ſecundum tabu.& eam refert Nico. de Neapo.hic.Iaſ.May.

3 ¶ Hæreditas diuiditur in xij.uncijs quarum quelibet ſuo proprio nomine nuncupatur nu.2.& 3.

4 Teſtator poteſt & minuere & augere numerũ unciarum in hereditate ſua.

5 Nemo regulariter poteſt decedere per parte teſtatus & pro parte inteſtatus,niſi miles.nu.7.& 16.

6 Teſtator ſi fecit legatum filio cum hoc quòd de bonis ſuis plus petere nõ poſsit,an filius legitimæ ſupplementum petere poſsit.

8 Vocati ſimpliciter ad aliquem actum faciendum,æqualiter intelliguntur uocati.

9 Inſtitutio omnium hominum mundi ualet, licet non poſsit aditione confirmari.

10 Dictio ad,ponitur pro iuxta.

11 Dictio uſque,ponitur excluſiuè.

12 Imperator quare non poſuit nomen quod unciam, & ſimiliter medium unciam ſignificaret,& nu.13.

13 Seſcunx qualiter ſcribi debeat, & quid importet ſeruis.

14 Omnes unciæ non continetur ſub aſſe.

15 Pondus unciæ id quod ponitur in ſtatera appellatur.

16 Declaratio ad l.quamquam.C.de teſta.militari.

17 Teſtamentum poteſt pro parte rumpi querela inofficioſi teſtamenti.

18 Intellectus ad l.Item quod Sabinus ff.de hære.inſti.

§.E T † V N V M. Pluralitas inſtitutorum non vitiat inſtitutionem.h dicit.No.primo,vnum hominem & plures inſtitui poſſe hæredes vſque in infinitum. Secundo not.† hæreditatem ª regulariter diuidi in xij.vncias ᵇ quarum nomina ponuntur in litera,& ſtatim dicam.

ADDITIO.

a Hæreditatem. No.tertio ex §.hæreditas.† quòd legalis diuiſio rei eſt in xij.partes,licet teſtator poſsit eam diuidere in plures & pauciores, ſed tamen in idem recidit, vt ff.eo.l.ex vncijs.infrà eo.§.ſi plures.probatur in l.cum quæſtio.C.de lega.& appellatione partis intelligitur de dimidia.l.nomen filiarum.§.portionis ff.de verbo.ſigni. Et ideo ſis cautus, vt ſi habeas duas partes rei, vt petas duas partes de tribus totius rei:al às intelliguntur duæ partes de xij.ſecundum Bar.in l.interdum ff.eo.Similiter pars partis intelligitur de dimidia dimidiæ per l.in cuius.C.quando & qui quarta pars debetur.Iaſ.May.

b In xij.vncias Ad iſtum.§. hæreditas. qui † ponit xij.nomina propria vnciarum,licet gl.hic ſuper verbo ſemis,nitatur declarare etymologiam vniuſcuiuſque nominis,tamen quia ex eius declaratione non poteſt habere perfectè cognitionem. Ideo hic infero declaratioñe ad iſta nomina ex Var.in lib.iiij.linguæ latinæ, vbi ſic inquit. Vncia dicitur ab vno, & propterea per v.ſcribitur. Sextans eſt ſexta pars aſsis,binario numero diuidendo. Quadrans eſt quarta pars aſsis ternario numero diuidendo. Triens eſt tertia pars aſsis, quaternatio numero diuidendo. Quincunx quinia, à quinque vncijs. Semis,ſex.dimidium aſsis à ſemis, Septunx.vij. à ſeptem vncijs. Bes.octo,quaſi res à demendo, quoniam dempto triante qui eſt vnciarum.iiij.remanet Bes vnciarum octo. Dodrans nouem. & dodrans quaſi dempto quadrante vnciarum trium,quibus remotis remanent vnciæ.ix, Dextans decem: dempto ſextante qui continet duas vncias,remanent vnciæ x. Deux vndecim: dempta vncia remanent vnciæ vndecim. As duodecim:quaſi æs remota vna litera e,æs enim per diphthongum æ ſcribitur, & remouetur,e.Iſta prout iacent ponit (vt dixi) Mar.Varro,in lib.v.linguæ latinæ.Iaſ.May.

4 † Not.teſtatorem poſſe & minuere & augmentare numerum vnciarum in ſua hæreditate. Item not.† neminem 5 poſſe decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum,ª Et eſt ratio,ᵇ quia hæres repræſentat defunctum: vnde cum defunctus non poſsit repræſentari pro parte,& pro parte non, quia repræſentatio indiuidua debet eſſe vniformis & completa, in authen. de iureiur. à moriente præſti.in prin.ſequitur quòd pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus non poſsit quis decedere Fallit in milite. priuilegio militis & fauore militiæ.

ADDITIONES.

a Præſtatum.† Adde, tamen quod licet teſtator addendo hæc verba 6 puta,prohibitio ne plus de bonis meis petere poſsit:videtur quòd in alijs

parti

partibus intestatus decessit, vt suprà, quod tamen hæc verba non tollōr. quin filius possit petere supplementū legitimæ, si nō habet ipsam nōpletā quia illam debet habere sine aliquo grauamine, arg. l. omnimodo. C. de inoff. testa. similiter quandocunque pater dat filiæ suæ decē, ita tamen quod non possit plus petere. licet filia acceptet ista. x. tamen poterit petere dotem matris suæ non obstante prohibitione: ita Bar. in l. iurisiurandi. ff. de oper. lib. Ia. May.

b Ratio. hæc ratio quare nemo potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus. mihi non placet: quia si esset vera, sequeretur quòd etiam ex postfacto quia non posset decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, cum etiam ex postfacto hæres repræsentet personam defuncti, quod tamen est expressè contra l. circa. ff. de inof. test. & contra no. per gl. in l. ius nostrū. ff. de reg. iu. Præterea sequeretur quòd etiā miles nō posset decedere pro parte testatus & pro parte intestatus, nisi diceres quòd in eo sit dispēsatū cōtra regulas cōmunes fauore militiæ. Pone enim quod duo sint hæredes instituti, non ne quilibet repræsentat personam defuncti pro parte sua tantum, vt est casus in l. cum à matre. & ibi Bart. C. de rei ven. Ia. May. [Decedere pro parte testatus, &c. Adde l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Bart. in l. j. in v. q. principali. C. de sacrosan. eccl. Bal. in authen defuncto C. ad Tertull. pau. de Cas. in l. cum duobus. in j. no. C. de inof. test. idem Pau. de cast. in rub. C. de test. mi.]

7 †Item not. plures hæredes institutos, intelligi in dubio
a equis portionibus esse institutos. a

ADDITIO.

a Institutos. †Not. in ver. satis eom. quod quando aliquis vel aliqui
8 simpliciter vocantur ad aliquem actum faciendum. intelliguntur æqualiter vocati & ad onus & ad commodum. adde no. per Bar. in l. j. ff. de usu. consu. & l. j. §. si plures. ff. de exercitoria. & l. item Mela. §. si plures. ad l. Aqui. Si tamen committitur aliquid potestati, & antianis, solus potestas habet vnam solam vocem, & antiani aliam vocem per l. si quis Ditio. ff. de vsufru. accrescēdo &c. No. secundo in ver. patribus, quòd si testator instituit duos, puta Ang. & Bar. quemlibet in quinque vncijs deinde simpliciter instituit Seium & Caium, isti duo solum vocantur, in duabus vncijs quæ supersunt & idem in dispondio vide l. Sabinus. ff. eodem. & l. interdum. §. pater ff. eod. Ias. May.

Item no distinctionem: quia si quidem testator aliquos instituit assignatis partibus, & nondum completo asse vnum vel plures instituerit intelligentur instituti in his partibus quæ asside fuerint. Si verò completo asse alios instituerit hæredes sine parte intelliguntur instituti in alio asse. Si verò vnum vel plures instituerit, intelligitur in his partibus que assi deficiunt. Si verò aliquos instituerit in aliquibus partibus, & nondum completo asse neminem hæredem instituerit partes quæ deficiunt
a institutis accrescunt, & ècontra. a

ADDITIO.

a Et èontra. Et adde hic tex illum no. in l. si ita scriptum. ff. de lib. & posth. & in l. Clemens. ff. de hæredi. insti. Et in hoc. §. opus est animum multum versari circa computationes, vt meritò occurrat verbum illud Imperatoris in l. cum quæstio. in prin. C. de lega. quòd computationes essent multis ratiocinationibus dignæ. Item circa hanc materiam vide tex. mirabilem in l. quoties. §. si duo. ff. eo. Ias. May.

In fi. glo. j. †Not. institutionem omnium hominum mun-
6 di valere & tenere, licet non possit aditione confirmari. Sed Pe. Ia. de Are, & communiter vltramontani visi sunt damnare hanc gloss. Primò, quia huiusmodi institutio videtur derisoria, vt hæreditas in tot partes distribuatur, vt parum vel nihil alicui tributum videatur. ar. in l. cum post. § gener. de iure do. in l. si domus in prin. de leg. j. Item, quia ista institutio videtur collata in persona incertas vel infinitas, quod videtur non posse fieri. §. incertis. infrà de leg. Item quia est speciale fauore religionis & pauperum, vt illi certi instituti hæreditatem obtineant. l. id quod pauperibus. C. de episc. & cle. ergo in contrarium erit ius commune. l. quod vero contra. de leg. Et hæc opi. mihi placet præterea cum testator in suo testamento debet nominare hæredes institutos, vt vidistis suprà de testa. §. sed his omnibus & probatur in l. hac consultissima. C. eodem. quomodo igitur poterit nominare omnes homines mundi, certe nullo modo: ergo institutio nulla, Non ob. §. iste. quia fateor quòd vnus homo & plures vsque in infinitum institui possunt, dummodo in
10 finitas euitetur, hoc probatur. quia †dictio, Ad ponitur pro iuxta, nec includit capitulum cui adiungitur. l. quidam liberus. de seruit. rusti. prædio. l. si vitem. §. qui ad ianuam. ff. quod vi
11 aut clam. † Item dictio vsque, a stat exclusiue. l. à caligato. a C. de imp. not. in l. fina. ff. de sena. l. j. in fi. ff. an per alium causa appella. Erit igitur sensus, vnus & plures vsque ad infinitū possunt instituti, ita tamen vt infinitas euitetur, Et ponatur ad pro
b, iuxta. In glo. sextans. b ibi, nam natura. hæc ratio nō placuit
12 Doctoribus, eo, †quia quemadmodum imposita fuerunt nomina certis vncijs, ita nomen imponi potuisset vni vnciæ. Vnde Doct. aliter respondent, quia ideo non imponunt nomen proprium vnius vnciæ, quia eoipso quod dicimus vncia, intelligitur de vna. ar. in l. vbi numerus. ff. de testi. vnde non fuit o-
c pus imponere speciale nomen. Sed tunc dubitarunt. c Doct. quare non posuit nomen quid significaret duas aut tres vncias cum dimidia, sicut apposuit nomen quod significat vnam vnciam cum dimidia? quia illud octo vncibus sumptū reddit numerum duodenarium completum: quod non esset sic in alio numero, quia redderetur numerus duodenarius ibi per ordinem.

ADDITIONES.

a Dictio vsque. Adde Bar. in l. patronus. in §. sempronia. ff. de leg. iij. Bart. in l. meminisse. ff. de offi proconsul. Arch. in c. si gratiose. de rescri. li. vi. Rapha Cu. consi. xcix. inci quædam possessio solita erat.
Adde An ista dictio vsque stet inclusiue vel exclusiue, additionem vnā amplissimam ad istum suprà de curato. in princ. in ver. dictio vsque sub litera A. Io. Bap. Zilet.

b Sextans. Adde ad glo. super verbo sextans. quòd ista glo. diuiditur in sex partes principales. In prima exponit tex. In secunda quærit & soluit. In tertia ponit etymologiam & interpretationem & deriuationem nominum hic in tex. positorum. In quarta per modum notabilis remouet tacitam oppositionem ad hunc text. In quinta ponit significatum horum trium nominum. as, pondus, & libra. In vj. & vlt. allegat concordantes ad hunc text. Secunda ibi, (sed quare.) Tertia ibi, (& no, quòd primū.) Quarta ibi. (item not. quòd non omnes) Quinta ibi,) item not. ista trie cognomina.) Sexta & vltima ibi, (facit ad hūc §.) Et ad primam quæstionem glo. faciebat dubium, cum habeamus nomen quòd dimidiam omnium significet. d §. iiij. in glos. allegatis. Ias. May.

c Dubitarunt. Adde † inquantum dicitur, sed tunc dubitarunt, Vn-
13 de potes etiam dicere, quòd ideo in alijs nō fuit opus ponere nomen importans mediam vnciam, vt duas vncias cum dimidia, vel tres vncias cum dimidia, quia istud potest fieri per sextans. Nam si volumus dicere tres vncias cum dimidia, dices sextantem cum sescuncio. Sed eodem modo posses dicere tres vncias cum dimidia Cogita. Et ratio ista quæ hic assignatur, & quam ponit hic Io. Fab. non satisfacit mihi, quia secundum hoc non fuisset opus imponere nomen proprium dodranti. sextanti, & deunti, cum ista aliquoties sumpta non peruenirent rectè ad vncias, nec redderent duodenarium numerum perfectum, Sed puto quòd mens Io. Fab. fuit, quòd ideo semis non additur nisi vni vnciæ, quia in ea possit operari perfectum numerū duodenariū, quòd nō esset si adderetur alijs. Et ad rationē meā dic, quòd non est bona, quia nos quærimus, quare non est inuentum vnum propriū nomen quòd significet duas vncias cum dimidia, sicut est vnum nomē quod significat vnciam cum dimidia. Item cōtra ea fortius facit, quia sequeretur, quod non fuisset opus inuenire nomen proprium quod significaret vnciam cum dimidia, cum habeamus nomen significans mediam vnciam, scilicet semiunciam. l. Papi. §. quoniam autem quarta. ff. de inoff. te. alle. in glo. Ias. May.

Ibi, per ordinem. Not. ex glo. quòd prima quatuor nomina vnciarum de quibus in litera sumunt originem & effectum à quota hæreditatis portione. Cetera autem nomina accipiunt originem & effectum à discreto numero vnciarum: quod verum fatentur Doct. excepto primo nomine, hoc est, sextante. Nam si illud octo vicibus sumatur, complet numerum duodenarium, vnde si sumeret nomen à quota, deberet octauus appellari. Vnde dicunt Doct. quòd solum tria nomina insinuant quotam hæreditatis, scilicet sextans, quadrans, & triens: Cætera autem insinuant numerum discretum vnciarum, & ita est te
a nendum. a

ADDITIO.

a Tenendū. †Aduerte etiā circa gl. præcedētē in verbo, sescūx. dū in
13 pri. dicit quòd sescūx debet scribi per s. & nō per x. puto ideo esse, quia cōponitur nō a semi, vt dicit gl. sed à semis, & in cōpositiōe abijcitur m. & erit s. quia ergo semis scribi per s. dicit glo. & bene, quòd etiam sescūx, debet scribi per s. Item dum glo. dicit quòd semis habeat etymologiā ex eod. quod certum numerum vnciarum importet. male & indubitabiliter loquitur secundum Pe. de Bellaper. & Nico. de Neapoli. hic, quia semis non significat certum numerum, sed dimidium cuiuslibet rei: vnde bene verum est quod semis habito respectu ad assem, signific. at

P

ses vncias,non ex se,sed quia dimidium assis est sex vnciæ. Item ad
24 uerte dum gl.dicit quòd † non omnes vnciæ continentur sub asse,sed bene possunt contineri,istam fallaciam quam glo.hic fatetur.alibi reprobat glo.suprà de liberti.in prin.& in l.quoties ff.de verbo.obli.& in l.manumissiones.ff.de iust.& iu.& in l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de re.du.quia verum est q omnes vnciæ continentur sub asse. Et dum dicis ergo xiiij.vnciæ cum dimidia continentur sub asse: dico hic esse fallatiam,quia minor numerus contentus sub maioris, debet cum maiori computari sicut cùm vis probare q tria sint quinque.quia sunt tria & sunt duo,ergo sunt quinque,est fallatia,quia minor numerus debet cum maiori computari.Ias.May.

25 In fi.glo.† no.appellari pondus vnciæ id quòd ponitur in statera,quòd facit pro interpretatione statutorum, quæ pro falsis ponderibus pœnam imponunt. in fi.glo.in verbo totus.
29 † distinguite tria membra.aliquando testator miles instituit in paganico peculio,& tūc videtur in castrēsi iure intestatus decedere.l.4.C.de testa.mil.Aliquando testator instituit aliquem vel aliquos in aliquibus partibus,vel in parte bonorum,& tūc relique partes accrescunt illi instituto,vel institutis:quia portio quota,facile accrescit quote. & ita loquitur.l. quanquam.C.de test.mili.Aliquando testator instituit aliquem vel aliquos in certis rebus,puta domo vel alio fundo,& tunc dixere aliqui, quod pro cæteris rebus intestatus decedere videtur: quia non ita accrescit res rei,sicut portio portioni.allegant.l.si miles vnū ex fundo.ff.de testa.mili.Communiter tenetur cōtrarium, per l.si cæterarum.in prin.cod.ti.Ad l.si,miles vnum ex fundo, respondent,quod illa lex loquitur quando probatur militē hoc voluisse.Sed tamen huic solutioni repugnat litera ibidem in ver.creditur.nihilominus ita tenetur. In gloss.decedere.ibi l. cum duobus.Not.quòd licet quis non possit decedere pro par
27 te testatus & pro parte intestatus ab initio,potest tamē ex post facto.† Item no.testamentum per querelam inofficiosi pro parte rumpi posse.l.circa.ff.de inoffic.testa.Contra hoc op. & imo videtur quod testamentum ex postfacto non possit annullari in parte,imo in totum sit annullandi de op.de le.pe.ff. de iniu rup.irritoque test.Doct.distinguunt multum nota. an testamentum veniat rumpendum per querelam,an autem veniat annullandum præteritione filij:quia priore casu rumpi potest pro parte,posteriore verò annullatur in totum. Ratio differentiæ: nam quando rumpitur per querelam,rumpitur mediante sententia iudicis,qui pronuntiat testamentum inofficiosum: vnde cum sententia sit stricti iuris debet strictè intelligi, vt pro ea parte intelligatur ruptum testamentum,pro qua fuit querelatum.l.pupillarum.ff.de rebus eorum, Sed quando testamentum annullatur præteritione filij,annullatur sententia legis que latè intelligitur.Præterea quando testamentum rumpitur per querelam, rumpitur propter omissam pietatem erga filium: vnde cum fuerit omissa erga vnum solum pro parte sua rumpitur.Sed quando testamentum annullatur præteritione filij,annullatur propter omisionem formè,que respicitur totum testamentum:& ideo redditur in totum nullum.In fi. dicite,quòd idem est iudicium in parte quo ad partem,quod in toto quo ad totum,quando est eadem ratio disponendi,secus
a si diuersa,vt hic.

Glo.in ver.hæres.a

ADDITIO.

a In gl.in ver,hæres sit.in fi.Nō ob.l.quo loco.quia ibi testator ignorabat illum quadrantem,& sic illam portionem relictam illi iam mortuo esse pro non scriptam,& sic deficere propter mortem instituti iam mortui & ideo nimirū si in illa portiōe ille tertius sine parte īstitutus, nō dicit īstitutus sed solū in alio asse.Hic verò testator sciebat,q testabat vna pars hæreditat s,quæ nō erat alicui assignata.ideo nimirū si instituendo alium voluit instituere in illa portione quæ deficiebat,vt hic
18 propter eius scientiam,& ita intelligere glo.† Et aduerte ad istam gl. dum in principio dicit ad l.item quòd Sabinus,quòd imò habet partem vocātem vsque ad dipondium.si rectè illa litera intelligitur, vult dicere vt sentit hic Io.Fab.quod cum ibi institutus sine parte completo dipondio vocetur in trientem,& perinde ac si diceret,in alium assem quia tantum est habere trientem ex duodecim vncijs,quātum habere vnum assem ex tripondio.quia triens est tertia pars.xij.vnciarum & tantum importat quantum vnum as tripondij, quia eodem modo est tertia pars.& si reducas tripondium ad assem,inuenies tantum esse.Sed huic solutioni videtur obstare text.in d.l. item quod Sabinus, dum expræssè dicit,hic non in alium assem,sed in trientem veniet. Sed huic potes dicere,quod ibi tex.debet intelligi non in assem,scilicet in dimidiam,Sed bene in assem.id est in tertiam partem tripondij. Sed fortius obstat contra istum.ille tex.si inducatur vt ibi inducit glo. Nā hic dicitur quod si as totus est completus,quod institutus sine parte vocatur in dimidiam & postea subijcitur,idem est in dipondio .ergo completo dipondio institutus sine parte debet habere dimidium.& tamen in d.l.item quod Sabinus.in fi.dicitur quod tantum debet habere trientem.Et in veritate iste est propriè casus in d.l.item quod Sabinus.§.fi.quod si totus as sit completus,institutus sine parte debet habere dimidium: si verò dipondium sit completum,institutus sine parte non habet dimidium, sed habet vnum trientem,& sic vnum assem, & sic tertiam partem tripondij.Et istum tex.in ver.idemque erit. est necesse intelligere vt ibi intelligit glo.in ij.& vlti.solu.Cogita.quia ista iura cum glossas non habes alibi ita bene declarata.Item aduerte,quia se cund um contrarium de l. ex.vncijs sex.vadit ad ver.proximè præcedentem qui incipit.& si plures vnciæ.non autem ad istum ver. idemque. Iason May.

a In fin.glo.in ver.idemque. a distinguite tria membra. Aut constat quod completo asse testator voluit transire ad dipondium,vel etiam ad tripondium expleto dipondio,& tunc fit transitus,vt hic: Aut constat quòd non voluit transire, & tunc non fit transitus.d.l.cum quæstio.C.de lega. Aut sumus in dubio,& tunc aut testator instituit vnum vnum in totum, postea alium in partem,& tunc videtur tantum adimere quantum contulit secundò.Aut primò instituit in partem,postea alium in totum,& tunc non intelligitur facta ademptio,quia de parte totum adimi non potest.d.l.cum quæstio. C.de lega. Aut simpliciter instituit aliquem asse expleto,& tunc intelligitur trāsire ad dipondium ita habetur & colligitur in d.l.cum quæstio.

ADDITIO.

a Idemque. Addo ad glo.in verbo.idemque erit Illa glo.diuiditur in quatuor partes.In prima declarat tex.In secunda format vnum contrarium ad istum versi.idemque.& soluit. In tertia format aliud contrarium ad istum versicu sed & si plures.proximè præcedentem. In quarta format aliud contrarium quod possit esse commune ad vtrumque versicul.

1 *Heres potest institui purè & sub conditione,non autem ex die uel ad diem.*
2 *Argumentum de re ad tempus ualet.*
3 *Tempus & conditio æquiparentur.*
4 *Licet quis non possit institui post certam tempus,coheres post tempus dari potest.*
5 *Vxor potest institui in usufructu inuita , & post eius mortem alius.*
6 *Dies adiectus institutioni tollitur de medio.*
7 *Impossibilitas adiecta conditioni aut legato uitiatur, secus uerò in contractibus,uitiat enim contractum,non autem uitiatur.*
8 *Ad ueritatem alternatiuæ utrum sufficiat alteram partem esse ueram.*
9 *Incogniti à nobis institui possint.*
10 *Testes non recognoscentes partes an admitti debent.*
11 *Dies adiecta institutioni non tollitur, quando dies est de substantia.*
12 *Iudex subditum suum existentem in alieno territorio citare non potest.*
13 *Citatio fieri potest die feriato,ad diem non feriatam.*
14 *Conditio impossibilis adiecta institutioni uitiatur, & non uitiat tunc cum testator nesciuit eam impossibilem.*
15 *Heres institutus an debeat omnibus adiectis institutionibus parere.*

§.HAERES ET PVRE.Hæres & purè & sub conditione institui potest. Ex die autem vel ad diem si quis instituatur, detracto vitio temporis institutio non vitiatur,imo tenet. h.d. Ad euidentiam præmitto,quod aliquando tempus appositum in dispositione,se habet per modum principij,& tunc dispositio
a dicitur fieri ex die,a Aliquando se habet per modum termini siue finis,& tunc dicitur fieri ad diem,vt hic,& l. hereditas. eod.tit.clarius in l.obligationum.§.1.ff.de actio.& obli.Nota,
1 primo,† quem posse institui hæredem pure & sub conditione, sed non ex die vel ad diem concor.l.hæreditas.ff. eod.Suadetur & ratione.Nam sicut testator non potest decedere pro parte rerum testatus,& pro parte intestatus.Ita nec pro parte tem
2 poris,cum bonum † sit argumentum de re ad tempus.b l.miles ita,

lex ita. de testa. mili. Et si dixerius, ergo non poterit quispiam institui sub conditione, cum ea pendente non sit hæres, & dicatur pro ea parte defunctum intestatum esse, sed purificata efficitur hæres, sic que causa testati locum sibi vendicat. Solu. respondetur, quòd licet institutus pendente conditione non sit hæres, tamen quandocunque illa euenerit retrotrahitur, c & fingitur hæres vsque ab initio. l. hærès quandoque. de acqui. hære. ita quòd fictione inspecta dicatur testatorem omni tempore testatum fuisse & in totum quæ fictio in terminis apposita præualet veritati, licet in terminis ad diuersū finem tendantibus veritas opinioni præualeat. l. filio de iniusto rupt.

ADDITIONES.

a Vide Bellonum infrà de verb. oblig. §. omnis. super glo. in diem.

b De re ad tempus. Adde text. in l. in fraudem. §. pen. ff. de testa. mili. Bart. Bald. & alios Doct. in d. l. miles ita. §. quia diximus. Bar. in l. si constante. col. v. ff. solu. matri. Alber. de Rosa. in j. par. statu. quæst. lvj. Bald. in l. conuenticu a. versi. non est argumentum de re C. de episco. & cleri. Ang. de Peru. scniorem in consi. cxxiij. incip. visio libello. Raph. Fulg. in consi. cxlij. incip. Nanes, colum. iij. circa medi. Eundem Post. infrà de fideiussori. §. fideiussores. in prin. And. Barbu. in consi. xxj. incip Præclare. col. iiij. in ij. vol. Pet. Philip. Corne. in consi. cvij. incip. in hac. in litera h. cum sequ. in iij. vol. Ias. in l. si idem cum eodem in prin. in ij. col. ff. de iur. omni. iud. & ibi d. Philip. Dec. co. ij. Ias. in l. in fundum col. ij. ff. sol. matri. & in l. in testamento. C. de testa. mil. Clau. de Saysel. in l. si ita stipulatus per illum tex in prin. ff. de verbo. oblig. Nicola Eueral. in locis legalibus in loco de re ad tempus. ca. 39. Fran. Curt. Iunio. in l. ij. §. si & iudea. nu. 3. ff de iudi. Io. de Neuizanis in Sylua nuptiali lib. j. fol. 52. in paruis ver. de re ad tempus. Maria. Sozin. Iunio. in consi. xviij. incip. visis varijs sententijs. nu. 13. in j. vol. & in consi. xx. incip. in proposito casu. no. 35. eod. volu. & præclariss. D. And. Tiraquellum in tract. de vtroque retractu in fine totius tituli. numero. 100. Ioan. Bapti. Zilettus.

c Retro trahitur, Adde quòd ideo potest institui impubes & capax
3 ad tempus incertum, puta cum capere poterunt, quia † æquiparantur conditio & tempus incertum l. tempus ff. eo. Et illo interim potest dari curator bonis, secundum l. quis institu. ff. eo. Adde etiam, quod † licet
4 quis non possit institui post certum tempus, tamen bene potest dari cohæres post tempus. puta si filius institutus in semisse, & post mortem eius in alio semisse, l. filius à patre, ver. hæredē. ff. de liber & posthu. Item † Vxor potest institui in vsufructu in vita, & post eius mor-
5 tem alius. de quo per Ang. in d. l. filius à patre. Ias. May.

6 Item no. † diem adiectum institutioni tolli de medio, & institutionem valere. Et est ratio. Nam cum in omnibus impossibilitas adiecta institutioni tollatur de medio, vt infrà proximè, ita ista adiectio temporis quæ continet impossibilitatem de iure, vt quis partim testatus, partim intestatus moriatur, cōtra regulam iuris, ius nostrum, de medio tollitur. Item not.
7 in §. impossibil. s. † impossibilem conditionem adiectam institutioni, legato vel libertati, non vitiare actum, imo illam vitiari, concordat. j. de condi. insti. l. obtinuit. de codi. & demō. Et hoc est fauore libertatis & vltimæ voluntatis. Secus est in cōtra-
a ctibus, a quia vltima cōditio impossibilis viciat cōtractū l. impossibilis de verb. ob. dixi in §. impossibili. infrà de inuti. sti. No. §. si verò cōditionibus coniunctim adiectis, in toto esse parendū. Si verò disiunctū, siue alternatiuè fuerint adiectæ, sufficit vni pa-
8 rere. Ex quo colligitis, † ad veritatē alternatiuā sufficit vnā par-
b tem verificari, vt hic, & l. si plures. de condi. insti. & l. si quis ita stipuletur. de verb. ob. Hoc verum in alternatiua hominis, secus in alternatiua legis, quia vtraque pars debet esse vera, ne lex, quę debet esse certa, propter alternatiuam vos teneat in dubio. l. iij. §. hoc interdictum. ff. de itine. actuque priua. no. Doc. in l.
c si. C. de verbo. sig. c

ADDITIONES.

a Contractibus. Vide Bellonum infra de verb. obliga. §. loca. uper l. repromiss.

b Ad veritatem alternatiuæ. Adde l. si quis ita stipuletur. ff. de condi. & demon. glo. in cle. j. de conces. præben. & in cle. j. de reb. eccle. non alie. c. præterea. de rescri. Io. And. in c. venerabilem. de ele.

c De verb. significa. Item intellige, in alternatiua affirmatiua, secus in negatiua, puta si non feceris illud aut illud: quia vtraque pars debet esse vera. vt no. Bar. in d. l. si is qui ducenta. §. verum. de re. du. vbi plenè. Ias. May.

9 Itē no. † Nobis incognitos, à nobis institui posse. a Et fuit ra-
a tio dubitandi. Nam cum institutiones fieri soleant ob benemerita, l. nec adiecit, & l. & quia plerumque. ff. pro socio, non videbatur incognitos instui posse, propterea quod nulla à nobis affectio habeatur. Ratio decidendi fuit quia licet sepe institutiones fiant propter affectionem, non tamen negatur quin etiam haberi possit circa incognita affectio, fit enim sepenumero vt propter virtutem quos nunquam vidimus amemus & obseruamus multum.

ADDITIO.

a Institui posse. Adde, quod nec etiam est necesse † quòd testes cogno-
10 scant hæredem, vt hic in glo. secus in contrahentibus. quia testes debēt eos contrahentes cognoscere: & debent sibi exhiberi vt videant an sint illi qui contraxerunt. Item secus in hæredibus conficientibus inuentarium, quia debent cognosci à testibus, vt dicit glo. no. in l. fi. §. si autem dubius. C. de in delib. Et adde quod illæ personæ quibus non potest legari, non possunt hæredes institui. de quibus habetur in gl. l. §. legati. infrà de leg. Bar. in l. j. alleg. in glo. An testes incogniti admittantur qui non cognoscant partes? Dic aut testes producuntur in iudicio, aut extra iudicium. Primo casu, si deponunt de dicto vel facto alicuius partis vel vtriusque, debent eos cognoscere. Si verò de facto vnius tantum & non alterius, debent illum cognoscere, & valet eorum dicta, licet alium non cognoscant eum esse quem dicunt. Et vt breuiter dicam, in personali debent testes cognoscere partem vtraque, sed in reali debet cognoscere possidentem, vt ff de testi. l. iij. §. j. & facit in authen. de testi. §. Si verò ignoti. Secundo casu, aut adhibentur testes in contractu, & debent cognoscere contrahentes. arg tex. in l. post legitimum. §. his verò ff. de his quibus vt indi. aut adhibentur in instrumento, & tunc ad substantiam instrumenti: ita vt valet instrumentum, non valet quod testes sint noti. d. §. vt licet. Fallit in inuentario. ita Ia. de Bellu. in auth. de hære. & fal. in §. si verò absint, vide aliquid per Barto. in d. §. si verò. &c. Ias. May.

In glo. hæres extraneum. colligitis, quòd quis non possit in-
a stitui in diem incertum. Ratio, quia dies incerta habetur a pro conditione, & retrotrahitur sicut ipsa conditio. l. j. de condi. &
11 demon. Dixit tamen Bald. quòd † licet dies adiecta institutioni regulariter de medio tollatur, vt hic. & l. hæreditas. ff. eo. non tamen tollitur quando dies esset, de substantia institutionis, siue sit dies certa siue incerta. l. in tēpus. l. quot es. §. j. ff. e. Exemplū, instituto te in tempus quo capere poteris illud tēpus appositū est ad substantiandam institutionem, & ideo non detrahitur: quia si detraheretur, & institutio pro pura haberetur, ecce quòd esset nulla, quia institutus reperiretur incapax. Ex quo in-
12 fert ad quæstionē. † quòd Potestas Papiæ potest citare sibi subditū existēte in Ciuitate Mediolani, quia ista citatio quæ fit in loco & tēpore habili, scilicet vt corā se compareat. quod verum intelligite, quando vtraque ciuitas regeretur ab eodem domino. secus si à diuersis. Vnde potestas Papiæ non posset citare si
b b subditum b Venetijs. c. pastoralis. de senten. & re iud. lib. vj.
13 Secundò, infert ipse, quòd † iudex potest aliquem citare die fe-
c riata, c vt coram eo compareat die non feriata. quia effectus citationis valet, cum, vt compareat citatus, conferatur in diem idoneum. quod verum intelligite, si fuerit facta citatio tempore feriatum ob necessitatem hominum, puta messium vel vindemiarum: quia eo tempore non est prohibita citatio, sed nec est necessaria comparatio. l. j. ff. de fer. Secus si facta fuerit in tempore feriato in honorem Dei, quia tunc est prohibita citatio, & lex resistit initio. l. dies festos. C. de ferijs tepen. Idem in ferijs introductus in honorem Dei principis, quia illæ equiparantur ferijs introductis in honorem Dei glo. est ordi. in cle. sæpe de verb. signi.

ADDITIONES.

a Dies incerta habetur. Addo. inquantum dicitur, incerta habetur. vide hæc dicta per Bal. in d. l. in tempus. Et an in omnibus paribcentur dies incertus & conditio, vide in l. ex his. C. quando di. le. ce. Tu dic quòd imò in d. l. ea his. non est dies incertus, sed certus. scilicet cum ad legitimam ætatem peruenerit, quod est certum, scilicet xxv. anno. vt ibi, & l. fin. C. de his qui ven. ætat impe. Ias. May.

b Subditum. Adde quod ios dicens non habet iurisdictionem in subdito suo existente extra iurisdictionem Hippol. de Marsil. in. repe. l. fin. num. 134. cum sequ. ff de iur. omni. iud. Matth. de Afflict. in consti. regni Siciliæ incip. Capitaneorum. num. 11. de offi. Capitaneorum. Card. Parisi. in cōsi. clix. incip. ad statutum. num. 5 6. & 9 in iiij volo. & Maria. Sozin. iunio. in consi. lxxvj. inci. stantibus pluribus instrumentis. nume. 8. in iij. vola. Zilettus.

c Die feriata. Adde Hippoly. de Marsi. in repeti. l. de vno. quoque. cō. xx. vers. & adde prædictis quod si est de consuetudine. ff. de re iu lit. a. & Matthæ de Afflic. in consti. regni. Siciliæ incip. si quis in posterum. nu. 44. tit. de defensis impositis. Zilettus.

a In gl. in verbo impossibilis. ibi. §. j. colligitis quòd † licet con-
14 ditio impossibilis de natura vel iure non vitiet institutionem libertatem, vel legatum, conditio tamen impossibilis de facto

habet hæc omnia vitiare. Sed hæc glo.vt arbitror non bene loquitur, quia differentia casuum reddi non potest. Quid enim refert si pauper ita instituatur, si cœlum digito tetigit, aut dederit montem aureum? Propterea hæc distinctio glo. aduersatur generalitati huius.§.qui non distinguit qualiter conditio esset impossibilis: ideo nec nos.l.de prætio.ff.de pu.Ad.l.hæres.respondetur quòd non loquitur de cõditiõe impossibi, sed de cõditiõe possibili que nõ reijcitur: & ita cõperi.io.Fa.tenere. Ibi, si impossibilis dicite, quòd impossibilitas, quæ prouenit ex perplexitate vitiat institutioné: quia illa impossibilitas causatur facta testatoris vnde sibi imputadú, regula iuris dánum.lib.vj.videvt Docto.& primo gl.variant in sol.huius cõtrarij. Sed solutio cõmunis ita se habet, quòd ibi impossibilitas erat adiecta dispositiõi vltimæ volũtatis, nõ per viã cõditiõis sed per viã dispositiõis, & postea cõditionaliter adiecta pœna: ne igitur pœna de propter huiusmodi impossibilitaté actus vitiatur. In fin. gl.op.& videtur quod conditio impossibilis vitiet libertaté, institutionem vel legatum: vnde oppo.de l.seruo manumisso.de beatur cõdi.inde. Sol.Doc.limitarunt hanc materiã timore huius cõtrarij, vt tunc demũ conditiõ impossibilis adiecta institutioni, legato vel libertati, reijciatur, ne actus vitietur, quando testator sciebat eam impossibilem. Secus si putabat esse possibilem, quia tunc reijcitur, imo actus vitiatur, ita loquitur.l.seruo.& est glo.ordi.communiter approbata. In fin.glo, in verbo si plures. †Inquantum distinguit inter conditionem potestatiuam & mixtam ex vna parte, vt tunc pluribus conditionibus coniunctum appositis omnibus sit parendum: & conditione eadem & pluribus conditionibus coniunctum appositis, sufficiat vt vni pareatur, communiter reprobatur, quia contra generalitatem huius.§.& l.si pluribus.de condi.insti. Vnde ad l.si pluribus respondetur, quòd ideo non sufficit vni parere, quia plures conditiones erant appositæ pluribus institutis circa personam vnius instituti: vnde cum prima purificata, sit factus ex ea hæres non est opus vt alia purificetur, vt de nouo hæres fit.l.si id solum.de hæredi.insti.

De vulgari substitutione.a — Rub.

ADDITIO.

a Substitutione. Rationem quare sint introductæ substitutiones, vide per Bell.hic.

1 *Substitutiões quocunque gradu factæ, dicuntur secundæ institutiones, & num.4.*
2 *Omnes nuptiæ quæ primas sequuntur, dicuntur secundæ nuptiæ. & numero.9.*
3 *Omnis guerra post primam secunda dicitur.*
5 *Substitutio duplex directa, & obliqua seu fideicommissaria.*
6 *Substitutio obliqua duplex.*
7 *Substitutionum directarum quinque sunt species.*
8 *Vulgaris substitutio quid sit.*
10 *Vulgaris substitutio quotuplex sit.*
11 *Vulgaris substitutio quibus verbis fiat.*
12 *Vulgaris substitutio quare sic appelletur.*
13 *Vulgaris substitutionis quis effectus.*
14 *Institutus si cedeat, & postea restituatur in integrum & se abstineat, admittitur substitutus ex vulgari.*
15 *Substitutio vulgaris quando finiatur.*
16 *Substitutio vulgaris à quo & cui possit fieri.*
17 *Expositio verborum si gæres non gerit.*
18 *Quare hic intitulatum de vulgari & postea de pupillari non autem de alijs substitutionibus directis.*

In glo. a rubrice, in prin. Not. quòd †substitutiones quocunque gradu factæ fuerint, secundò vel tertiò vel quartò, nihilominus appellantur secundæ institutiones. b Idem dixit glo.in rub.ff.eod. Simile habetur in glo.rubricæ.C.de secun.nup.vbi †nuptiæ quæcunque contractæ post primum matrimonium, appellantur secundæ, etiam si tertio loco fuerint contractæ: Quod facit ad saluanda dicta testium qui dixerunt aliquid fuisse factum tempore secundæ guerræ: vt †omnis guerra secunda post primam appelletur.

ADDITIONES.

a In gl.Rub. Et dum glo.ista dicit †substitutiones dicuntur secundæ institutiones, allegat hic Io.Fab.& Ange.tex.in l.in ratione.la prima.§. quod vulgo ad l.ff.ad l.Fal.tu adde alium tex.in l si filius qui patri. in prin.ff.eod.in verbo, ex secundis tabulis.& in l.patersa.in prin.ff. eod. &c.Ias.May.

b Ad istud & ad totam glossam huius rubricæ.vide Bello.qui plené examinat.

In fi.glo.præmitto.†quòd substitutio est duplex. Quædam directa appellatur, quia per eam quis directo defuncto succedit, nec de alicuius manucapit hæreditatem.l.si ager.ff. de rei vendi.& de hac loquitur titulus noster. Alia appellatur obliqua seu fideicommissaria: a quia per eam quis non directo, sed per obliquum succedit defuncto, & eius hæreditatem ab alterius manu capit: & de hac nihil ad propositum, sed eius tractatus habetur infrà de fideicommis.hæredi.& ff.& C.ad Trebelli. †Obliqua est duplex. vna quæ semper fuit & est obliqua, & de ista tractatur vbi suprà. Alia semel fuit directa, sed postea cursu temporis obliquata: & de ista habetur in l. præcibus.C. de impu.& alijs substit.& videbitis in discursu temporis. †Directarum substitutionum quinque sunt species: b Quædam est appellata substitutio vulgaris.& de ista habetur in l.j.ff. eod.& hic tãga substãtialia. Alia pupillaris appellatur, & de ista habetur in l.ij.ff.e.& dicã infrà ti.j. Alia appellatur exemplaria, & de ista habetur in l.ex facto.ff.eod.& in l.humanitatis. C. eod.& dicam in §.qua ratione, infrà, titu.primò. Alia appellatur obliqua breuiloqua, siue reciproca: & de ista habetur in l.Lucius.& l.hoc iure.ff.eod.in l.quamuis.C.eod.& dicam in fi.huius titu. Alia appellatur compendiosa. c & de ista habetur in l.Centurio.ff.eod.in l.præcibus.C.eod.dicam.infrà titul.j §.fin. Circa vulgarem de qua hic tractatur, est sciendum, quid sit vulgaris. Secundò, quotuplex. Tertiò, quibus verbis fiat. Quartò, quare appellatur vulgaris. Quintò, qui sint effectus. Sextò, quando expiret. Septimò, cui & à quo fieri possit. Octauò, quæ sint eius expositiones. Circa primum, †vulgaris substitutio est secunda d institutio facta sub conditione, vt hic, & l.j.ff.eod.& l.in ratione.§.quod vulgo ff.de leg.f.l.

ADDITIONES.

a De hac vide Bal.in rub.infrà de fideicommissa hæredita.& hic late in euidentialibus.

b Species, Adde Phili.Fran.in c.si pater.de test.lib.vj.in j.col.vers.tertio præmitte.

c Compendiosa. Vide Bellonam consil.xxx.numero.3.

d Secunda.institutio. Vel.dic melius, quòd †est secunda institutio & directa, quæ à quolibet & cuilibet, & quibuscunque verbis fieri potest. vt omnis institutio quæ fit post primum institutum, dicitur secunda institutio, sicut omnes nuptiæ sequentes post primas, dicuntur secundæ nuptiæ vt vult glo.in rub.ff.de secun nup.Ias.May.

Circa secundum dicite, †quòd vulgaris est duplex: vna expressa, que fit sub verbis negatiuis: alia tacita, que comprehenditur in pupillari expressa, verbis affirmatiuis formata .l.nam hoc iure.ff.eod. Circa tertium dicite, †quòd fit verbis negatiuis, vt statim videbitis super litera. Circa quartum † quare appellatur vulgaris. Glo.hic sentit quòd ideo appellatur vulgaris, quia cuilibet quolibet de vulgo fieri potest. Hac rationẽ aliqui reprehẽdũt, quia secũdũ hoc fideicõmissaria appellari deberet vulgaris, quia cuilibet & à quolibet fieri potest. Sed respõdete, quòd ideo sumit aliud nomẽ fideicõmissaria, quia propria eius natura est vt alterius fieri committatur. Aliqui tamen dixerunt, quòd appellatur vulgaris, quia directa.l.quidam.de hæredi.insti. Alij, quia fit verbis expræsis.l.libertates.de fideicomm. Alij, quòd ideo appellatur vulgaris, quia fit verbis vulgaribus & consuetis.l.iij.§.j.ff.rem ra.habe. Sed vos tenete rationem glo.quæ probatur in l.filiusfa.§.secundum vulgarem.de leg.j. †Effectus huius vulgaris sunt, quia per eam succeditur defuncto, vt hic, & l.j.ff.eod. Secundò, quia per eam tollitur effectus suitatis, de quo in l.si filius hæres de libe.& posthu. Sunt alij effectus de quibus in l.j.ff.eod.sed isti principaliores. nam & per eam incipere potest à secundò a gradu testamentum. l.iij.§.finali. de lib.& posthum.b

ADDITIONES.

a Potest à secundo. Et non solum excludit primum gradum aditio facta ex vulgari, sed etiam omnes vlteriores gradus.l.in testamento.in prin.de hære.insti.& l.si mater.§.fi.ff.eo.Itẽ si vnus ex institutis adeat, expirat sub.

expirat ſobſtitutio vulgaris omnibus facta copulatiue vel coniunctim, vt ſi neque Titius neque Seius hæredes erunt talem ſubſtitutio. l.quidam.teſtamento.ff eod. Secus ſi fuerit facta ſeparatim, quia tunc expirat ſolum quo ad iſtum, non quo ad alios.l.ex duobus.§ .fi. ff.eo. Iaſ.May.

ff.de lib.& poſthu.†Quid autem ſi inſtitutus adijt,& poſtea reſtituitur,in integrum,& ſe abſtineat.an admittatur ſubſtitutus ex vulgari Dic q ſic, vt l.ſed quod papi.ff.de mino.& per Bar.in l.ij.in ver .quæſtione principali &c.Iaſ.May.

Et†finitur adita hæreditate per inſtitutũ l,poſt aditam.C. eodem.†Fieri autẽ poteſt à quolibet qui habet teſtamenti factionem actiuam,& in ea ſubſtitui poteſt quilibet qui habet teſtamenti factionem paſsiuam.in l.ii is qui.ff.eodem.Expoſitiones † vulgares ſunt iſte,ſi hæres non erit,vel quia voluerit, vel quia non potuerit,vel aliũ hæredẽ non fecerit.l.cũ proponas.C.de leg.inſti.l.paterfa.ff. eo.†Sed final ter dicet quis cùm ſunt plures ſpecies directarum,quare ſolum intitulauit de duabus, hoc eſt de vulgari & pupillari. Reſpondetur, quòd de his ſolum tractauit,quia aliæ ſoluuntur in eis, vel ad earum exemplum aliæ compræhenduntur.Sequitur nigrum.

1. *Teſtator quoſcunque uelit ſubſtitutorum gradus facere poteſt,*
2. *Poſſunt plures in locum unius, & unus in locum plurium,& ſinguli, ſingulis & omnes inuicem ſubſtitui.*
3. *Subſtituti reciprocè ueniunt pro portione inſtitutionis.*
4. *Inſtitui uel ſubſtitui directo non poteſt niſi in teſtamento.non autem in codicillis,uel cauſa mortis.*
5. *Subſtitutus in parte cohæredis admittetur.*
6. *Per hominis prouiſionem intelligitur receſſum à prouiſione legis quando talis legis prouiſio, eſt iure ſpeciali,uel in priuilegium inducta.*
7. *Subſtitutus uerbis directis in codicillis, admittitur iure fideicommiſſi.*
8. *Actus contra interdictum legis factus non ualet.*
9. *Subſtitutio uerbis præcarijs in codicillis fieri poteſt.*
10. *Subſtitutus per uerbum,ſubſtituo, an dicatur rectè ſubſtitutus.*
11. *Seruo uulgariter ſubſtitui non poteſt.*
12. *Intellectus ad l.ex parte.ff de acqui.hæredi.*
13. *Seruus efficitur hæres uoluntarius,ſi dominus ſeruo ſuo inſtituto uulgariter ſubſtituat.*
14. *Poteſt uerbum an neceſſitatem inducat.*
15. *Datio cohæredis extranei non tollit neceſſitatem in ſeruo.*
16. *Non diſtinguitur an ſubſtitutio præcedat an ſequatur.*
17. *Subſtitutus,cui datus erat alius ſubſtitutus ſi præmoriatur ante inſtitutum, & poſtea inſtitutus,an ultimo loco ſubſtitutus habebit omnia.*

POTEST AVTEM.Diuiditur in quatuor.Nam in prima ponit,quot gradus hæredum teſtator ſubſtituendo poſsit efficere. In ſecunda,qualiter ſubſtitui poſsit,In tertia,determinat vnam q.In quarta.aliam. Secunda ibi.(& plures.) Tertia ibi,(& ſi ex diſparibus.) Quarta ibi,(ſed ſi inſtituto.a)Non ſummatur.Nota. primo, quòd †teſtator non ſolum poteſt inſtituere in teſtamẽto:ſed quotquot velit ſubſtitutorum gradus efficere.concor.l.j. ff.eod. Item not.conſultum eſſe rectè teſtatori,ſi timeat quod inſtituti & ſubſtituti hæreditatem repudiaturi ſint, nouiſsimo loco ſeruum ſubſtituat,qui hæreditatem non poterit repudiare, imo neceſſarius hæres efficietur teſtatori,nec defunctus afficietur iniuria.§.j.ſupra ex qui.cau.mo.non poſ.†Nota. ſubſequenter, quòd vnus in plurium locum,plures in vnius, ſinguli in ſingulorum.& plures inuicem ſubſtitui poſſunt.Not. †quòd diſpariter inſtituti,& ſimplic ter ſubſtituti,eaſdem ex ſubſtitutione partes ferunt,ſicut ex inſtitutione habuerunt. quod verũ limitate,quando ſubſtitutio fuit facta verbis appellatiuis:ſecus ſi facta fuiſſet verbis proprijs,quia tunc diſtributio fieret per viriles l.quoties.cum l.ſequ.ff.ad Trebel.Item hoc verum, quando ſubſtitutio facta fuiſſet cum onere æquali,quia tunc æqualitas oneris demonſtraret æqualitatem ſubſtitutionis. l. virum. §.finali.ff.de re du.gloſſ.eſt in l.prima.C.de impu.& alijs ſubſtitu.

ADDITIONES.

Not.primo. Not.primo ex prin.tex.ibi teſtamento ſuo coniunctis glo.j.quod †inſtitutio vel ſubſtitutio directa non poteſt fieri niſi in teſtamẽto,non autem in codicillis vel donatione cauſa mortis: ſed fideicommiſſaria ſiue obliqua bene poteſt fieri in codicillis. Si autem fiat directa inſtitutio vel ſubſtitutio in codicillis,obliquatur.l. Scæuola ff.ad Trebel.per quæcunque verba fiat. Non tamen durabit illa fideicommiſſaria,niſi tantum quantum duraſſet directa, puta pupillaris ſi valuiſſet.per l.fundum per fideicõmiſ.§.fi.ff.de leg.j.& no.in l. Scæuola. Vnde conclude ſecundum Bar.in l.j.ff.de iure codicillorum.ſi cõſtat quòd teſtator voluerit teſtari ſed deficit aliqua ſolennitas propter quam non poteſt valere vt teſtamẽtum, ſed valuiſſet vt codicillus,nullo modo valet,quia teſtator propoſuerat teſtari, non codicillari,vt hic in glo.& hoc vbi teſtator adiecerit clauſulam codicillarem. d.l. j.ff.de iure códicillorum. Si autem conſtat quòd teſtator voluerit codicillari.tunc valet vt codicillus,& verba directa trahuntur ad obliquam ſubſtitutionem.d.l. Scæuola. Si autem eſt dubium, tunc ſi in illa voluntate poſuit inſtitutionem,ſubſtitutionem, vel exhæredationem, quæ directe non poſſunt fieri niſi in teſtamento, tunc præſumitur quod voluerit codicillari.l.iſtud.§.tractari.ff.de iure codicillorum. & l.non codicillum.C.de teſta.&c.Iaſ.May.

Et alijs ſubſtitu. Colligit ex iſto text. hic in verſi.ſed ſi inſtitutio, vnum notabile Ange.de Are quòd hic videtur caſus,quòd ſubſtitutus etiam in parte cohæredis admittetur vt ſubſtitutus,& ſic iure ſubſtitutionis & non iure accreſcendi,allegat etiam l. Titius . ff.eo. Et quæ ſit vtilitas.licet ipſe non dicat,an quis veniat iure inſtitutionis,an iure accreſcendi,vide tex. no.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & legi. & l.qui patri.vbi Bar.ff.de acqui.hæred. Tu dic,quòd hoc non probat iſte tex.nec d.l.ſi Titius.quia hic non dicitur,nec ibi,quo iure veniret cohæres ſubſtitutus,ſed tantum dicitur quod cohæres erat datus ſubſtitutus. Sed hoc notabile probatur ratione: quia ius accreſcendi dicitur prouiſio legis,inducta ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,iuxta ea quæ habentur in l.vnica.C.quando non pe.par. Subſtitutio verò dicitur prouiſio hominis. vnde nimirum ſi per ſubſtitutionẽ cohæredis,& ſic prouiſionem hominis, tollitur ius accreſcendi, & ſic prouiſio legis.l.ſi.C.de pac.conuen.l.& habet.§.cum quis. ff de præca.l maritus C.de proco.† Sed contra hanc rationem faceret glo. illa multum no.in l ij.in glo.magna.circa medium. C.de iure emphy. quã ibi multum exclamat Barto & in d.l.fin.C.de pac. conuen. & glo.in l. iiij. §.fi.ex conuentione.& ibi Bar.ff.de re iudi.quæ glo.voluit quod ita demum per prouiſionem hominis, intelligitur receſſum à prouiſione legis,quãdo talis prouiſio legis eſſet inducta iure ſpeciali vel in priuilegium. ſecus autem ſi eſſet inducta iure communi, vt in caſu noſtro,in iure accreſcendi,quod eſt inductum à lege iure communi. Sed aduerte,quia quæſtio non eſt de ſubſtituto cohæredis,quia ſine dubio ille venit iure ſubſtitutionis,ſed dubiũ eſt de ſubſtituto ſubſtituti, quo modo admittitur in parte cohæredis.Iaſ.May.

In fi.glo.penul.no.†ſubſtitutum verbis directis in codicillo, a admitti iure fideicommiſſi.& iſta eſt communis gloſſ.& Docto.ſententia,freti per l Scæuola.ff.ad Treb.quæ ſententia non placuit do.Chriſtopho. de Caſtellione, fretus per l. non idcirco & l.hæreditatem.C.de codicil.Item per l.non codicillum.C.de teſta.per.§.pe.infrà.de codicil.Item mouetur ratione:†nam quando actus fit contra interdictum legis,nullo modo poteſt valere.l.cum lex.ff.de fideiuſſ.Sed lex interdicit poſſe ſubſtitui verbis directis in codicillis.l.inſtitutio illa.de condi.inſti.ergo nullo modo ea valebit.Ad l. Scæuola,reſpondet, quòd ibi eſt ſpeciale fauore pupillaris ſubſtitutionis, Illud tamen palam eſt, quòd †ſubſtitutio verbis præcarijs poteſt fieri in codicillo,vt in iuribus.ſuprà alle.

ADDITIO.

Codicillo.An relicta in codicillis verbis directis,debeãtur per fideicommiſſum. Adde quod iſta obliqua durabit niſi tantum,quantum duraſſet directa pupillaris ſi valuiſſet,per l.fundum.de lega.j.& de iſtis vide Barto.in l.j.de iure codic l.Et aduerte,dum gloſſ.hic circa medium dicit,†q ſubſtitutus per verbum ſubſtituo,dicitur eſſe directo ſubſtitutus:Iſtud videtur falſum,cum ſit verbum commune.l.cum quis.§.Seiam de leg iij.Barto.in l.centurio.in v.q.prin in princ.& Iac.de Are. vt refert Bar.in d.l. Scæuola & videtur tex.in l.iam hoc iure.in princip. in verſicu.ſed ſi aliter.ff.eod.Iaſ.May.

In fin.glo.in verbo nouiſsimè. a nota.ex hac glo. quam dicunt Docto.non eſſe alibi,quod † ſeruo vulgariter ſubſtitui non poteſt.Ex quo aliud colligitis, quod licet verba vulgaris ſubſtitutionis.ſi hæres non erit,exponatur,vel quia non potuerit.quod facit ad intellectum.l.ex parte de acquir.hære.& contum quæ no.in l.ſi filius hæres de lib.& poſthu.Sed tamen dubium facit quia talex quæ expoſuit illa verba, ſi hæres non erit

parte fundari poteſt in intellectu: at viſus qui cadit in teſte, debet fundari in oculo corporeo. Vnde dicunt Doctor. quod ſuper his quæ ſunt iuris, teſtes non probant reddendo rationem per viſum, quia ea quæ ſunt iuris non percipiuntur oculo corporeo, ſed intellectuali. Vnde ſi teſtis interrogatur, qualiter ſcit talem eſſe dominum fundi, & dicat, quia vidi, non probat. debet igitur dicere aliqua exteriora, quæ oculo corporeo percipiantur, videlicet, quia vidit ab ipſo arari, ſeminari, & coli, de quibus in lege, prima. ff. de his quæ in teſta. delen. in lege, teſtium. C. de teſtibus. in lege, qui teſtamento. §. fina. ff. de teſta. In fin. glo. Hæc glo. communiter approbatur. & idem voluit in lege, paterfamilias. de hæredi. inſti. vt in caſu dubio ſubſtitutus in parte admittatur. Nam cum ſit difficile habere notitiam eorum quæ in mente geruntur, niſi demonſtretur per aliquod extrinſecum ſignificatum mẽtis. l. Labeo. de ſup. leg. eligitur quædam via quæ nec in totum derogat opinioni, nec in totum veritati. Sed contra text. oppo. & videtur quod ſi teſtator inſtituit ſeruum quem putauit eſſe liberum, dominus in totum excludatur, & ſubſtitutus in totum admittatur: quia † error in conditione perſonæ inſtituti vitiat inſtitutionem. l. ſi pater. C. de hæred. inſti. ergo teſtamentum incipit à ſecundò gradu, id eſt, vulgari ſubſtituto. l. iij. ff. de libe. & poſthu. Solu. Dicit Bald. quod ideo in l. ſi pater. error in conditione perſonæ vitiat inſtitutionem, quia fuit circa ſanguinis coniunctionem, vnde talis inſtitutio nulla, quia remouetur mens diſponentis ab actu: inſtituerat enim Caiũ tanquã filium ſuũ. qui poſtea reperitur quod nõ erat filius vnde remota cauſa filiationis, annullatur inſtitutio. Sed hîc non fuit error in conditione perſonæ circa cauſam finalẽ cauſa enim inſtitutionis non fuit, quia eſſet liber aut quia ſeruus, ſed fuit merita inſtituti: vnde cum ita potuerit meruiſſe ſeruus ſicut filius, error talis non vitiat inſtitutionem. Finaliter oppo. quod † ſubſtitutus non admittatur ſimul cum inſtituto lege, quandiu. de acquiren. hereditat. Solut. hunc concurſum operatur repugnantia & conflictus regularum, ac etiam rationum, vt ſuprà dixi. & hoc ſatis &c. Io. Chriſto. Portius.

ADDITIO.

a Scite Adde capitu. hic videtur xxij. quæſtio. v. Cardina. Zabare. in capitu. cum nobis in xiij. not. de ele. idem Cardina in capitu. tua nobis. in prima nota. de eccle. peregri. Archi. in capit. in domo. de pe diſt. iiij. Domi. in c. de capitulis. x. diſt.

De pupillari ſubſtitutione. Rub.

a Continuatur ad præcedentes ſic. a Suprà viſum eſt de vulgari ſubſtitutione, verum qui parentes non ſolum vulgariter, verum etiam pupillariter liberis ſubſtituere poſſunt, ideo viſo de vulgari ſequebatur videre de pupillari: ideo intitulatum fuit de pupillari ſubſtitutione.

ADDITIO.

a Aliter continuat Bellon. qui etiam ponit tres viles quæſtiones ad intelligentiam huius pupillaris ſubſtitutionis.

1 *Parentes filijs ſuis impuberibus poſſunt nedum vulgariter, ſed pupillariter ſubſtituere.*
2 *Ad cauſandam pupillarem ſubſtitutionem, quæ requirantur.*
3 *Forma concipiendæ vulgaris ſubſtitutionis.*
4 *Forma concipiendæ pupillaris ſubſtitutionis.*
5 *Hæredis inſtitutio duplex & ſimplex eſt*
6 *Statuto quòd poſitionibus debeat ſimpliciter reſponderi. non intelligitur ſatisfactum, ſi cum duplicatione uel conditione reſpondetur.*
7 *Per vulgarem ſubſtitutionem dicitur ſuccedi teſtatori, non autem per pupillarem, per quàm ſuccedìtur pupillo.*
8 *Pupillaris ſubſtitutio expirat adueniente ætate.*
9 *Subſtitutio pupillaris inuenta eſt moribus & conſuetudine.*
10 *Conſuetudo redacta in ſcriptis, adhuc conſuetudo dicitur.*
11 *Conſuetudo poteſt tribuere formam teſtamento condendo.*
12 *Subſtitutio pupillaris inducta eſt ex æquitate, ut qui ſuæ ætatis defectu impediuntur teſtamentum conficere, poſſint habere ex teſtamento hæredem ex prouiſione teſtatoris.*
13 *Mulier filijs pupillariter ſubſtituere non poteſt.*
14 *Subſtitutio pupillaris ut teneat quot requirantur.*
15 *Subſtitutio pupillaris quotuplex ſit.*
16 *Subſtitutio pupillaris quibus uerbis fiat.*
17 *Subſtitutio pupillaris cui & à quo fiat.*
18 *Subſtitutio pupillaris quo iure & quare introducta.*
19 *Pupillaris ſubſtitutionis quis ſit effectus.*
20 *Pupillaris ſubſtitutio expreſſa excludit matrem & alios à inteſtato pupillo ſuccedentes.*
21 *Pupillaris ſubſtitutio quibus modis expiret.*
22 *Pater ſicut non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ita nec filius pupillus.*
23 *Bona banniti exiſtentia in alio territorio non publicantur.*

a LIBERIS SVIS. a Principium diuiditur in tres In Prima loquitur de ſubſtitutione pupillari. In ſecunda loquitur de exemplaria. In tertia reuertitur ad materiam pupillaris. Item prima ſubdiuitur in tres. Nam in prima tractat ſicut teſtator idemque pater, poſſit liberis ſuis ſubſtituere. In ſecunda ponit forma pupillaris ſubſtitutionis. In tertia ponit quo iure fuerit inuenta poteſtas tributa patribus principaliter ſubſtituendi. Secunda ibi, (veluti ſi dicat.) Tertia ibi, (nam moribus.)

ADDITIO.

a Liberis ſuis. Contra iſtud principium, dum dicit, liberis ſuis quos in poteſtate habet. & gloſſ. dicit, quòd dixit liberis, ad differentiam extraneorum: quam omnes ſequuntur & hic. & in l. ſecunda. in princi. ff. eodem. Oppono, quia ſecundum hoc text. iſte haberet ſuperfluitatem, quia ſatis erat dicere impuberibus in poteſtate: quia eſt impoſsibile quòd quis ſit in poteſtate, niſi ſit de liberis. Et ideo credo quòd dixerit liberis, quia ſi ſimpliciter dixiſſet impuberibus in poteſtate, ſequeretur quòd ſeruis impuberibus qui ſunt in poteſtate domini, poſſet ſubſtitui pupillariter, & tamen iſtud eſt falſum: & ideo dixit liberis, nec puto quòd aliter poſsit reſponderi. Et de ratione vide hic Ioan. Fab. & quid iuris ſit hodie vide Bartol. in l. ſecunda. in princ. ff eodem. inferendo de matre vt hic per Angel Et nouiter de adoptante per l. cum in adoptiuis. C. de adop. & §. cum autem. ſuprà de adop. quod tamen de adoptante reperit poſtea ponere Bartol. in l prima. in princip. in primo requiſito. ff eodem. Iaſ. May. (An verbum liberis, poſitum in princip. text ſuperfluat. vide Bellon. qui reſoluit dicta Iaſo. in prima addi.)

1 Not. primo, † parentes filijs ſuis impuberibus non ſolum
a vulgariter, verumetiam pupillariter ſubſtituere poſſe. † Not. quòd ad cauſandam ſubſtitutionem pupillarem multa requiruntur. Primum, quòd ille cui fit, ſit impubes. Item quòd ſit in poteſtate teſtatoris. Item quòd ſit de liberis, vt filius, nepos, & pronepos. Hæc tria colliguntur in hoc princip. Item quòd ille cui fit, inſtituatur ſiue exhæredetur. Item ad hoc vt habeat effectum requiritur quòd moriatur in pupillari ætate. Item quòd adeatur hæreditas. hæc tria colliguntur in verſicu. velut. Item not. † formam concipiendæ vulgaris ſubſtitutionis, quia concipitur verbis negatiuis, ſi hæres non erit. Item not. † formam concipiendæ pupillaris: a quia concipitur verbis affirmatiuis, ſi hæres erit & in pupillari ætate deceſſerit.

a Concipiendæ pupillaris. Vnum perpetuò not quòd licet pupillaris ita concipiatur, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, &c. tamen ad hoc vt ſubſtitutus admittatur, non eſt opus quòd pupillus ſit hæres, caſus eſt in l. Iul a. in princip. ff. de acqu. tend. hæredit. quem ita allegat Bartol in l prima. in princip ff. de vulgaris & pupillar. & in xiij. col. in verſic. iuxta hoc quæro. & in l. ij. in princ. ff. eo. in iij. q. principali. vbi omnino vide. Iaſ. May.

5 † Item not. quod hæredis ſubſtitutio aliquando eſt duplex, aliquando ſimplex. Duplex quando pupillaris immiſcetur cum vulgari, vt in exẽplo hîc poſito, inſtituo filium meum hæredem, & ſi hæres non erit, vel ſi erit, & in pupillari ætate deceſſerit, Caius hæres eſto. Simplex verò appellatur, quando ſolum & ſimpliciter vna inſtitutio fit vel vulgaris vel pupillaris. l. prima. ff. eodem. † Ex quo Bartol. infert, quod ſi ſtatuto a caueatur, quod poſitionibus debeat reſponderi ſimpliciter, aliter pro confeſsis habeantur: ſi eiſdem reſpondeat cum duplicatione vel conditione, non dicitur ſatisfactum eſſe ſtatuto. Vnde ſi ponas quod mutuaſti mihi mille, & ego reſpondeo quod mutuaſti, ſed conſumpſi in tuam vtilitatem non dicitur eſſe ſatisfactum ſtatuto.

ADDITIO.

a Statuto cauetur. De statuto ex quo disponitur quod positiónibus debet responderi simpliciter, vide Bald. in d.l.j.& Barto. in l.j. §.si quis simpliciter.ff.de verbo.obli. & in §.præterea.infrà de inuti.stipulatio. &c.Ial.may.

7 Item not. † quod per vulgarem substitutionem dicitur succedi testatori: & vulgariter substitutus dicitur hæres eidem: & vulgaris substitutio dicitur testamentum patris, & idem per vulgarem substitutionem de hærede prouidetur. per pupillarem autem substitutionem dicitur succedit ipsi pupillo, quia pupillaris substitutio dicitur testamentum ipsius pupilli, & ei de 8 hærede prouideatur.c.j.extrà de testa.lib.vj.l.patris.ff.eo. † Item a not. quod pupillaris substitutio expirat a adueniente pubertate l.impuberi.ff.eod. Ratio, quia peruenit ad ætatem qua sibi potest ad confectionem testamenti prouidere, vnde frustratoria 9 efficitur tunc prouisio patris. Item not. † in versi. nam in moribus. duo. Primum, quòd potestas parentibus tributa vt liberis puberibus pupillariter substituere possint, est inuenta ex con10 suetudine. Ex quo colligitis, † quòd licet consuetudo fuerit in b scriptis redacta, b non tamen accepit nomen legis, nec perdit vim consuetudinis, vt hîc, & l.ij ff.eo. Et probatur in libro feudorum, in tit. hic finitur lex, vbi consuetudines regni incipiunt. & tamen in scriptis sunt redactæ, quia ista scriptura non emanat ad substantiam consuetudinis, sed ad probationem, vnde nil immutat. l. contrahitur. ff. de pigno. Item colligitis aliud, 11 † quòd consuetudo potest tribuere formam & potestatem circ ca testamenta conficienda, c vnde consuetudo potest disponere quod curator possit dari in testamento. Item quod testamentum valeat cum quinque testibus. Item quod non valeat nisi cum octo, nouem vel decem. hoc probatur in l.fina.C.de testa.
12 † Item colligitis aliud, quòd potestas tributa parentibus vt possint pupillariter substituere liberis, est fundata super æquitate, vt liberi qui propter defectum ætatis testamentum conficere non possint, nec sibi de hærede prouidere, saltem testamentum habeant & hæredem ex promissione testatoris. Ex quo colligitis, quòd si liberi prohiberentur testari, aliter quàm per defectum ætatis, substitutio pupillaris eis facta non valeret, & d ita vult glo. parua in l.ij.ff.eod. In gloss. j. d ibi extraneo, Ratio fuit, quia non fuit ita confisa de extraneo sicut de patre, vt liberis pupillariter substituendo de hærede prouideat. argu l. in l.final.C. de curt. furt. Ibi.§. masculo. Ratio, nam quando sunt puberes, habent facultatem testandi.l. qua ætate.ff. de testa. vnde lex & consuetudo noluit hoc casu prouidere eis de auxilio parentum, cùm hoc eis non sit necessarium. arg. in l.j.§. ex rescripto. ff. de ventre inspici. Ibi. §. j. Et per hoc constat, 13 † quod mulier pupillariter filijs substituere non potest, quia liberos non habet in potestate.§.fœminæ.suprà de adopt. In fin. addite vnum, quòd hæreditas siue sit addita, vel habita pro adita, vel si fuerit repudiata, habetur pro non repudiata repudiae tione rescissa.l.ij.§. interdum.ff.eod. Addite & sextum, quòd e f moriatur in ætate pupillari. vt probatur hîc. f

ADDITIONES.

a Expirat. Adde Bal. in l.testamento in viij.q. de testa.mili. Et si vnus moritur pubes alter pupillus: vide per Bal. in l.impuberum C.de impube.& alijs substi.

b Vide Bello. infrà in glo. super versi. moribus.

c De potestate consuetudinis Bello. in consi.j.nume.2. & consil.xij. nu.13. vbi de consuetudine soluendi colectas.

d Ad omnia requisita posita per hanc gloss. & Doctor. vide Bellon. plenè qui plura ex eis infert.

e Ad alias omnes glossas huius principij, quas iste omittit, vide hic Bellon.

f Vt probatur hîc. † Quot requirantur ad hoc vt teneat pupillaris 14 substitutio: D e quod octo, quorum quinque ponuntur hic in gl. Primò, quòd sit de liberis. Secundò, quòd sit impubes. Tertiò, quòd sit in potestate testatoris. Quartò, quòd alij filij instituti vel exhæredati, vt valeat testamentum patris. Quintò si est nepos cui fit hæc substitutio, quòd non sit recasurus in patris potestatem. Sextò, quòd pater filijs testetur nisi sit miles, qui potest substituere pupillariter filio, licet non testetur l.ij.§.quisquis ff.eod. Septimò requiritur, quòd impubes sit institutus vel exhæredatus ff eo.l ij.versic. sed si eos. Octauo requiritur, quòd adeatur hæreditas ff.eo.l.ij.versi.adeò, nisi sit miles.in l fin.ff.de testa.mili. de quo per Bart in d.l ij.ff.eo.&c Si ergo requisita istius glo. & alia quæ adduntur hic per Docto.& per Bar.& alios in l.ij.in prin.ff. sunt necessaria, ergo iste tex. est diminutus. Ego puto, quòd omnia requisita sint in isto tex. & quartum requisitum, quòd nepotes non debeant reincidere in potestatem alterius, ponitur in hoc princ.in verbo moribus in versi.cuius ætatis. vbi vult quod possit substitui pupillariter quando quis impeditur vitio ætatis testari, ergo si impeditur alio impedimento, non posset sibi substitui pupillariter. Cum ergo iste recasurus impeditur alio impedimento quàm ætatis, scilicet potestatis, ergo nō poterit sibi substitui pupillariter. Aliqua requisita, scilicet quòd debet institui vel exhæredari vt hic in gl.& quòd debet hæreditas adiri ex paterno testamento, ponuntur in §.liberis.in eo. vbi generaliter dicitur, quòd ita demum valet substitutio pupillaris, si valet paternum testamentum: ergo nisi sit adita hæreditas patris, non valet pupillaris substitutio.Ias.May.

15 Videamus † quotuplex sit substitutio pupillaris. Circa quod dicite, quod est duplex. vna expressa concepta verbis affirmatia uis, alia tacita a contenta in expressa vulgari concepta verbis negatiuis, probatur in l. iam hoc iure.ff. eod. Tertiò, est viden16 dum, † quibus verbis fiat. Circa quem articulum dicite, quòd b fit verbis affirmatiuis si expressè b concipiatur: negatiuè autem si tacitè concepta fuerit, vt hîc.l.iam hoc iure.ff. eod. & suprà declaraui.

ADDITIONES.

a De hac tacita vide Bello. lib i ij.supputa c xvij.

b Expressè. Adde, quòd expressa fit istis verbis puta Talem hæredem instituo, & si non erit hæres, vel in pupillari ætate decesserit, Titius sit hæres. Vel si dicantur post institutionem filij hæc verba, quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo impuberi.l. qui liberis. §. hæc verba.vulga.& pupilla.substi. Tertia verò est quæ tacitè continet pupillarem, puta si dicam, filium meum hæredem instituo, & si filius hæres nō erit, talem substituo: quia comprehenditur tacita pupillaris, videlicet, vel si erit, & pupillari ætate &c. è contra, pupillaris continet tacitam vulgarem. d.l. iam hoc iure &c. Ias.May.

17 Videamus † cui fit, & à quo. Et dicite, quòd fit liberis impuberibus in potestate constitutis, & ab eorum parentibus, vt hîc, 18 & probatur in l ij ff. eod. † Fuit autem inuenta iure consuetudinario, vt hîc, & l.ij.ff.eodem. Fuit etiam introducta propter æquitatem & pietatem, vt his de hæreditatæ, id est, de hærede prouideatur, qui sibiipsis propter defectum ætatis testari non 19 possint, vt hic, & l.ij ff. eod † Effectus a pupillaris substitutionis a est, quia prouideatur de hærede, pupillo & quem potest pater sibi hæredem facere, pupillo pupillariter substituēdo hæredem facit. l.sed si plures.§.primo.ff.eod.titu.

ADDITIO.

a Effectus. Adde alium effectum, † quia pupillaris expressa excludit 20 matrem & alios ab intestato pupillo succedentes: sed pupillaris tacita contenta sub vulgari, non excludit matrem, vt not. in l precibus. nec patrem impuberis emancipati, nec aliam, nec fratrem pupilli vtrinque coniunctum secundum Bart. in dicta lege, secunda. Sed pupillaris quæ continetur sub compendiosa, puta per hæc verba, quicunque, vel etiam contenta in reciproca, puta in illa. Vos inuicem substituo, benè excludit matrem & alios ab intestato pupillo succedentes dicta lege, precibus. Etiam alius effectus, quia succedens ex pupillari habet omnia bona patris & pupilli vndecunque quæsita, & etiam legitimam debitam iure naturæ in bonis patris, vt in glo. bene facit glo. in lege, prima.§. qui vota. de ventre inspicien. & l.sed si plures. §. ad substitutos, nisi in milite & arrogato, vt hic in gl.&c.Ias.May.

21 Finaliter † autem not. sex modis expirare pupillarem substitutionem. de quibus glo. est ord. in lege, pupillari.ff. eodem 22 & dicatis vt ibi. In gloss. ipsi filio. colligitis, † quod impubea ri substitutus non solum obtinet a bona peruenta pupillo, à pab tre relicta testare, sed etiam bona aliunde sibi quæsita. Ratio, b nam sicut ipse pater non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, hoc idem non potest facere in pupillo suo.

ADDITIONES.

a Non solum obtinet. Et ratio, quia postquam pupillus adiuit hæreditatem patris, non dicuntur amplius bona patris, sed filij, & dicitur effectum vnum patrimonium iuxta glossa nota in lege, prima paragrapho veteres.ff.de acquir.eo.da possessione. nimirum cum sit vnum patrimonium si in totum succeditur per substitutum. Et per hoc posset attentari quod glossa ista in principio. malè dicat, dum dicit, quòd ex substitutione pupillari succeditur oedom in bonis pupilli, sed etiam patris, nam videtur non esse verum, cum adita hæreditate per pupillum, vt præsupponit substitutio pupillaris, non dicantur amplius bona patris nisi largè. Ias.May.

b De hac ratione vide latius per Bellonum.

Fallit in filio arrogato: nā sicut permisit lex sibi habere duos patres cōtra naturā, naturalē, scilicet & arrogatorē, ita permittit decedere

decedere pro parte testatum & pro parte intestatum contra legem. a † Ex quo colligunt Doctor. quòd bona banniti quæ habentur in alio territorio, non publicantur, sicut in pupillari substitutione facta à patre arrogatiuo non ueniunt bona quæ habet aliunde: quia ita se debent habere iudices erga subditos, sicut pater erga filios.

ADDITIO.

a Hæc ratio non placet Bellono, qui aliam dat concludentem.

1 Filijs mentecaptis pater potest substituere ad exemplum pupillaris substitutionis, & hæc substitutio exemplaris dicitur.
2 Substitutio exemplaris conuenit in duobus cum pupillari, & in uno inter se differunt.
3 Substitutiones uulgares comprehensæ, in substitutione breuiloqua, sunt tacitæ.
4 Expressum, dupliciter dicitur.
5 Substitutio pupillaris expirat adueniente pubertate.
6 Substitutio uulgaris tacita in expressa pupillari comprehensa an pubertate adueniente expiret.
7 Substitutio exemplaris quare sic dicatur.
8 Nominum quæstio pertinacibus est relinquenda.
Intellectus ad l. humanitatis. de impub. & alijs sub.
9 Substitutio exemplaris quæ sit, & quibus personis fiat.
10 Furioso filio si pater unum substituit, & mater alium, quis præferri debeat.
11 Pupillaris substitutio claudi potest ad minus tempus quàm sit pubertas.
12 Iudex cui concessum est de magna summa cognoscere, & de minori cognoscit.
13 Pupillaris substitutio non potest fieri ultra pubertatem
14 Tempora appellandi non possunt à partibus in iudicio prorogari, nec appellationem prosequendi, nec præscriptionis.
15 Exemplaris substitutio in quibus conueniat & disconueniat à pupillari.
16 Mulier pupillariter substituere non potest.
17 Filius non potest patri furioso exemplariter substituere.
18 Filius patri furioso dat curatorem.
19 Exemplaris substitutio duplex.
20 Substitutionis compendiosa, & breuiloqua appellantur species substitutionis, sed an contineant substitutiones expressas uel tacitas uide nume. 21.
21 Breuiloqua quare sic dicatur substitutio quibusque uerbis fiat, & quas substitutiones contineat.
23 Paganus an possit substituere directo post aditam hereditatem & numero 26.
24 Verbum, substituo est uerbum commune.
25 Differentia inter substitutionem breuiloquàm & compendiosam.
27 Substitutio compendiosa quid sit.
28 Substitutio quare compendiosa dicatur.
29 Substitutionis compendiosæ quis sit effectus.
30 Verba obliqua, directa, & communia quæ sint.
31 Substitutio in dubio interpretari debet, ut ualeat iure directo magis quàm obliquo.
32 Casus in quibus pupillaris substitutio finitur.

§. QVA RATIONE. Exemplaris substitutio, quæ ad exemplum pupillaris fuit introducta, fieri potest à parentibus, liberis etiam puberibus, eaque expirat adueniente sanitate, sicut pupillaris adueniente pubertate. h. d. † Not. primò, quòd ratione permissum est parentibus substituere pupillariter liberis impuberibus, eo, quia propter defectum ætatis testamentum conficere non possunt: eadem ratione permissum est parentibus substituere liberis a puberibus mentecaptis: b quia propter defectum suæ mentis testari non possunt, nec sibi de hærede prouidere. Si tamen aliquis esset pupillus & mentecaptus non posset ei substitui exemplariter, sed pupillariter, attento vitio naturæ quod consistit in ætatis defectu, non attento vitio accidentali c quod consistit in mentecaptis. arg. in l. qui habet. §. j. ff. de tutel.

ADDITIONES.

a Liberis puberibus. Dic melius vt per Bart. in d. l. ex facto. in v. col. in versicu. sed quæro iuxta hoc. Et contrarium eius quod iste hic vult Glo. iij. circa medium, dum circa exemplariam dicit, hoc etiam minoribus fit, ergo sentit quod etiam maioribus, & ita hanc glo. ponderat hic Ioan. Fab. in v. colum. quem ante non videram: & eum omnino vide, ponderantem ad hoc tex. hic in verbo, & si puberes sint, tamen tex. iudicio meo non posset stare implicatiuè, quia implicaret casum magis dubitabilem, contra glo. in l. illud. ff. ad l. acquil. & glo. in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. Ias. May.

b Hoc verbum mente captis, capitur largè, vt per Bellonum.

c Vitio accidentali. Vide quod per istam rationem accidentis vale Bellon. in tract. rub. ff. de inoffic. eius, vbi tractat de legato ab ordinario, & eundem hic, qui latius distinguit hunc casum.

Item no. exemplaria substitutio fuit adinuenta exemplo pupillaris. Item not. † quod exemplaria substitutio conuenit in duobus cum pupillari. Primum, quia sicut pupillaris fit pupillis & mentecaptis, quibus vtroque casu non valentibus testari, de hærede prouidetur. Item quemadmodum pupillaris expirat adueniente pubertate, hæc quoque finitur a adueniente sanitate: b quia vtroque casu mentecapti quondam & pupilli suscipiunt habilitatem conficiẽdi testamentum. Discrepant autem in alio, quia pupillariter cuicunque potest substitui. exemplariter autem certæ personæ substituendæ, vt liberi mentecapti. l. fratres. l. humanitatis. C. eo.

ADDITIONES.

a Finitur. Quomodo debeat intelligi quod finiatur, vel infirmetur, vide hic Bellonum nu 9.

b Sanitate. Et rationem pulchram ponit Iurisconsultus in d. l. ex facto. Et adde quod eodem modo finitur exemplaria per superuenientiam liberorum dicta lege ex facto. Ex quo posset inferri ad quæstio. Bartu. in dicta lege, ex facto. an si post legitimationem filij naturalis tantum nascantur filij legitimi possit succedere legitimatus vna cum legitimis Ias. May.

In glo. exemplum a ibi, quinque genera. b melius fecisset gloss. vt dicunt Doctor. primo distinguere duo membra: quia substitutionum quædam sunt directæ, quædam obliquæ. Directarum quoque quinque sunt genera, vt sequitur.

ADDITIONES.

a Exemplum. Et ita facit glos nostra in capitu. Raynutius. in verbo si absque liberis extra de test. Et ista gloss. licet non diuidatur per Docto. eo. quia de se satis diuisa videtur: tamen ego diuido illam in tres partes principa. In prima infert ex text. In secunda ponit intellectum & distinctionem substitutionum per quinque genera. In tertia & vltima distinctionis membra in specie prosequitur declarando. Secunda ibi, (vnde vt pleuè de his.) Tertia & vltima ibi, (prima, scilicet vulgaris,) &c. & rursus tertia principalis subdiuiditur in quinque particulas prout quinque genera substitutionum in specie declarat Partes de per se patet. Iasu. Mayn.

b Genera Hoc verbum genera, capitur pro speciebus, & an hæ omnes substitutiones differant specie, vide Bellon. in princip. Glossa. hic.

Ibi, l. cum in testamento. §. j.

3 Not. ex glo. quòd † vulgares a substitutiones comprehensæ in hac substitutione breuiloqua. Vos inuicem substituo, sunt tacitæ: & idem tenuit gloss. in l. in testamento. C. de test. mili. Gloss. autem in l. Lucius. ff. eodem. dicit quòd sunt expressæ. Pro quarum concordia dicite ex mente Bartol. quòd † aliquid esse expressum sumitur dupliciter. Vno modo expressum generalibus verbis, & hoc modo dicantur expressæ: quia hæc verba. Vos inuicem substituo, ex eorum generalitate comprehendunt vulgares, & ita intelligatur gloss. in dicta l. Lucius, & probatur in dicta l. finali. C. quod cum eo. Alio modo intelligitur expressum verbis specificis, & hoc casu hæ vulgares non dicuntur expressæ, sed tacitæ, & ita loquitur hæc gloss. probatur in l. qui tacita. de hæredi. institu. Sed indubitatum est id quod glos. posuisset de tacita vulgari, quæ comprehenditur in expressa pupillari, quia illa omni respectu tacita appellatur. Ibi, huius. Not. ex gloss. quòd † pupillaris substitutio expirat adueniente pubertate. b Sed dubium † est, quid de vulgari tacita, quæ comprehenditur in expressa pupillari, an illa expiret adueniente pubertate. Videtur quòd non, quia vulgaris solum expirat hæreditate adita. l. post aditam. C. eodem. & ita videtur tenere gloss. in l. lex Cornelia. ff. eodem. Contrarium videntur tenere Docto. dicentes, quòd sicut expressa vulgaris non expirat adueniente pubertate, ita tacita vulgaris clausa sub ea. l. si quis ita. §. primo. ff. eod. l. ij. §. si prius. ff. de secund. tab. Ego allego. l. iiij. §. finali. ff. de seru. rusti. prædi. Ibi, vt hic dicitur. † Not. quòd substitutio exemplaria c ideo

appellatur exemplaria, quia ad exemplum pupillaris fuit inuenta. Sed hæc non videtur bona, quia secundum hoc debuisset citius appellari exemplata, quia illud originale ex quo aliud extrahitur vel exemplatur, exemplar dicitur: extractum autem appellatur exemplú l. j. paragrapho. si ex duobus. ff. de secund. tabul. ergo exemplaria debuisset exemplata appellari. Gui. de Cu. re ponderat dicens, quòd non est curandum, 8 de hoc nomine,† quia quæstio nominú pertinacibus relinquitur, no. glo. in rub. solu. mat. & l. ij. C. de constit. pe. Sed hæc responsio non est bona, quia voluit eam ideo exemplariam appellari, quòd ad exemplum pupillaris fuit adinuenta: Vnde vos dicite, quòd aliquando aliquid extrahitur ab originali, & tunc originale appellatur exemplar, extractum exemplatú. Aliquando quid non extrahitur ex aliquo originali, sed ad eius similitudinem fit, & tunc illud tale quod fit, potest exemplar appellari, & ita loquitur hic, Exemplaria vero substitutio non extrahitur de pupillari, sed ad eius fit similitudinem: & tunc hoc tale quod fit, potest exemplar appellari, & ita loquitur l. humanitatis. C. eodem.

ADDITIONES.

a Vulgaret. De hac vulgari expressa & tacita tradit hic latè Bellonus.
b Pubertate. Quid in vulgari contenta in pupillari, an expiret eodé tempore. Bellon. hic nu. 17.
c Exemplaria. Adde quod circa hanc exemplariam sex quæri possunt: primò, quid sit: secundò, quotuplex: tertio, quibus verbis fiat: quartò, à quibus fiat: quintò, qui debeant institui: sextò, à quo discordet exemplaris à pupillari. Circa primum dic, † quòd talis substitutio est illa 9 quæ fit furiosis vel mentecaptis. l. ex facto. ff. eo. puta. filium hæredem mihi facio, & si antequam ad sanitatem peruenerit decedat, talé substituo. Tacita est quæ continetur in expressa vulgari facta furioso. arg. l. si prædicta. ff. de rebus eorum. Vel quæ continetur in expressa pupillari facta filio furioso, vel mentecapto impuberi in potestate: nam intra tempora pubertatis valet vt exemplaris l. Centurio. ff. eod. & ita tacita non excludit matrem, sicut nec excludit tacita pupillaris, ratione patriaris quam habent adiunicem. Dic, quòd ista fit illis personis quæ propter morbum sibi prouidere nequeunt, puta furiosis, quibus similiter datur curator. §. sed mentecaptis. supra de cura. Adde in quod nó in omnibus conuenit cum pupillari, nisi in his casibus in quibus reperitur concordan in d. l. humanitatis. C. eod. Ad quintum dic, quòd hæc substitutio fit à parentibus tam masculis quàm fœminis, scilicet patre, 10 matre, auo &c. d. l. humanitatis. † Quid autem si pater furioso filio substituit vnum, & mater alium, quis præferetur? Dic secundum Bart. in d. l. ex facto. & si est in potestate patris filius, ipse substitutus patris habet paterna bona, & alius matris habet materna. Si verò non est in potestate, tunc habent prout suprà, sed diuidunt aduenticia æqualiter. Ad sextum dic, quod debent institui pr mó libere furiosi, secundò fratres &c. vt hic in glo. Ad vltimum in quibus discordet, dic vt in glo. Iaf. May.

11 Ibi. l. in pupillari. colligitis duo,† quòd licet à lege sit tributum parentibus vt possint substituere pupillariter vsque ad pubertatem, substitutio pupillaris potest claudi per testatorem ad 12 minus tempus. Ex quo infert. Bald. quod † si ex forma statuti sit tributum Rectori vt possit de causa cognoscere ascendentem vsque ad mille, poterit etiam cognoscere de causa mino13 ris summæ, facit l. diligenter. ff. man. † Item colligitis secundò, quòd testator non habet potestatem substituendi pupillariter vltra pubertatem. Ex quo colligitis, quòd testator non potest 14 prorogare tempus à lege statutum, vnde dicit Bal. quod † partes in iudicio non possent prorogare tempora appellandi, nec appellationem prosequendi, item nec tempora præscriptionis, facit l. in pupillari. ff. eo. Bal. in l. Centurio. ff. eo. glo. in l. properandum. in princi. ff. de iudi. Ibi, substitui. † Vos dicite plenius, 15 quòd exemplaria substitutio conuenit cum pupillari. Primò in causa propter quam: quia sicut pupillo potest pupillariter substitui, quia nequit testari propter defectum ætatis, ita mentecapto exemplariter potest substitui, quia nequit testari propter mentis defectum. Secundo conuenit in effectu, quia quemadmodum per pupillaré succeditur pupillo, & ei de hærede prouidetur, ita per exemplariam succeditur mentecapto, & ei de hærede prouidetur. Item conuenit in forma verborum: quia sicut pupillaris fit verbis affirmatiuis, ita etiam exemplaria. Item conuenit, quia sicut pupillaris expirat adueniente pubertate, ita exemplaria adueniente sanitate, vt hic, & in l. humanitatis. C. eod.
a Sed discrepat in multis. Primò in persona substituentis, a quia pupillariter solus pater potest substituere. l. humanitatis. C. eo. Ratio differentiæ, quia potestas substituendi pupillariter est adinuenta per puncta iuris, inspecto iure patriæ potestatis, b quo 16 cum † mater careat, substituere pupillariter non potest. §. ex iuminæ, supra de adoptio. Sed potestas substituendi exemplariter fuit producta ex quadam humanitate, miseratione & sanguinis coniunctione lege, humanitatis. C. eodem in qua humanitate cum patri sit per mater: lege, furioso. ff. de curt. furio, nimirum si ita matri sicut patri hæc potestas tribuitur. Secundò discrepat in personis quibus substituitur: quia pupillaris solum impuberibus, hæc puberibus fieri potest, vt hic. Item discrepat in personis substitutis: quia pupillariter quicunque potest substitui, exemplariter autem tantum certæ personæ præferendæ, & primo substituendi sunt liberi mentecapti, si extant si non extant, fratres mentecapti: & alijs non extantibus quilibet potest substitui lege, humanitatis, C. eod. Item differunt in tempore: quia pupillaris clauditur intra tempora pubertatis, exemplaria verò clauditur intra tempora sanitatis, vt hic, & lege, ex facto, & lege, in pupillari. ff. eod. Item discrepat, quia pupillaris fit exhæredatio, exemplaria autem nō §. non solum, infrà, eodem lege, secunda. §. tina. ff. eodem iuncta lege, humanitatis, C. eodem. Ratio differentiæ: nam cum exemplaria fuerit introducta ex quadam humanitate, non videtur fretus humanitate parens qui liberos exhæredat: vnde exemplariter non potest substituere lege, secunda & lege Tina, de inoffic. testamen. Item discrepat, quia pupillaris fuit inuenta iure consuetudina- c rio. e lege, secunda. ff. eodem exemplaria fuit inuenta iure scripto. l. humanitatis. C. eo.

ADDITIONES.

a Substituentis. Differentias inter pupillarem & exemplarem ponit hic Bellon. nu. 18. cum seq.
b Patris potestatis. Ex qua resultat alia differentia: quia pupillaris fit constituto in potestate sed exemplaria non, quia fit à matre. Non tamen fit a matre quæ transiret ad secúda vota, imò facta, est nulla, quia aucupatrex filios vt daretur secundo marito. l. lex quæ tutores. in n. C. de admi. tut. l. ij. ff. eo. de inof. test. Iaf. may.
c Consuetudinario. Adde quod in exemplaria non potest quis exhæredari quin habeat legitimam: & si sibi confert & ea non satisfacit, potest agere ad supplementum lege, humanitatis. suprà alleg. iuncta lege, omnino. C. de inoffic. testament. Adde alias differentias, quia exemplaria expirat liberis procreatis ab isto furioso, nisi testator illos instituisset vel substituisset dicta lege, humanitatis. impubes non procreat filios. argumen. suprà de nupt. §. primo. Item discrepat, quia in pupillari pupillus potest adire cum auctoritate tutoris. §. sed neque suprà de auctoritate tutor. sed in exemplaria curator furiosi debet petere bonor. possess. secundum tabul. lege, cum hæres institu ff. ad trebelliau. Item differunt, quia hæc fit & ante pubertatem & post, illa solum ante. l. si ita. ff. eo. Iaf. May.
d C. eodem. † An autem filius possit substituere patri furioso exem17 plariter, sicut è contra? Dic quod non, quia hoc non reperitur iure 18 cautum, † licet possit filius dare curatorem patri furioso. l. 1. qui. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Iaf. May.

19 Addite quod † exemplaria est duplex: vna expressa, quæ fit verbis expressis: alia autem tacita contenta sub vulgari, vt 20 not. in dicta lege, humanitatis. Ibi. § primo. Not. † quod breuiloqua a substitutio non est facta species substitutionis, b sicut vulgaris & pupillaris, & idem voluit glossa. in capitulo. Raymundus extrà de testamen. etiam. rub. ac. ff. eodem. Doctor. communiter tenent contra, quòd breuiloqua dicitur genus, aut saltem substitutionis adiecto, & idem dicunt de compendiosa. Mouentur per lege, iam hoc iure. versiculo, quòd ius in verbo genus. ff. eodem. Mouentur ratione, quia genus est quod prædicatur de pluribus specie differentibus lege, si peculium. ff. de manumiss. sed ista breuiloqua complectitur vulgares, pupillares & exemplares, ergo est genus. Item mouentur per leg. tertiam. §. cui congruit. ff. de pecul. Ego puto opinion. glo. de iure veriorem: quia quando ex multis simplicibus fit vnum c compositum, creatur noua quædam species. e §. cum qui, suprà de re. diuin. & lege, munerum. §. mixta, de mune. & ho. Sed ex vulgaribus, exemplaribus & pupillaribus conficitur compendiosa, ergo species noua appellatur. Ad lege, iam hoc iure. respondetur, quòd ibi sumitur genus impropriè, prout est prædicabile de pluribus numero differentibus. probatur ibi in verbo tertiò, ex quo includit vulgarem ac pupillarem tanquam primum & secundum, genus, quòd esse absurdum si propriè genus appellaretur. Non obstat quod sub compendiosa plures substitutiones comprehendantur, quia comprehenduntur sub com

subcomposito, non tanquam sub genere suo. Et sic concludo, quòd compendiosa & breuiloqua appellantur species substitutionis indistinctè: nam appellatur compendiosa, quia plures substitutiones: breuiloqua, quia verbis breuibus [d] plures substitutiones complectitur. l. cum in testamento. §. j. de haere. inst. vbi text. secundum Bald. in versicu. breuiter. Appellatur autem reciproca, quia fit hinc inde, & nullus est excessus extremorum. l. iam hoc iure. §. j. ff. eo. altero extremorum excedente vitiatur, vt ibi per Bal.

ADDITIONES.

a Breuiloqua. An † autem haec substitutio contineat substitutiones 21 expressas vel tacitas, vt sic appareat quis sit eius effectus, an per illas excludatur mater & venientes ab intestato? Dic quòd substitutiones contentae in reciproca seu breuiloqua sunt expressae verbis generalibus & non specialibus: & ista generalis expressio est sufficiens ad excludendam matrem & alios ab intestato venientes, vt tenet gl. ff. eo. l. Lucius. Ias. May.

b Substitutionis. An haec breuiloquam sit species substitutionis. Vide Bellon. suprà in prin. Gl.

c Quaedam species. Hac ratione mixtum imperiũ facit nouam speciem, Bellon. lib. iij. supputatio. c. v.

d Verbis breuibus † Quare dicatur breuiloqua. Die, quia fit breui- 22 bus verbis. l. Lucius. ff. eod. Et reciproca appellatur, quia repetitio fit vnius ad alterum. l. iam hoc iure. ff. eod. & de ista habetur in l. haereditatem. C. eo. & in d. l. Lucius. Et fit per haec verba, Inuicem vos substituo. vel per haec, Vter eorum viuet alteri succedat. Nam per ista verba vter &c. comprehenditur, tacita vulgaris. l. Titius & Seius. de haeredi. insti. Et dic quod ista substitutio breuiloqua continet aliquando duas substitutiones tantum vulgares: vt quando fit duabus personis impuberibus, quia vna erat impubes, alia non, sed pubes. d. l. iam hoc iure. Quandoque continet duas pupillares tantum, puta quando fit duobus pupillis exhaeredatis, vt infrà in §. non solum. Quandoque continet quatuor, duas pupillares & duas vulgares, vt quando fit duobus impuberibus in potestate existentibus institutis. d. l. Lucius. ff. eo. Quandoque continet octo, puta duobus impuberibus substitutis inuicem pupillariter, si dicat postea quandoque decedat inuicem substituo: quia continet quatuor fideicommissarias. d. l. Lucius. Ias. May.

a Circa substitutionem compendiosam [a] Primò quaero quid sit. Secundò, quare sit appelletur. Tertiò, quis sit eius effectus. 23 Ad † primum dic, quòd compẽdiosa est illa [b] quae fit sub conditione mortis, vel conditione quae multa complectitur tempora. l. Centurio. l. precibus. ff. eodem & C. de impube. & alijs substitu. Nam siue dicatur, quandocunque decesserit sine limitatione temporis: siue dicatur, si decesserit intra triginta annos, & sic cum limitatione temporis: vel cum alia conditione, vt si aliquid fecerit vel euenerit, est substitutio compendiosa: & complectitur multa tempora, scilicet tempus pupillaris aetatis, si est facta pupillis, & tempus pubertatis d. l. precibus. & l. Cen- 24 turio. Ad secundum dic, † quod appellatur compendiosa, quia sub compendio verborum & breuitate multas complectitur substitutiones, scilicet vulgarem & pupillarem, & fideicommissariam. Et fuit introductũ hoc nomen Compendiosa, ab Impe- 25 ratore. d. l. precibus. Ad tertium, † quis sit eius effectus, vt sic appareat, an & quando per hanc substitutionem succedatur directo, [c] & quando per fideicommissum, & quando mater excludatur, & quãdo non. Dic, quòd aut fit à milite, aut à pagano. Si à milite, tunc per verba directa, aut obliqua, aut cõmunia. Si per verba directa, vt, filio meo impuberi, vel etiã puberi quandocunque decesserit talis sit haeres, tunc valet iure directo, priuilegio militis, vt not. in l. milite. ff. de test. mil. Sed tamen pupillo moriente in pupillari aetate, substitutus capit omnia bona patris & filij: Sed eo moriente in adulta aetate, capit solum bona patris cum fratribus extantibus. d. l. Centurio. Fallit tamen quãdo filius haeres moritur in adulta aetate, & mater est in medio, quia tunc fauore matris obliquatur, vt tenet gloss. hic, & in dicta lege. Centurio. Sed tamen Bartol. tenet quod iure directo: sed si fit per verba communia, vt est verbum Substituo, tũc si mater est in medio, & filius moriatur adultus, bene obliquatur. Tertiò casu quando fit per verba obliqua, vt cum rogat haeredem restituere alteri, tunc est fideicommissaria l. cohaeredi. §. cum filiae. ff. de vulgar. Quarto casu, si fit per verba communia, puta, talem substituo, tunc post tempus pubertatis illa obliquatur si mater est in medio, aliàs semper valet iure [d] directo. dicta lege, precibus. Sed si à pagano fiat, [d] quis sit effectus, distingue similiter tria membra: quia aut fit per verba directa, aut obliqua, aut communia. Si per directa, vt, quandocunque decesserit, talis sit haeres, vel talem haeredem facio, tunc valet iure directo intra tempus pupillaris aetatis, postea nullo modo. l. verbis. & lege, in pupillari. ff. eodem & hoc tenet hic gloss. & tenent communiter Doctor. & Ioannes Andreas in capitulo, primo de test. in vj. licet postea in nouella, in dicto capitulo, tenuerit oppositum, scilicet quòd post pubertatem obliquatur vt valeat vt fideicom. de quo dic vt per Barto. in dicta lege. Centurio. & Saly. in dicta lege, precibus. Et hoc etiam quando per obliqua, scilicet restituas: item communia, scilicet substituo. vide vbi suprà in d. c. j.

ADDITIONES.

a Compendiosam. Ad euidentiam vltimae partis gloss. dum tractat 26 de compendiosa, praemitte, quòd † paganus non potest substituere directo post aditam haereditatem. C. de impu. nisi pupillo, vt suprà in princip. huius titu. Et puto esse rationem, licet tactum non inueniam: quia postquam haeres adijt haereditatem effectum est proprium patrimonium haeredis, ita quòd non dicitur amplius testatoris, iuxta gl. no. in l. j. §. veteres. ff. de acqui. poss. & in lege, haeres per seruum. & ibi dixi. ff. de acqui. haere. Si ergo testator posset substituere post aditam, certè diceret substituere in rebus alienis, & sic facere testamentũ de rebus alienis, quòd est impossibile, iuxta tex. illũ reputatũ singularem in lege, sicut. §. venditionis ff. quib. mo. pigno. vel hypo. solut. arguendo à speciali. Istud fallit in pupillo ratione de qua in textu. suprà eodem titul. in princip. Intellige praedicta, quòd non possit post aditam haereditatem substitui directò, sed benè per fideicommissum. Et si dicis, nonne in fideicommisso militat ratio praedicta? quia in bonis alienis quis non potest grauari. Respondeo, quòd ideo permissum fuit olim quod fideicommisso possit grauari, quia olim non grauabatur necessitate praecisa, neque etiam cogebatur adimplere: nam nemo inuitus poterat cogi praestare id de quo rogabatur, vt dicit text. infrà de fideicom. haeredi. in prin. secus in substitutione directa, quae bene erat onus praecisum. Item praemitte, quae vtilitas sit quòd substitutio directa valeat iure directo, vel iure fideicomm sui: quas vtilitates ponit Bart. & ibi alij. in l. praecibus. C. de impu. & alijs subst. Item praemitte, quòd ver- 27 borum quaedam sunt obliqua, quaedam communia & † quòd verbum, Substituo, est verbum commune, vt tradit Bart. in l. Centurio. in v. q. principali. Item praemitte cur dicatur compendiosa, & an compendiosa sit propria species substitutionis, & dic vt per Bart. in d. l. Centurio. 28 † Et si diceres, quae differentia est inter breuiloquam & compẽdiosam, cum breuiloqua dicatur, quia sub breuitate verborum multas substitutiones complectitur: & compendiosa, quia sub breui compendio verborum multas substitutiones comprehendit? Dic quòd breuiloqua comprehendit ex parte vtriusque substituti, compendiosa ex parte vnius tantum, ita quòd non requiritur repetitio vel reciprocatio. Et ad rationem meam suprascriptam vide aliam meliorem, quam infrà proximè scribo: & differentiam quam proximè dixi, ponit Bal. in d. l. pre- 29 cibus. in xii. col. in prin. † Sed aduerte ad rationem quam scripsi, quare post additam non possit directò substitui: quòd non sit bona, quia sequeretur quòd hodie non posset post aditam per fideicõmissum substitui: quòd tamen est falsum, cum hodie in fideicommissis grauamen imponitur cum praecisa necessitate. Vnde cogita aliam posse assignari rationem: quia ex quo semel est effectus per additionem haeres, non potest amplius desinere esse haeres. l. & si fine. §. sed quòd Papinianus. ff. de mino. Si ergo diceremus alium posse substitui directò, sequeretur quòd duo essent directò haeredes, & consequenter domini insolidum, quid est impossibile. Non sic est quando quis substituitur per fideicõmissum, quia pupillus remanet directò haeres, secundus per fideicommissum, & sic vtiliter. Ias. May. [Quae differentia est inter breuiloquam & compendiosam Adde Bald. in lege, precibus. C. de impub. & alijs substitu.]

b Compendiosa est illa. Adde Doctores. in cap. si pater de testamento lib. vj.

c Quomodo succedat ex compendiosa, distingue vt per Bellouum hic, qui praemittit quae dicatur verba directa & obliqua. nu. 21 cum seq.

d Rationem differentiae inter mulierem & paganum ponit hic bello. numerorum 25.

30 † Quae autem sint verba obliqua, quae directa, & quae communia: Dic, quòd directa sunt illa quae de sui natura important vt substitutus capiat de manu testatoris, & à seipso, non ab alio: vt est verbum. Heres esto. l. eam quam. C. de fideicom. & l. omne verbum. C. communia de leg. vt est verbum, te haeredem facio, vt hic in glo. Obliqua sunt per quae substitutus capit de manu alterius, vt est verbum, restituit. l. cohaeredi. §. cum filiae. ff. eo. Item verbũ, detur, vt. l. fundi Trebatiani. de vsufruc. leg. & verbum, reddatur. l. verbum reddendi. de verb. sign. Communia verò, quae ad vtràque significationem: vt verbum, substituo peruenit, pertineat, habeat. Bartol. in l. Centurio &c. Et haec omnia ponit Bartol. in l. Centurio in ij. col. In dubio 31 † autem substitutio debet interpretari vt valeat iure directo magis quam oblico, dicit textus. in c. si pater. de testamento. a in vj. In gloss. in. infirmetur, a ibi. l. nec ei. Et est ratio, quia tunc impeditur arrogatus non solum ex defectu aeta-

tis testari, sed ex alio defectu, quia est subiectus alterius potestati, cui per dationem pupillaris substitui potuit prouideri, vt suprà dixi in prin.in fi. b glo.ratio † horum casuum est: nam cum annullatur capitale, consequenter & pupillare, quòd est accessorium, vt probatur in dictis iuribus.& in l.quod per manus.ff.de iure codi.& habetis glo.similem in l.pupillari.ff.eod. Sed vos addite alium casum quo finitur substitutio pupillaris. hoc est, taxato tempore à testatore.l.ex facto.§. item quæro.ff.eo.Adde alium casum quando in pupillo militia superauit ætatem, & ea ætate filiũ generauit, ita habetur & not.in l.ex facto.ff.eod. quia non est verisimile præferre extraneum substituto nepoti ex filio postea nato.

ADDITIONES.

a Infirmatur.Ad totam hanc Gl. Vide Bellonum, qui adducit rationes in singula conclusione.

b In fi.gl.Et dum gl.hic dicit. Item si nascatur posthumus testatori, posset dupliciter intellig .Primò, quòd cum per natiuitatem posthumi præteriti rumpitur testamentum patris, rumpitur & pupillaris substitutio Iste non est bonus intellectus, cum glo.debeat intellig secũdum ll.quas allegat:intelligitur ergo secundum.l.si pater filium.Addite aliũ casum, scilicet quando filius cui est datus substitutus pupillaris, tempore mortis testatoris non reperitur in potestate testatoris, cum tantum esset tempore testamenti:nam expirat pupillaris l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg & pup.Ias.May.

1 *Dictio quodammodo denotat improprietatem.*
2 *Pater substituendo filio pupillariter, an dicatur filio testari.*
3 *Testamentum in quo vulgaris & pupillaris substitutio facta est valet.*
4 *Pupillis non solum institutis, sed etiam exhæredatis pupillariter substitui potest.*
Inconuenientia non sunt multiplicanda.
5 *Filijs non solum natis, sed nascituris substitui potest pupillariter.*
6 *Substitutio pupillaris an dicatur unum testamentum, an verò pars paterni testamenti.*
7 *Contra testamentum militis non habet locum contra tabulas.*
8 *In testamentis fœminarum præteritio habetur pro exhæredatione.*
9 *Impubes doli capax potest exhæredari.*

§. IGITVR. Ex.§ igitur. no.quòd testamentum pupillare quo ad quid dicatur vnum, quo verò ad aliud duo appellantur. † Not.in verbo quodammodo. quod dictio quodammodo a est nota improprietatis.concor.l. in suis.de libe. & posthu. Not. in verbo tanquam, quòd † quando pater substituit pupillariter filio perinde habetur ac si filius testamentum condidisset. Non tamẽ intellexeritis, vt aliqui dixere & male, quòd pater substituendo pupillariter dicatur filio testari nomine filij: quia cum filius in virtute propriæ personæ non posset testari, non poterit etiam per alium. Sed pater dicitur testari nomine proprio in virtute potestatis à lege sibi tributæ. Et per hoc tolluntur multa contraria quæ possunt fieri in hac materia. ita no. Bar. in l.ij.ff.eod. Not.in verbo earum. quod hæreditas est facta causa fabricandi testamenti. quod verum dicite de causa materiali, non autem efficienti vel finali. Not. in verbo sinautem quis tutius esse pupillo vt vulgaris substitutio fiat in principio testamenti, pupillaris fiat in fine:& caueatur in principio, ne viuo pupillo aperiatur, ne parentur insidiæ contra vitam. Sed dicet quis, videtur quod hæc litera non procedat: nam siquidem loquimur in testamento nuncupatiuo, nõ procedit, quia omnia palam testibus esse debet, ita quod adeo erit nota vulgaris sicut pupillaris.l.fin.suprà de testa.& l.hac consultissima.§.per nuncupationem. C eo. Si autem loquamur in testamento in scriptis, non videtur posse procedere. Nam cum testamentum reuoluatur, sigilletur, non potest aperiri quin totum aperiatur. Sol.dicũt Doctores quod pars prima signabitur per se, & pars inferior per se:vnde inter primam partem & secundam debet esse spacium magnum vacuum. Et si dixeritis, sed sic magis cautè gereretur, si in duabus scripturis fieret testamẽtum. Respondent Doc.nequaquam. Nam cum esset incognitum in qua esset facta vulgaris, & in qua pupillaris, posset à casu in primis pupillarem aperire, contra salutem pupilli. Ex.§. istud not. † valere testamentum in quo vulgaris & pupillaris simul est facta. Et fuit ratio dubitandi, quia videbatur non valere, quoniam parabantur insidiæ contra pupillum. Ratio decidendi fuit: b quia nõ est verisimile patrem voluisse eum pupillariter substituere de quo diffidat, si tamen defendere contigerit, serua legis consilium. Item not. ex.§. solum. quia † non solum pupillis institutis, verum etiam exhæredatis pupillariter substitui potest. Et fuit ratio dubitandi. c Nam cum pater substituit pupillariter, fungitur officio pietatis & humanitatis, cui est aduersa exhæredatio filij l.Titia. & l.ij.de inoffic. testamen. vnde quadam ratione contrarietatis videbatur testamentum non valere. Et fuit ratio decidendi, quia licet testator exhæredauerit filium, tamen non fuit denegandum beneficium eidem, sed alio capite prouidendum: quia inconuenientia non sunt multiplicanda. l. ratas.C. de rescin.vend.probatur in lege, prima §. primo. ff.eod. Finaliter not. † non solum iam natis, sed nascituris pupillariter substitui posse, concor.l.prima.§.primo.ff.eod. Ratio, quia posthumi hoc casu habentur pro natis, ex quo eis de hærede prouidetur.l.qui in vtero.ff.de stat.ho. In fin. glo.in verbo duo. Dicite plenius, quòd † testamentum pupillare dicitur vnum respectu causæ efficientis, hoc est, testatoris, qui est vnus. Secundò dicitur vnum respectu causæ formalis, quia vna solennitas sufficit pro paterno & pupillari testamento.l. patris.ff.eod. Tertiò dicitur vnum patris & filij testamentum, cum habet vnam formam & vnam rationem subsistentiæ: quia non potest subsistere pupillare, si paternum non tenuerit.§. liberis. infrà eod. & l. ij.& l.sed si plures.§.si ex asse.ff.eod. Quartò dicitur vnum respectu iuris accrescendi, quòd habet ita locum, sicut habet locum vno conditio testamento.l.qui patri.de acquiren. hæredi. Dicuntur autem duo, quia duæ sunt hæreditates, vna patris, alia filij, vt hic. Item dicuntur duo, quia duobus prouidetur de hærede, patri scilicet & filio. Item dicuntur duo ratione facultatis, repudiandæ hæreditatis.l.si filius qui patri.de vulga. & pupilla. Item dicuntur duo, quia duobus temporibus possunt confici.l.si quis eum.§.fina.ff. eod. In gloss. super verbo. lino. ibi, vendicaret dominus. Hæc communiter reprobatur, quia dominus non posset vendicare. nam quemadmodum ratione publicæ vtilitatis inhibetur domino vendicare tignum proprium iniunctum ædibus.l.j. de tigno iniuncto. ita fauore vltimæ voluntatis, in quo versatur publica vtilitatis, in quo versatur publica vtilitas.l.vel negare.ff.quemadmodum testa. aperi. Prohibetur ergo dominus vendicare chordulam, siue linum, ne pupillaris substitutio in præiudicium vertatur. In fin habent aliqui, quòd hoc consiliũ est productum cõtra imperitos substitutos nõ autẽ contra peritos. Pro cuius declaratione opp. & videtur quod hoc consiliũ de quo in literã, parum prosit pupillo. d Nam statim atque vulgariter substitutus videt vulgarem substitutionẽ factam in principio testamenti, nonne sciet quod in substantia comprehenditur tacita pupillaris, ex qua se vocatũ intelliget? ergo non est opus claudere in inferiori parte pupillarem. l. nam hoc iure.ff.eod. Solu. Dicunt Doctor. id quod vulgo dicitur, quòd in vulgari expressa inest tacita pupillaris, hoc sibi vendicat locum quando omnes partes testamenti sunt apertæ, nec de pupillari aliquid est dispositum. Secus quando omnes partes mãdato testatoris non sunt apertæ, quia tunc lex non subaudit tacitam pupillarem, ne eius subauditio sit frustratoria: quia frustratoria tacitè lex prouidit, vbi expressè prouisum sit à testatore. l.filio.ff.eod. e

ADDITIONES.

a Dictio quodammodo. Adde Gloss.in l.si cum me in vacuam. ff. de acqu.pos.c.dudum.el ij.de elect.& in c. quanto. de priuilegijs Adde. Bellonum lib.iiij supputa.c.xix.nu.7.

b Ratio decidendi. Vide Bellonum de hac ratione libr.v. supputa.c. vj.vbi ponit intellectum l.si C.de pactis.

c Ratio dubitandi. Hæc ratio nõ placet Bellono:quia non est generalis, ideo ipse aliam dat quem vide.

d Prosit pupillo. Contra consilium, positum in §.sin autem.oppono. nam vult substitutionem pupillare esse fiendam clandestinè, ne pupillus insidijs subijciatur & postea vulgarẽ esse fiendam palam. Certè videtur vulgari esse idem. quia vt substitutus ex vulgari admittatur, insidiabitur vitæ pupilli. Sed responde, quòd pupillaris substitutio non potest habere locum nisi vno casu, scilicet si pupillus moriatur in pupillari ætate:vnde vt substitutus admittatur, insidiabitur vitæ pupilli. Vulgaris autem cum possit habere locum in multis alijs casibus præter casum mortis, substitutus non ita inuitatur ad insidiandum vitæ ipsius pupilli: Vel dic, quòd vulgaris statim adita hæreditate expirat. Et sic per aditionem quàm statim potest facere pupillus, & maximè cum beneficio inuentarij, cessabit omnis species vulgaris substitutionis, & cõsequenter præsumptæ insidiæ quod non est in pupillari substitutione que durat etiam post aditam Ias.May.

I.filio

l.filio.ff.eodem Reliquas glossas quas hic non lego, expedias vt per Bellonum.

Glossa in verbum. omne.a Glossa.in verbum. substitutum.b

ADDITIONES.

In verbo.omne.Vide Ioan Fab.hic, quem Ang.de Are.hic non intellexit. Et aduerte quòd sola istius glo.satis posset procedere, quatenus loquitur ibi tex.de emancipato: sed quatenus loquitur de exhæredato, nullum ibi esset priuilegium militis.& consequenter illa solu. non posset procedere. Et sic diceres, prout aliqui hic dicunt, quòd ibi erat filius exhæredatus & emancipatus simul, ostendo quòd istud non sit verum, quia sic fuisset res inepta tanquam de extraneo. lege quidam cum filium. in prin.ff.de verbo.obliga. Et si diceres, quòd ibi esset res apta considerato modo prædicto, ostendo quòd istud sit impossibile: † nam, contra testamentum militis non habet locum contratab. quod ego probo ratione vl ua, quamuis in specie tactum non meminerim me legisse. Nam aut filius fuit exhæredatus à milite, & clarum est quòd exhæredato non datur contratab. Aut fuit præteritus, & tunc aut ignoranter & testamentum est ipso iure nullum. l.sicut.& l.si cum vel in vtero.C.de testa.mili.ergo non competit contratab. Ista non est bona consequentia, imò tunc propriè competit contrata. Aut sciuerit, & tunc præteritio habetur pro exhæredatione, dictis iuribus: ergo competit contratab. † sicut in optimo simili dicimus in testamento fœminarum, quarum etiam præteritio habetur pro exhæredatione.l illud. §. ad testamenta. ff. de contrata. Vnde ego aliter respondeo ad l.miles.ita. §. exhæredato. hic allega. in gl. quòd ibi loquitur in exhæredato de per se, & in emancipato de per se, quatenus loquitur de emancipato. sto cum solutione gloss.hic. Dum verò loquitur de exhæredato, dico quòd si loquitur in substituto pupillari dato à pagano filio exhæredato, tunc in totum admittitur propter regulas iuris, quia sicut paganus ipse non posset decedere pro parte testatus & c.ita non potest facere quod filius eius pupillus: sed quia hoc bene facere posset miles.l.sed & si plures. §. ad substitutos. ff.eo & no. Doc. supra in princi. huius tit.in gloss.patri ideirco nimirum si substitutus tantum admittitur ad bona ab eo prouenientia.d. §. exhæredato. quòd etiam multo magis esse debebit in pagano nisi regulæ impedirent. Ias.May.

Substitutum.† No.gl.hic positam in verbo substitutum.in fi.quòd licet impubes non possit exhæredari, quia non potest committere causam Ingratitudinis.l.si quis in suo. §. legis de inoffi.testa. Fallit quando est impubes doli capax, qui potest committere omne delictum præter adulterium, & ideo etiam potest esse ingratus.l.si minor .ff.de adult. Proximus autem pubertati est vt in exemplo.infrà de inutili.stipu. §.pupil. & c. Ias. May. [Adde Docto.in capitu.j.& ij.de delic.puerorum.]

☞ Pater potest facere testamentum filio pupillo ex interuallo dierum & horarum post suum testamentum.

Pater non potest pupillariter substituere filio suo, nisi ipse sibi testamentum conficiat.

Accessorium regulatur secundum suum principale & pers secundum totum.

Nullitas testamenti paterni, influit & in pupillare.

Pupillariter substitui potest expressa persona substituti ac etiam sub oratione indefinita uel uniuersali.

Pupillaris substitutio, eueniente pubertate euanescit, quod procedit etiã si longius tempus uel minus sit adiectum nu.7.

Pater quomodo substituat filio exhæredato pupillariter.

Institutus in primò testamento, & substitutus pupillo, potest. adire hæreditatem pupilli, & paternam repudiare.

Testamentum facere non potest, qui bona non habet.

Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non ualet, præsentium tantum uerò sic.

Hæredis appellatione, an hæres hæredis continuatur.

Affectio circa incognita non cadit.

Substitutio compendiosa facta uerbis communibus ualet omni tempore ut fideicommissaria.

Substitutio compendiosa facta uerbis directis, an adueniente pubertate expiret.

§.LIBERIS AVTEM. Pater filio pupillariter substituere non potest, nisi testamentum sibi conficiat, a & annullato testamento patris, annullatur pupillaris substitutio. hoc dicit.

A DDITIO.

Conficiat.† An autem pater possit facere testamentum filio pupillo, ex interuallo dierum & horarum post suum testamentum? Dic quod sic, sed tunc non sufficiunt solennitates positæ in testamento patris, sed denuo requiruntur. Item tunc testamentum paternum debet præcedere, non sequi.l.si quis quem in testamento suo.ff.eod.& dic vt per Bar.in d l.patris & filij. Et facit hic tex. pro & contra, ad quæstionem illam, nunquid ille qui in eodem libello accusauit plures. & non probauit, & sic incidit in pœnam statuti dictantis. quod pro qualibet accusatione non probata accusator condemnetur, debeat condemnari, vna, an pluribus. Et facit quòd pluribus, de quo per Barto.in lege libellorum. §. quod libelli. ff.de accus.Ias. May.

Not primò, † non posse parentem pupillis substituere liberis, nisi sibi quoque testamentum faciat. nam testamentum pupilla. pars & sequela testamenti paterni, concor .l.ij. §.primo.ff eo.cap.si pater.extrà.de testamen.lib.vj.† Ex quo habetis quòd accessorium a regulatur secundum suum principale, & pars secundum totum concor.l.quod per manus de iure codi. † Item not.quòd nullitas quæ influit in testamentum paternum, influit & in pupillare, & illud reddit nullum. No in versi.vel in singulis liberis.impuberibus pupillariter substitui posse, quo casu singulis de hærede testamentario prouidetur. Item & nouissimo morienti, quo casu ius legitimarum hæreditatum inter eos conseruatur. concor.l.vt singulis ff eo. Item no.quòd † pupillariter substitui potest expressa persona substituti, ac etiam sub oratione indefinita vel vniuersali, concor.l.qui liberis. §.hæc verba b ff. eodem.

ADDITIONES.

Accessorium. Adde regulam accessorium.de re.iur.lib.vj.& glos.in c.quia plerique. de of.or.lib.vj.

§.Hæc verba.Item no.in verbo, qui & scripti sunt hæredes.tex.sic. contra decisionem Bar.in l.qui liberis. § hæc verba.ff.eod.vt ibi dixi.quamuis nemo eum ponderet. Ias.May.

No ex ver.mas.vsque ad pubertatem.& masculis, & fœminis pupillariter substitui posse. No. † pupillarem substitutionem euanescere a & finiri adueniente pubertate b quia euentus pubertatis præstat conficiendi testamenti facultatem instituto, vnde non eget prouisione testatoris l.secunda ff.eodem.

ADDITIONES.

Euanescere. Adde † quòd istud procedit etiam si longius tempus adiectum sit l.pupillari.ff.eo.& si minus tempus adiectum esset, etiam finiretur substitutio pupillaris minori tempore quam pubertate: puta si esset datus subst.ints.si intra x.annos moriatur text.est quem Ang. hic reputat singu.in l.si ita quis.ff eod.& gl.hic alleg. Et no.quòd si substitutio esset facta hoc modo. si pupillus decesserit intra.x.annos. Titium substituo, & si intra xiiij.substituo Caium. quid si moriatur infrà octo annos. Titius admittitur, quia per specialem prouisionem temporis derogatur generali, casus est in lege ex fa cto. §.item quæro.ff.eo.& Ang.hic, quem vide.Ias.May.

No. extraneo.instituto, impuberi directo substitui non posse, nec etiam puberi per fideicommissum: tamen substitutio facta tenet. In fin glo a.primò colligitur, † quòd quando pater substituit pupillariter filio instituto. debet pro forma sibi prius testamentum conficere. Si verò substituere velit filio exhæredato, potest vel in primis substitutionem facere, vel de testamento prouidere. & idem tenet gloss.in d.l.ij.in § prius. & sequitur Barto & communiter Docto ratione tali: nam quando filius instituitur, licet prius sibi substituatur, illa peruersio ordinis in formam verborum, potest reduci ad ordinem intellectus, hoc modo: Si filius meus hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Caium substituo, filium hæredem instituo, Ista peruersio potest aperté ita reduci, vt prius filius institutus videatur, & postea substitutio facta. Sed quando substitutio fieri debet exhæredato, peruersio verborum non potest reduci ad ordinem intellectus, quia non potest intellectu ordinari vt filius institutus dicatur, qui est exhæredatus. Vnde dixere Petr. & Bal Aut instrumento fit in vno eodemque testamento in quo filius instituitur vel exhæredatur, & non est tunc vis quid procedat, an institutio, an substitutio, an verò exhæredatio.d l.ij. §. fin. quia in his quæ eodem actu geruntur, verba trãsposita idem significant.l.quidam.de pec.le.l.si ita quis.de hære.insti. Aut substitutio fit in vno actu, institutio vel exhæredatio in alio, & tunc prius debet præcedere institutio vel exhæredatio, & sequi substitutio: & ita loquitur.l.ij.tamen prima est communior. & facit pro ea l.cum quidam.de lib. & posthu. b

AD DITIONES.

Dic latius quid debeat precedere, vt Bellonus hic distinguit.

De lib. & posthu. Quæro, † an institutus in primo testamento, & substitutus pupillo, possit adire hæreditatem pupilli, & repudiare paternam?

Dic quòd sic, quando paternum esset confirmatum per veram aditionem alicuius cohæredis, vel propter existentiam sui hæredis, aliàs non quiete valet nec paternum nec pupillare. l. si filius qui patri. ff. eo. Ias. May.

In fi. gloss. in verbo non valeat. a vos addite, in authen. si ona mulier. C. de sacro. sanct. eccles. Ex quibus colligitis, † quòd qui non habet bona non potest condere testamẽtum, de quo in d. l. conficiuntur. & d. l. eius. Item probatur à definitione testamenti. Testamentum est vltimæ voluntatis nostræ iusta sententia de eo &c. Ecce quòd bona ponuntur in definitione testamenti veluti materia, vt dixi suprà de teste. in princi. probatur ex definitione hæreditatis: hæreditas est successio in vniuersum ius quod habuit defunctus. Si ergo defunctus nullum ius habuit, testamentum est nullum. regula iuris, hæreditatis. In contrarium facit lege hæreditas. ff. de peti. hære. lege qui soluendo. de hæredi. institu. Vos dicite pro concordia: Aut quis non habet bona nec actu nec potentia, & tunc testamentum non potest conficere ex defectu materiæ. & ita loquuntur iura allegata prius: Aut quis non habet bona actu, sed potentia habere potest, & tunc testamentum conficere poterit, & ita loquuntur alia iura. Ex quo dixit Barto. quòd † licet non valeat donatio b omnium bonorum præsentium & futurorũ, tamen donatio præsentium tantum valet. quia posteriore casu etiam toleratur facultas testamenti conficiendi, de quo in l. stipulatio hoc modo concepta. de ver. obli. & Bal. in rubr. suprà de acqui. hære.

ADDITIONES.

a In verb. non valeat. Ista glo. magistraliter diuiditur in tres partes. In prima intelligit tex. duobus modis. In secunda per modum limitationis remouet contrarium ad tex. nostrum. In tertia & vltima per modum notabilis remouet aliud contrarium ad istum text. Secunda ibi, [item hæc sunt vera.] Tertia & vltima ibi, [item nota hic quod de alienis. Et ad vltimam partem glo. adde alium casum sing. in l. sicut. §. venditionis ff. quib. mo. pig. vel hypo. solu. Et ad glo. dum allegat l. cum hic statur. §. si miles. posset esse dubium quia aut iudex in sententia reseruat militi bona super quibus possit testari, & non dicetur testari de alienis. Aut iudex nulla bona reseruat, & tunc cum omnia sint applicata fisco, quid operabitur quòd possit testari? Et si diceres, quo ad bona futura, istud est contra d. §. si miles. vbi dicitur de castrensibus iam donatis vxori, & sic præteritis. Cogita. Sed responde & clarè quòd iudex ibi non reseruat bona, sed reseruat testamenti factionem. Ias. May.

b Donatio. Adde Bar. in l. fi. nu. 12. C. de pact. & ibi Hiero. Cagnol. in secunda lec. nu. 218. Ias. in consi. v. incip. circa primum consultationis articulum. in j. col. in iij. volu. & D. Pet. Duenoas in regul. iuris re. 219. plures alios allegans. Ziletus.

a In fi. glo in ver. a singulis, dicite, quòd ideo ibi inducitur tacita substitutio, quia grauatus erat vltimus restituere totum fundum, quem restituere non potest, nec in eo grauari, nisi à testatore ex substitutione vocatus esset. In fin. glo. in verb extiterit. † Nota. quòd appellatione hæredis, b non continetur hæres hæredis, sed solum qui semel fuit hæres ex testamento ex persona sua. Cui sententiæ obstare videtur. l. fin. C. de hære. insti. l. sciendum. de verbo. significa. Vos dicite. c Aut verbum Hæres, profertur à testatore, aut à lege. Primò casu intelligitur solum de primo hærede, vt hic. Ratio, quia cum verbum, Hæres. profertur à testatore, profertur ratione cuiusdam affectionis, quæ non extenditur ad hæredem hæredis, quia † circa incognita non cadit affectio. l. si fuerit. cum. l. seq. §. fi. de lega. iij. Et hoc verum, nisi aliter actus valere non possit. d. l. fi. de hære. insti. Posteriore autem casu extenditur ad hæredem hæredis vsque ad infinitum, & ita loquitur in d. l. sciendum. Ratio, nam quando lex profert verbum hæredis, non profert ratione alicuius affectionis: vnde consideratur proprium significatum, quod est, vt omnes possint complecti, ita dicite ex mente Docto. In gloss. fideicommis. ibi. §. si verò d No. quòd † substitutio compendiosa facta verbis communibus, valet omni tempore vt fideicommissaria. & idem tenuit gloss. in d. l. precibus. & est communis opinio. licet aliqui dixerint quòd intra tempora valeat iure directo, post tempora verò iure fideicommissi. sed dicetis vt ibi In fin. not. † quòd substitutio compendiosa facta verbis directis, expiret adueniente pubertate. Aliqui dicunt quòd non expirat, sed obliquatur. de quo in lege verbis ciuilibus. ff. eo. & in d. l. precibus. Addite quòd vbicũque possunt verba adaptari & directæ substitutioni & fideicommissariæ semper interpretetur vt substitutio directa locum habeat. Bal. allegat gl. in d. l. verbis. ff. eo. allego tex. in c. si pater extrà de testa. lib. vj.

ADDITIONES.

a Circa l. Titiæ. §. Seie quam glo. adducit pro solutione vide Bello. hic.

b Appellatione hæredis. Adde Bar. in l. Gallus. in §. etiam si parente. ff. de li. & post. Bar. in l. Lucius. ff. de lega. iij. Cy. & Bal. in l. in annalibus. C. de leg. Old. consi. xxj. inci. thema tale est. testator habet fratrem. Ang. consi. clviij. inci. charissimè frater. Petrus de Anch. consi. cxxij. incip. pro & contra.

c Vos dici e. De hac materia vide latissimè Bello. lib. iiij. supputatio. ca. xvj. & eundem plenè examinantem hanc gl.

d Ibi. §. si vero. Port. malè intelligit gl. vt ostendit Bello.

Quibus modis testa. infir. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordinè. Supra visum est quemadmodum testamenta firmentur: verum quia nil adeo est firmum quin rumpatur. § nuptias. in authen. de nup. Ideo ex ordine videndum erat, quemadmodum testamenta firmata infirmentur, seu rumpantur: ideo bene intitulatum fuit, quemadmodum testamenta infirmentur.

1. *Testamentum nullum non potest rumpi aut irritari.*
2. *Testamentum irreuocabile an fieri possit.*
3. *Dictio quasi, est nota impropriatatis.*
4. *Testamentum prius tollitur per posterius. & nu. 8.*
5. *Actus vltimarum voluntatum non possunt stare in suspenso.*
6. *Scriptura quando cõtinet plura capitula, sufficit illud edi, quod facit pro parte libellante uel petente.*
7. *Primus heres institutus ex quo testamento agat, ut hereditas sibi restituatur.*
9. *Testamentum secundum quo casu non tollit primum.*
10. *Testamentum quomodo per adoptionem & arrogationem rumpatur.*
11. *Testator qui in aliqua parte bonorum suorum monasterium instituit si illud ingrediatur non rumpit testamentum.*
12. *Veritas fictioni opposita preualet.*
13. *Iudex qui semel iudicauit functus est officio suo.*
14. *Ex sententia appellationis nascitur actio non autem ex prima sententia confirmata.*
15. *Agi an debeat ex sententia confirmante uel confirmata.*

a TESTAMENTUM. Non summetur. a Sed primò diuiditur in duas. In prima ponitur dictum. In secunda illud declarat. Secunda ibi, (rumpitur autem.) Illa secunda, subdiuiditur in duas. Nam in prima tractat sicut testamenta rumpantur. In secunda, quemadmodum irritentur. Secunda ibi, (alio.) Item secunda subdiuiditur in duas. Nam in prima tractat, sicut testamenta rumpantur arrogatione filij. In secunda tractat, quemadmodum rumpatur confectione secundi testamenti. Secunda ibi, (posteriore quoque.)

ADDITIO.

a Non summatur. Imó potest sic summari. Testamẽtum iure factum rumpitur per agnationem filij adoptati vel arrogati. hoc dicit. vsque ad. §. posteriore. Et diuide istum ti. principaliter in duas, vt hic per Io. Fab. quæ diuisio est melior cæteris. Et aduerte, quia iste tex. in prin. debet intelligi quando quis adoptatur ab auo paterno vel materno, quo casu fit translatus patriæ potestatis, aliàs non rumperetur testamentum. l. fi. versi. sed ne articulum. C. de adop. Et ideò hic malè colligitur illud nota. quòd est dare casum in quo ille qui non est in potestate, est suus, vt adoptatus: quia loquitur de tali adoptato qui transeat in potestatem. Et præmitte ad euidentiam, quod differentia est interruptum & irritum, vt est text. in l. j. ff. de inius. rup. & in §. alio. infrà eod. Quo præmisso diuide hunc titu. in duas partes principales. In prima ponit quibus modis testamentum rumpatur. In secũda, quibus modis irritetur. Secunda incipit in §. alio. & ita diuidit Io. Fab. hic. Ias. May.

1 No primò, † testamentum ab initio nullum non posse rumpi aut irritari, quia omnis ruptela præsupponit validitatem subiecti. lege nam & sub conditione. §. rumpendo. de iniust. rupt. irritoque testamen. capitulo ad dissoluendum. extrà de despon. impube. Item nota. testamentũ iure factum, a ex postfacto rumpi aut irritari. a

Addi.

a Irritari. An† sit dare remedium quòd quis possit facere testamentum irreuocabile. vide Barto. ponentem plura in l.si quis in prin. testamenti. de leg.iij.in.iij.co.& inter alia, quando faceret per modum venditionis:puta, volo istud testamentum valere, & non volo reuocare, & nunc vendo & trado.tanto pretio, quod confiteor accepisse.de quo etiã vide Bald.in l.si ita legatum. §.ille si vnlet.de lega.j. & eundem in ca.j. §.idem sacramenta.post glo.de pace iura.firman.x.col.& Cy.hoc idem vult in l.j.C.de sacrosanct.eccle.& ibi per repetentes. Adde etiam quod no.In. An.in regula quod semel placuit & etiam ibi per Dy.de reg.iur.in vj.Ias.May.

Not.tunc demum rumpi testamentum, cum non mutato statu testatoris, ius testamenti vitiatur. Qualiter autem irritetur, videbitis & dicetur in §.alio, infrà eodem. Item no arrogatione filij, veluti & natiuitate, rumpi testamentum. Item no.quòd † dictio, quasi, a est nota improprietatis, concor.l.retro.ff.de cap. & l.in suis.de li.& posthu. Item no.in §.posteriore b quòd † testamentum prius factum tollitur per secundum, nec refert an ex secundo adeatur hæreditas nec ne, dummodo tale fuerit quod adiri potuerit.lege cum in secundo.de iniu.rup.c

ADDITIONES.

a Dictio, quasi Adde glo.in l.mulier.ff.ad Tre.c.ab exordio. xxv.di.& gloss.in c.parochianos.de edec.item ista dictio aliquando capitur pro tanquam: vt est gl.in c.ij.de priui.lib.vj.glo.in c.quoniam frequenter.vt lite non conte.in §.quod si super.Dom.in capi.qui à te.in j.col.l.dista.

ADDE Barto.in l.diuortio.§ cum fundum.ff.sol.matri.& in l.hoc colore.per illum tex.ff.de inoffi.testa.Abb.Pan.in c.significauerunt.col.ij.versi.& nota ista exprimenda.extra de indi.& in ca.quoniam frequenter.§.in alijs.colum.ij.versi.nota primò ex glo.extra vt lit.non contesta. Alex.de Imo.in l.si dari in princi.ff.de verbo.obliga, Ias.in l.ante nuptias.in primis verbis.ff.solu.matrim Hippo.de Marsil.in l.si quis dolo.ff.ad l.Corne.de sicar.& Phili.Deci.in c.gratum.in gl.j.extra de offi.de lega.& in c.cum dilecta,col.iij.ves.septimo noto.extra de confirma.vtili.vel inutili.Zilettus.

b Posteriore. Limita hunc.§.in casu.l.hac consultissima.§.si quis autem.C.de test.& in casu singulari l.sciendum in fi.C.de test.& aliter, vt hic per Ange.de Are.& aliter vt hic per Io.Fa.& aliter per eundẽ in §.se.in verbo testatoris. Sed has limitationes ponit glos.in §. ex eo autem & ibi tesaruo. Item no.ex hoc eodem.§.posteriore. quòd si in secundo testamento sit aliquis institutus sub conditione, quòd tollitur primum testamentum: & licet deficiat conditio, non tamen reconualescit primum

5 testamentum. Et puta, † quòd si ratio, quia actus vltimarum voluntatum non possunt stare in suspenso, ergo ad eorum validitatem vel inualiditatem non possunt stare in suspenso.l.j.in fin.ff.communia prædio. Iason May.

c De iniust.rup..De reuocatione testamenti vide Bellonum consi.xxix.nu.xj.vbi etiam an donatio reuocetur per sequens testamentum.

No.in versi.si quis priore. quod testamentum secundum in quo aliqui in certis rebus, sunt instituti, tollit primum. Ratio, quia detracta mentione rerum, efficiuntur hæredes insolidum.l.prima,§.si ex fundo.& l.ex facto.de hæredi, insti. Sed tamen quia testator in secundo testamento voluit vt primum valeret, tenebuntur his rebus retentis, aut quarta, retenta, aut suppleta, si illæ res non ascendant ad quartam, cætera bona instituto in primo testamento, iure fideicommissi restituere.concor.l.si quis priore.ad Treb, Item not.in

6 ver.cum aliud.† quod cum scriptura continet plura capitula, sufficit solum illud edi, quod faciat ad propositum petentis siue libellantis. concord .d. lege si quis priore. & habetur in lege prima.ff.de eden, quia sufficit postulanti

a edi per partem.a

ADDITIO.

a Per partem. Quæritur in casu, §.sed si quis posteriore † ex quo testamento aget primus hæres institutus vt restituatur hæreditas sibi, an ex primo, an ex secundo? Dic quòd ex secundo, quia agitur ex cõfirmante: sicut dicimus de sententia appellationis confirmante prima sententiã: nam petitur executio vigore secundæ, & non vigore primæ. vt no.in lege furti. §.si.ff.de his qui no.in fa.& l.eos.C.de appe.& l.tale pactum.§.qui

8 prouocauit.ff.de pact. No.ex §. posteriore. quòd † pluribus testamentis diuerso tempore factis, vltimum derogat omnibus alijs. quod secus est in sententijs, quarum prima tenet, & non vltima, vt hic in glo. Et ratio in ea ponitur, quia est functus iudex &c.sed facto vno testamento, non est ablatum potestas testatori aliud condendi, quia nemo potest sibi imponere legem de qua recedere non licet l.si quis in prin.test.de leg.iij, No.secun-

9 do, iuncta gl.in ver.existere quòd † ad hoc vt vltimum testamentum tollat primum, non est necesse quòd ex eo fuerit adita hæreditas, sed sufficit quòd fuerit solenne, & quòd ex eo hæreditas potuerit adiri per hærẽ scriptum, licet ipse noluerit adire. Fallit tamen in aliquibus casibus, in quibus licet vltimum testamentum fuerit minus solenne, nihilominus secundum non tollit primum: vt in milite, cuius testamentum est inualidum de iure communi, sed validum iure militari, quod tollit primum de iure communi validum.ff.de mil.test.l.ij. Secundò fallit, si primum tenuit iure militari, & secundum factum à milite de iure communi non fuit perfectum, quia tunc etiam tollitur primum, l.eius militis. §.militia missus.ff de test. mili. Fallit tertio, quando in primo solẽni erant scripti filij hæredes.l.hac consultissima. §.si quis autem, C.de test. Fallit quartò, quando in secundo inualido testator declarauit non velle valere primum validum iam per lapsum decennij factum. l.sancimus.C.de testa.secus si non esset lapsum decennium post hanc declarationem, vt infrà eo §.penul.& ibi glo. Fallit quinto, si in testamento minus solenni est adiecta clausula codicillaris, si non valet iure testamenti &c.quæ clausula inducit reuocationem venientem ex testamento, & confirmatur per aditione venientium ab intestato. Secus si testator dicat, casso & irrito omne aliud testamentum: quia cum talis cassatio sit facta in secundo testamento inualido, non tenet, non tantum testamentum, sed etiam cassatio, secũdum Bar.in l.si mater.ff.de leg.iij.&c.Ias.May.[Clausula codicillaris Adde an clausula codicillaris faciat valere substitutiõem fideicommissariam: præterito posthumo in testamento: vide per Bal.consi.ccxlij.incip.relictum in ij.volu.]

In fi.glos.in verbo, rumpitur. distinguite quatuor mem-

10 bra.† Aliquando testator arrogat illum quem in primis nec instituerat nec exhæredauerat, & tunc testamentum vitiatur, vt hic, & lege certum.de liberis & postbu. Aliquando testator arrogat illum quem prius instituerat nec exhæredauerat, & tunc testamentum non vitiatur, quia institutio præcedens sustinet testamentum.lege filio.§.fin.de libe. & post-

11 humis.† Ex quo dicunt Docto. quòd si testator in aliqua parte bonorum instituerat monasterium, postea illud ingressus fuerit, non rumpitur testamentum: de quo in authen.si qua mulier.C.de sacrosanc.eccle. Aliquando testator exhæredauit filium, & postea illum emancipauit, & de hinc arrogauit, & tunc testamentum non vitiatur, quia arrogatio quæ præcessit sustinet testamentum: nec iste dicitur nouus filius, ne imagine naturæ veritas occultetur. Ex quo colligitis,

12 † quòd quando veritas opponitur fictioni, illa præualet: nec dicitur iste filius translatus, sed redditur. Ex quo dicunt Docto. quòd si aliquod castrum exiuit de dominio principis, postea redierit in dominium, statuta ante facta nõ rumpuntur, nec banna tolluntur. Aliquando & quarto fuit exhæredatus extraneus, postea arrogatus, & tunc annullatur testamentum: quia exhæredatio fuit inepta in ipso extraneo & nulla. & ideo non prodest ad testamentum sustinendum. lege non putauit §.si quis emancipauit.de contra tab.facit.l quidam.cum filium.de verbo.oblig. In glos.rumpitur, ibi, hæreditas. Hæc opin.approbatur. Nec ob.lege.sancimus.in verbo contraria. quia ibi argumentum non est sumendum à sensu opposito, quia resultaret prauus intellectus.l.conuenticulam.de episc.& cle. In fine est ratio differentiæ: nam

13 † quando iudex semel iudicauit functus est officio suo: vnde postea si iudicat, iudica non vt iudex, sed vt priuatus: & ideo secunda sententia nulla, & prima tenet. Sed quando quis condidit testamentum, non est omnino functus officio testandi; ideoque si de nouo fuerit testatus, secundum tenet, & primum tollitur, vt hic, facit.l.cum hic status.§.j.ff. de dona.inter vir.& vxo.l.iij.§ fi.de adi leg In fin.gl.in vers.

a existere. Non ob hæc a l.quia ibi secunda venditio erat penitus inualida, vnde per eam non tollitur prima: At hic secundum testamentum erat mero iure validum, vnde licet ex eo non adeatur hæreditas, tamen tollitur primum.

ADDITIO.

a Non obst.hæc l.Vel melius solue vt hic per Io.Fab.& Ang. de Are. quia solu.domini Christo.dum dicit, quòd secunda venditio erat penitus inualida, est contra casum.l.Iulia.§.si quis à pupillo.ff.de ac.emp. Primò, ista sol.d.Christo.est contra l.legatum sub conditione. §.fi.hic allega. in glo.vbi actus à principio non valebat, nec etiam ex postfacto, & tamen tollitur, Et aduertendum gl.colligit ex ista tex.quòd id quod valet rumpitur per id quod minus valet, istud non valet ex eo, quia non fuit adita hæreditas: sed certè nec ex primò, vnde non est verum, quòd primum magis valeat quàm secundum. Sed dic quòd alio modo colligitur in alio casu, quando secundò testamento institutus fuit hæres sub conditione quæ deficit, quod non est in principio. Item aduerte, quòd dum gl. opponit de l.si filius qui in potestate & soluit, contra solu.suam est terribilis tex.in l.si duobus. § si prius.ff.de contra tab.vide pro sol.ibi Bar.& latè Tortum in l.hac consultissima.§.fi.C.de test.Ias.May.

14 In fin glo.priore. colligitis, † quòd ex sententia lata in causa appellationis, oritur actio, non autem ex prima con-

firmats. a pro quo facit iste §. vbi agitur ex secundo testamento confirmante.§.disponit, in authent.de nupt. lege si quis priore.ad Trebel. Praeterea nonne prima sententia fuit extincta per appellationem.l.ij. in fin.ad Tertul. ergo ex ea velut extincta non oritur actio. lege qui res.in §.aream. de solo. Praeterea iudex appellationis est maior iudice causae principalis.l.eos. & ibi no.C.de appel.ergo ex eius sententia orietur actio, veluti lata à maiore iudice.arg.in l.filiabus.ff. finium reg.

ADDITIO.

Confirmata. † An agi debet ex sententia confirmante vel ex confirmata vide in d.l.eos. & plenè in l.j.ff. de re iudi.& C. de epi.audi.l. si quis legatum,& C.de ap.l.praecipimus.§.is qui.Ias.May.

In contrarium allegatur.l.chirographos.in fin.ff. de administratio.tuto. Vos dicite, aut prima sententia confirmatur per negligentiam partis, & tunc ex ea prima oritur actio, aut confirmatur per sententiam iudicis ad quem appellatum est,& tunc oritur actio ex secunda. & ita est gl. in l.eos.C.de app.quae probatur ad literam in l.furti.§.j.ff de infam.

Gloss.expressum. a clara est.

ADDITIO.

Expressum. In glos.expressum.in fi.dum dicit.quòd legata ex vtroque testamento praestantur, quia nemo ad ea aduertit, tu aduerte, quia fortè hoc est contra casum d.l. si in fi.nisi iungas istum tex.in ver.sed teneri Licet posses dicere ad istum tex.quòd hic voluit prius testamentum valere,sed illos tantum esse haeredes.Cogita.Ias.May.

1 Testamentum capitis diminutione testatoris irritatur.
2 Testamenta quae dicantur nulla, & quae irritantur & quae rumpantur.
3 Testamentum primum tollitur per secundum iure factum & in totum perfectum & nu.4.
4 Nihil dicitur factum cum quid superest agendum.
5 Haereditas non aditur ex testamento in quo institutus est Imperator, ut durior persona aduersario pararetur. & nu.7.
6 Decet Imperatorem esse legibus subnixum.
8 Dignitas aggrauat delictum.
9 Constitutio episcopalis quòd nemo sub poenas excommunicationis ludat ad tabulas, an comprehendat tam ipsum episcopum quam & ludentem cum eo.
10 Facilius tollitur actus subnixus iure singulari quam iure communi.

§. ALIO QVOQVE Testamentum iure factum, capitis diminutione testatoris quantumcunque minima irritatur. Et testamenta aliquando dicuntur nulla ab initio, aliquando rupta, & aliquando irrita ex postfacto, Et commodissimum est singulas causas nominibus proprijs appellari.hoc dicit, No.primò, † testamentum iure factum capitis diminutione irritari. Et potest suaderi ratione: a nam cum testator patitur capitis diminutionem, peruenit ad eum casum quo testamentum nunc perficere non potuisset. l.eius §.j. & l qui in potestate ff. de testa.ergo actus annullatur.l.pluribus.§.si placet.de verbo.obli.& l.existimo.eodem titulo.

ADDITIO.

Suaderi ratione.Istam rationem impugnat per ea quae dicit hic Io. Fa.& maximè circa fi.Sed aduerte,quia contra hunc tex. posset opponi de §.in extraneis.infrà de haere.qua.& dif.& l.sed in conditione §.solemus.& l.si alienum.§.in extraneis.ff.de haere,insti.vbi media tempora non nocent haeredi,Cogita,de ratione diuersitatis. Et potes colligere rationem diuersitatis ex his quae dicit iste in simili, in §.si eum fundum.infrà de le.quia defectus qui est in causa efficiente non est purgabilis.quia est causa potentissima:defectus autem qui est in casu suscipiente,bene est purgabilis,vt hic per eum.Ias.May.

Item no.quòd † propriè ea testamenta dicuntur nulla, quorum ab initio iuris deficit solennitas. Ea autem propriè irritari, quae ab initio fuerunt valida, sed mutato statu testatoris eorum ius fuit vitiatum. Ea verò rumpi dicuntur, quorum ius vitiatur retento statu testatoris,vt fuit visum. supra.in princip. latè tamen sumpto vocabulo. Et quae nulla sunt, irrita dicuntur, & quae rumpuntur & ècontra. Item no. esse commodissimum singulas causas proprijs nominibus appellari, concor.l. Labeo §.fi.de sup le.No.ex versicu. non tamen.quòd ex testamento irritato per capitis diminutionem testatoris, potest peti haereditas iure praetorio,si tempore mortis liber & sui iuris testator effectus fuerit. Et hic est vnus ex casibus in quo dicunt Docto. fuisse necessariam prouisionem praetoris ad obtinendam haereditatem. propterea quòd haec haereditas aliter non potuisset obtineri, cum iure ciuili testamentum esse factum irritum. Not.in §.ex eodem. † Ita demum per secundum testamentum tolli primum, si secundum fuerit iure factum, & in totum perfectum. a

ADDITIO.

Perfectum. Ratio, quia † nihil dicitur factum cum quid superest ad agendum, vt hic,& l.pe. C.ad Sylla.quod est verum in his quae sunt de formali substantia.d.l.pe.Secus in his quae sunt de substantia materiali.l.in inutili.ff.de accepti.Item secus in maleficijs.l.quisquis.C.ad l.Iulia.maie.concor.d.l.ij.ff.de iniusto rup.Ias.May.

No.testamentum imperfectum appellari nullum. No.in §.eademque. † quod testamentum in quo Imperator est haeres scriptus, vt durior aduersarius a alicui pararetur, non praestat facultatem iuris obtinendi haereditatem: b eodem modo si testamentum aliqua careat solennitate Not. rationem, quia † licet Imperator sit legibus solutus, decet tamen illum iuri esse subnixum vt hic, & l.e digna vox. C. de le. cum si.

ADDITIONES.

Aduersarius. Adde.ad hunc tex.no.in l.cum allegas.& ibi pulchrè Bar.C.ne fiscus vel resp.per quem tex.semper dubitaui, nunquid valeat donatio facta fabricae domicilij Mediolani, si fiat propter litem quam habet donatarius. Cogita.quia hoc non reperio tactum:vide Bar.in l.j.ff.de alie.iudi.mut.cau.fac.& quae ibi dixi.Ias.May.

Haereditatem. Ab † extra contra text.oppo.inquantum dicit in fi. quòd si Imperator instituatur vt durior persona in litigando aduersario pararetur, ex tali testamēto haereditas non aditur: vnde oppo.de l.ex hoc edicto.§.haeredem.ff.de aliena.iudi.mu.causa fac. Sol.ibi in iustus quando fuit institutus causa litis alter quàm princeps. quia tunc bene potest haereditas adiri.quia plura sunt honesta inferioribus. quae sunt inhonesta superioribus: † dignitas enim aggrauat delictum.l.presbyteri. C.de episco.& cle.& ista est glo.in l.fi.in prin ff.de haeredis.instituen. Finaliter inducitur haec litera in arg. ad quaestionem. † Episcopus fecit constitutionem, quod nullus praesbyter ludat ad tabulas sob poena excommunicationis: aliquis ludit cum episcopo, an ipse vel episcopus, vel neuter, vel vterque sit excommunicatus? Videtur quòd episcopus non sit excommunicatus, quia inter excommunicatum & excommunicantem debet esse differentia.c.si.extra de consti.cum simili. Cum igitur non sit excommunicatus, ergo nec alter ratione correlationis.l.j. C.de cupres.In contrarium facit, quia decet episcopum obedire constitutioni suae, vt hic.Praeterea episcopus potest esse excommunicatus veluti lusor & delinquens, & potest excommunicari ab ipso veluti ab episcopo.l.filiusfas.§ j.de contrah.emp.& quae habentur in l.ij.de stipu.ser.de qua quaestione dicite, vt in l.digna vox.C.de leg.Ias.May.[Adde Bal.in auth.quicunque.C. de sac.sanct ec. alijs.C.de epis.& cle. Archi.in c.licet.c.non.de elec lib.vj.Ioan. de Imo. in c.quae in ecclesiarum.de constitu.Abba.& Io.de Imo.in c.cum accessissent eo.ti.Abb.in c.j.de rap.Doct.in cle.ne Romani.de electio.

In fi glo.In verbo diminutiones.dicite,quòd duo sunt casus.Primus,quando ille qui cognouit se haeredem scriptum in testamento, testatorem inopia laborantem non alimentauerit, imo illum passus est fame necari. Secundus est casus, quando testatorem ab hostibus captum, non redemit, tunc indignatione quadam haeredis,testamentum viribus vacuatur, propterea quòd haereditas ex eo non aditur. a

ADDITIO.

Aditur. Vel etiam in fauorem existentis in infirmitate,cum institutus post protestationem sibi factam negligit curam de eo habere. quòd testamentum irritatur quo ad haeredes institutos,quia filij priuantur haereditate. & applicatur cuicunque extraneo habenti curam de eo, licet remaneat firmum quantum ad alia,vt in authen.liberi furiosi.de epis.audi. Ias.May.

In fi.glo. in verbo fuerit.communiter approbatur. Sed nunc dubitatur, quot testibus debuit huiusmodi voluntatem declarare. Glo.in d.§.testamento.dixit coram quinque. Idem dixit glos.in l prima.C.de codi.cuius opi.firmatur per l.fi.C.eodem.ti.Gl.autem in l.haeredes palam.§.sed si notam. de te.dixit sufficere voluntatem declarari corā duobus: quae opin.

opi.suadetur ex l. vbi numerus. ff de te. Docto. dicunt quinque esse necessarios. a & pro concor harum glos. ita distinguunt. Aut loquimur de voluntate valida & declaranda, & tunc duo testes sufficiunt. ita loquitur glos. in §. sed si notam. Aut loquimur de voluntate inutili facta, declaranda, tunc quinque requiruntur, quia huiusmodi declaratio non stat in meris terminis declaratorijs, sed sapit naturam cuiusdam dispositionis.

ADDITIO.

Necessarios. Adde inquantum suprà dicitur Docto. dicunt quinque esse necessarios, vide Doct. in l. si quis filio exhæredato. §. pe. ff. de iniu. rup. irritoque testa. & ibi ponunt de eo qui captus, est ab hostibus post testamentum factum, an reuersus reconualidet testamentum ipso iure, an non. Ias. May.

In glos. perfectè. ibi, mutatione. Not consilium quòd illi qui volunt mutare testamentum, ita vt eius mutatio ad raros vel paucos perueniat, si decennium fuerit transcursum, post, primum coram tribus reuocari faciat. ibi, primum. Ratio est, quia † facilius tollitur actus subnixus iure singulari, quàm iure communi. l. iiij. in princ. de fideicommis. li. §. quia verò verisimilè. in authen. de non alie. Ibi. l. si filius. Et est ratio, quia quando causa intestati assumit causam testati, validior efficitur. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Ibi. l. ij. Et ista ratio, quia potentior est actus facti, quam actus verbi. lege de quibus. & ibi no. ff. de legi. Io. Christoph. Pore.

De inofficioso testamento. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est quemadmodum testamenta ab initio valida, ipso iure infirmentur à lege. Verum, quia nonnunquam testamenta infirmantur ab homine, per sententiam proposita querela inofficiosi testamenti, ideo viso quibus modis testamenta infirmentur, sequitur videre de inofficioso testamento.

1. *Pater & mater non differunt in exhæredatione, sed bene in præteritione.*
2. *Liberis præteritis, aut iniquè exhæredatis, competit querela inofficiosi.*
3. *Querela competit parentibus præteritis aut iniquè exhæredatis.*
4. *Querela inofficiosi testamenti competit patribus & sororibus turpi personæ institutæ.*
5. *Liberis etiam adoptiuis querela inofficiosi testamenti competit.*
6. *Posthumi exhæredati habent querelam contra testamentum.*
   Posthumi hodie exhæredari non possunt. numero 7.
8. *Vt filij à querela excludantur, sufficit illis aliquid relinqui.*
9. *Legitimæ suppletio infrà quantum tẽpus peti possit, & à quo fieri debeat.*
10. *Emancipationis & patriæ potestatis, an sublata sit differentia quantum ad querelam.*
11. *Querela inofficiosi testamenti non potest intentari ante aditam hæreditatem.*
12. *Testamenta filiorum habentium quasi castrensia per querelam non rumpuntur.*
13. *Filij fratrum an inofficiosi testamenti agere possint.*
14. *Exceptio facit regulam in casibus non exceptuatis.*
15. *Querela inofficiosi testamenti an sit actio vel accusatio.*
16. *Naturales tantum an habeant querelam inofficiosi testamenti.*

QVIA PLERVNQVE. Liberis iniquè præteritis vel exhæredatis competit querela aduersus testamentum paternum: & eodem modo parentibus aduersus testamenta liberorum, ac etiam fratribus & sororibus, si turpes personæ fuerint institutæ. & hoc locum habet tam in liberis naturalibus & legitimis, quam in legitimis tantum. hoc dicit. Ibi, exhæredant. hoc refertur ad lineam masculinam. ibi, vel omittunt. hoc refertur ad lineam fœminam. a

ADDITIO.

Fœmina. Item no. † ex principio, quòd quando interuenit exhæredatio expressa, non est differentia inter patrem & matrem, quia testamẽtum vtriusque querelatur si causa iusta non est inserta. Sed in tacita exhæredatione quæ fit per matrem mediante præteritione, est differentia, quia talis præteritio non reddit testamentum matris nullum. Secus in præteritione patris, quæ reddit testamentum nullum. l. inter cætera. de lib. & posth. Ias. May.

Ibi, liberorum, si iniquè præteriti vel exhæredati fuerint à liberis. † Nota primò, liberis iniquè præteritis vel exhæredatis competere querelam inofficiosi testamenti. Et inquantum dicit litera de liberis præteritis à matre vel linea fœmina, hoc ideo dicit, quia ibi præteriti habentur pro exhæredatis. §. mater. suprà de exhæreda. lib. Inquantum loquitur de exhæredatus, refertur ad lineam masculinam. Item nota. † quòd parentibus iniquè præteritis vel liberis exhæredatis competit querela inofficiosi testamenti, concor. lege nam & si parentibus ff. eodem. Item nota, quòd † ita demum fratribus competit querela aduersus testamentum fratris & sororis, quando turpes personæ fuerint institutæ, quæ scilicet laborarent infamia iuris vel facti, vel irrogata per iudicis sententiam, quod verum limitate in fratribus & sororibus vtroque parente coniunctis. lege fratris. C. eodem. Item nota, quòd † non solum liberis naturalibus & legitimis competit querela, verumetiam legitimis tantum, si fuerint arrogati vel adoptati ab auo materno, secundum quod disponitur in lege cum in adoptiuis. C. de adopti. Item nota. † quòd eadem habent locum in posthumis, hoc est, nondum natis, licet hodie posthumus exhæredari non possit. lege si quis in suo §. finali. C. eodem. Et hæc omnia vera limitabitis esse in præteritione vel exhæredatione iniqua, secus si facta fuisset cum causa legitima, auth. non licet. auth. ex causa. C. de lib. præte.

ADDITIO.

Habent locũ † Itẽ not. quòd posthumi æquiparantur iam natis: quod verum est iure isto: iure autẽ nouo, quo iure non possunt exhæredari. l. si quis in filio. in fi. C. eo. non poterit etiam querelari, & sic sunt differentia inter ipsos natos & nascituros. Ias. May.

Item nota. quòd querela inofficiosi testamenti est remedium subsidiarium, & per hoc non competit his quibus de modo succedendi alia via potest prouideri. Item no. quòd † ad excludendum liberos querela, sufficit eis aliquid relinqui, quo casu quarta de bonis hæreditarijs suppletur vt hîc, & l. omnimodo. & l. quoniam nouella. C. e.

ADDITIO.

C. eo. † Infrà quantum autem tempus debeat peti hoc supplementum? Dic secundum Bart. in l. si quis filium. C. eo. quòd debet peti intra quinquennium, quod etiam datur ad querelandum. d. l. si quis filium. licet Bal. tenuerit quòd possit peti vsque xxx. annos. Dic vt in d. l. si quis filium. Item potest quæri à quo fiat ista suppletio, an solum ab hærede, an etiam detrahatur à legatarijs pro rata. Bar. in l. v. ff. ad l. fal. tenet quòd solum ab hærede. Sed Saly. in d. l. omnimo. tenet, quòd si pars remanens hæredi est ita opulenta quòd possint salui integra legata, & adhuc suppleri legitima, quòd tunc supplementum fiat solum per hæredem, non per legatarios: aliàs ab vtroque debet fieri supplementum. Ias. May.

In fine glo. omittunt No. † quòd quemadmodum filius in potestate præteritus reddit testamentum nullum ipso iure ita & emancipatus: quia differentia emancipationis & patriæ potestatis sublata est iure nouissimo, in authen. de hære. quæ ab inte. defe. in prin. Sed gl. in l. Gallus §. & quid si tantum. tenuit contrarium. & in §. emancipatos, suprà de exhære. lib. & illæ gl. sunt veriores ista, propterea quòd ius nouissimum tollit differentiam inter filium in potestate & emancipatum in modo succedendi ab intestato, non autem in modo succedendi ex testamento: & dicatis vt ibi. In glo possunt ibi, adita hæreditate, colligitis, quòd † querela inofficiosi testamẽti non potest intentari ante aditã hæredi. Sed cõtra hoc op. de l. quod vulg. & de l. illud. ff. de contra ta. Sol. Dicunt Glo. & Doc. quòd illa iura loquuntur in bo. pos. contra tab. petenda, quæ competit ante aditam hæreditatem: secus in querela, quæ solum post aditam hæreditatem competere potest. Ratio differentiæ, est secundũ Iac. But. nam ille qui agit querela inofficiosi testamenti, vult arguere personam de impietate: vnde personam testatoris inquietare non potest, quia defuncta: oportet igitur quòd inquietet illã personam quæ defunctum repræsentat, sed hæres nõ repræsentat personam defuncti nisi adita hæreditate. in auth. de iureiur. à moriente præstit. in princi. ergo nec ea competit nisi hæreditate adita.

Sed ille qui intentat bo. poss contrata, arguit testamentum pro omissa solennitate, vnde cum mortuo testatore huic defectui solennitatis non possit amplius prouideri, nimirum si contratab. competat à morte testatoris. Bald tamen reddit aliam rationem: nam querela est remedium subsidiarium, vt hic, vnde competit ante aditam hæreditatem. quia hæreditate nondum adita speratur beneficium succedendi ab intestato, si hæres scriptus repudiauerit hæreditatem. l. si quis filium. C. eod. Sed bo. poss. contra tab. non est beneficium subsidiarium, sed beneficium à prætore tributum exhæredato, vnde nimirum si statim à morte testatoris competat: Alia ratio reddi potest, quia querela est beneficium restitutorium, vnde non potest rescindere testamentum quod effectu non tenuit, nisi ex eo adeatur hæreditas: de quo dicite vt in l. sancimus. §. cum autem. C. eo. titu. vbi glo tangit. In fi. glos. in versic. tantum. † idem esset in filiis qui haberent quasi castrensia peculia, siue Doctores, medici, & quicunque salariati de publico, quorum testamenta non rumpuntur per querelam, vt habetur in d. l. fi. C. eodem. In fi. glo. a in verbo, agentes. b Hæc gloss. communiter approbatur, non ob. † quòd filij fratrum æquiparentur fratribus, quia verum est ab intestato, non autem ex testamento: vnde cum querela competat solum testamento condito, eis pariter non attribuitur.

ADDITIONES.

In fi. gl. Et aduerta dum ista glo. dicit, videntur ex ista litera excludi, non est verum: quia tex. dicit extra fratres sorores & cognati &c. sed filij fratrum non sunt cognati, imò agnati, cum iungantur per lineam masculinam. Et per hoc potes tenere contra hanc opi. gla. quam iste dicit esse communem, maximè cum sit bona consequentia, succedunt abintestato, ergo habent querelam, vt est tex. l. posthumus. in princ. ff. eo. hic alleg. in glo. Confirmo, quia † exceptio facit regulam in casibus non exceptuatis. l. nam quod liquidè §. fi. ff. de pe. leg ergo cum hic solum excipiat cognatos, igitur &c. Nisi hic capias terminum cognati, vt sit nomen generis, ad hoc vt exceptio sit de regula: & ita credo intellexisse gloss. hic. Et pro dicta consequentia cane, quia cognati succedunt de iure prætorio, infrà da succes. cog. in prin. & tamen non habent querelam. Ias. May.

Agentes. † An querela sit actio vel accusatio hic: Dic quòd est quoddam remedium rescissorum, vt etiam vult Bar. in d. l. posthumus. §. si quis & istud imploratur per officium iudicis, quod nō præsupponit actionem nec obligationem, vt l. qui per collusionem. in fi. ff. de actio. empti. licet impropriè aliquando dicatur accusatio & actio. d. §. si quis. & l. quemadmodum. in fi. ff. eo. Ias. May.

Glo. naturales. a

ADDITIO.

Naturales. † In glo. naturales. potest esse dubium, quæ sit ratio diuersitatis inter patrem & matrem. Et prima facie videtur esse ratio, quia naturales succedunt matri ab intestato. l. pe. C. ad Orfi. secus in patre. l. humanitatis C. de natu. liber. Ista ratio nihil valet: quia non est bona consequentia, succedit ab intestato, ergo habet querelam, vt vult gl. hic in ver. agentes. Puto ergo, quòd ratio sit, quia naturales ad nihil admittuntur cō tra voluntatem patris, iuxta gl. fina. in l. j. §. j. ff. de contrata. in ver. naturales. Secus in matre. d. l. suspecta. §. j. Et rationem sentit hic Io. Fab. allegando illam. l. j. §. j. Potes etiam tenere primam. quia dum dixi quòd nō est bona consequentia, dic quòd imò, per l. posthumus. in princi. ff. e. quem allegat gl. præalleg. in ver. agentes &c. Ias. May.

§. SI TVTOR. † No. ex isto §. quod filius exhæredatus acceptans legatum, non præiudicat sibi in querela. † Eodem modo si nomine pupilli querelam intētauerit, non præiudicat sibi in petitione legati, & est loco summarij: Ratio dubitandi verò in vtroque casu est. Nam quando tutor idemquè filius exhæredatus ex testamento petit legatum relicto pupillo, videtur quodammodo approbare testamentum, vnde non potest postea impugnare per querelam. Sed ratio decidendi fuit, quia petendo legatum approbat vt tutor, & gerit actum ex necessitate officij, sed querelando postea querelat vt filius: vnde ne officium sit sibi damnosum, à querela nō repellitur. argumen. in l. post legatum. de his qui. vt indi. & in l. cum quædam. C. de admi. tu. & l si pater. §. qui duos. de adop. Eodem modo in secundo, grado quandoquè relauit testamentum nomine pupilli sui. querelauit vt tutor: vnde si peta post legatum, petit vt ipse, non vt legatarius: vnde ne officium sit damnosum, non repellitur. a

ADDITIO.

Repellitur. Et sic tale officium gerit ex necessitate, ideò sibi non præiudicat: secus si id faceret voluntariè. d. l. nihil. & l. fi. ff. eo. Et ista fuit ratio decidendi, quia istud officium tutoris est necessarium, secus si esset procurator vel aduocatus, quia esset voluntarium, & sibi præiudicaret. d. l nihil. & l. fi. Simile videmus quòd procurator qui vendit rem tanquam procurator, tenetur de euic. Secus in tutore, qui non tenetur: quia officium suum est necessarium. l. seruum Titij. §. mao. Ias. May.

Finaliter a no. † quòd quarta relicta filijs in quocunque actu & in quocunque titulo, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, excludit ipsos à querela inofficiosi testamenti, & illa quarta appellatur quarta pars abintestato debita, quæ hodie ex numero liberorum interdum aucta, interdum minuta reperitur. auth. nouissima. C. eo.

ADDITIO.

Finaliter. Not. † quòd dos data filiæ succedit loco legitimæ: ita fuit no. per Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. & sicut augetur legitima & defalcatur, ita dos. no. Bal in c. cū. M. Ferrariensis. extra de consti. Iason. May. [Quod dos succedat loco legitimæ. adde Pau de Cast. consi. cviij. incip. super eo. de quo quæritur. in j. col. idē Pau. consi. cccxlviij. incip. iij. puncto quæritur. in j. col.

In fi. gloss. Hæc ratio non videtur bona: † quia officium aduocati aliquando reperitur necessarium. l. prouidendum. C. de posthu. l. ne quidquid. §. aduocatos. de offi. procon. lege post legatum. §. aduocatum. ff. de his quib. vt in dig. ergo eo casu non debet aduocatus potest submoueri à querela Sed dicunt Docto. aliquando aduocatus suscepit officium coactus ex necessitate, & tunc idem statuatur quod in tutore. vt licet patrocinium præstiterit in petitione legati, à querela tamen non repellatur. Aliquando suscepit ex voluntate, & procedit dictum gloss. vt à querela debeat repelli. l. fi. in princi. ff. eo. In fin. glos. in verbo nihilominus: Ratio est, quia approbauit vt tutor, improbat postea vt filius, vt dixi super litera. In fine glos. in verbo, sed si vero. † no. vnam eandemquè personam posse substinere vicem duorum respectu termini siue finis. quod facit ad quæstionem aliàs notatam. Quidam accepit vectigal pro sale conducendo, & præstando magistro salis: postea accepeauit officium magistri, quæritur an potuerit. Arguebatur quòd non, nam conductor salis debet illud præsentare magistro salis, ergo ipse sibi præsentare non poterit. capitulo fin. extra. de insti. cap. debitum. extra de bap. cap. per nostras. extra de iurepa. In contrarium facit hęc gl. cum litera ista, quia præsentare sal vt conductor, & illud recipere consignatum vt magister potest. l. fistulas. §. primo de contrahen emp. Barto. in l. j. ad fi. apparatus. de stip. ser. Non obstat in contrarium, quia loquitur quando quis vult sustinere vicem duorum ex voluntate propria: secus si velit sustinere vicem duorum ex necessitate præcedentis contractus, vt in hoc casu, & in dicta. lege fistulas. §. primo. in fine glo. in verbo igitur. dicite quod iste. §. non discordat,

cordat, imo concordat,& venit illatiuè per hunc modum: quia ad hoc vt filius à quærela excludatur debet habere quartam vel pleno iudicio testatoris, vt legali supplemento. Nam si testator ad plenum quartam non reliquerit, suppletur à lege quarta, & excluditur à querela.ita loquitur.§.sed hæc ita. Ex quo bene infertur, quòd si filius habeat quartã, quocunque modo habeat, repellatur à querela. In fin.glo.

7 legati. Not.† quòd[a] ad hoc vt filius à querela excludatur, nõ

a sufficit habere quartam titulo legati, sed opus est quòd habeat titulo institutionis. Et est ratio, quia ille titulus est longè honorabilior, & vtique fructuosior, propter commoda iuris accrescendi, quam sit titulus legati. l. Iulianus.ff. si quis cau.§.his ita.C.de ca.tol.

ADDITIO.

a Not. quòd ad hoc. Item dixit Salyc. in authen.nouissima. de patre qui debet habere suam quartam iure institutionis de bonis filij, licet Bart. ibi tenuerit contrarium, quòd sufficiat ipsum habere quoquo relicti titulo,

8 ibi vide, † Quid autem si pater reliquit aliquid filio iure institutionis, & prohibuit eum non posse plus petere de bonis suis, an per hoc excludatur filius à petitione, vt non possit petere supplementum legitimæ? Dic quòd non, quia omne grauamen reijcitur de legitima. l. quoniam. C. eod. Ias. May.

9 † Sed op.& videtur quod sufficiat habere quartam titulo legati, vnde op.de.§.si quis ita, in auth. vt cum de ap.cog. vbi filius institutus in re certa repellitur à querela, & tamen institutus in re certa dato cohærede vniuersali habetur loco legatarij. l.quoties.C.de hære.institu. Sol. illud verum est regulariter. Fallit in filio instituto in re certa, quia non habetur locò legatarij, sed hæredis, fauore testamenti & odio querele, vt dixit. Arch in c.si pater.ex.de testa. lib. vj. hoc est

10 singulare. Sed vos allegate glo. in authen.nouissima. † Not. quòd legitima debita filijs, est tertia pars portionis debitæ abintestato, si quatuor sunt aut pautiores: si verò quinq; aut plures, dimidia. Sed pone, pater habet quatuor filios, & vnam filiam maritatam & dotatam, quæ de forma statuti vel consuetudinis non potest succedere in hæreditate paterna: pater vnum ex filijs instituit in re certa, ipsa petit supplementum vsque ad legitimam. alij fratres libenter se offerunt. Sed quid? ille dicit quod legitima est dimidia pars portionis debitæ abintestato, quia quinque sunt liberi cõputata sorore dotata & maritata. Alij fratres dicunt quòd est tertia pars, quia solum sunt quatuor liberi qui possunt succedere, nec est computanda soror, quia illa est exclusa. quæritur quid iuris. Videtur quòd sit tertia, nec sit soror cõnumeranda: quia qui non admittitur ad partem, non facit partem. l. planè.§.si duobus.de lega.j. & hanc sententiam ibi tenuit. Bald. & idem esset si filius vnus repudiasset hæreditatem, vel intrasset monasterium fratrum Prædicatorum, vel aliter esset exclusus, de quo in authen.nouissima.C.eod.vbi plenè. Ibi omnimodo. Not.ex glo. quòd querela inofficiosi testamenti & olim & hodie habet locum etiam inter alios quàm inter fratres. Sed contra hanc opi. op. & Imo videtur

11 † quòd filius nullo modo habeat querelam inofficiosi testamenti hodie. Nam aut iste filius est institutus, & clarum est non habere querelam, Aut est præteritus, & tunc non habet querelam, quia testamentum est nullum. auth. non licet.C. de lib. præte. Aut est exhæredatus cum causa legitima & probata, & tunc non habet querelam, quia imputetur sibi, quòd causam commisit. d.§. aliud quoque capitulum. ergo nullo modo filius admittetur ad querelam Vos respondete, quòd habet locum querela, quando fuit filius exhæredatus causa inserta in testamento, quæ tamen adhuc non fuit probata, quo casu testamentum mero iure tenet, & si causa postea probabitur per hæredem institutum, testamentum tenebit inexpugnabiliter. Si verò non potuerit probari, testamentum poterit expugnari per querelam. d. authen. non li-

12 cet.† Ex quo elicitur, quòd licet insertio causæ exhæredationis sit de solennitate testamenti, probatio tamen causæ quæ venit extrinsecus, non probabit. Sed tamen tenentes opinio. Mar. dicunt, quòd probatio causæ est ita de solẽnitate, sicut insertio. authen. non licet. suprà alleg. quę pariformiter illa duo requirit: vnde sicut insertio causæ est de solennitate, ita

a & probatio:[a] quia vna determinatio &c. l. iam hoc iure. de vulg.& pupil. Sed vos respondente quod licet insertio causæ sit de solennitate & substantia testamenti, quia venit adhibenda in actu cum est in fieri, probatio tamen non est de substantia nec de solennitate, quia venit explenda post actũ in esse productum, vnde testamentum mero iure tenet. glo. or. in l. vniuersa.C.de preci.impe.offe.

ADDITIO.

a Ita & probatio. Et adde, quòd licet filius olim deberet probare dictam causam esse iniustam. l. v. ff. eod. hic alleg. hæc tamen probatio spectat hæredi, qui debet probare quod sit iusta. l. omnino. & l. si quis filium. C. eod. & sic etiam in hoc est immutatum ius antiquum. Ias. May.

Non obst. arg. quia illud procedit quando æqualiter de-

a terminare potest. d. l. iam hoc iure. Potest addi alius casus[a]

13 in quo habet locum querela in descendentibus. † Pone pater exhæredauit filium, & nepotem ex eo præterijt: moritur pater, nepos habebit querelam inofficiosi, quia talis præteritus habetur pro exhæredato: Ideò dicit Bart. quòd quemadmodum præterito facta à matre, habetur pro exhæredatione, ita præterito facta de nepote, quia in eum non continuatur dominium, cum pater sit in medio: alleg. l. si is qui. de inoffi. testa. & dicit dictum esse singulare à nemine auditum: quod tamen non puto verum: quia sequeretur ex hoc quod præteritio filij emancipati haberetur pro exhæredatione, quia in eum non continuatur dominium, quod est falsum. Præterea nonne ex quo filius est exhæredatus, dicitur exclusus ab hæreditate paterna? ergo in nepotem continuatur dominium, & ideo eius præteritio vitiat testamentum: de quo in l. si posthumos.§. si quis filium. de lib. & post.

ADDITIO.

a Alius casus. Item adde, † quòd ius antiquum est in aliud immutatum:

14 quia licet olim sufficere patri dicere, filium meum exhæredo, quia ingratus. d. l. omnino. hodie debet nominatim exprimere causas ingratitudinis. §. aliud quoque capitulum. in authen. vt cum de ap. cog. Item quia olim querela non præparata non transmittebatur ad hæredem. l. posthumus. §. j. ff eo. hodie sic, ad suam posteritatem. l. sancimus. C. eod. Item olim rupto testamento nihil debebatur, hodie ex rupto ex causa præteritionis vel exhæredationis, legata præstantur. authen. ex causa. C. de libe. præte. Ias. May.

a In fin. not. quòd quatuordecim[a] sunt causæ[b] quibus fi-

b lius à patre potest exhæredari, septem autem quibus pater à filio exhæredari potest. tres autem quibus frater à fratre exhæredari potest, quæ habentur ad literam in iuribus allegatis in glo. Sed dubitatur de ratione, quare plures sunt causæ quibus exhæredari potest filius quàm pater. Respondetur, quia filius magis tenetur patri quàm ècõtra, vel quàm frater fratri. vnde magis peccat delinquẽdo in eum cui plura debet. l. an tibi. C. de in lit. dan. tu. l. altius. si ser. ven. Et quod est dictum quòd quarta est aucta in filijs, idem est in legitima debita parẽtibus, aut in ea quæ fratribus debetur. glo. est approbata in auth. nouissima. C. de inoffi. testa.

ADDITIONES.

a Quatuordecim sunt causæ. Adde autem. vt cum de app. cog. §. causas; col. viij. glo. in c. quiotauallis. de iureiuran.

b Causæ, Adde vltimo quòd ad hoc vt habeat locum querela inofficiosi, de iure nouo necesse est quòd filius exhæredetur vel prætereatur à matre, vel à patre, & inferatur causa, quæ causa si non fuerit probata per hæredem, tunc rumpit testamentum per querelam: alias si esset exhæredatus nulla causa expressa, vel expressa causa quæ de præsenti apparet falsa, tunc testamentum non querelatur, sed est ipso iure nullum, authen. ex causa & auth. non licet. C. de lib. præte. & ita concludit ibi Bar. & in l. j. ff. de testa. Ias. May.

De hæredum quali. & diffe. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de hæredibus instituendis: verum quia inter heredes sunt multæ differentiæ & eorum variæ sunt qualitates. ideò de his tractaturus intitulauit de hæredum quali. & differẽtia.

1 *Triplex est heredum qualitas.*

2 *Seruus necessarius heres dicitur. si à domino instituitur.*

3 *Consilium eorum, qui nolunt bona sua post mortem distrahi sub nomine suo.*

4 *Hereditas adita non dicitur amplius hereditas.*

5 *Bona quesita per heredem post mortem non sunt obligata creditoribus defuncti.*

6 *Heres adiens hæreditatem tenetur de suo proprio creditoribus etiam ultra uires hæreditarias.*
7 *Heres repræsentat personam defuncti.*
8 *Hæredes sui & necessarij qui sint.*
9 *Suus hæres fit nepos patre exhæredato.*
10 *Ad causandam suitatem duo sunt necessaria.*
11 *Filij in potestate quare dicantur sui hæredes.*
12 *Filius patri succedens non dicitur nouum dominium acquirere, sed solam administrationem bonorum quam uiuo patre habebat.*
13 *Titulus pro hærede non habet locum in seruo.*
14 *Pater an cogatur de necessitate nepotem ex filio, filio uiuente instituere.*
15 *Filij quare hæredes necessarij patri dicantur.*
16 *Filij de iure prætorio facti sunt patri hæredes uoluntarij.*
17 *Hæres extraneus quis dicatur.*
18 *Filius matri dicitur hæres extraneus.*
19 *Extraneus hæres debet esse capax tempore testamenti, mortis & aditionis, & nu. 22.*
20 *Si præbenda uacatura alicui collata sit, & antequam uacauerit uxorem duxerit, ea mortua poterit obtinere præbendam.*
21 *Testamentum uiuo testatore dicitur tenere.*
23 *Qui tenuit concubinam ex qua habuit liberos, si posteà ducat in uxorem quæ moriatur, potest de nouo desponsare concubinam.*
24 *Testamenti factio actiuè & passiuè accipitur.*
25 *Emancipatus hodie ita succedit, sicut retentus in potestate. Titulus de coniugen. cum emanci. liber. est correctus.*
26 *Filius uiuo patre censetur quemadmodum dominus rerum paternarum.*
27 *Suitas debet plus operari in suo, quàm uera conditio in extraneo.*
28 *Suitatis qui sint effectus.*
29 *Statutum quòd pro qualibet hæreditate soluatur solidus pro libra, non comprehendit hæreditatem paternam.*
30 *Prætor non tantum sustulit necessitatem, sed etiam suitatem. & nu. 32.*
31 *Suitatis effectus durant in ijs quæ sunt utilia filio ad confirmationem hæreditatis.*
33 *Statutum quod contra contumacem procedi possit ad sententiam diffinitiuam, an comprehendat filium defuncti patri hæredem.*
34 *In suo hærede duo tempora habilis requiruntur.*
35 *In legatis requiritur unum tempus habile.*
37 *Non est dare medium inter mortem testatoris & hæreditatis aditione.*

HAEREDES AVTEM. Diuiditur in duas. Nam in prima ponit triplicem speciem hæredum. In secunda declarat illas species. Secunda ibi, (necessarius) illa secunda subdiuiditur in tres. Nam in prima tractat, qui dicantur hæredes necessarij. In secunda tractat qui dicantur sui & necessarij. In tertia tractat qui dicantur hæredes extranei. Secunda ibi, (sui autem.) Tertia ibi, (cæteri.) Illa secunda subdiuiditur in quatuor. Nam in prima facit quod dictum est. In secunda declarat, quare dicantur sui hæredes. In tertia declarat, quare dicantur necessarij. In quarta ponit beneficium à prætore tributum. Secunda ibi (sed sui autem.) Tertia ibi, (necessarij.) Quarta ibi, (sed his permittit prætor.) Vltima subdiuiditur in tres. Nam in prima ponit, qui dicantur hæredes extranei.[a] In secunda ponit, quot temporibus requiratur habilitas in hærede extraneo. In tertia dictum suum declarat. Secunda ibi, (in extraneis hæredibus) Tertia ibi, (testamenti autem.) †No. primò triplicem hæredum qualitatem: quia quidam appellantur necessarij tantum, quidam sui & necessarij, & quidam extranei. Secundò not.† quòd serui instituti à domino, dicuntur necessarij tantum, quia siue velint siue nolint,[b] mortuo testatore hæredes efficiuntur, & oneribus hæreditarij obligantur. Ex quo colligitis, quòd quando necessitas profertur à lege, in dubio intelligitur de præcisa, nõ autem de causatiua: Et potuit esse ratio huius literæ, quare lex facit seruum hæredem institutum necessarium: quia ex quo libertatis munus consequitur, non est mirum si ex alio grauatur, & ideò ipsius dominij hæreditati obligetur. ar. l. eum qui iurasse. ff. de iureiur. cum si. Et hoc verum quando seruus fuit testatori, & tempore testamẽti, & tẽpore mortis: alioquin si tẽpore mortis aut liber, aut alienus reperiretur, adiret hæreditatem vel sponte propria, vel iussu domini. Et per hoc non obst. §. si seruus. suprà de hære. insti. Et ex his secunda glo. est clara. Item hoc verum si institutus fuerit bona fide: secus si fuerit institutus in fraudem creditorum, & datus fuerit substitutus, quia tunc substitutus præfertur instituto hæredi, vt est casus singularis, in quo substitutus præfertur instituto in l. si is qui soli do. ff. de hære. insti.

ADDITIONES.

a Qui dicantur hæredes extranei. Adde l. pe. & ibi Docto. ff. de pac. & glo. in §. cum non corradus. qui feu. da. pos. in vsib. feud.

b Vel nolint. Dic quòd hoc modo confertur etiam eo inuito, vt hic. & §. j. suprà de hære. insti. & sic hoc casu beneficium confertur in inuitum, quod est speciale hic, ne defunctus decedat sine hærede: regulariter tamen non confertur, vt est text. in l. hoc iure. §. non potest. ff. de dona. Ias. May.

Item not. quòd† consilium est, vt ille qui habet adeo leues facultates vt vereatur eius hæreditatem non adiri, seruum suum aliquo loco instituat, vt potius[a] eius bona quam defuncti distrahantur.[b] Sed dicet aliquis. Hæc litera videtur implicare contradictionem. Primò casu dixit, deberi seruum institui hæredem, vt ipsius bona distrahantur potiusquàm testatoris. Postea dixit, bona acquisita per seruum institutum post mortem domini, creditoribus non obligari: ergo malè. Sol. est, quòd bona relicta per testatorem antequam adeatur hæreditas, bene dicuntur hæreditaria; sed postquam adita est hæreditas per institutum vel per venientes ab intestato, non dicuntur amplius hæreditaria, sed ipsius hæredis, propter commixtionem quandam. gl. est in l. j. §. veteres. de acqui. pos. in l. Paulus ff. de acquiren. hære. Et hoc modo loquitur prima pars. Secunda pars loquitur de bonis quæ nunquam fuerunt hæreditaria, sed post mortem testatoris seruo acquisita.

ADDITIONES.

a Vt potius. Not. secundò ibi. potius. quòd † eo ipso quòd quis est factus hæres siue per dispositionem legis, vt hic, siue per suam aditionem, vt l. cũ hæredes. de acqui. poss. illa bona dicuntur hæreditaria, adeò quòd non appellantur amplius bona defuncti, sed hæredis, quia per aditionem omnia iura defuncti transeunt in hæredem. l. Stichum. §. aditio. ff. de sol. Et ideò volens petere se mitti in possessionem istorum bonorum, debet dicere bonorum hæreditatis totum, non defuncti, licet tamẽ hæc petitio posset sustentari, quia subaudi. ut verbum quoddam, iuxta not. in l. penulti. ff. si cert. peta. Ias. May.

b Distrahantur. Hunc text. induci Bellon. suprà in rubr. de vulga. substi. dum reddit rationem quare sit inuenta vulgaris.

Item not. quòd† bona quæ acquirit hæres seruus institutus post mortem domini, creditoribus non obligantur. nota rationem, quia ex quo seruus grauatur in hoc, vt necessitate quodam cogatur amplecti hæreditatem, debet in alio releuari, vt bona postea acquisita non distrahantur à creditoribus. Ex quo colligitis aliud notabile, †quòd hæres adiẽs hæreditatem, tenetur creditoribus hæreditarijs non solum inquantum suppetant vires hæreditariæ, sed etiam de suo proprio supplere tenetur, hoc primum probatur ex hac litera, vbi est speciale in seruo vt bona creditoribus non obligentur: ergo in contrarium est ius commune. l. quod verò contra. ff. de legi. Secundò suadetur ratione. Nam hæres adeundo hæreditatem, quasi contrahit cum creditoribus hæreditarijs. l. apud Iulianum. §. fin. ex quib. cau. in pos. ea. l. ex maleficijs. §. hæres. de act. & ob. vnde nimirum si creditoribus ex quasi contractu insolidum obligentur infrà de obli. quæ ex quasi contractu. in prin. Præterea † hæres repræsentat personam defuncti, & in eius ius succedit. l. nihil aliud. de regu. iur. in authen. de iureiur. à mo. præst. in prin. sed defunctus erat obligatus insolidum creditoribus ergo & hæres adita hæreditate. Et ex hoc apparet [a] ratio subtilissima, quam dixere Bald. in primis & do. Christoph. & cæteri nouissimi, quare hæres etiam iure ff orum. non obligatur soluere de proprio legatarijs, & tamen obligatur soluere creditoribus l. si hæres ab eo. ff. ad Treb. quia ideò obligatur insolidum creditoribus, quòd illis defunctus erat obligatus insolidum: sed legatarijs defunctus nunquam fuit obligatus, vnde solum hæres ille obligatur, quatenus vires hęreditariæ patiuntur: & hæc omnia iure ff orum. Iure autem. C. aliter est prouisum. Nam si quidem hæres institutus legitimo tẽpore & forma confecerit inuentarium, obligatur creditoribus & legatarijs eatenus quatenus vires hæreditariæ patiuntur:

patiuntur: de suo autem nihil tenetur resarcire. Si autem inuentarium non confecerit omnibus insolidum obligatur & creditoribus & legatarijs. l. fin. C. de iure deli. Et hæc vera de iure ciuili: æquitate tamen canonica hæres non tenetur creditoribus nec legatarijs de suo proprio soluere, etiam si inuentarium non conficiat. Bald. in rub. de acqui. hære.

ADDITIO.

a Apparet ratio. Si ista ratio esset vera, sequeretur quòd hæres in nihilo esset obligatus legatarijs, sicut non erat testator. Cogita. Fortè melior ratio est, quia creditores tractant de damno, & legatarij de lucro: vnde non ita prouidetur in lucro sicut in damno. Et ad hoc vide omnino istum in §. nihil autem. infrà de fideicom. hære. & ibi habes quatenus hæres est obligatus. Ias. May.

8 Ex §. sui. Not. † quòd filius, filia, nepos vel pronepos ex a filio, dicuntur sui & necessarij hæredes patri vel auo.[a]

ADDITIO.

a Vel auo. Adde quòd † est dare casum in quo nepos viuo patre suo, est 9 suus & necessarius hæres auo scilicet quando pater est exhæredatus, vt est text. not. in l. qui aliena. §. interdum. ff. de acquirend. hæred. & ibi vide Ias. May.

10 † Nota secundò quòd ad causandum suitatem duo sunt a necessaria Primum patria potestas,[a] hoc est, vt liberi sint in potestate testatoris. Secundò, quòd obtineant primum gradum in iure succedendi. Ex quo colligitis, quòd ista suauis suitas est ius adeo notabile, quòd non complectitur nisi pri-11 mum gradum. Item not. rationem † quare filij in potestate appellãtur sui hæredes, quia dicũtur domestici patri. & viuo b eo quodã modo domini æstimãtur.[b] Hinc est quòd quemadmodum pater appellatur paterfami. ita & filius appellatur filiusfa. id est, filius substantię & rerum: solum enim differunt in nomine personali & geniture, quia filius genitus, pater genitor appellatur, ita quòd penes nomen & significatum rei nulla est differentia, sed solum penes nomen denotatiuum personarum. l. in suis. de libe. & posthu. Ex quo 12 colligitis, quòd † mors patris non adijcit filio dominium,[c] c sed solum præstat administrationem bonorum, quam viuo patre non habebat. l. in suis. de libe. & posthu.

ADDITIONES.

a Ad hoc sit verum vide Bellon. lib. supposita j. c. iij.

b Aestimantur. † Et ideo titulus pro hærede non habet locum in seruo. l. Iulianus. C. pro hærede. suprà de hære. instit. in princ. & de vsuca. §. aliquando. Ias. May.

c Dominium. † Et ideò pater non cogitur de necessitate nepotem ex 14 filio, filio viuente instituere, sed bene est consilium quòd ipsum instituat. l. Gallus. in princ. ff. de libe. & posthu. & §. posthumorum. suprà de exhæredatione liberorum. Vide tamen ad limitationem huius tex. mirabilem casum, & quæ ibi scripsi post Barto. in l. qui aliena. §. interdum. ff. de acqu. hære. Ias. May.

a Ex quo colligitis, quòd suitas,[a] quæ est ius suaue, est inuenta fauore liberorum, vt eius virtute domini dicantur viuo patre, & in eos dominium mortuo patre continetur, nec 15 sit necessaria paternæ hæreditatis aditio. † Not. rationem quare filij dicantur necessarij hæredes patri: quia eo mortuo velint nolint ex necessitate imposita à lege, hæredes efficiũtur. Ex quo colligitis, quòd necessitas iniũcta liberis, est ius quoddam rigorosum, adinuentum in fauorem parentum, vt sine hærede non moriantur. Item quòd hoc ius necessitatis rigorosum impositum liberis à iure ciuili, est mitigãdum à iure prætorio, vt liberi possint abstinere ab hæreditate paterna si velint. Ex quo colligitis, quòd per prætorem solum est sublata necessitas, non autem aliqualiter est remota suitas: licet aliqui contrarium dixerint, vt infrà videbitis.

ADDITIO.

a Suitas. Et adde quòd prætor non amouit suitatem in filio, vt propterea cessent effectus suitatis. quia imò remanent firmi, vt infrà dicetur: sed solum amouit necessitatem. vide quæ scripsi suo: suprà de Attiliano tutore. §. j. in glo. & c. & vide infrà de hære. quæ ab intesta. §. sui. & c. Et hic adde aliquos casus singulares in quibus non habet locum istud beneficium abstinendi, quos ponit Tortus in l. vnica. in prin. vlt. char. C. quando non pe. partes. dixi post Barto. in l. cum proponas. C. de hæred. inst. Adde quòd imò non dicimus esse hæredes patris, ita et possint conueniri à creditoribus paternis, nisi expressè probetur eos adiuisse hæreditatem. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matri & ibi probatur, & notatur in l. in necessarijs. de acquiren. hæred. & ibi Barto. supradicta allega. Et sic per ius prætorium solum vulneratur necessitas, non autem suitas: quia filius hæres est suus, sed non est necessarius. & sic durat effectus suitatis in his quæ sunt vtilia filio: sed in his quæ essent damnosa, puta, quòd esset obliga-

tus, non. l. si filius qui patri, de vulg. & pup. & ibi vide. & in l. j. C. si vt se ab hæreditate abstineant. & ibi Bald. & in l. fin. ff. de interro. actio. vbi glo. Ias. May.

16 Item not. in verbo volentibus. quòd † ita demum liberi qui erant necessarij hæredes de iure ciuili, efficiuntur voluntarij de iure prætorio, si declarauerint animum repudiandi hæreditatem, quia illa verba, his volentibus, operantur tacitam conditionem. l. à testatore. de condit. & demon. Not. 17 in ver. cæteri. quòd † illi qui non sunt in potestate testatoris, 18 si hæredes non instituantur extranei appellantur: & † ideò filius dicitur extraneus hæres matri, quia mater nõ habet illum in potestate. Ex quo colligitis, quòd suitas causatur ex patria potestate, si tollatur igitur patria potestas, erit subla-19 ta suitas. Ex §. in extraneis not. † quòd in extraneis hæredi-a bus tria tempora[a] considerantur. Tempus facti testamenti, vt eo tempore sint capaces hæreditatis, & hoc quo ad ordinationem & substantiam testamenti. Secundum est tempus mortis, vt sint capaces, & hoc quo ad confirmationem. Tertium est tempus aditæ hæreditatis, & hoc quo ad executionem. Si quis igitur habeat tempus ordinationis, confirmationis, & executionis habile, media tempora ei non officiẽt, vt hic, & l. si alienum. §. 4. & l. si sub conditione. §. solemus. ff. 20 de hære. insti. Ex quo dicit Bald. † quòd si alicui sit collata præbenda vacatura, & antequam vacauerit vxorem acceperit ea mortua poterit obtinere præbendam postea vacantem, quia extrema sunt habilia, & media ab extremis denominantur: licet dicant Canonistas contra tenere, eò, quia accipiendo vxorem videtur renunciare rescripto apostolib eo, argu. in l. quod ait. lex. ff. de repu.[b] Ex quibus colligitis 21 aliud, quòd † testamentum viuo testatore dicitur tenere, de quo glo. in l. publicati. C. de test.

ADDITIONES.

a Tria tempora. † Puto quòd melior & fundamentalior sit ratio ad hunc 22 text. quare habilitas illis tribus temporibus requiratur. Et ad primum tempus ratio patet in text. Ad secundum ideò requiritur habilitas, quia respicitur effectum, et hic dicit litera. Et eodem modo in tertio, quod etiam respicit effectum: sed vnum respicit effectum verè, & aliud fictè, nam hæres per aditionem verè sortitur effectum, scilicet dominium rerum hæreditariarum: & ideò tunc requiritur habilitas, & quandocunque aditio fingitur vsque retro aduisse & vsque retro dominus. l. hæres quandoque. cum si. ff. de acquir. hære. Et fictio non posset habere locum nisi illo tempore quo fingitur retro dominus, se licet si morte testatoris fuisset habilis. l. bonorum vbi ita. at. secundum Barto. ib scribendus literis aureis. ff. rem ra. ha. mirum ergo si requiritur quòd etiam sit habilis tempore mortis testatoris. Et ista videtur mihi fundamentalis ratio ad hunc text. & hic vide quæ dixi in §. alio quoque modo. suprà quib mod. test. infir. Ias. May.

b Quod ait lex. ff. de repud. † Item facit, quòd si tenui concubinam ex 23 qua habui liberos & postea capiam vxorem quæ moriatur, quod possum de nouo desponsare concubinam, & legitimare filios, quia media tempora & c. de quo in l. cum dotem. ff. solu. matri. per Ioan. Andr. in regula, sine culpa. de regul. iur. vide suprà quibus non est permissum face. test. §. fin. Ias. May.

24 † Not. in § testamenti. quòd duplex est factio testamenti, vna actiua, vt quis possit condere testamentum: alia passi-a[*] ua[a] * vt quis possit capere ex testamento. In fin. glo. in verbo 25 succedit. not. quòd † hodie ita succedit emancipatus, quemadmodum retentus in potestate. Ex quo infertur, quòd titub lus. de coniun. cum eman. lib. est correctus.[b] vt not. glo circa fi. illius ti. & idem tenuit glo. in l. j. & authen. in successione. C. de suis & le. circa finem Idem tenuit gloss. in l. si proponas. ff. de inoffi. test. Idem tenuit suprà tit. j in princip. Contrarium tenuit in authenti. ex causa. C. de lib. præte. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. de lib. & posth. & habetur in §. emancipatos. suprà de exhæ. lib. & opinio harum glo. est communior, quia ius nouissimum tollit solum differẽtiam in successione ab intestato: vnde cum sit ius correctum, non extenditur ad successionem ex testamento. l. si verò. § de viro. ff sol. matr. l. quod verò contra ff. de legi. Filius igitur in potestate præteritus reddit testamentũ nullum: secus si fuerit emancipatus: ab intestato autẽ vterq; pariter admittitur.

ADDITIONES

a* Hunc text. inducit Bellon contra Doct. in sua repeti. rub C. de eden. propè finem. vt ibi tractat quomodo gerundia capiuntur in actiua & passiua significatione.

b Correctus. Per quẽ titulũ de coniug. cũ eman. lib. prouidetur filio emãcipato, vt succedat simul cũ filio suo in ptãte aui. vel cũ filio fratris simul in ptãte aui retento, vt sit correctus & c. quia sublata est differentia emanci-

3 *Differentia inter adire & repudiare hereditatem ex una parte, & immiscere uel abstinere se ab hereditate ex altera parte.*
4 *Minores post aditam repudiare possunt.*
5 *Tributa alicui specialiter, non sunt ad alias personas trahenda.*
6 *Hereditatem qui adit cum beneficio inuentarij non tenetur in plusquàm patiantur uires hereditatis.*
7 *Negligens legem à lege negligitur.*
8 *Filius non conficiens inuentarium an perdat legitimam.*
9 *Fideicommissarius tenetur facere inuentarium, nec illi prodest inuentarium factum ab herede.*
10 *Hereditas dupliciter aditur, aut uerbis aut facto, & nu.14.*
11 *Gerere pro herede quis dicatur.*
12 *Voluntas interdum factis, interdum uerbis declaratur.*
13 *Dependentia ex conscientia alicuius declarantur ex animo siue iuramento.*
15 *Gerere pro herede, est gerere pro domino.*
16 *Hereditas sicut nuda uoluntate potest adiri, ita & repudiari.*
17 *Tempus deliberandi quantum sit, & nu.19.*
18 *Imperator est lex uiua in terris.*
20 *Tempus deliberandi potest pluries dari à iudice uidente instantem causam impedimenti.*
21 *Minor qui utitur eo iure, quo quilibet diligens paterfamiliàs uteretur non restituitur.*
22 *Iuramentum contractui appositum impedit restitutionem in integrum.*
23 *Quomodo intelligatur, nuda uoluntate adiri hereditatem.*
24 *Alternatiua inter diuersa ponitur.*
25 *Qui uult adire hereditatem debet scire causam ex qua defertur.*
26 *Auc. Sacramenta puberum. C. si aduer. uendi. an habeat locum super contractu nudido.*
27 *Minor sine curatoris authoritate, & iudicis decreto, proprium prædium alienare non potest.*
28 *Iuramentum mulieris ualidat alienationem, fundi dotalis per maritum factam. Contrarium uide nu.30.*
29 *Minor in spiritualibus habetur pro maiore, & iuramentum seruare tenetur.*
31 *Contractus nullus non est contractus.*
32 *Ius corrigens debet intelligi in casu quo minus obligat.*
33 *Duo singularia non possunt simul concurrere.*
34 *Minor habens curatorem, prodigo & furioso æquiparatur.*
35 *Minor ea facilitate inducitur ad iurandum, qua inducitur ad contrahendum.*
36 *Contractus est quid temporale, non autem spirituale.*
37 *Multum refert, utrum contractus sit seruandus in uirtute contractus, an uerò in uirtute iuramenti.*
38 *Mulier quæ sine consensu parentum contra statutum contraxit, & iurauit, seruare tenetur, eius uerò heredes ipsa mortua non.*
39 *Filia quæ dote contenta iurauit ad successionem patris non uenire, seruare tenetur, & ea mortua possunt heredes contrauenire.*

§. EXTRANEIS. Suis & extraneis hæredibus institutis, vel abintestato venientibus, competit ius deliberandi, an hæreditatem adituri vel repudiaturi sint, & hæreditas semel adita repudiari non potest.[a] Fallit in minore. hoc dicit.

ADDITIO.

a Non potest. Contra istum text. quòd † imò suus post aditionem possit repudiare, oppono. ille potest repudiare. qui potest adire. l. is potest. ff. de acquir. hære. & l. sicut maior. C. de repu. sed suus hæres postquam repudiauit potest adire intra triennium, iuxta formam. l. fin. C. de repu. hære. ergo etiam postquam adiuit debet posse repudiare. Cogita. Ias. May.

Ibi succurri, id est, dando restitutionem ab integrum. Nnt. primò, quòd nedum extraneis hæredibus competit ius deliberandi, an velint adire, an verò abstinere, verum etiam suis hoc competit. Ex quo dixerunt aliqui, † quòd nedum iure prætorio est sublata necessitas in suis, verumetiam iure ciuili, cum eo iure eis tribuat beneficium deliberandi, vt hic, & l. cum antiquioribus. C. de iure deli. Quod verum intellige de iure ciuili, quod præcedit ius prætorium, vt suprà eod. in fin. prin. Item not. quòd † extranei hæredes dicuntur propriè adire vel repudiare: sui verò dicuntur immiscere vel abstinere ab hæreditate. Nam adire propriè, est ad aliud ire. l. delata. de verbor. significat. vnde cum ipsi non vadant ad aliud, sed ad proprium, non dicuntur adire, sed immiscere: Et hoc verum propriè loquendo: impropriè verò immiscere ponitur pro repudiare. Per hoc non obst. l. defunctus. C. de suis & leg. Item not. quòd † hæreditas semel adita non potest iure communi repudiari. concor. l. fin. C. de repu. hære. iure autem speciali tributum est minoribus[a] repudiare, vt hic, & l. fin. C. de repu. hære.

ADDITIO.

a Minoribus. Et adde, quòd propter grande æs alienum olim etiam maiori. xxv. annis adita hæreditate subueniebatur, ne vltra vires hæreditarias teneretur: hodie verò absque dicto remedio per confectionem inuentarij de rebus hæreditarijs. idem beneficium consequitur, vt non plus teneatur &c. Et hæreditas aditur nuda voluntate hæredis, verbis vel facto declarata: & si hæres sciuit testatorem mortuum pro hærede gerere dicitur qui rebus hæreditatis se immiscet, vt hoc. §. vsque in fin. Ias. May.

5 Item no. † quòd tributa alicui iure speciali, non sunt trahenda ad alias personas, vidistis suprà de iure natu. gent. & ciuili. §. sed quod princip. habetur in l. j. de consti. prin. Item
6 no. † quòd hodie ille qui adit hæreditatem cum beneficio inuentarij,[a] non timet onera hæreditaria, quia non tenetur in plus quam patiuntur vires hæreditariæ. Si verò adiuerit o-
7 misso inuentario, ipse tenetur resarcire de proprio. † Ex quo colligitis, quòd qui negligit legem, negligitur à lege concor. l. fi. §. pe. C. de iure deli.

ADDITIO.

a Inuentarij. † An autem filius non conficiens inuentarium, perdat legi-
8 timam? Glo. dicit quòd non, quia eam detrahit tanquam æs alienum, ante solutionem legatorum, vt auth. hoc amplius. C. de fideicom. Doct. contrà, quia per omissionem inuentarij tenetur ad solida legata etiam vires hæreditarias excedentia, vt authen. sed cum testator. C. ad l. falci. & ibi Bart.
9 † An autem fideicommissarius possit facere inuentarium? Barto. quòd sic, in l. ratione §. quod vulgo. ff. ad l. falc., quia habetur loco hæredis. Sed an prosit sibi inuentarium factum ab hærede? Bart. quòd non, nisi sibi cedantur actiones per hæredem. ita tenet in d. §. quòd vulgo. ibi vide, & in l. scimus, C. eo. vbi plenè de materia inuentarij, & per Ang. in l. j. ff. si cui plus quam per l. fal. Ias. May.

10 Item not. in §. item extraneus hæres. † quòd hæreditas auditur dupliciter: vno modo verbis, hoc est nuda voluntate expressa: alio modo facto, id est, gerendo se pro hærede. Ex
11 quo colligitis, quòd † ille dicitur gerere pro hærede, qui facit tale quid quod citra ius & nomen hæredis fieri non pos-
12 set, facit l. pro hærede. §. fin. de acquir. hære. † Homines ei interdum loquuntur verbis, interdum factis voluntatem declarant. l. de quibus. ff. de legi. Circa quod dicite: nam siquidem hæres verbo expresso adeat hæreditatem, palam est nullum hæredem factum esse. l. gerit. de acquirend. hæredi. Aut hoc non expressit, sed aliqua facta gessit, & dic: Quædam sunt facta quæ ex eorum natura tendunt in aditionem hæreditatis. puta quia vendit bona hæreditaria, & tunc tales actus inducunt aditionem hæreditatis, quia non possunt celebrari citra nomen & ius hæredis, vt hic, & l. si auia. C. de iure delib. & d. l. pro hærede. Quædam sunt facta quæ ex eorum natura non tendunt ad aditionem, & talia non operantur aditionem hæreditatis: vnde si hæres institutus furto subtraxerit rem hæreditariam, non dicitur adire, quia tale delictum est contrarium aditioni. l. si quis extraneus. de acquir. hære. Quædam sunt facta quæ ex eorum natura se habent indifferenter:[a] puta, quia quis fecit sepeliri testatorem, vel quia habitauit domum paternam quæ sibi erat obligata pro dote materna, & tunc aut protestatur quòd non facit animo adeundi hæreditatem paternam, & statur huiusmodi protestationi. dict. l. pro hærede. §. j. & l. si quis. §. idem Labeo. de relig. & sumpt. fu. Aut non protestatur. & tunc sta-
13 bitur suæ declarationi cum iuramento: quia illa quæ † dependent ex conscientia alicuius, declarantur ex animo suo iuramento. vt not. glo. in §. rursus de act. in l. si cui. § ijsdem. de accusa. facit l. Fulcinius. §. quid sit latitare, ex quib. caus. in pos. ea. Vtilè tamen est protestari vt res clara appareat, vt iuribus allegatis.

ADDITIO.

a Indifferenter. † Inquantum suprà dicitur, quædam sunt facta. adde quòd
14 in istis factis quæ possunt utroque intelligi, est recurrendum ad coniecturas, secundum glo. in dict. l. pro hærede, quia hoc deprehenditur ex quali

tare actum & personarum illa facientium, Si tamen habitant domum defuncti qui erat eius debitor, tunc videtur potius facere occasionem consequendi crediti. l. j. ff. de sol. Similiter si sepeliuit defunctum, vel pauit pupillos, videtur facere gratia pietatis, quia sic alius faceret. l. ita si quis. §. pietatique de rel & sump. fu. Quid autem si dicat quòd vult retinere gratia legitimæ suæ talem domum. an videtur adire? Dic quòd sic, quia non potest habere partem hæreditatis quoquomodo, nisi accrescat sibi totum. l. j. § ex fundo. ff. de hære. instit. & ibi Bart. vide in d. l. pro hærede. Ias. May.

25 † Not quòd genere pro hærede, est genere pro domino. concor. l. his verbis. de hære. insti. l. item Mela §. legis. ff. ad l. Aquil. Et dic vt quidam hic, quòd theutonici &c. Item no.
16 quòd † sicut hæreditas potest adiri nuda voluntate, ita & repudiari. vnde vnumquodque soluitur eo vinculo quo ligatum est. regula iuris, nil tamen naturale. ff. eod. & in c. fin. extra. end. titu. Item not. nil prohibere vt mutus & surdus siue ex accidenti, siue ex natura, gerere possint se pro hærede, si intellectum habeant. In fin. glo. in verbo deliberare. Sed cõ-
17 tradicet aliquis, videtur enim quòd † indistinctè tempus deliberandi sit annale. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. Sol. Dicunt Doct. Quoddam est tempus tributum deliberationi à lege, & hoc est annale. dict. l. cum antiquioribus. Quoddam est tempus impetratum ab homine, & hoc si
18 quidem impetratur ab Imperatore, est annale, † quia Impe-
a rator est lex viua in terris, [a] vt in authen. de consul. § fina. Si verò à iudice inferiore, est nouem mensium. d. l. scimus. §. hæc quidem. de iure deli. Sed dicet quis, si tribuit annum ad deliberandum ergo frustra illud ab homine precibus petitur. l. j. C. de thesau. Sol. illa interpretatio potest esse vtilis, quia tempus tributum à lege currit à tempore mortis: tempus autem tributum ab homine, currit à tempore con-
b cessionibus. [b]

ADDITIONES.

a Terris. Adde glo. in authen. de institu. cau collatione vj.

b Concessionis. † Et hoc relinquitur iudicis arbitrio. l. j. in fin. ff. de iure
19 deli. dum tamen non sit minus tempus centum dierum. d. l. ij. ff. eo. nam debet sibi dari tempus ad deliberandum, quod datur ad petendum bonorum possessionem: & si minus detur & arctetur, non teneret. argu. in l. si
20 quis. & ibi per Bart. de hære. insti. † Et illud tempus potest pluries concedi à iudice, si videat iustam causam impedimenti. d. l. iij. in princ. & c. si tamen non excedat. l. scimus. §. hoc quidem. C. eo. Ias. May.

21 In glo. omnibus. ibi, non restituit. † nota, quòd minor qui vtitur iure communi, id est, eo iure quo quilibet diligens paterfamilias vtetur, non restituitur, quia rem suam sobriè gerit. Non autem intelligatis, quando iure communi, id est, eo iure quod est omnibus commune, vt hic. ius enim commune dictat hæreditatem aditam non posse repudiari: & si minor hoc iure vtatur, restituitur, vt hic, & not. in l. non videtur. C. de in integr. restitu. titu. generali. In fin. not quòd
22 † sacramentum interpositum super contractu, tollit beneficium restitutionis in integrum: An autem habeat validare contractum nullum, dicam in fin. titu. In glo nuda. ibi decla-
23 retur. not. quòd † illud quod vulgo dici solet, hæreditatem nuda voluntate adiri posse, debet intelligi dummodo illa nuda voluntas fuerit extrinsecus declarata. Idem glo. in l.
a pro hærede. [a] & in l. gerit. de acqui. hære. Contrariũ tenuit in l. quia plerunque. de interto. actio. Vos distinguite ex mente Doctor. Si quæratur an hæreditas acquiratur nuda voluntate extrinsecus non declarata, quo ad hoc vt hæres obligetur oneribus hæreditarijs, aut loquimur quo ad forum contentiosum, & tunc non habetur pro adita, quia iudex minimè potest scrutari mentes hominum nisi aliquibus actibus exterioribus declarentur. l. Labeo. de sup. lega. & ita loquitur hæc glo. cum simi. Aut loquimur quo ad forum pœnitentiale, hoc est, conscientiæ, & tunc obligatur, & ita loqui-
b tur hæc glo. contraria. quia opiniones hominum [b] Deo omnipotenti nequeunt occultari. c. imitatur. si extra de vsur.

ADDITIONES.

a L. pro hærede. Sed aduerte, quia communis opi. Bart. & aliorum. in l. pro hærede. & l. gerit fundatur maximè in d. l. pro hærede. dum text. dicit, pro hærede gerere est non tam facti, quàm animi, sed iudicio meo illa lex facit in contrarium. quia si in gestione pro hærede requiritur animus, & factum, ergo in aditione quæ fit voluntate nuda. non debet vtrunque requiri, alias non esset differentia, & tamen text. noster facit differentiam,
24 ibi, pro hærede gerendo, vel etiam nuda voluntate, † cum alternatiua ponatur inter diuersa. vt est gl. not. in rub. ff si ager. veg. vel emphy. pe. Item contra communem facit text. in implicatiua. Etiam, quæ nihil implicaret sed vtrunque requiritur in aditione quæ fit nuda voluntate. Cogita de solutione. Ias. May.

b Hominum. Adde text. in c. Deus omnipotens. ij. q. j.

In fin. glo. in verbo hæredem. Similè habetis in l. illud. si pars hære. pe. in l. is qui putat. de acqui. hære. Hinc est quòd
25 vulgo dicitur, quòd † ille qui vult adire hæreditatem, debet scire causam ex qua defertur. l. is ad quem. de acqui. hæredi. In fin. glo. destinationis. Non obst. hæc lex, quia loquitur in casu in quo requiritur actus naturalis, & ita ibi litera sentit & in casu nostro ideo non requiritur, quia loquitur de obli-
26 gatione inducenda vel tollenda, quæ est iuris. † Restat videre an iuramentum interpositum per minorem super con-
a tractu inualido, habeat illum validare. [a] Et quæro an authẽ. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. habeat locum in con-
b tractu inualido. [b]

ADDITIONES.

a Validare. An minor possit contrauenire quando iurauit petita absolutione, & ad omnia hic dicta per Port. vide Bal. consi. a viij. perfer.

b Inualido. Quia in dubio iurans non contrauenire, intelligitur ratione ætatis: & licet deceptus esset vltra dimidiam iusti pretij, non posset contrauenire. glo. in l. ij. C. de rescin. ven. nisi per metum vel dolum fuisse inductus, regula, non est obligatorium. de regu. iur. in vj. & in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Et in dubio iurans non contrauenire intelligatur ratione minoris ætatis. ac etiã ratione minoris pretij: & sic licet esset deceptus vltra dimidiũ iusti pretij: nõ posset cõtrauenire, vt vult gl. in l. ij. C. de resc. ven. nisi per metũ vel dolum fuisset inductus. vt in regula, nõ est obligatorium. extra de re. iur. in vj. secundũ Bar. in d. l. ij. Vide ad declarationem authenti. sacramenta puberum. quæ notat Barto. in rub. C. de pact. Ias. May.

27 Vnde ne res exemplo egeat. † Pone minor xxv annis sine curatoris auctoritate & iudicis decreto vendit prædium proprium, quo casu cõtractus est nullus. l. minor. & l. prædium C. de prædi. mino. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. & l. j. ff. de reb. eo. iurat huic contractui non contrauenire, an validabitur contractus. In hoc articulo variarunt plurimũ
a maiores, & præsertim Mar. & Bul. Mar. [a] dixit contractum inualidum etiam iuramento firmari, Huius sententiam imitati fuerunt communiter Citramontani, pro qua sententia allegant authen. sacramenta puberum. C. eod. l. hac edictali. §. item sacramenta. de pa. iura. fir. in vsib. feud. quæ dicunt contractum iuramenti confirmari, nec distinguunt an fuerit contractus validus nec inualidus, ergo nec nos. l. de pretio. ff. de publi. Secundò pro hac parte allegatur. l. j. C. si aduer. ven. in ratione sui, quæ fundatur in euitatione perfidiæ & periurij: quæ ratio vendicat sibi locum tam in inualido contractu quam in valido, igitur & inualidus confirmabitur vt periurium & perfidia euitetur l. illud. ad l. Aqui. Ter-
28 tiò pro hac sententia introducitur. † Nam licet alienatio fundi dotalis facta à marito etiam muliere consentiente sit nulla. l. vnica. §. & cum lex C. de rei vxo. acti. tamen illa iuramento validatur. c. cum contingat. extra de iureiur. c. li-
29 cet mulieres. eod. titu. lib. vj. ergo ita erit in proposito. † Præterea, nam in spiritualibus minor habetur pro maiore. c. si in anno. extra. de iudi. libr. vj. sed iuramentum est quid spirituale. c. & si Christus, extra de iureiuran. ergo faciet vt minor pro maiore habeatur, & cõtractus validatur: Item pro
c hac sententia facit. c. si vero. c. debitores. extra de iureiur. c. significante. extra de pigno.

ADDITIO.

a Mar. dixit † Et tenendo hanc opinionem Mar. ad l. non dubium. C. de
30 ll. quæ facit in contrarium, respondet glo. pro Mar. in l. j. C. si aduer. ven. Sed responde melius verba per Bald. Aliter etiam respondet Bald. in c. j. §. sacramenta. in ij. col. in prin. de pace iura. fi. Pro hac etiam parte adducit. quia aliàs authen. sacramenta puberum. nil adderet ad l. C. Sed dic quòd addit verbum. puberum, & verbum, spontè. Et pro ista opi. multum facit quod dixi post Bart. in l. si quis pro eod. in princ. ff. de fideiusso. vbi tenuit quòd iuramentum præstitum à muliere in alienatione rei dotalis, non tamen validat contractum, quamuis iste suprà in princi. præcedentis col. arguendo dicat contrarium, & ibi, Bart. in ver. in d. xi. tenuit istam opin. licet teneat contrarium in alienatione fundi dotalis illud tamen quod hic, quantum ad ca. significante. extra de pigno. tenet Barto. in d. l. si quis pro eod. in iiij. membro principali. & ista opinio multum mihi placet. Ias. May.

Contrarium sententia tenuit Bal. dicens, quòd licet iuramentum

ſamentum operetur vt contractus reuocabiliter, efficiatur validus irreuocabiliter, non tamen operatur vt contractus inualidus ipſo iure, eo iuramento vſquequaque confirmetur. Cuius ſententiam communiter imitati fuerunt vltramentani, freti primo per authen. ſacramenta puberum. quæ loquitur de contractu valido: quod dupliciter ex eius verbis ſuaderi poteſt. Primò 31 cum dicit, ſuper contractibus: ergo loquitur de validis, † quia contractus nullus non eſt contractus. l. Labeo. §. contractum. de verbo. ſignifica. l. iij. §. condemnatum. de re iudi. Secundò ſuadetur ex verbo, retractandum ergo loquitur de contractu valido, quia ſi contractus eſſet nullus, non poſſet retractari. capitulo, ad diſponendum extra de deſpon. impu. Item pro hac ſententia allegatur, quia ſi non tenet contractus, non debet tenere nec iuramẽtum. l. non dubium. C. de legi. l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. l. ſi quis inquilinos. §. fina. ff. de lega. j. Præterea ſuadetur ratione: qua enim ratione improbatur contractus, eadem improbari debet & iuramentum: quia ea fragilitas ætatis quæ vitiat contractum & illum annullat, eadem iuramentum annulabit, arg. l. doli. exceptio. verſicu. diuerſum. de noua. Præterea authen. ſacramenta. eſt ius corrigens, & poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, quòd contractus inualidus iuramento confirmetur: & hoc caſu læditur ius commune in duobus. Primò, quòd contractus nullus forma neglecta confirmetur iuramento. Secundò, quòd minori tollatur beneficium reſtitutionis in integrum. Poteſt etiam intelligi vt loquatur in contractu valido, quo caſu ſolum læditur ius commune in vno, quia beneficium reſtitutionis minori aufertur: ergo ſecundum hunc vltimum modum intelligendi, erit & interpretanda au-
32 then. ſacramenta. † quia ius corrigens debet intelligi in caſu quo minus obligat. l. ij. C. de noxa. c. cum dilecti. extrà de do-
33 na. Præterea † duo ſingularia non poſſunt ſimul concurrere. l. cum poſt. §. gener. de iure do. l. j. C. de do. promiſ. Sed ſi diceremus contractum inualidum iuramento confirmari, duo ſingularia concurrerent. Primò, quòd actus peccans in forma naturali daretur. Secundò, quòd beneficium reſtitutionis in integrum tolleretur. Ergo contractus inualidus iuramento non
34 confirmabitur. † Nam minor habens curatorem æquiparatur prodigo & furioſo. l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſti. mi. Sed contractus furioſi aut prodigi iuramento non confirmatur, ergo nec cõtractus minoris. Probatur maior ex his quæ habentur in l. is cui bonis. de verbo. oblig. Ego aliàs ab vtraque ſententia deſceſſi, & poſtea comperi quoſdam canoniſtas hanc ſententiam tenere. vnde dico quòd iuramentum non habet fir-
a mare contractum ᵃ inualidum, nec etiam contractum validum reuocabiliter firmare irreuocabiliter, firmare irreuocabiliter: ſed ſolum dico hoc iuramentum eſſe ſeruandum, & cõtractum in ſua inualiditate remanere, vel in ſua inualidate reuocabili. Moueor in primis, quia quod contractus iuramento firmetur, hoc lege multa cauetur. iura enim allegata per Docto. ſi in medium deducantur, impugnabunt apertius eorum opi. quam firment: dicunt enim eorum iuramentum debere ſeruari & cuſtodiri, non autem dicunt contractum firmari. Hoc primum ſuadetur ex verbis authen. ſacramenta impuberum. in verbo cuſtodiri. c. cum contingat in verbo, ſeruari. in c. ſignificãte. extrà. de pigno. in verbo, ſeruari. in c. debitores. de iureiur. in verbo, reddere. Suadetur ratione: nam cum illa iura ſint correctiua, debent intelligi vt minus lædant ius commune quàm poſſint. Mandauit igitur iuramentum ſeruari, ergo non intelligenda vt contractus validetur. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. Suadetur hæc opi. ratione: ſi enim diceremus contractum iuramẽto validari, certe eſſet
35 eluſorium beneficium reſtitutionis in integrum, † quia qua facilitate inducitur minor ad contrahendum, eadem inducitur ad iurandum. l. doli. verſi. diuiſum de noua. Præterea illa imbecillitas ætatis quæ ſubintrat contractum ſine iuramento, eadem ſubintrat & cum iuramento, ergo vtrobique contractus non confirmabitur. Non obſt. quod in ſpiritualibus habeatur pro maiore & iuramentum ſeruare teneatur: quia quo ad contra-
36 ctum non habetur pro maiore, quia † contractus eſt quid temporale, non autem ſpirituale. l. conſilio. de cura. furt. Sed dicet aliquis. Incidit in Scyllam &c. ſi enim iuramentum eſt ſeruandum, iuramentum continet id quod contractus complectitur, ſeruabitur igitur iuramentum, ergo & contractus. Responde-
37 tur, quòd † multum refert an contractus ſit ſeruandus contra-
b ctus, ᵇ an vero ſit ſeruandus in virtute iuramenti: quia primo caſu ligantur hæredes contrahentes ad obſeruantiam, poſteriore autem caſu nequam: quia iuramentum eſt quid perſonale, nec ex eo illaqueari poteſt anima hæredis c. veritas. extrà de iureiu. Præterea eſt alia differentia: quia ſi contractus eſt ſeruandus in virtute contractus: ſolutum repeti non poteſt: ſi autem eſt ſeruandus in virtute iuramenti ſolutum repeti poteſt, quia reperitur penes recipientem ſine cauſa. c. debitores. extrà. de iureiu. Tertia differentia. quia ſi contractus eſt ſeruandus in virtute iu-
c ramenti, petita abſolutione à iuramento, ᶜ poteſt contrauenire contractui. Secus ſi ſit ſeruandus in virtute contractus. c. j. extrà de iureiur.

ADDITIONES.

a Contractum. Adde [illegible] in l. nec patronus. C. de ope. li. Io. de Imol. in c. cum contingat. de iureiu. Docto. in c. venerabilem. de elect. Doct. in c. nouiter. de iud. Doct. in c. quamuis. de pac. lib. vj.

b Contractus. Vide omnino Bello. d. conſi. xviij. nu. 10.

c Iuramento. Et per hoc tollitur. arg. in contrarium poſſet fieri quia ſi in d. auth. ſacramenta puberum. minor iurauit non cõtrauenire contractui, vt ibi dicit litera, quomodo poteſt ſeruare contractum, & non ſtare iuramento? iſta ſunt contraria. quia reſponde vt hic per iſtum, quòd petat abſolutionem iuramento, ex quo ſolum eſt ſeruandum iuramentum in vim iuramenti, non in vim contractus Iaſ. May.

38 Ex quo infertur, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd † mulier nõ poſſit obligari ſine conſenſu parentum. & ipſa ſe obligauerit ſine conſenſu, iurauerit que, tenebitur ſeruare iuramentum, ſed
39 ea mortua hæredes non obligabuntur. Eodem modo † ſi filia fecerit pactum, vt dote contenta ſit, vt ad ſucceſſionem patris non veniat, & iurauerit, ipſa tenebitur ſeruare iuramentum: ſed hæredes poterunt ea mortua contrauenire pacto. Eodem modo ſi minor ſeruare iurauerit contractum initum, ſpreta ſolennitate ipſe viuus tenebitur ſeruare iuramentum, eo mortuo nequaquam.

De legatis. Rubrica.

Supra viſum eſt de teſtamentis, & ſic de toto vniuerſali: verum quia legata in teſtamentis relinquuntur, ſequebatur videre de ipſis veluti de re particulari: vnde ex ordine intitulatum eſt, de legatis.

1 Legatum quid ſit, & quot pro legato oriantur actiones & nu. 7.
2 Verba legis uel ſtatuti ſecundum materiam ſubiectam debent intelligi.
3 Titulus ad titulum eſt continuandus.
4 Per uniuerſitatem quot modis acquiratur.
5 Tempus unum pro altero quandoque ponitur.
6 Figuratiuæ orationes ſunt euitandæ in quantum fieri poteſt.
8 Legatorum olim quatuor genera erant.
9 Leges non uerbis, ſed rebus imponuntur.
10 Res legata, mortuo teſtatore cenſetur tranſlata in legatarium quo ad dominium.
11 Actiones pro re legata competentes quæ ſint, & nu. 13. & 17.
12 Executio circa rem certam fieri debet.
14 Rei uendicatio quare non competat legatario cui legata eſt res aliena.
15 Legatarium agens pro legato actione perſonali, debet concludere rem ſibi tradi, & non dari.
16 Dominium recta uia tranſit, ſi res hæredis uel legatarij legatur.
17 Actiones competentes pro legato à quo tempore incipiant competere.

POST HAEC VIDEAMVS. Diuiditur in ſex partes. Nam in prima continuat titulum, & continuando reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. In ſecunda ponit diffinitionem legati. In tertia ponit genera legatorum. In quarta ponit conſtitutionem iuris noui. In quinta atteſtatur qualiter materiam ſit proſecutus. In ſexta & vltima aggreditur ſuum tractatum. Secunda ibi, (legatum itaque.) Tertia ibi, (ſed olim.) Quarta ibi, (noſtra.) Quinta ibi, (ſed ne in primis.) Sexta ibi, (non ſolum.)
1 Hoc dicit. † Legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda: quòd licet olim certis verbis formali-

bus conciperetur, & eius multiplex esset species, hodie tamen cum ... pta verborum solennitate, leg ... vna est natura ex quibus tres oriuntur actiones, vna personalis ex testamento, rei vendicatio, & hypothecaria. & mater a per d ... tribuend ..., vt est melius intelligatur, & intellecta, memoriæ conseruentur. b.d. Ibi, loquitur, id est, loquuti fuimus. a

ADDITIO.

Locuti fuimus. No. primò, quòd ... rba legis vel statuti in dubio debent intelligi secundum subiectam ... præcedentem materiam, nisi appareat quod de noua materia loquebatur, vt hic. & l. Imperator. ff. de indi. add. Causa autem doctrinæ vel propter connexitatem potest fieri transgressio, vt hic in Gl. in versi. ... vbi verum tempus ponitur pro alio, vt conueniat subiectæ materiæ. Ias. May.

Ibi, tractari, quia legata relinquuntur in testamento.

Ibi, sublata est, scilicet dudum. Not. primò, † titulum ad titulum esse continuandū. concor. l. Imperator de indi. add. & habetur in prox. vj. lib. Item not. a quod viso de toto in vniuerso, est videndum est ordine de qualibet eius parte: ita enim in titulo de serui. vtu. generali, cum seq. & in titu. de vsufru. cum sequen.

ADDITIO.

Item not. quod viso. Not. † secundo, iuncta glo. in verbo, figuris. quatuor modis acquiri per vniuersitatem. quibus adde duos modos, scilicet dedicatio, vt C. de sac san. eccle. authen. ingressi. Item publicationem vt l. actus. §. qui blicatus. ff. pro socio. Ias. May.

Item not. in verbo, loquimur. iuncta glo, quæ exponit, id est loquuti fuimus, † tempus pro tempore a poni & hoc procedit figuratiue. Dixit tamen Bal. in l. eam quam. C. de fideicommiss. quod † huiusmodi figuratiuæ orationes sunt euitandæ inquantum fieri possit.

ADDITIO.

Pro tempore. Vide Barto. & glo. in l. qui Romæ. §. Angerius. de verbo. obl ga. vbi ponit de præterito subiunctiuum, constituisset, pro constituit, pro constabat. Item & futurum aliquando ponitur pro præsenti. Vnde si concessa est præbenda vacatura, si aliqua de præsenti vacet, concessio extēditur ad illam. caput. si pluribus. de præbend. in vj. Ias. May.

Item vnia, in verb. legatum a diffinitionem legati, cui concor. l. legatum. & l. j. de leg. ij.

ADDITIO.

Legatum. † Adde in versi. legatum est donatio, quod talis donatio facta per legatum fit propter benemerita l nec adiecit. ff. pro socio, & differt à donatione inter viuos & causa mortis, vt hic in gl. in verbo, donatio. Ias. May.

Not. quod † olim quatuor erant genera legatorum: quoddam dicebatur legatum per vendicationē, quoddam per damnationem, quoddam appellabatur legatum per sinendi modum, & quoddam appellabatur per præceptionem. Item not, quod olim in instituendis legatis requirebantur quædam verba legalia, quorum verborum solennitas ex constitutione principum fuit postea sublata. Item not. quod de iure nouo a sunt sublata omnia genera legatorum, omnibusque legatis vnum nomen est relictum, vnaque natura tributa. Ex hisque tres actiones oriuntur: vna personalis ex testamēto, alia realis principalis, hoc est, rei vendicatio: alia realis accessoria, hoc est, hypothecaria.

ADDITIO.

Iure nouo. Iste §. onstra. vsque ad §. non solum hoc dicit & potest summari, & summa vt hic per Ange. Vel sic. Sublata verborum solenni tate, hodie omnibus legatis vna natura attributa est. pro quibus tres actiones hic positæ competunt hoc primò. Et hodie etiam legata sunt adæquata fideicommiss. & è contra hoc secundò. Et materiæ quantumcunque adæquatæ debent tamen propter nuances diuisim tractari. hoc tertio. Ias. May.

Item nota, † quòd leges non imponuntur verbis, sed rebus, a concor. l. j. & ij. C. communia de lega.

ADDITIO.

Sed rebus. Adde tex. in c. quanto. extrà de priuileg. & c. comissa. de electio. lib vj. Glo. infrà de litera oblig. in princip in versicu. debere. in fin. Io. Bapt. Ziletus.

In glo. legatum, ibi, sed al ter, dicite, quòd licet diuersa verba verba ponantur in diffinitione legati tradita in lege, legatum, de lega. j. dem tamen est effectus cum ea quæ traditur hic, & in l. legatis, leg. ij.

Glo. quadam donatio. a

ADDITIO.

In glos. in verbo, donatio. vide hic Angel. de Areti. Quæ autem differentia sit inter legatum, & mortis causa capionem. vide glos. not. in l. qui præterea in prin. ff. de donatione causa mortis. & ... causa mortis. Ias. May.

In glossa, validiores, ibi. l. Labeo. Non obstan. hæc lex si alij. quia respondetur solum contradicere, quòd iden ibi attenditur scriptura, quia voluntas testatoris erat ambigua. Cæterum si eius fuisset clara voluntas, ab ea non recederetur, imo obseruaretur scriptura, reiecta interpretatione lege, cum mater. C. de fideicommiss. & hic. In glo. hypothecaria a ibi, defuncti. Et per hoc non obstan. si dicatur, quòd hypothecaria cum dominio concurrere non possit: † vnde cum res legata mortuo testatore intelligitur translata in legatarium quo ad dominium. lege. à Titio. ff. de furt. non potest hæc eadem res sibi esse hypothecata lege, neque pugnus de regulis iuris. quia hypotheca non cadit in re legata, sed cadit in ceteris rebus quæ fuerunt testatoris, & ita sequi videtur Ange. & Baldus Bartolus, autem reprobat glossa dicens, quòd in re ipsa legata competit actio hypothecaria legatario: quia licet legatarius sit effectus dominus iure quodam ciuili, quia mortuo testatore dominium b transfertur in eum, iure tamen gentium, non est effectus dominus, quia eo iure rerum dominia sola traditione transferuntur. §. per traditionem. suprà de rerum diuisio. lege, traditionibus. C. de pact. Vnde cum eo iure non sit effectus dominus, sibi competit hypothecaria, vt hic lege, prima, C. de legat. Non obstan. quod pignus non concurrat cum dominio, quia hoc est verum cum dominio pleno omni iure: igitur nimirum si sibi competit hypothecaria: de quo statim videbitis.

ADDITIONES.

Hypothecaria. Hæc gloss. in verbo, hypothecaria. diuiditur in quatuor. In prima declarando text. remouet quoddam contrarium tacitum. In secunda, per modum notabilis remouet aliud contrarium. In tertia quoque remouet aliud contrarium. In quarta & vlt ma. per modum quæstionis remouet rursus aliud contrarium. Secunda ibi, & nota.) Tertia ibi, (non tamen omnibus agit.) Quarta ibi, (sed si legatarius.) Ias. May

Dominium transfertur. Hoc verum si res legata erat testatoris secus si fuisset hæredis, quia non transit dominium. glo. in l. si hæredis. de leg. j. Adde quòd non transit nisi re apprehensa gl. in l. pater. ff. de ser. ti. general. Ias. May.

In fin. glos. ibi, & hypothecaria. Nota quòd † pro re in genere legata solum competunt duæ actiones: vna personalis ex testamento, alia hypothecaria. Rei vendicatio non competit, quia rei legatæ in genere non transfertur dominium in legatarium nisi traditione subsecuta. Ratio. Nam lex quæ facit executionem legati transferendo dominium ipso iure in legatarium, non poterit hoc facere in re legata in genere, quia † executio debet fieri circa rem certam. Et idem est in rebus alternatiuè legatis vel in quantitatibus. l. huiusmodi. §. si fucum. de legat. j. quia his casibus opus est executione hominis per traditionem subsecutam. a

ADDITIO.

Subsecutam. † Quid autē de legato facto in codicillis, quæ actio competit? Dic quòd vtilis ex testamento. l. j. C communia. de leg. Item quid si testator disposuit aliquid gratia sui honoris vel vtilitatis, puta, quòd vxor debet morari cum filijs, vel sepulchrum sibi fiat, quæ actio competit? Dic quòd officium iudicis competit. l. Quintus. de ann. leg. Ias. May.

Ibi, lege prima. Nota ex glos. quòd † pro re aliena legata, licet in specie non competant nisi duæ actiones, vna personalis ex testamento, & alia hypothecaria, tamen rei vendicatio non competit. Ratio, quia legatarius non efficitur dominus nisi traditione subsecuta, licet dominium rei propriæ testatoris legatæ in specie transfertur in legatarium mortuo testatore: dominium tamen rei alienæ in specie legatæ ipso iure non transfertur. glossa est ordinaria in lege Papinianus. de seruitu. in verbo præterea. Ratio, quia lex quæ facit executionem legati per translationem dominij ipso iure, non voluit, velut pia, bona & æqua hanc translationem operari in præiudicium tertij. lege secunda, paragrapho marito, & paragrapho si quis à principe. ne quid in loco publico. vnde nimirum si tali legatario veluti non domino non competit rei vendicatio. In fine ex hac glossa quā dicunt Baldus & Angelus non esse alibi, haberis quòd † legatarius qui agit actione personali ex testamento, debet concludere rem legatam sibi tradi, id est, possessionem rei legatæ in ipsum trāsferri: non autem debet concludere sibi dari, quia peteret quod intus haberet, contra lege, prima C. de excut. rei iudi. verbum enim, Dari, importat translationem dominij lege, vbi

autem

autem non apparet. §. fina. ff. de verbo. obligatio aliter corrueret libellus. Barto. tamen dicit hunc libellum esse sustinendum: quia licet legatarius per mortem testatoris sit effectus dominus in virtute iuris ciuilis, a non tamen est effectus dominus attento iure gentium: & ideo eo iure inspecto potest cõcludere rem sibi dari. Vnde dixit, quòd inspecta diuersitate iurium tres diuersa b competunt actiones: actio personalis ex testamento, quia non est dominus inspecto iure gentium, & eodem modo hypothecaria, quia eo iure inspecto non est dominus. rei vendicatio autem competit, quia est dominus iure ciuili.

ADDITIONES.

a Iuris ciuilis. † Quæro etiam, si legatur res hæredis vel legatarij, an transeat dominium recta via. Dic quod non, inquit gloss. in lege, si hæredis seruus. ff. de leg. j. & ibi per Bart. licet contrarium teneat gl. in d. l. ij. C. commu. de. Ias. May.

b Tres diuersæ. Qualiter autem competant istæ actiones, vide Bart. 17 in lege, prima de legat. primo. † A quo autem tempore incipiant competere? Dic quod adita hæreditate, & non antè. authen. hoc amplius. C. de fideicommiss. & ideo debet esse cautus legatarius petens legatum, vt dicat hæreditatem esse aditam. Aduerte, dum gl. ista vult quod legatarius non potest agere tribus actionibus, sed vnam quàm elegerit, per §. varijs. in contrarium videtur facere iste tex in verbo, persequi. Secundò & fortius videtur facere. §. sed neque in authent. de fideiuss. Barto. in dicto §. varijs respondet, quòd ille text. debet intelligi, quòd legatarius non potest agere pluribus actionibus, scilicet principalibus. sed hypothecaria coocurrens cum alia non dicitur principalis. Dubito de hac solutione, propter illud quod vult Bar. in lege, prima ff. de lega. primo & in lege, prima. C. communia de legat. & referunt & sequuntur Doctores super principio huius glossæ vbi vult quod hypothecaria competat propria legata prosequẽda, quare ergo non dicitur æquè principalis sicut personalis ex testamento? Fateor quod si hypothecaria competeret pro re aliena: vt regulariter facit, diceretur necessaria. Cogita. Ias. May.

1. ☞ *Legata hodie sunt exequata fideicommissis, & nu. 17.*
2. *Exequare verbum, quid significet.*
3. *Materia dominij per diuisionem tradita facilius, intrat aures auditorum.*
4. *Res hæredis legari potest, & nu. 9.*
5. *Emere rem alienam quis compellitur, facere ultimæ uoluntatis.*
6. *Hæres rei alienæ legatæ tenetur præstare æstimationem arbitrio iudicis.*
7. *Legatum rei alienæ scienter factum ualet, & nu. 9.*
8. *Legatum rei non existentis in commercio non ualet, nec æstimatio debetur.*
10. *Legatario incombit onum probandi testatorem sciuisse rem legatam esse alienam, & nu. 11.*
Vnusquisque probare tenetur suæ intentionis fundamentum.
12. *Legatum rei obligatæ debet relui per hæredem.*
13. *Creditor, licet per debitorem res pignorata sibi legetur, potest sibi debitum petere.*
14. *Legatum rei propriæ factum domino ualet.*
15. *Differentia an sit libertatem relinquere iure legati an fideicommissi.*
16. *Res quæ possunt legari, possunt fideicommitti.*
17. *Hæres propter legata aut fideicommissa particularia non cogitur hæreditatem adire secus propter uniuersalia.*
18. *Fideicommissa particularia in quibus conueniant cum legatis, & in quibus differant.*
19. *An aliquid referat utrum testator leget rem propriam an uerò hæredis.*
20. *Legatarius quoad rem legatam habetur loco hæredis.*
21. *Re communi legata solum debetur pars quæ testatoris fuerat.*
22. *Res hostium uel quæ est penes hostes, an possit legari.*
23. *Legatum factum forensi de re immobili ualet, ut debeatur æstimatio & nume. 25.*
24. *Legatum fratribus minoribus de re immobili factum ualet, ut æstimatio debeatur.*
26. *Legatum rei alienæ factum coniunctæ personæ ignoranter ualet.*
27. *Hæres an legatario de euictione teneatur.*
28. *Testator habens ius in re pignorata, illud tantum legasse intelligitur, & tantum hæres luere tenetur.*

a Sed non vsque.

ADDITIO.

Non vsque. In textu, ibi, ex voluntate magis. licet glossa hic aliter intelligat, ego intelligo, ex voluntate magis descendebant, scilicet quàm ex necessitate iuris, quia olim non erant redacta ad necessitatem iuris. infrà de fideicommiss. hæred. in princip. & propterea pinguiorem naturam fideicommissis indulgebant antiqui. Ias. May.

Nota. quod iure veteri pinguior erat natura tributa fideicommissis, quàm legatis. † Nota, quòd hodie legata sunt exequata fideicomissis. concor. lege, prima de legat. primo lege, prima. C. communia de legat. Not. † significatum, verbi, exæquere. quod ita se habet, vt vna vis intelligatur attributa alteri, & è contra. Ex quo dixit Barto. quod si statuto caueatur quod nobiles popularibus exæquentur & è contra, quòd priuilegia tributa nobilibus intelliguntur tributa popularibus, & è cõtra Ex §. sed ne in primis. nota, quòd † materia dominij diuisim tradita facilius intrat nares auditorum, quàm si sine diuisione traditur diuisio enim mentem legentium &c. Not. gl. suprà in proœmio in verbo easdem. & probatur in l. j. de excep. do.

ADDITIO.

a Diuisim Materia rerum per diuisionẽ melius traditur vt melius intelligatur, vt melius intelligitur, & intellecta memoriæ cõmenditur. Est etiã rem aliená testator potest legare, & hæres tenetur legatario præstare & si nõ potest, tũc eius æstimationẽ præstare debet, nisi sit talis res legata cuius non sit commercium, quo casu nec debetur æstimatio, & onus probãdi testatorem sciuisse rem esse alienam, incumbit legatario hoc asserẽti. Et si testator scienter legat rem suam alteri obligatam hæres tenetur eam luere, & legatario præstare, nisi testator expressè senserit quòd legatarius eam luat h. d. vsque ad §. si res. Ias. May.

4 Ex §. non solum. nota, quòd † non solum res testatoris, verum etiam hæredis potest legari, ac etiam aliena. concor. l. cum alienam. C. eo. Nota, quòd re aliena legata tenetur hæres illam redimere, & legatario præstare. Ex quo colligitis casum, in quo † quis compellitur emere a contra regulam iuris. Inuitum. C. de contrahen. emp. Sed hoc operatur fauor vltimæ voluntatis, & præceptum testatoris. Si autem ille cuius est res, vendere nolit, tenetur hæres ei præstare æstimationẽ. b Et idem esset si vellet vendere: sed cariori prætio quam valeat. l. non dubium. §. fi. de leg. iij.

ADDITIO.

a Compellitur emere. Casus in quo quis compellitur emere contra regulas communes &c. Et ad l. communi diuidendo. §. fin. hic alleg. in gl. dic quod ratio est, quia pars erat assignata pro indiuiso, vnde reliquum cogitur emere, ne quis inuitus stet in communione secundum Bat. in l. fi. C. de fideicom lib. Ias. May.

b Aestimationem. † Addo inquantum suprà dicitur quod hæres tenetur ei præstare æstimationem, quæ æstimatio relinquitur arbitrio iudicis. l. alieno §. si his cuius. ff. de fideicom. liber. & hoc si est contẽto quæ fit iuxta æstimationem. Ias. May.

a In tex. ibi, sed si talis, a nota † quod legata re aliena, ita demum valet legatum b & tenet, si sciebat testator alienam. c Secus si putabat esse propriam. l. cum alienam. C. eo.

ADDITIONES.

a Sed si talis. Not in versi. sed si talis. † quod si testator legat rem cuius non est commercium etiam in communi, vt est res publica vel sacra, non debetur etiam æstimatio, vt hic in gl. in verbo, æstimatio. Sed si esset commercium, sed cum magna difficultate, vt in fundis patrimonialibus Cæsaris, tunc quia dependet aliẽdo solum à voluntate principis, dicitur intãtum difficilis, quòd reputatur impossibilis. l. apud Iul. §. fin. de lega. j. Et ideo non valet omnis adiectum legato predij facto fratribus medicantibus, vt ib. debeat constitui locus vbi morentur fratres, cum talis mutatio dependeat solum à potestate vnius. scilicet pontificis c. vnico. de reli. do. in vj. secundum Bat. in d. §. fi. Si autem commercium est in communi rei legatæ, sed non est legatario vel hæredi. distingue vt in glo. prædicta, & similis est in l. si res de lega. j. Si autem legatur fundus dotalis vel res minoris, dic vt per Bat. in d. l. fi. Ias. May.

b De legato rei alienæ, vide latè Bellonum consi. 12. nu. 8. per totum vbi etiam an disponere possit testator de bonis subiectis fideicõmisso.

c Alienam. † Item aduerte, quòd dum tex. vult, quòd legatum rei 9 alienæ ignoranter factum nõ valet: & subdit rationem, quia si testator sciuisset forsitan non legasset. ista ratio videtur dubia, quia idem esset dicendum in re hæredes, & tamen indistinctè valet legatum de re hæredis, vt vult glo. hic in verbo, hæredis. per text. l. vnum ex familia. §. si quis rem suam. ff. de leg. ij. vbi Iurisconsultus respondet quod testatores sunt faciliores in legando proprias res hæredum, quàm in grauando eos de redimendo res alienas. Istud videtur summè dubiũ, quia nõne ita grauatur hæres. quando habet necessè præstare rem suam, sicut quando habet redimere rem alienam? quæ redemptio est fienda iusto prætio. Cogita. Ias. Ma.

10 No. quòd † ad legatarium pertinet scientiam a testatoris probare, non autem ad hæredem ignorantiam. concor. l. verius. ff. de proba. No. rationem, quòd vnusquisque debet, probare illud quod est fundamentũ suæ intentionis. l. actor. C. de proba. & l. ei qui. ff. de proba.

ADDITIO.

Scientiam. † Quod verum limita, quando ille teſtator non poſſidebat rem alienam. Vbi autem non poſſediſſet tempore mortis, quia tunc valet legatum, nec diſtinguitur ſi ſciuerit vel ignorauerit: & tunc quòd hoc ſciat, debet probari per legatarium non per hæredem, vt habetur in c.filius. extra de teſta. & hoc infrà ver.pe. quod ſequitur. Iaſ May.

† Item no. quòd ſi teſtator rem propriam alteri obligatam legauerit, ſi quidem ſcienter, tenetur hæres luere, & legatario præſtare: ſi autem ignoráter, luat legatarius. concor. l. prædia. C.ſideicommiſ. † Quid autem ſi teſtator idemque debitor legauerit rem pignoratam ſuo creditori, an creditor nihilominus poterit petere ſibi debitum? Dicite quòd ſic. caſus eſt ad literam in l.creditorem.ff.de leg.ij.

ADDITIO.

Obligatam. † Quid autem ſi extraneus leget rem propriam domino, quam dominus ipſe alteri obligauerat, quid viddetur legare? Dic quòd videtur legaſſe ius pignorum, hoc eſt, quòd ſuus hæres ipſam liberet à tali obligatione l.ſi tibi homo. de leg.j.& valet legatum rei propriæ ratione iuris deficientis, aliás ſecus. l.res proprias. C.de legatarijs Iaſ.May.

In glo.exequare: ibi, appelletur. colligitis, † hodie nullam eſſe differentiam quo ad effectum inter libertatem iure legati relictã, vel iure fideicommiſſi, & idem tenuit glo. in l.j.de leg. j.in l.j.C.commu.de leg. Sed hæc glo. communiter reprobatur, propterea quòd relicta libertate iure legati, ſtatim adita hæreditate ſeruo illa competit.l.vnica.§.in nouiſſimo. C.de cadu.tol. Sed illa relicta iure fideicommiſſi, non competit ipſo iure, ſed eſt ab hærede præſtanda, vel in eius contumaciam ex iudicis decreto.l.cum verò.§.ſubuentum. de fideicómiſſi.liber. Item, quia ea relicta iure legati, ſeruus non efficitur libertus alicuius: ſed illa relicta iure fideicommiſſi, efficitur ſeruus libertus hæredis.l.ſi is quoque.ff.de io ius vo.cum ſimili. Ad iſtum tex. Docto.reſpondent, quod fideicómiſſa ſunt exequata legatis, quando eorum circuitus eſſet inutilis, vt in noſtro caſu.

ADDITIO.

Exequare. Adde quòd iſta exequatio fit dupliciter. vt in d.l.j. Primò in perſonis quæ poſſunt legare, & quibus poteſt legari. Secundò in rebus, quia † res quæ poſſunt legari, poſſunt fideicommitti. l.ij.& iij. C.commu.de lega. & ſic fraternizat hodie legatum & fideicommiſſum. Iaſ.May.

In fin.not. † quod propter legata non poteſt cogi hæres adire hæreditatem. Et idem eſſet propter fideicommiſſa particularia.l.ſi quis omiſſa.ff.ſi quis omiſ.cau. teſta. Secus propter fideicommiſſa vniuerſalia.l.cogi.§.generaliter.ff.ad Trebel. Ratio differentiæ, quia eſſet iniquum priore caſu hæredem cogi adire, & onere alieno grauari. Sed ſecundò caſu licet adire cogatur, ære tamen alieno grauatur, quia adita hæreditate & reſtituta, obligationes tam actiuæ quam paſſiuæ euolant ipſo iure in fideicommiſſum vniuerſale.§.reſtituta. infrà de fideicómiſſum lib.l.reſtituta. ad Treb. Ad iſtum tex. reſpondebitus, quod fideicommiſſa ſunt exequata legatis, ſi fide commiſſis particularibus loquatur, Secus ſi de vniuerſalibus: † vnde concludit, quòd fideicommiſſa particularia ſunt exequata legatis quo ad validitatem & effectum. Primò conueniunt in cauſa efficienti, quia qui poteſt fideicommittere poteſt & legare, & econtra. Item conueniunt in perſona capientis, quia cui poteſt legari, poteſt relinqui per fideicommiſſum, & econtrà.l.ij.de leg.j. Conueniunt etiam in actu in quo relinquitur, quia ſicut fideicommiſſum poſſunt relinqui in codicillis, ita & legata §.prætereà, ſuprà de fideicom. hære. Conueniunt & in forma verborum, quia in neutro requiritur verborum ſolennitas, dúmodo conſtet de mente.l.ij.C.communia de leg. Conueniunt & in effectu tranſlatio dominij, quia quemad modum dominium ipſius rei legatæ transferuntur, ita & demum per fideicommiſſum particulare rei relictum.l.j.ſuprà alle. Differunt autem in nomine: alter enim fideicommiſſum, alter legatum ſolemus appellare. Differunt ſeu diſcrepant etiam tanquam ſpecies à ſuo genere, quia legatú eſt quoddam genus donationis vt hic, fideicommiſſum verò vt ſpecies, exequatur. Igitur fideicommiſſa virtualiter & effectiuè, non autem formaliter & nominatiuè. Cetera dicite vt in l.j.de leg.j. In glo.res.ibi, ſi quis re. colligitis, quòd † nihil refert an teſtator leget rem propriam, an vero hæredis: quod verum intellige quo ad virtutem & validitatem legati, quo autem ad dominij tranſlationem multum refert, quia dominium rei propriæ teſtatoris eo mortuo transfertur in legatarium abſque alia traditione.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus. de le.j.l.à Titio.ff.de fur. ſed dominiú rei legatæ hæredis non tráſfertur ipſo iure, niſi traditio ſubſequatur. † Ratio: nam cum legatarius quod ad rem legatam habeatur loco hæredis, & ſubintret ius defuncti.l.in tempus.§.fi.de vſu cap, defunctus autem ſi non habeat dominium in illa re, nec legatarius habebit niſi illam apprehendat. hæc eſt glo.in l.Papi, de ſerui.ti. generali. In fi.no. † quòd re communi legata, ſolum debetur pars quæ erat teſtatoris. Idem glo.in l.Iulianus.de leg.ij. Glo. autem in l. ſerui.§.fi.de lega.j. viſa eſt diſtinguere: Aut teſtator legat rem communem ſimpliciter ſub appellatione nominis appellatiui, & tunc tota intelligitur legata: Aut legauit ré ſub appellatione dominij & túc pars ſua ſolú legata intelligatur. Sed Docto. reprobant illam gl. tenentes indiſtinctè vt pars tantú teſtatoris legata intelligatur, freti per l.ſi domus.§.fi.de leg.j.per l.vxor patrui.C.eo.per l.qui tabernas.ff.de contrahen.emp. Fatetur tamen Bal. multum referre, an res legetur cómunis ſub demonſtratione dominij, an ſub demonſtratione nominis appellatiui: quia priore caſu inſpicitur quid fuerit teſtatoris tempore teſtamenti, nec augmentum poſtea veniens præſtatur legatario.d. l.ſerui.de leg.j. Poſteriore caſu inſpicitur quid fuerit teſtatoris tempore mortis: & ideo augmentum obueniens medio tempore præſtatur legatario.l.ſi ex toto.in prin.de lega.j.

ADDITIO.

Debetur pars. Iſta gl poteſt dupliciter intelligi. Primò, de re communi teſtatoris & hæredis, & tunc clarum eſt quod tota debetur.l.cum filius.§.cum dominus.ff.de leg.ij.Bar.in d.l. vnum ex familia.§.ſi quis rem. Item poteſt intelligi de re communi teſtatoris & alterius extranei & tunc procedunt quæ hic dicuntur &c.Iaſ.may.

In fi.gl.in verbo aliena no, quod † res hoſtium, vel quæ penes hoſtes eſt, poteſt legari. Sed cótra opp.de l.libe. homo.l.a.§. ff.de verb.obli. Sol.dicit ibi gl. quod res hoſtium poteſt legari, ſed non in contractum deduci, quia in contractibus inſpicitur tempus præſens, Secus in vltimis voluntatibus. Sed gl.communiter reprobatur per l.fi.de actio.empt. Vnde Doct. aliter ſoluunt, diſtinguentes, ſi quæratur an res quæ eſt apud hoſtes poſſit legari aut talis res ſemel fuit noſtra, & tunc poteſt legari, & in contractum deduci, quia ſubeſt ſpes poſtliminij, quòd noſtra efficiatur.l.id quod.de le.j.l.fi.de act.emp. Ex quo dixit. Bar.& Bal. quod eccleſia potuit dare regi Carolo regnú Siciliæ, quod ab hoſtibus erat occupatum, propter ſpem poſtliminij. Aut iſta res nunquam fuit noſtra, & ſic aut talis eſt re de qua facilè ſperatur vt ad nos perducatur, vt ſunt aromata, lapilli, & lanæ, & tunc iſta poſſunt legari & deduci in contractum ratione ſpei probabilis.l. ab omnibus.§. etiam de lega.j. Aut eſt talis res de qua non poteſt probabiliter ſperari vt in noſtrum dominium perducatur, vt ſunt villæ, ciuitates, & caſtra, & túc in his neque legatum neque cótractum teneat. & ita loquitur l.liber homo, Ex quo dicit Bal. quod Papa non poſſet creare Papam in loco Sarracenorum qui nunquã fuit eccleſiæ ſubiectus. In fin.glo.in verbo, æſtimatio, colligunt Doc.ar.ad quæſtionem, † pone ſtatuto cauetur quod foréſis non poſſit acquirere immobilia in ciuitate: teſtator legauit domú alicui forenſi quàm habet in ciuitate, legatum c valet vt æſtimatio præſtetur, quia forenſis nó habet commodú rei legatæ, non propter legatum, ſed propter aliud. † Ex quo dicit gl.in c.j.de reli. do.li.vj. quod ſi fratribus minoribus fuerit res immobilis legata, licet nó valeat legatum quo ad rem, valet tamen quo ad æſtimationé, vt cóuertantur in corú alimenta. Et poteſt hæc gl ad multas quæſtiones induci.

ADDITIONES.

Eccleſia potuit dare regi Carolo Regnú Siciliæ. Adde Bal.in l.cum antiquioribus. C. de iure delib. Et Regnum Siciliæ eſt de patrimonio Beati Petri.no.in c.mandato de præſum. Doct.in c.j.xciiij.diſt. Doc.in cle.romani de iureiur. Abb.in c.quia in inſulis.de reg. Phil.in c.ad apoſtolicæ.in iij.col.verſi.iiij.no.

Pone ſtatuto. † Statuto diſponitur, quòd forenſis non poſſit poſſit poſſidere immobilia in aliqua ciuitate. qualiter fiet ſi ſibi legetur res immobilis, vide Bar in l.filius fa.§.ſi quid alicui de leg j.vide etiam in l.multum intereſt.ff.de verb.oblig.& in l.apud Iulianum. §.fina. ff.eo. Iaſ.May. De ſtatuto, quòd forenſis non poſſit, &c. Adde quid de ſtatuto prohibente ne forenſis poſſit emere in ciuitate vel comitatu an poſſit accipere in pignus: vide per Nico. de Neapo. in l.cum habebat.ff de leg.iij. Bartol.in l.multum. ff.de verbo. obliga. Bald.in l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iure. Bald.in l.voluntas. C.de fideicom. Bald.in l.fin.C. de iure emphy. Ang.& Ioan.de Imol. in l.per ſeruum. ff.de acquiren. poſſeſ.

pos. Aogc. & Inan. de Imo. in l. si tibi homo de leg. j. Abb. in c. si. de reb. eccle. no. alie. Abb. in c. fi. de eccl. ædifican. Ant. de Bu cõsi. lsj. inci. in q. Adde quæ dicit Excellẽtissimus Do. Ioan. Bap. de Plotis in consi. cviij. inci. casus super quo petitur consilium. no. 20. quod extat in j. vol. consiliorum criminalium diuersorum Doctorum. Io. Bap. Zilettus.

c Legatum. Adde quòd hæc est veritas & communis opinio, quàm Bal. post Iaco. de Are. simpliciter secutus est in l. idem Iulianus. §. constat. ff. de lega. j. & ita etiam tenuit Albert. de Rosa in ij. part. statuto. quæstio. ij. col. j. & plerique alij Doct. quos refert Alex. de Imo. in d. §. constat. col. fi. versi. item aduerte quia Bar. idem quoque ibi tenet Iason col. pe. Bal. in l. cum quæst. C. de Lega. Ludo. Roma. in singula. cccxiij. incip. prohibetur forensi. And. Barb. in rub. de reb. eccle. non alie. in ix. col. Ant. Corser. in no. in versi. mendicantes. incip. licet fratres prædicatores. Io. Dilect. Duran. in trac. de arte testa. cautela xj. incip. statutum. Philip. Deci. in consi. ccccclix. incip. in casu. Fran. Curt. Iunior. in consi. cv. incip. viso ac diligenter considerato tenore statuti Brixiæ. ou. 5. in ij. vol. & Præclarissimus Iurisconsultus. D. Io. Baptista. de Plotis in consi. cviij. inci. casus super quo petitur consilium. in j. volu. consiliorum. criminal. diuerso. Doctorum à me edito. Io. Bap. Zilettus.

d Aestimationem. Adde quod in fratribus mendicantibus hanc opinionem tenuit etiam Spe. in tit. de statu. monacho. §. j. versi. tertio eandem opi. tenent Bar. & Bal. post Iaco. de Are. in l. idem Iulianus. §. constat. ff. de leg. j. & ibi sequuntur communiter Doctor. ibi per Alex. relati in ij. col. & per Ias. col. pen. & fi. Barto. in tracta. minorica. in ij pat. ij. dist. c. ij. inci. sed quæro si liceat, & in iij. par. iiij. dist. cap. j. inci. contigit quæstio. Io. Calderin. in consi. ij. in tit. de testa. Bal. post. Iaco. Buttrig. in auth. si qua mulier. col. v. versi. sed ponamus C. de sacrosanct. eccle. in l. cum quæstio. in fi. C. de leg. in c. cum causa. versi. quæro nunquid. de re iudi. & in consi. lxxx. inci. suprascriptis. in j. vol. in consi. lxx. inci. sciendum est. in ij. vol. & in consi. cxx. inci. punctus. circa fi. in iij. vol. Ant. de But. in c. in præsentia. in vij. col. versic. quintus casus. extra de proba. & ibi Abb. Panor. Fely. nu. 93. Philip. Deci. nu. 78. alias 270. & Cardi. Parisi. nu. 177 & 180. Cardi. Zabare. in cle. exiui. §. proinde nu. 11. de verb. signi. [illegible] consi. cxiij. incip. super facto testamenti quondam Peregrini. Ludo. Roma. in l. Antistius. §. fi. ff. de acqui. hære. Alex. de Imo. in consi. lxxxviij. inci. eximie domine. nu. 1. in ij. volu. And. Barba. in repeti. rub. de reb. eccle. nõ alie. col. ix. Matthæ. Matthæsil. in tract. de successio. ab intest. in arti. iij. nu. 41. & Nico. de Vbal. in trac. eiusdẽ materiæ. in j. par. nu. 6. Anto. Corset. in nobilibus suis in versi. mendicantes Philip. Deci. in consi. ccccclix. incip. in casu. Franc. Curti. Iuniot in consi. xxx. incip. habita diligenter consideratione. nu. 7. in j. vol. & in consi. cv. inci. viso ac diligenter considerato Io. Dilect. Duran. in tract. de arte testa. caute. xl. inci. si statutum. Hippoly. de Marsi. in singu. cxxxij. inci. in alienatione rerum & in l. fi. nu. 161. ff. de iur. omni. iudi. Steph. Bertran. in consi. clij. nu. 1. & 2. in j. volu. secundæ editio. Maturin. Montanus. in auth. de hæredi. ab intest. venien. char. 63 versi. quartus casus. colla. ix & insignis Doctor Do. Petr. Duenias in regulis vtriusque iur. in reg. ccclxxxi. in octaua amplia. Io. Bap. Zilettus Venetus.

26 In gl. ignorabat. ibi. l. cum aliena. † not. legatum rei alienæ a factum ignoranter coniunctæ personæ ᵃ valere & tenere, quod limitat Bal. vbi fieret à coniuncta cõiunctæ, quia tunc par coniunctio personarum tollit præsumptionem legandi. l. non solum. §. de illo. de ritu. nup. l. cum pater. §. euictis. de leg. ij. & dicitur ibi. Item limitabitis esse verum nisi fuisset error in causa finali. Et per hoc non obst. l. Sticho. in fina. de vsufru. leg. Et quæ dicatur coniuncta persona, relinquitur iudicis arbitrio, vt arbitretur an tanta fuerit sanguinis coniunctio, vt verisimile sit legaturum testatorem, etiam si sciuisset rem alienam hæc est glo.

27 in l. cũ aliena. C. eo. In fi. Ratio primi casus est. † nam quando legatur res in specie, ideo tenetur hæredes euictione, ᵇ quia nihil est quod ei possit imputari, qui rem tradidit talem qualis erat. l. si ex substituto. in gl. alle. Sed quãdo fuit in genere legata, ideo tenetur de euictione, quia subest quod ei posset imputari, cur talem rem legatario non tradidit, cuius dominium transferre non potuerit, ita no. in l. si domus. §. primo. de leg. j. in l. exempto. in princi. de actio. emp.

ADDITIONES.

a Vide omnino Bellonum dictũ consi. vbi de legato vsusfructus facto vxori in re aliena.

b De euictione. An hæres teneatur de euictione pro re legata? Dic quod non, quãdo fuit legatum factum ab ignorante, secus si à sciente, quia tunc tenetur. d. l. cum alienam. Quod primum limita, nisi esset legata coniunctæ personæ. Secundò limita, nisi error præcedentis causæ tolleret, puta quia emisset ipsam à pupillo, & contractus erat nullus, vt nos. in d. l. si domus. C. de euic. per Bar. & gl. de leg. j. arg. l. Sticho. §. fi. de vsufru. leg. Ias. May.

Item colligitis quod diuisione facta per partes vel per iudicem, habet locum euictio. ᵃ Secus si fiat per testatorem: & ita no. gl. l. si fratres. & in l. cum pater. §. euictis. ᵇ de leg. ij.

ADDITIONES.

a 1 Nam factum iudicis existimatur factum partis, vt in simili de datione in solutum tradit Bello. consi. xxiiij. nu. 11.

b §. euictis. Vide in l. cum pater. §. euictis. ff. de lega. ij. per Barto. vbi ponitur de diuisione bonorum cur diuidentes tenentur de euictione. In legata autem re euicta. vide hic, & glo. in l. si domus. §. de euic. ff. de leg. j. concor. cum ista. Ias. May.

28 In fin. glo. in verbo luere. no. † quod quando testator legat rem pignoratã, obligatã pro tanto, vel pluri quàm valebat, siue sciuerit siue ignorauerit obligatam, tenetur hæres luere: quia si nõ tenetur, legatarius ex legato nullũ commodũ reportaret. Sed tamen dubium facit, quia quando obligatur res pro tanto vel re pluri quàm valeat, videtur res ipsa haberi pro alienata, no. in gl. l. qui habebat. de lega. iij. Sed quando legatur extraneo res aliena ignoranter, nõ tenetur hæres luere: ergo nec hoc casu. & hanc tenuit. Rapha. Comma. sed hæc est communior. ᵃ

ADDITIO.

a Communior. Sed maius dubium est circa d. l. si res & circa hunc tex. quod testator nunquam videtur grauari onere luendi: quia quando testator habet aliquod ius in re, quantuncunque illud sit, finiturum morte, & sic nullam sit allaturam vtilitatem, illud tantum intelligitur legare, & non plus. l. vxor. patrui. C. de lega. l. quod in rerum. §. j. & l. si domus. §. de leg. j. Cum ergo hic habeat ius luendi, ergo illud tantum debet intelligi legasse, & non plus. Cogita, quia durum est respondere. Et dicit Ang. in d. l. si res obligata. quod habet istud pro multum difficili contrario. & ibi vide Puteum. & iuniores. Ias. May.

1 *Legatarius qui primo consecutus est rem ibi legatam in testamento duorum, an debeat postea agere ad æstimationem vel ad ipsam rem. nu. 2. & 4.*

2 *Res legata semper dicitur esse in obligatione.*

3 *Causæ duæ lucratiuæ quando possunt simul concurrere, & numero 4. & 8.*

5 *Legatum rei quæ non dum natura peperit valet. & nu. 6.*

a **§. SI RES. ALIENA.** ᵃ Si legatarius rem legatã viuo testatore ex causa lucratiua fuerit consecutus, legatum expirat penitus. Si vero ex causa onerosa. ex testamento rei prætium consequitur: & si in testamentis duorum eadem res fuerit legata, si primo ex vno fuerit æstimationem consecutus, poterit ex alio rem consequi, secus è contra. h. d.

ADDITIO.

a 1 Aliena. Circa hunc. §. in versicu. hac ratione. † occurrit maximum dubium, dum dicitur, quòd si ex testamentis duorum eadem res sit legata vni, si legatarius primò consecutus est rem, non possit postea agere ad æstimationem: secus è contrà: quia si primò consecutus est æstimationem, non potest postea agere ad rem. Quæ potest esse ratio diuersitatis? & nullus Docto. etiam Ioan. Fab. non ponit hic, nec etiam ponit Barto. in sua repetitione. l. Meuius. §. duorum. ff. de legat. ij. Et in veritate puto quod durum sit assignare rationem diuersitatis: tamen 2 fortalsis ista potest esse ratio. Vnde præmitto, quòd † semper res legata dicitur esse in obligatione, & si non possit solui: non autem æstimatio. Et semper debet agi ad ipsam rem legatam, quantuncunque eam esset consecutus & licet ipsa res non posset solui, nunquam tamen debet agi ad æstimationem, vt vult glo. approbata per omnes hic in verbo consequi & est text. in l. si seruum. § effectus. ff. de verbo. obli. Hoc premisso dico, quòd quando quis est consecutus rem, non potest postea agere ad æstimationem, sed debet agere ad ipsam rem, si concurrerent duæ causæ lucratiuæ circa eandem rem, quòd non potest. Et hoc est quod dicit ille text. ibi, nam si rem habet, agere non potest. Sed quando primò consecutus est æstimationem, si postea agit ad rem agit ad diuersa. & hoc est quod vult iste text. ibi, & in eandam rem Et si dicis, nonne prætium siue æstimatio succedit loco rei, vt vult gl. hic in verbo, posse, dico quod hoc est falsum, & male loquitur glo. & contra hunc text. quia si æstimatio esset idem quod res, certè quando consecutus esset æstimationem, non posset agere postea ad ipsam rem. Non obstan. l. si rem & prætium, quia secundum Barto illud procedit in vniuersalibus, secus in particularibus. Vel melius dico, quòd illud quod dicitur, quòd prætium succedit loco rei, est verum fictè: sed nos in hac materia debemus attendere si in veritate sint res diuersæ, licet in effecto & fictæ sint idem. l. si seruus legatus. §. j. ff. de legat. j. & ibi omnes: & Bart. in dicto §. duobus. & omnes hic, & facit l. si is cum Stichum. ff. de actio. & obli. Tamen contra istam meam rationem multum facit, quia licet primò quis consecutus fuerit æstimationem, tamen non videtur quod possit agere ad rem, attenta ratione mea. quia licet consecutus sit æstimationem, tamen debuit agere ad rem, ex his quæ suprà dixi: & sic postea agendo ad rem, dicitur agere ad idem. Vnde aut vis attendi petitionem, & ita in primò sicut in secundò casu debuit semper peti res, & sic petitio ex duabus causis lucratiuis concurreret, esset idem quod impossibile, per hunc tex. Aut vis attendi officium consecutionis, quòd tamen debet attendi, per illam l. si seruus legatus. § primo, & idem erit in vtroque casu. Cogita, quia durum est aperire os in hoc, in quo Doctor. omnes obmutuerunt. Item aduerte, quòd ratio prædicta minus procederet tenendo id quod tenet Bar. in l. plané. §. si rem. ff. de legatis primo, quod sit in electione legatarij petere rem vel æstimationẽ, per iura ibi allegata per eum. Ias. May.

Not.primò summarium. Item nota, quòd si legatarius viuo testatore rem legatam ex causa lucratiua fuerit consecutus, corruit legatum, secus si ex causa onerosa. Nota rationem, quia † duæ causæ lucratiuæ in eundem hominem respectu eiusdem rei concurrere non possunt, concor.l. omnis. de actio. & obli. Nota, quòd si eadem res in testamentis duorum fuerit relicta, si quidem legatarius primo ex vno testamento rem consequatur, non poterit postea ex alia consequi pretiū: secus è contra. a

ADDITIO.

Secus è contra. † sic habetis vnam fallentiam in qua concurrere possunt duæ causæ lucratiuæ, scilicet indirectè. Aliam fallentiam habes in text. puta quando vnus est consecutus æstimationem ab vno, ab alio potest consequi rem, vt hic, licet non è contra. Tertiò fallit in legato quantitatis, in quo non habet locum illa regula duarum causarum lucratiuarum. Vnde si in testamento relinquo quod ematur tibi res, licet ab alio donatur tibi res me viuo, tamen petes æstimationem ab hærede, quia habes rem quàm ipse non legat, sed æstimationem, & sic quantitatem l. Titia Seio.ff.de legat.ij. Quartò fallit, quando duæ causæ lucratiuæ concurrunt diuerso tempore. Vnde si stipulor fundum a te sub conditione. & interim fundus donetur, & tempore existentis conditionis non sit meus, quia cum vendiderim, nihilominus petam a te.l existimo.de verbo.obliga. Quintò fallit. quando res soluta ex vna lucratiua causa, esset reuocabilis, etiam de iure speciali, quia tunc agitur ex alia: Vnde si res absentis à me vsucapta, mihi legetur, si absens restitutus a me vendicet, petam ex te.l. non quocunque. §.primo ff.de legat primo. Sextò fallit, quādo non concurrunt circa eandem personam: vt si primò res mihi legetur, deinde Titio si Titius rem consequitur ego consequor æstimationem.l.si res.de leg.ij. An autem exceptioni duarum causarum possit renūciari, vide Bar. in l.meminimus. §.duorum de leg.ij.Ias.May.

† Not. valere legatum rei quæ nondum extat in rerum natura. Ratio dubitandi, quia videbatur legatum non valere, tanquam fundatum super non ente, & sic super patiente malè disposito. Ratio decidendi fuit, quia hoc legatum habet tractum in futurum ex natura rei, cum nata erit.l. interdum. de verbo. obli.l.in tempus de hæredi.instit. a

ADDITIO.

De hæred.institu. † Addo ad versi eadem quoque res. Et tale legatum est condinonale quo ad obligationem, quia inest conditio, si nascetur, quæ impedit obligationem. sed non quo ad transmissionem.l. interdum. de verbor. obligationib lege, prima in fin. de condi. & demon l.conditiones quæ extrinsecus, & è conuerso Quid si non nascatur illo anno frumentum, an expiret legatum. Dic secundum Barto.in lege, inter stipulantem. §.sacram.de verbor.obligationib. quod si locus vbi debet nasci tale frumentum, apponatur causa demonstrationis, puta, lego decem corbes frumenti de eo quod nascetur in tali loco, vel volo quod ea is teneat tale prædium, vel volo quod frumentum tale percipere possit tunc licet ibi non nascatur, hæres tenetur soluere lege, quid. & Lucius. de ali leg. Si non apponitur causa demonstrationis, & profertur sine demōstratione, puta, lego decē &c. de isto fundo, tūc debet expectari vsque ad alium annum, vt d. §.sacram vbi vide. Ias May.

In glos. consequi. ibi, sed vtrum. Hæc opin. glos. communiter approbatur, per l.boue mortuo.§.Labeo.de legat. secūdo per lege.cum res. de legatis primo. Ad §. vtrum. respondetur, quòd ibi æstimatio debetur in effectu, non autem peti potest in ipso libello. a

ADDITIO.

Libello. Simile vide in lege, stipulationes non diuiduntur. & lege, si seruum. §.effectus.de verbo.obli.& lege, quarta.ff. de confes. stipulatione in qua est permissa res & non soluitur, vt ipsa petatur cum interesse, & vt per Bar.in d.l.si seruum.Ias.May.

In fin.glos.in verbo homine. Vos aliter respondete, quòd † duæ causæ lucratiuæ non possunt concurrere origine & effectu, vt hic, sed effectiuè possunt concurrere, si originem capiāt in persona diuersorum, & loquitur contrarium,

1. *Coniunctio duplex est, una legis alia hominis.*
2. *Coniunctio hominis est duplex.*
3. *Coniunctio testamentaria est triplex.*
4. *Coniuncti re & uerbis qui sint, & qui re tantū, & qui uerbis tantū.*
5. *Disiuncti qui dicantur.*
6. *Ius accrescendi locū habet inter coniunctos cō iūctione testamentaria.*
7. *Si una res duobus coniunctim legetur, an solutione facta uni hæres ab altero liberetur.*
8. *Casus in quibus quis non admittitur ad partem & facit partem.*
9. *Testator legando rē alteri an & q̄n uideatur adimere primo legatario.*
10. *Coniunctus re & uerbis præfertur omnibus uno modo tantum coniunctis. Coniunctus uerbis non præfertur coniuncto re, sed pariter admittuntur.*
11. *Inter coniunctos uerbis habet locum ius accrescendi cum onere, inter coniunctos re tantum, uel re & uerbis, habet locum ius non decrescendi sine onere.*
12. *Cōiūcti re & uerbis an isti dicātur, si testōr dicit, Lego Titio & Caio.*
13. *Res una pluribus legata in solidum legata dicitur.*
14. *Punctus loco copulæ habetur, & nu.18.*
15. *Testator si legat fundum sempronianum Titio, & eundem fundum legat Caio, an sint re coniuncti.*
16. *Ad causandam coniunctionem realem, quæ requirantur.*
17. *Effectus qui producitur ex causa, non potest esse causa suæ causæ.*
18. *Verbis coniuncti quomodo dicantur.*
19. *Coniunctus coniuncto qualiter præferatur in iure accrescendi.*
20. *Coniunctio realis prouenit ex uirtute testatoris.*
21. *Ius accrescendi an inter coniunctos uerbis tantum locum habeat.*
22. *Vsufructus ita personæ annexus est quòd separari non potest.*
23. *Res consolidata, non uidetur acquisita ex iure quo res eis consolidatur.*

§. SI EADEM. Si legatum fiat duobus, vtrobique acceptante scinditur inter eos: altero vero deficiente, legatarii eius portio accrescit alteri. hoc dicit. Diuiditur in quatuor. Nam in prima tractat qualiter duo vel plures legatarij coniuncti re vel verbis, vel re tantum, veniant ad legatum. In secunda tractat, qualiter inter eos habeat locum ius accrescendi. In tertia declarat, quando dicatur coniunctim legari. In quarta quando disiunctim. Secunda ibi, (si aliter. Tertia ibi, (coniunctim.) Quarta ibi, (disiunctim.) Præmitto † quod duplex est coniunctio principaliter, vna legis, alia hominis. Coniunctio a legis est illa, per quàm in sola virtute legis plures personæ coniunguntur, & ad aliquam rem vocantur, & in hac habet locum ius accrescendi si fiat in hæreditatibus, secus si fiat in legatis l.ge, si seruus communis ab extraneo. de acquirenda heredit ate. iuncta.l.à Proculo. de legat.ij. & de hac dicatis vt ibi, quia non est materia nostra.

ADDITIO.

Coniunctio legis. De qua coniunctione legali vide Barto in l.re coniuncti.in v.q.prin.& ibi vult Bart.q coniunctio legalis sit illa, quā do ex persona vnius perueniunt ad plures. Et ratio est in hæredibus, ne paganus decederet pro parte testatus, et pro parte intestatus, secundū Auge hic quæ ratio cessat in legatis, sed hæc positio non placet, quia ex postfacto posset quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.l.circa.ff.de inoffi.test. Cogita & dic vt per Bart in dicta le.re coniuncti.d q.v.in prin. vbi & ponit illam rationē, quam ponit ante omnes glos.in d.l.seruus communis ab extra.Ias.May.

Coniunctio † hominis est duplex, vna inter viuos emanās, alia testamētaria. Cōiunctio hominis inter viuos appellatur, quādo duo vel plures cōiungūtur ex contractu, & eandem in rē vocātur, & si sic ista emanauerit in contractu oneroso, habet locum ius accrescendi: secus si in contractu lucratiuo.l.fundus.de cōtrahen.emp.iuncta l.ornibus & Titio.de verb.oblig.& dicatis vt ibi quia non est materia nostra. † Coniunctio testamentaria est triplex, quia quædam est mixta re & verbis, quædam verbis tantum, & quędam simplex, hoc est, re tantum: † Re & verbis cōiuncti dicuntur, quos rei & verborum complexus coniungit. l triplici.de verbo.signi.Exemplum. Testator legat mihi & Sempronio fundum, appellamur ergo & Sempronius primo coniuncti verbis, quia positi sub oratione de copulato extremo, Re appellantur coniuncti, quia in eandem rem in solidum sunt vocati: verbis tantum coniuncti appellantur, quos verborū cōplexus iungit, sed in re ipsa distinguuntur. Ecce testator dicit, lego Titio & Seio fundum equis portionibus: isti sunt coniuncti verbis, ratione de qua supra sed sunt disiuncti re quia quilibet ad partem rei vocatur. Coniuncti re tantū appellātur illi, quos rei tantū cōplexus iungit, sed non verborū. Ecce testator dicit Lego fūdū Seio. postea dicit, Itē lego dictū fundū. Caio. isti sūt verbis disiuncti, quia positi sub duabus oratiōibus: sed re cōiūcti, quia vocati ad eādē rē, & hæc vera secūdū cōmunē opi. licet Vltram. aliter dixerūt. est glo.ordi.in l.j.in fi.de vsuf.accre. Et qualiter habeat locum inter istos ius accrescēdi vel non decrescendi, videbitis in glo.fin. Secundò præmitto quòd † in hoc. §. illi disiuncti appellantur, qui licet re coniuncti sint verbis tamen disiuncti sunt. Ita quoque habetur in §.his ita.C.de ca.tol. Not. primo summariū. Secūdo no. quod † inter cōiūctos cōiunctione testamentaria, locum habet ius accrescendi.concor.§.his ita. C. de ca.tol.l.nemo.de lega.ij.l.re coniuncti.de leg.iij. Not. quòd legatū dicitur deficere in persona eius qui moritur viuo testatore vel qui post eius mortem legatum spernit. Itē no. quibus dicatur

tur coniunctim legari, & quibus disiunctim, quod declaraui in
7 euidentiali. †In fi. gl. in verbo duobus, a & ideo petitione vni-
a us, vel solutione vni facta, alter hæres liberabitur ab altero. l. ij. de duo. reis.

a In verbo duobus. In glo. j. ibi, illi aut illi lego, supple, vel meus hæres volet, vt l. si Titio. in glo. alleg. Nam si testator legat Titio aut Seio, non dicendo, vt hæres meus volet: non essent duo rei. sed disiunctiua. Aut resoluitur in copulam. Et vt æqualiter veniat & legata. l. cum quidam. C. de verb. sig. & erunt coniuncti verbis, vt tenet Bar. in d. l. re coniuncti. Sed quando adijcitur electio in persona grauati, scilicet hæredis. puta. lego Titio aut Seio vt hęres volet, tunc sunt duo rei credendi ex causa lucratiua, & qui primo exigit, sibi totum habet, nec tenetur communicare alteri, vt in l. tal. hoc obseruandum. & ad l. tal. Nihil aliud hic dicitur per Io. de Platea, & l. ij. ff. de duo. reis. Ias. May.

a In gl. defecerit. ibi. §. j. & est ratio: nã cu legatu nunquã susceperit vires in persona eius qui nõ erat in reru natura tẽpore testamẽti, nõ põt impediri quin collegatarius totum consequatur.

ADDITIO.

a Defecerit. Nota. ex hac glo. in fin. †casus in quibus quis nõ admittitur ad partem & facit partẽ. similẽ gl. habes in l. huiusmodi. §. si Titio de leg. j. & ibi ponit, q si relinquitur spurio qui non admittitur ad partẽ per auth. quib. mo. natu. effi. sui. §. j. an faciat partẽ. Et tenetur quod nõ quia hoc casu legatũ est pro nõ scriptũ. l. Lucius. §. testator. de leg. j. & l. plane. §. si duobus &c. vide suprà de inof. test. §. pen. in glo. &c. Et præmitte ad euidẽtiã huius gl. illas duas regulas quas ponit. An. de Are. hic. & Bart. in l. huiusmodi. §. si ratio. ff. de leg. j. & gl. erit clara. Ias. May.

Ibi. §. fin. & est ratio: quia ille posthumus nec verè nec fictè fuit in rerum natura tempore testamenti: vnde cum in eius persona non potuerit consistere legatum totum ad collegatarium pertinebit. ibi. §. si duobus. & est ratio: quia in persona serui nõ consistit legatum: ibi. §. si coniunctim. Et est ratio, nam licet de rigorositate iuris ciuilis non valet legatum relictum seruo proprio, de equitate tamen iurisgẽ. valet, vt l. quidam. §. de illo. C. de necess. ser. hære. insti. Vnde cum legatum vires habuerit impeditur ius accrescendi. Ibi. §. si Titio. Ratio est: quia licet legatum non valeat in persona tua, iure tam dominij illud retines, vnde nulla portio ad aliud accrescere potest. In finali. Ratio est quia licet incapax non habeat, succedit tamen fiscus, qui impedit ius accrescendi. In glo. lego. in fi. vers. distinguitur tria mem-
9 bra, †Aut apparet de voluntate expressa testatoris, quòd legando secundò voluit adimere primo, & tunc secundus vocabitur & primus excluditur. l. si pluribus. §. j. de leg. j. Aut apparet de voluntate testatoris quod voluit omnes vocari: & tunc omnes admittentur, vt hic. Aut legauit secundo sub commemoratione primi, puta, Stichum quem legaui Seio lego Caio. & tunc præsumitur totum adimere à Seio, & totum conferre Caio. lege. sicut. de adi. leg. Aut legauit secundo, nullam faciendo commemorationem primi, & tunc non videtur adimere à pri-
10 mo, imo oẽs pariter vocare, vt hic. †In fi. gl. fi. a tio. quod coniu-
a ctus re & verbis præfertur omnibus vno modo tantum coniunctis. Secundò colligitur quòd coniunctus verbis non præfertur coniuncto, re, imo pariter admittuntur. Et idem tenuit gl. in l. re coniuncti. de leg. iij. & sequitur Bartol. & cæteri. per l. si ita quis. de hæredi. institu. per l. re coniuncti. in fin. de leg. iij. per l. triplici. de verborum significatio. Pet. & vltramon. dixere, quod verbis coniunctus præfertur re coniuncto, quia coniunctio verbalis prouenit ex mente testatoris coniunctio realis ex accidenti prouenit de quo in dicta. lege. re coniuncti.
11 & in §. is ita. C. de capitul. tol. Addite. †prædictis quòd inter coniunctos verbis habet locum ius accrescendi cum onere: inter coniunctos re tantum, vel re & verbis, habet locum ius non decrescendi sine onere. §. his ita. in fi. C. de ca. tol. Et quia suprà fuerunt distinctæ tres species coniunctionũ, ideo circa eas quasdam breues quæstiones expediam, que apud maiores nostros exortæ sunt. Quæro ergo de exemplo mixtæ coniunctionis testamentariæ, hoc est, verbalis & realis. Gl. in hunc modum for-
12 mat exemplum. †Titio & Caio lego fundum. Nam isti appellantur & verbis & re coniuncti. hoc tenuit glo. in hoc. §. in verbo re. Idem l. j. §. fi. de iure delib. & hanc opin. tenuit Bar. & cõmuniter citramon. adducentes casum in hoc. ver. coniunctim vbi loquitur de coniunctione reali & verbali, & tamen exemplum ponunt in hunc modum. Titio & Caio lego Stichum. Pet. tamen de Bellapert. & vltramontani. contrarium tenuere, dicendo, hoc exemplo hos solum appellari verbis coniunctos, sed re disiunctos. Mouetur in primis. Nam quamadmodum copula distribuit rem per viriles in contractu l. si mihi & titio. de verbo. obli. & ita in vltima voluntate. l. seruum filij. §. cum qui chirographũ. de leg. j. ergo testator qui legat hoc modo lego Titio & Seio fundũ. intelligitur legare per partes æquales non tamẽ insolidum. Secundò mouetur, quia simile videmus in sententia iudicis, qui si damnauerit plures copulatiuè aliquid soluere videtur illud soluen. distribuere per viriles. l. vnica. C. si plu. vna senten. l. Paulus. de sen. & re iudi. Ergo idem in sententia testatoris. §. disponat. in auth. de nup. & hanc sententiam tenuit dominus Christopho. fretus per l. planè. §. si coniunctim. de leg. j. per l. legati §. fi. per l. si duobus. §. fi. de le. j. adducit casũ in l. re quod Sabinus. §. vnde idẽ tractat. de hęredi. insti. Ad istũ ver. si cõiũctim. respõdet ipse, quod debet intelligi de sola cõiũctiõe verbali veluti prępositioni. arg. in l. in finalibus. ff. fi. regũ. sed hic intellectus nõ placet cęteris doctoribus: quia si solũ loqueretur de cõiũctione verbali, fierent partes in legato ab initio facto: & tamen litera in prin. §. vult partes fieri debere per cõcursũ, quasi ab init o fuerit res vtrique legata insolidũ. hoc probatur in verbo scinditur. ergo loquitur de cõiũctione verbali & reali mixta. Et propterea melior videtur opi. glo. & citramõ. cũ qua tenuit præceptor meus in sua repetitione. d. l. re cõiũcti. fretus ratione duplici. Primò introduxit. l. re cõiuncti. vbi Iurisconsul. declarato qui dicuntur re coniũcti, incipit declarare qui dicantur verbis tantum coniuncti: & dicit: Seio & Titio lego fundum quis. portionibus si enim sine illa clausa æquis portionibus illi fuissent tantum verbis coniuncti, illa causa fuisset frustratoria contra §. quibus. in prima cõsti. C. quinimo illa lex fuisset lata in indubitato casu, contra l. ancillę. C. de fur. Si enim dicendo. Titio & Caio lego fudum. esset tãtum verbis cõiuncti, quis dubitauerit quod adijciendo illam clausulam ęquis portionibus, essent tãtũ verbis coniuncti? Ne igitur Paulus aut frustratoriè loquatur, aut casum indubitatũ attulisse videatur, dicimus hos appellari & verbis & re cõiũctos. Prętereà isti duo Titius & Seius quibus est legatum forma qua suprà habẽtur loco vnius corpo-
13 ris l. plane in pri. de lega. j. †Sed si vni soli esset res legata, diceretur insolidũ legata: ergo & quãdo pluribus est legata, dicetur insolidũ legatũ, & ideo re cõiũcti. Ex quibus cõcluditur. quòd isti appellãtur & verbis & re cõiũcti. Titio, & Seio lego fudũ. Nõ ob. arg. Pe. quia respõdet Bar. quòd ista copula. Et bene distribuit, quia ex post facto scinditur legatũ per partes, legatarijs ad petitionẽ leg ti cõcurrẽtibus. Sed tamẽ ex forma testamẽti testator tribuit omnibus insolidũ, & ideo dicũtur re cõiũcti. Sed dicet aliquis, quare testator ab initio magis videtur solidũ tribuere, quã iudex vel cõtrahẽtes: quibus casibus partes fiũt ab initio. Respõdebat præceptor meus, quòd hoc sumitur ex causa finali quæ mouet agentem. Nã iudex agit in mẽte, quod solutio fiat per partes in condemnatione. Idem & contrahentes: nec curant per quos soluatur dummodo solutio fiat: Sed testator gerit in mente, vt potius, vnusquisque legatariorum rem solidam percipiat, quam hæredes, quia in re legata testator magis videtur dilexisse vnum ex legatarijs quam hæredem, ex quo semel. voluit rem ab hærede abdicari. l. si quis eũ, de cõdi. & demon. Vel aliter soluebat, multum scilicet referre an in contractu vel testũ vel iudicio deducatur quantitas discreta, quo casu fiant partes ab initio puta, promittis dare decem Titio & Seio? Lego Titio & Seio decem Condemno Titium & Seium dare decem, quo casu fiant partes ab initio: & ita loquuntur argumenta pet. An verò deducatur quantitas, vt homo fundus, & similia, quo casu copula & nõ distribuit ab initio, & tunc fient partes per concursum, Mouetur ipse ad hoc, quia omnes leges allegatæ per Pet. solum de quantitate discreta loquuntur. Secundò mouetur per l. Titio. de lega. ij. Sed hæc sua opi. vt suprà dixi, videtur contra casum l. iij. §. si quis ita, continuando præcedentia ad illum. §. ff. de eo quod cer. loco. vnde tenete respõsionem Bar. Ad l. plane. §. si coniunctim. respondetur, quòd si fiunt partes ab initio, hoc debet intelligi legatarijs concurrentibus. Eodem modo respondetur ad l. legata. §. fi. & ad l. si duobus. §. final. quod ille. §. habet plures intellectus, sed secundum verum nihil obstat, de quibus dicatis vt ibi. Ad ver. vnde idem tractat, respondetur, quòd ipsi non erant verbis cõiuncti. quia si fuissent, alijs prælati extitissent, secundum veram opinionem

de quo in d.l.re coniuncti.& l.iij.& infrà subijciam. Sed huic opi. videatur fortius obstare.l.triplici.§.videamus de verb.sign. Sed respondeto, quòd in illo versicu.videamus.ponitur exemplum non coniunctorum re & verbis,imo ille ver.nec dubium est quin,præcedit.Nam dictum erat hos appellari verbis & re coniunctos,Titius & Seius,Sumpto.postea versi.videamus.dicit,quòd si copula Et ,detrahatur,& ita dicatur.Titius & Caius sumpto;& respondet hos appellari re & verbis coniunctos 14 quia licet non fuerit apposita copula Et habetur tantum †punctus b quadratus,qui habetur loco copulæ.l.prætia rerum. & ibi glo.ad l.falci.l.duobus.§.fin. & §.in coeunda.ff. pro soc.l. iij.§.duæ causæ.de carbo.edi.Quinimo illa lex in versic.nec dubium probat apertè opinionem Bartol. & glo.quæ dicit illos appellari verbis & re coniunctos,quos verborum & rei complexus iungit.Si ita est,quòd dicendo,Titio & Caio lego fundum,isti sunt clausi sub eodem oratione verborum de copulato extremo.Item sub vna eademque re legata,ergo sunt & verbis coniuncti,Illud plane exemplum esset indubitatum,si diceretur,Titio & Seio lego fundum insolidum.Venio ad secundam speciem testamentariæ coniunctionis,quæ realis tantum 15 appellata est,& quæro an isti sint re coniuncti.†Titio lego fundum Sempronianum,Caio eundem fundum lego,ita vt quilibet illum consequatur insolidum,adeo quòd altero moriête superuiuens consequatur & totum fundum,& totius fundi esti-16 mationem.Dicit Bar.quòd isti non sunt re cuncti,quia †ad causandum coniunctionê realem duo requiruntur.Primum quòd eadem res separatim pluribus legetur:secundum, quòd faciat partes per côcursû d.l.re côiûcti.§.is ita,Vnde licet in exemplo nostro ad sit primû,quia eadê res in oratiôibus pluribus est legata,tamen quia deficit secundum,quia non faciunt partes per concursum lege. si pluribus.§.finali.ff. de leg.primu.sequitur quod non dicuntur re coniuncti.Eodem modo si adesset secundum,& deficeret primum:pro quo infert intellectum in l. item quod Sabinus:§.vnde idem tractat.de hære.insti.Ego puto Bar,in suo exemplo bene loqui,sed in ratione sua non:quòd enim legatarij faciant partes per concursum,non est causa producendæ coniunctionis realis,sed est effectus qui insurgit ex coniunctione reali.Ideo enim faciunt partes per concursum, quia concurrunt re coniuncti Non autem dicuntur re con-17 iuncti quia faciunt partes.†quia effectus qui producitur ex causa,non potest esse causa suæ causæ.l.licet.§.ea.de procu. Vnde in exemplo Bar.dico,quòd illi non faciunt partes per concursum,quia non sunt re coniuncti:non autê dico quòd non sint re coniuncti,quia non faciunt partes per concursum. Venio 18 †ad tertiam speciem coniunctionis testamentariæ,que verbalis tantum appellatur,& ita sit per vnitatem sermonis siue verborum plures legatarios comprehendentium , siue fiat per terminos copulato , siue soluto s,siue fiat verbis omnino perfectis siue verbis que facilè percipi possunt. Exemplum primi.Lego Titio & Seio fundum æquis portionibus:hic enim termini copulatiue ponuntur.l.re coniuncti.se.undo responso. Exemplum secundum,Titio & Seio lego fundum:hic termini soluti ponuntur ex figura verborum,& tamen conficitur verbalis coniunctio.l.triplici.ver.videamus.de ver sig.quia licet in sono verborum solutè ponantur.in intellectu tamen copulantur, quia inter eas personas ponitur punctus.qui habetur,loco copulæ.l.ege.si duobus.§. inchoeunda.ff. pro,socio. & ibi gloss.l. pretia ad lege.falcidiam.& ibi glossa. in lege. prætia §. duæ. de Carb.edict.cum glossa. Exemplum tertij. Titio & Seio fundum equis portionibus:hæc oratio est imperfecta de se quia deficit verbum regulans,hoc est,do lego. & tamen valet relictum.l.cum pater. §.imperfecta.de leg.ij.l.j.§.sin autem de hære.insti.Ex quibus refert Bar.contra Pet.quòd ibi non appellantur verbis coniuncti.Titio fundum do lego,& eundem Caio do Lego:quia licet copula Et fuerit apposita,tamen non dicuntur vniti sub vna oratione(de categorica loquo.),& ista copula Et,quia hic copulat orationes,non autem terminos, non dicuntur verbis coniuncti:sed tunc solum cum termini copulantur,& eodem verbo reguntur.Et hoc satis de triplici coniunctione quo ad eorum formam.Sequitur nunc videre de prælatura coniunctionum,hoc est† qualiter coniunctus coniun-

cto præferatur in iure accrescendi,Circa quem articulum illud est palam apud omnes,quòd omnino coniunctus,hoc est,re & verbis præfertur alteri tantummodo coniuncto,hoc est,vel re tantum,vel verbis tantum.l.re coniuncti.de leg.iij.quia duplex coniunctio vincit vnam,vt in auth.de consanguineis & vterius fratri.in prin.Sed dubitatur,an verbis coniunctus tantum præferatur re coniuncto tantum,vel econtra,vel pariter admittatur vterque,nec alter excludat alterum.Istud hic videtur tenere glo.in l.re coniuncti clarius,& in l.primo.in finali.de iure accre.& hoc sequitur Bart.allegans lege.si ita quis hæredes. de hære.inst.Sed pe.& cômuniter vltramôtani tenuerunt,quòd verbis côiunctus præferatur re coniuncto tâtum.Mouetur primò per l.re côiuncti.in fi. de l. g.iij.Sed Bar.respondet quòd illa lex nihil facit:nam ibi Iurisconsultus dicit,quòd re & verbis côiûctis omnibus præfertur ,postea probat.Nâ si iste est re côiûctus,& côstat quod illi præfertur.Si aût est verbis tâtû côiûctus,respôdet,& magis est vt ipse præferatur & re & verbis côiunctis.Hec responsio non placet.quia sequeretur quòd Paulus,qui voluit tractare de prælatione triplicis speciei côiunctionum esset diuinatus,de vnaque sola tractaret. Vnde dico quòd Iurisconsultus ibi tria dicta complectitur. Primo re & verbis coniunctum omnibus preferri Postea sequitur,quòd si re tâtum coniunctus sit & constat illum non esse potiorem, hoc est,re coniunctum,quàm si verbis coniunctus,sit & magis est vt & ipse præferatur re coniuncto:quasi dicat,non solum re & verbis coniunctus præfertur re coniuncto , sed & ipse verbis coniunctus,re tantum coniuncto præferatur.Secundo moue-20 tur Petri ratione.†Nam coniunctio verbalis prouenit ex voluntate testatoris.Realis verò incidenter,cum legatarijs concurrentibus,quibus prima facie testator solum rem legasse videtur scinditur legatum.hoc enim casu ista coniunctio prouenit ex accidenti,non ex voluntate testatoris:ergo coniunctio verbalis à testatoris voluntate procedens, excludet realem tantum l.in conditionibus,de condi.& demon.Hinc fit, quod re coniuncti tantum,appellantur disiuncti à lege,vt hic versi.disiuncti.& in §.his na.C.de ca.tol.& in l.j.de vsu.fr.accre.Tertiò mouetur ipse,quia verbis coniuncti appellantur vnum corpus solum vnitum.l.plane.de leg.j.§ vbi autem.C.de ca.tol. ergo præferuntur re tantum coniunctis,Quartò mouetur,quia qui in vno grauatur,in alio debet alleuari.l.cum qui:tutelle.de tutela iur. Sed verbis tantum coniunctus grauatur in hoc, quia præstat onera iniuncta coniuncto,non autem re coniunctus tantum , ergo debet alleuari vt præferatur. Quinto monetur , quia actus debet interpretari vt potius valeat quàm pereat.lege.quoties.de reb.dub. cum simili. Sed si dicimus verbis coniunctum præferri,onera iniuncta defuncti præstabantur & valebût.Secus si dicimus tâtum côiûctum præferri, §.sin autem ad deficiêtis.C de cadu.tol.ergo verbis tâtû côiunctus,re tâtû côiuncto præferatur,Et ista opi.in disputâdo subtilior mihi placet Non ob.l.si ita quis hæredes. quia respondet Pet.quòd ibi inter primam & secûdâ institutione est pûctus, qui ponitur pro copula,& facit eos verbis côiunctos. Sed hæc responsio nô est bona,quia vt suprà dixi,copula copulas orationes, nô efficit coniunctionem verbalê,sed solû illa quæ copulat terminos.Vnde præceptor meus nouum dedit intellectû ad illâ legê,dicês quòd illa lex facit pro Petro,sumendo argumentû à côtrario sensu:cuius intellectus vt aperiatur,recito verba legis.Titius hæres esto.Lucius & Seius equis portiôibus heredes sunto:deficit Lucius,dicitur quod illa portio accrescit nedum Seio sed etiam Titio.Subijcitur postea & respondetur tacite obiectioni:quo enim Titius admittitur?quia imo Seius copulatus côiuncto verbis,deberet præferri Titio re tantum coniuncto.Respôdet:licet enim copula Et,de eius natura coniungat,tamen hoc casu nô côiungit,quia testator non vt côiungeret,sed vt celeriter loqueretur illâ posuit.ergo à côtrario sensu si opposuisset animo côiûgêdi:Secus tâtû verbis côiunctus præferretur.Et si dixerit quispiam,quis reuelauit ibi Iurisconsulto, quod testator voluerit conficere orationes solutas,nô copulatas.Ipse respôdet,quòd hoc indicat hæc lex,que hoc dicit:ac et forma verborû suadet,quia testator incœpit ab oratione soluta &,quia præcedêtia sequêtia declarât.l.si seruus plurium §.fi.de leg.j.

ADDITIONES.

a In glo.fi.in fi.Et dũ gl.hic alleg.l.& Proculo. dic & melius quòd imò loquitur in cõiũctione.sed nõ in cõiunctione hominis,sed legis, in qua in legatis nõ est locus iuri accrescendi,vt per istũ suprà in princi.huius.§.& per Angel.de Are.hic.Adde q̃ in cõiunctiõe legali,legatũ pro nõ scriptũ accrescit sine onere,& caducũ vel quasi,cum onere. Barto.in dicta.l.re cõiuncti.Et aduerte,quia puto,(litera ita in specie declaratum non inueniã) q̃ ius accrescẽdi sit illud q̃d est cũ onere. Ius verò decrescendi sit illud q̃d est sine onere. Inter cõiunctos verbis tãtũ habet locũ ius accrescendi,& sic cũ onere,Et ratio est propter vnitatẽ orationis.quia in oratiõe legãdo duobus,videtur onus in vtriusque persona repetere.Inter coniũctos re tãtũ nõ habet locũ ius accrescẽdi,& sic cũ onere,quia ex quo vocati sunt in duabus diuersis orationibus, quis adiũctũ in persona vnius,nõ videtur in persona alterius repetitũ. Ista sunt ex mẽte te tex.in d.l.vnica.§.si autẽ ad defic ẽtis.C.de cadu.tol.Et licet iste hic dicat q̃ inter cõiunctos re & verbis simul habeat locũ ius nõ decrescẽdi.& sic sine onere,errat,& cõtrariũ tenet gl. nota. quã vide in d.§.ad deficiẽtis,& ibi Bar.& latius Bar.in l.re cõiuncti.in iiij.q.principali.Et est ratio clara secũdũ Bar.quia si inter cõiũctos cõiũctione verbali tãtũ,habet locũ ius accrescẽdi,& sic cũ onere,eo quia propter vnitatem orat.õis onus videtur in vtriusque persona repetitũ, nõne ista ratio etiã habebit locum in cõiunctis re & verbis simul , vt per Ang.de Are.hic.Ias.May.

b Pũctus Adde Bar.& Bal.in l.cũ duobus.§.in choeũda.ff pro socio Bal. din l.placet in fi.C.de sacrosan.eccle. Philip. Deci.in rub.ff.si cer.pet.num.2.& Mgnificũ ac Excellẽtiss.mũ D.Hippoly. Rimal.in l.si emancipati.nu.2.45 C.de collatio.Ioã.Bap. Ziletus.

21 †Nunc queritur an inter cõiunctos verbis tãtum,habẽt locũ ius acrescẽdi,Dicite ex mẽte Doc.Aut sunt legatarij diuersarũ rerũ siue corporũ,puta quia testator dixerit,Seio Titio lego singulos seruos,& tũc nõ habet locũ ius accrescẽdi,allegatur.l huius modi.§.quibus.de leg.j.Idẽ esset si essent legatarij vnius rei,sed eis singulis essent partes attributæ,& per portiões distinctæ & diuisæ.puta,Lego Titio & Seio fũdũ equis portiõibus,itaquòd talis pars vsque ad talẽ parte,tali cõiungatur altera alteri. quia tũc nõ intelligitur vnus fũdus,sed duo.l.quod rerũ.§.si post de leg.j.l.rectè.in ff.de verb.signi.l.si quis duas.§.si partẽ.ver.plane.ff.cõm.predio.Si autẽ essent legatarij eiusde rei pro partibus nõ demõstrabilibus ad oculũ,tũc habet locũ ius accrescẽdi puta,Titio & Meuio lego fũdũ equis portionibus.iste portiões nõ sunt ad oculũ demõstrabiles.l.Meuius.§.de leg.duorum.ij. Sed cõtra prædicta opp.de l.ij.ff.de vsufr.accre. vbi videtur quòd inter cõiunctos verbis nullo modo habeat locũ ius accrescẽdi. Sol.respondetur cõmuniter,quòd illi duo hæredes instituti nõ erãt cõiũcti verbis.testator enim dixerat,Instituo Caiũ & Semproniũ hæredes:postea dixerat,Lego Titio fundũ detracto vsufructu:licet enim duo primi essent cõiuncti verbis in institutiõe,nõ erãt tamẽ coniuncti in tacita dedicatione vsufructus.Sed hæc solutio non videtur applaudere ratione illius legis quæ ita se habet,quòd ideo non habet locum ius accrescẽdi,quia non fuit vsufructus per concursum diuisus: vnde quidã Glossatores antiqui,quorum nomina gl.supprimit in l.j.ff. de vsufru.accrescẽ.dixerunt,quòd licet inter coniunctos verbis tantum,in proprietate habeat locum ius accrescẽdi:vnde si testator dixerit,Titio & Seio lego vsumfructum fundi æquis portionibus,vno moriẽte vel repudiante pars sua non accrescit alteri quorum opin.omnes reprobant,excepto præceptore meo:qui illam tenuit disputatiue.Mouetur per.l.ij.de vsufr.accre.Secundò mouetur per l.j.versi.ij eo.ti.Tertio mouetur per l.fi.eod.tit.Mouetur & ratione.

22 †Nam vsufructus est adeo annexus personæ,quod separari non potest nisi corrumpatur, & habet naturalẽ quandam inclinationẽ ad proprietatẽ.l.sicut.§.morte.ff.qui.mo.vsufr.amit.iuncta.l.si vnus.§.illud versi quod in sp.cie.ff.de pac.Vnde mortuo vsufructuario facilius vsufructus consolidatur a cum proprietate,& ad illam redit , quam accrescat alteri vsufructuario , quod est secus in proprietate: Huic sententiæ non ob.l.j.§.interdum.l.si tibi.l.si mulieri.l.j.de vsufru.accre.l.sicut.§.j.ff.quib.mo.vsufru.amit.quia ibi loquitur in coniunctione re & verbis,vel in coniunctis re tantum,in quibus habet locum ius,quòd non appellatur ius accrescendi, sed ius decrescẽdi.quod ideo appellatur ius decrescẽdi,quia cõcursu portio legatarij fuerat diminuta:vnde ille qui accrescit, propriè non dicitur capere totam,prout fuerat sibi legata. nec dicitur vsufructus proprie à persona separari,& ad aliam transire.§.si autẽ ad deficiẽtis.C.de cadu.tol.Oppo.d.l.Meuio. b de leg.ij.vbi videtur quod re & verbis coniunctus non præferatur ceteris,sed econtra.l.re coniuncti.de leg.iij.& per ea quæ suprà dixi,Sol.Illa lex variatur pluribus modis,adeo quòd dixit Pe.de Bell.per.quòd illam.l.legerat octo vicibus,& adhuc non intellexerat postea gloriatur se inuenisse nouum intellectum,Sed pro nunc illa est communis solutio quam ibi tenuit gl.& Doc.communiter sequũtur,quòd illi duo primi Mæuius & Seius erant tantum re coniuncti,& ideo portio deficiens in vno ex ipsis,etiam accrescit tertio re coniuncto:de quo dicite vt ibi.

ADDITIONES.

a Consolidatur.†Item nota,res , quæ consolidatur.non dicitur ac-
23 quiri eo iure quo res cui consolidantur,facit l non quocunque.§.fundus.ff.de leg.j.Et facit,quod si vxor acquisiuit proprietatem rei ex causa onerosa,& posteà consolidatur vsufructus cũ proprietate, & si acquiratur ex causa lucratiua:quãuis alia regula sit,quòd quidquid acquirit vxor præsumatur acquirere de bonis mariti,in dicta.lege.Quintus de don inter virum & vxorem.tamen hic vsufructus non præsumitur de bonis mariti acquisitus,quamuis sit acquisitus alio iure quàm proprietas Iason Maii.

b Meuio. Adde Ias.in l.re coniuncti.col.xiij.vers.secundo principaliter contra.ff.de legatis tertio.Nicolaum in sua topica legali in præambu ver.duodecimo & vltimo præmitto.Ziletus.

1 *Argumentum de toto ad partem ualet.*

2 *Legatum rei propriæ legatarij non,ualet nec reconualescit si postea uiuo testatore,legatarius illam alienauerit.*

3 *Regula Catoniana non pertinet ad conditionalis legata,*

4 *Legatum quot modis nullum fiat.*

5 *Testamentum usurarij an conualideturper cautionem de restituendo usuras postea prestitam.*

§. SI CVI FVNDVS. Si legatarius partẽ rei legatæ fuerit executus ex causa onerosa,parte verò ex causa lucratiua eius partis quã ex causa onerosa fuerit cõsecutus estimationem cõsequitur.h.d.No.primò quòd quẽadmodũ si legatarius totã rẽ legatã viuo testatore ex causa lucratiua cõsecutus fuerit,agere nõ põt ex testamẽto.Eodẽ modo nec si partẽ,respectu illius

1 partis.Ex quo colligitis,†quòd bonũ est argumẽtũ a de toto
a ad partẽ,cocor.l.quæ de tota.de rei vẽd. No.quòd vsufructus in petitiõe fũdi obtinet locũ seruitutis, sed i stipulatiõe obtinet locũ partis:fũdus enim integer dicitur ex nuda proprietate & vsufructu,l.qui vsufructũ de verb.ob.Itẽ no.quod licet possit legatarius qui vsufructũ fuit cõsecutus ex causa lucratiua, postea petere fũdũ pleno iure ex testamẽto,ex iuris ciuilis rigore , ex equitate tamẽ estimatio vnde proprietatis præstãda est,Itẽ no. in §. sed si rẽ quòd si alicui legetur res propria,dicitur legatũ esse inutile.No.rationẽ quia tale legatũ nullã cõtinet vtilitatẽ. quia quod est legatarij,nõ põt amplius fieri suũ b cõcor.l.& an eadẽ.§.actiões.de exce.rei iu.§.sic itaque infrà de actio.Itẽ no. quòd licet legatarius huiusmodi rẽ propriã sibi legatã viuo testatore alienauerit nõ propterea cõualescit legatũ:cõcor.l.cetera.§.primo.In gl.alienauerit ibi hic postea.Hæc respõsio nõ est bona:quia quãtũ ad cõualescẽtiã legati,nihil refert an viuo testatore rẽ sibi legatã propriã alienauerit,an verò post eius mortẽ. l.cetera.§.primo.de lega.primo.In fi. & hec vltima cõmuniter

3 tenetur quia †regula Catoniana nõ pertinet ad cõditionalia legata:disponit enim illa regula,quòd legatũ quod nõ valuisset si testator tẽpore testamẽti decessisset,id quãdocũque moriatur nõ valere quia testator legãdo purè voluit cõsiderare tẽpus testamẽti,vnde si eo tẽpore legatũ nõ valet,ex postfacto nũquã cõualescit.Sed quãdo legat sub cõditiõe,voluit suspẽdi legatũ in euẽtũ cõditiõis,& illud tẽpus cõsiderari.vnde legatũ nõ dicitur ab initio nullũ,sed dicitur suspẽsum.l.primo.de reg.Cato. l.cætera.§.primo.de leg.primo.Sed cõtra prædicta op.& imò videtur quod quãdo legatũ ab initio nõ tenuit,nec valuit si tẽpore testamẽt. testator mortuus extitisset,cõualescat ex postfacto cessante impedimẽto,nec habet locũ regula Catoniana & oppo.de l.si cognatis.de reb.dub.de l.nõ intelligitur.§. quãdo autẽ fraus.de iure fis.Horũ cõtrariorũ timore varij varia dixere

4 sed vos cõplectãdo cõmunẽ opi.ita distinguitẽ:Si quæratur †legatũ quod tempore testemẽti,si testamẽti,si testator mortuus fuisset nullũ extitisset,cessãte impedimẽto cõualescat,aliquando legatũ est nullum solũ cõsideratione legatarij quia non habet habilitatem suscipiendi legatum: Aliquando est nullum mixta consideratione legantis & legatarij. Aliquando est nullum mixta conditione legatarij. & hæredis à quo debet præstari. Aliquando est nullum sola consideratione matea

riæ Aliquando est nullum simplici consideratione formæ: Si legatum est nullum sola consideratione legantis, nunquam conualescit ex postfacto, vt puta quia tempore testamenti non est in eo inuenta integritas, quandocunque impedimento sublato l.j.& l.si filiusfa de regu. Cato. l.j. de leg.iij. qua fuit defectus in causa potentissima hoc est, in causa efficiente & agente, qui defectus non est valde purgabilis, nisi in iuribus suprà alle. Si verò fuerit nullū ex sola ratione legatarij cōualescit ex postfacto sublato impedimēto: quia fuit defectus in cā suscipiēte, & ideo facilè purgatur. l.si cognatis. de reb. dub. l. quando autē. de iure fi. l. interuenit. de lega.j. Si verò est nullum mixta cōsideratione legātis & legatarij, cōualescit ex postfacto. §. an seruo. & ibi videbitis infra eo. Si verò est nullū cōsideratiōe rei legatæ, tunc nūquā cōualescit, quia defectus est in causa potētissima, hoc est, in materia. l. cætera. §.j. de leg.j. Si verò legatū fuit nullū sola ratiōe formæ, nūquā cōualescit ex postfacto. l. hæredes palā. §.j. de testa. Fallit in filio præterito in testamēto quod cōualescit de æquitate prætoria filio approbāte. l. filio præterito. de iniusto rup. Ex quibus infertur nā debetis scire, † quòd publici
5 vsurarij non possunt testari, nec sepeliri in sacro, nisi caueāt tabelliōi recipiēti nomine omniū & singulorū quorū interest de vsuris restituēdis. c. quāquā. extra de vsuris li.vj. Pone vsurarius cōdidit testamētū omissa cautiōe de restituēdo vsuras, c & soluendo testamētū est nullū: antequā moriatur ipse cauet de vsuris soluendis, an testamētū recōualescat videtur quòd nō quia defectus fuit in omissiōe formæ, de quo per gl. in d.c. quāquā. vbi disputatur hæc q. per Bar. in l. filio præterito. de iniusto rup. & irrito testa. per Bar. in l.j.§.j. de leg.iij. Addite quòd regula Catoniana nō pertinet ad legata cōditionalia, vt suprà declaraui, nec ad heredū institutionē, nec ad ll. nouas. l. penul. & fi. de reg. Cato.

ADDITIONES.

a Argumentum. Adde l. qui scit. in princ. ff. de vsu. c. pastoralis. §. j. extra de offi. de lega. Bar. in l. qui siue. ff. de condi. sine cau. & ibi Ias. Barto. in l. pars. ff. pro derelict. Bal. in l. conuenticula col. ij. C. de episcop. & cle. & in l.j. in fin. C. de non. munera. pecu. Alex de imo. in l cum quidam. §. suum hæredem. ff. de acqui. hære. Phil. Deci. in l. cuius effectus. nu. 1. 3. & 6. ff. de reg. iur. Ludo. Gozadio. in consi. lxvij. incipi. in hac causa mihi transmissa. nu. 9. Fr cur. iunio. in l. more. num. 68. ff. de iur. omni. Io. de Neuiza. in tracta. sylue nuptialis. lib. j fol. 54. in paruis. vers. de toto ad partem. Maria. So zin. iunio. in consil. xxxvi. incipi. præsens consultatio in ea clara. nu. 10. in j. volu. & in consil. clxvij. incipi. presens cōsultatio videtur in iure. nu 22. in ij. vol. & insignem. Do. Pe. Ducimas in regulis iuris regu. ccxiij. in v. ampliatione. Ioan. Bapt. Ziletus.

b Vide Belloonum consil. lxiij. qui propterea consuluit non valere legatum dotis maternæ factum à patre filijs. & consil. xlij. nu. 2.

c Vsuras. Adde Doc. in c. quanquam. de vsu. libro. vj. Adde Bald. in l. j. C. de sacrosan. eccle. Ang. de Vbal. in disputatione sua incipi. Astensis miles. Io. Bapt. Ziletus.

1 Veritas an & quando opinioni est præferenda. numero. 1.
2 Legatum per pignorationem non admittitur.
3 Alienatione rei legatæ à testatore facta, an reuocetur legatum. & num. 4. & 8.
5 Dominus comparendo in iudicio pro actu uoluntario uidetur procuratorem reuocare. secus ad faciendum actum necessarium.
6 Legatum an ualeat si rē pignoratam creditori debitor legauerit.
7 Legatum quare per meram alienationem reuocetur, non per pignorationem
9 Alienatione usufructus rei legatæ, legatum non reuocatur.
10 Legatum non conualescit, per redemptionem rei legatæ à testatore factam.
11 Difficilius reuocatur quod ab initio tenuit.

a §. SI QVIS REM a suam quasi alienam.

ADDITIO.

a Rem. Not. quod vbi concurrunt veritas & opinio attenditur veritas, & non opinio. Et ideo si manumitto seruum quem puto alienum, & sit meus, erit liber. §. quoties. in glo. alle. Et similiter si emo ab eo quem puto vendere rem alienam, & sit sua, transfertur dominium in me, vt §. qui ignoranter. allegato in gl. Similiter si contrecto rem eius quem non puto permissurum, qui tamen est contentus non facio furtum l. inter omnes. §. rectè dictum. ff. de fur. & de hoc in glo. Ias. May. Quod veritas attendatur. Adde Bar. in l. is qui putat. ff. de acqui. hære. Præpo. Senē. j. q. ij. in fi. col. Ziletus. † In delictis attenditur magis opinio quàm veritas, si delicta proueniant ex solo animo, puta iniuria facta filio, quæ dicitur fieri patri. vt. ff de iniu. l. item apud. §. interdum. & l. eum qui. §. fi. Aut loquimur in delicto quod causatur ex facto, & tunc attenditur veritas, vt ff. de furtis l. vulgo. §. si quis. & ff. de iniur. l. eum qui §. si iniuria. & hoc si habuit animum delinquendi, aliàs non. l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. Aut loquimur in delicto tantum commisso in aliqua specie, & tunc magis attenditur veritas quam opinio, vt ff. de crimine ex nil. hæ redi. l. fi. Ias. May.

Not. quòd si quis legauit rem propriam, quā putabat alienam: vel tertij vel legatarij, valet legatum: quia veritas in terminis oppositis præualet opinioni: facit quod habetur in l. filio. de lib. & posth. No. quòd si testator rem legatam postea alienauerit, legatū non debetur si animo adimendi alienauerit. Quid
3 autē in dubio præsumatur dicetur in gloss. † Item not. quòd si testator rem legatam pignori obligauerit, nō reuocatur lega-
2 tum, a imo eo mortuo tenetur hæres luere, & legatario præstare. cōcor. l. qui post. C. de leg. Itē no. quòd si testator rē legatā pro parte animo adimēdo alienauit, pars alienata eo mortuo præstatur legatario

ADDITIO.

a Legatum Adde quæ scribit Illostri. D. An. Tiraquel. in trac. de vtroque retractu in prefatio. num. 36. Ziletus.

In fi. gl. in ver. opinione, dicite, fauor validitatis legati, & fauor testamenti, hæc contraria operantur. hic enim veritas præualet opinioni, vt legatum valeat. ibi verò opi. præualet veritati, vt ex testamento adeatur hæreditas. In finali. glossa. alie-
4 uerit, cum seq. nota, quòd † si testator dederit rem legatam ti-
a tulo dotis, videtur alienare ex necessitate, a & ideo legatū nō
a intelligitur reuocatū, Si verò allienauerit ex liberalitate & mera voluntate, tunc intelligitur reuocatum legatum. Si verò dubitatur an ex necessitate, an verò ex voluntate alienauerit, tunc in dubio ex necessitate videtur alienasse, sentit glo. in l. rem legatam. de adi. lega. licet glo. hic videatur velle quòd hoc onus spectet heredi. Vos vt suprà distinguite: quia aut ex titulo oneroso alienauit, & intelligitur adēptū legatū: secus si ex lucratiuo.

ADDITIO.

a Necessitate. Faciunt prædicta de alienatione voluntaria & necessaria, ad quæstionem. † Si dominus constituto procuratore compareat in
5 iudicio pro actu voluntario, quod videtur reuocare procuratorem, nisi dominus protestetur. Secus si ad faciendum actum necessarium, vt in c. quamuis de procu. in vi & habetur per Bart. in l. mutari. ff. de procurat. Ias. May.

6 In fin. gl. in verbo, dederit pignori nota, † quod quando debitor pignorat rem legatam creditori, non videtur velle compensare creditori debitum cum re, & ideo creditor poterit retinere rem legatam, & debitum consequi: quod verum est quādo vnum debetur, & aliud legatur in specie: secus si aliquid legaretur nomine debiti. Titio. §. quæ inuita. ff solu. matr. In
a gl. videri. a ibi, qui potest. Ratio † differentiæ inter alienatio-
7 nem meram & pignus est: nam quādo testator ex necessitate b
b vendidit rem legatam, ideo videtur reuocasse legatum, quia intentio fuit vt hæc res perpetuo remaneret penes emptorem quia hoc sua dat natura contractus: l. ex empto. de act. empti. Sed quando pignori obligauit licet ex necessitate, non videtur reuocare legatum, quia intentio sua non est vt perpetuo remaneret penes emptorem: quia hoc sua dat natura cōtractus. l. ex empto. de act. emp. Sed quādo pignori obligauit licet ex necessitate, nō videtur reuocare legatū, quia intentio sua nō est vt perpetuo remaneret penes creditorem. imo soluto debito reuertatur ad ipsum, vel hæredem: quia hæc est natura pig. l. debitor ff. de præca. Qua ratione dixerūt Doct. quod si testator rē legatā obligaret pro tāto vel pluri quā valeret, ex necessitate, intelligeretur reuocasse legatū, quia illi cui rē obligauit per tāto vel pluri quā valuerit, intelligitur obligasse animo nūquā eximendi. l. qui habeat. cū glo. de leg. iij. si res. de leg. quod verū dicite nisi esset res super qua caderet affectio, vel fundus vicinus domui, vt parentum, vel liber in quo diu studuisti. arg. in. l. & si æquo. de leg. j.

ADDITIONES.

a Videri. Et dum glo. ista dicit in pignore nō esse fiēdā distinctionē an habuerit animum reuocādi vel nō, puto quòd malè dicat: quia si aliquibus indicijs posset reprobari quod habuerit animū reuocādi, putarē quòd reuocatū esset legatū. Sed puto quòd in pignore nō sit fienda differētia an pignorauit ex necessitate, vel ex voluntate. & ita tenet gl. in d. l. qui post. & iste hic, & ita voluit dicere gloss. ista. Ias. May.

b Necessitate. † An si testator vēdat rē per ipsum alteri legatā, vide-
8 tur adimere legatū. vel ne. Adde quod ista distinctio volūtariæ alienatiōis fit in alijs cōtractibus qui donationibus puta vēditiōe, vel simili, alienatiōe: nō autē habet locū in donatiōe, quia ibi est casus clarus, vel in pignore, vt infrà in glossa. finali. vt hic voluit Bartol. in d. lege. rem legatā. Et adde quod eo casu quando vendit volūtariè, videtur reuocare, nisi lege

si legatarius probet contrarium quod potest, vt vult glo. in l. fideicommissa. §. si rem. de lega. iij. & probabit per coniecturas ver. indicia. puta si quando alienauit retinuit in deposito nomine legatarij. d. §. si rē. Si verò ex necessitate vēdiderit, vel rei familiaris, vel quia erat res peritura. d. §. si rem. tunc in dubio non reuocatur legatum, vt d. l. rem legatam. & ibi per Bar. nisi hæres probet testatorem per talem alienationem voluisse reuocare. vt hic in glo. j. quod probabit per coniecturas, vt suprà in legatario. † Sed quid si testator alienauerit voluntariè vsufructum rei legatæ, an videtur reuocare legatum? Glo. quod non. in l. iij. C. de leg. † Quid autem si rem legatam voluntarie alienatam testator redimat, an reconualidetur legatum? Dic quod non ex quo semel fuit extinctum. l. cum seruus. ff. a. si. leg. Idem si testator legat pecuniam deinde postea de ea emat rem: quia res nō videtur in legatum cedere, l. patet. ff. de condi. & demonstra. Ias. May.

In fin. Ideo ibi reuocatur donatio, † quia ab initio non tenuit: hic autem ab initio legatum valuit, ideo difficilius reuocatur, l. patre furioso. de his qui sui vel alie. iur.

1 ☞ *Creditor liberationem debiti legare potest.*
2 *Legata liberatione, non solum legatario competit exceptio, sed etiam potest agere ut liberetur.*
3 *Liberatio perpetua debiti & ad tempus legari potest,*
4 *Debitor an possit creditori legare utiliter quod debet.*
5 *Is cui remissum est onus reddendarum rationum nihilominus tenetur de dolo.*
6 *Deputatus ad officium ea lege ut non possit syndicari, potest tamen dolosè gestis syndicari.*
7 *Capitaneus qui non tenetur nisi de furto & barataria tenetur res alienas restituere & debita soluere.*
8 *Appellari potest à sententia manifestam iniquitatem continente, licet causa commissa sit appellatione remota.*
9 *A sententia euidenter iniqua lata in concione publica potest appellari.*
10 *Commodissimum est duplici spe uti.*

§. SI QVIS DEBITORI. Potest creditor debitori suo liberationem legare & ad tempus, & in perpetuum, quo casu debitori & eius hæredi competit exceptio, Sed agere potest ex testamento vt liberetur. hoc dicit. Nota. creditorem posse legare liberationem † debitori suo. Et fuit ratio dubitandi, quia videbatur legatum inutile, quasi res debitoris fuisset eisdem legata, hoc est, res vel pecunia vel aliud corpus quod debet. §. sed si rem. suprà eodem ratio decidendi fuit, quia non videtur legata res ipsius debitoris, id est, liberatio quæ est in facultate creditoris. lege. prima. de lib. leg. Item nota. quòd † legata liberatione debitori, non potest conueniri cum effectu: quia eidem conuento competit exceptio: poterit etiam agere vt liberetur. concor. lege. iii. §. nunc de effectu, de lib. leg. Not. † non solum posse relinqui liberationem perpetuo, sed etiam ad tempus concordat in simili lege. in ædibus. §. primo. de donati. generali. Item nota. † quòd debitor si quod debet creditori legauerit sub conditione, est inutile legatum. Secus si non sub conditione, sed purè legetur quod debet in diem vel sub conditione, quia a in hoc legato venit commoditas repræsentationis debiti. Item not. quod licet hoc casu viuo testatore veniat dies vel conditio, non annullatur legatum: & sic licet res peruenerit ad casum à quo incipere non potuisset, actus tamen nō infringitur. In glo. in l. legauerit. ibi, §. finali. no. quòd † ille cui remittitur onus reddendorum rationum, quòd tamen tenetur, si quid dolo fecerit, vel aliquid penes se habuerit ex rebus administratis. concor. l. si seruus vetitus. de lega. primo. † Ex quo dicit Bald. quòd si aliquis sit deputatus ad aliquod officium b ea lege, & nūquam possit syndicari, tamen poterit syndicari, si quid dolo commiserit, vel aliquid ex rebus reipublicæ vel priuatorum penes se habuerit alioquin daretur materia fraudibus, c contra lege. conuenire. de pact. dota.

ADDITIONES.

a Vide Belloo. de tali legato facto creditori consi. xxiij. numero. 1. & 8 qua actione petatur.

b Officium. An si quis deputatus ad aliquod officium ea lege vt non possit syndicari, nihilominus posset syndicari in dolosè per eum gestis. Idem de lata culpa quæ comparatur dolo. vt voluit Bal. in d. l. si seruus vetitus. Ias. May. De lata culpa quæ comparatur dolo Adde glo. in l. in actionibus. ff. de in litem iur. Bar. in l. pignus. ff. de pig. ac. Bal. in l. data opera. C. qui acc. Dyn. in regula ignorantia. de reg. iur. li. vj. Abb. in c. j. de depo. Pau. de Cast. cō. l. xciij. incip. non sequendo ordinem suprà scriptorum dubiorum in quibus dicitur quod vbi requiritur expresse dolus non sufficit probare latam culpam. Idem vbi agitur de pena corporali. contra quod vltimum Ang. exclamat in l. j. si quis testa. li. & in d. l. in actionibus. idem Ange. in l. quid ergo. in §. abortionis. ff. de pe. & per Old. consi. xcij. inci. Rex. habebat castrum.

c Fraudibus. † Facit etiam d. l. si seruus vetitus de lega. j. quod licet ex forma statuti capitaneus non tenetur nisi de furto & barataria non tamē cōprehenditur per hoc vtnō teneatur restituere res alienas quas habet penes se, & debita soluere per d. l. si seruus vetitus. Ias. May.

Eodem † modo licet alicui committatur causa appellatione remota, a si tamen eius sententia manifestam iniquitatem cōtineat, poterit appellari. capitulo. inter cæteros extrà de sen. & re iu. in vj.

ADDITIO.

a Remota. Quando committitur alicui causa aliqua decidenda appellatione remota, qualiter & de qua appellatione intelligatur. vide Barto. in l. j. ff. quod vi aut clam. fac. c. l. quidam decedens. ff. de administra. tuto. &c. Ias. May.

Ex quo infertur, quòd † licet statuto caueatur in partibus Lombardiæ, quòd à sententia lata in concione publica nō possit appellari, tamen si illa fuerit iniqua euidenter, poterit infringi remedio appellationis. In glo. ex contrario. nota. quòd † vtile est habere plures reos debēdi: quia commodissimum est duplici spe vti, vt si vna non succedat, alia progrediamur via.

1 ☞ *Dotis legatum à marito uxori factum quando ualeat & numero. 2.*
3 *Legatum dotis propter falcidiam & legitimam filij minuitur.*
4 *Instrumentum confectum de contractu simulato est ualidum.*

§. SED SI VXORI. Nota. quòd † si maritus legauerit vxori dotem a quam recepit, vtile est legatum: b quando hoc legato tollitur dilatio data lege. vnde propter commodum repræsentationis redditur vtile legatum. c vncia. §. exactio. C. de rei vxo. ac. & videbitis in gl. j. Si verò testator legauerit dotem quam non recepit, tunc aut legat dotem simpliciter, hoc modo, lego dotem vxori meæ & tunc inutile est legatum: quia nō constat quam dotem etiam legauerit. Item legatum est nullum quia factum sub incerta quantitate: incertum enim est quid debeatur. Si verò legauerit dotem expressa specie vel quantitate explicitè vel implicitè, tunc valet legatum: quia licet formaliter sit incertum, tamen ex quo certificatur per relationem ad aliud, valet & tenet. l. si non designata. & lege. refert. C. de fal. cau. adi. leg. Non obstat si quis dixerit, nonne pater promittendo dotem simpliciter obligatur? l. cum post. §. gener. ff. de iure do. quia hæc incerta promissio limitatur & certificatur pro nobilitate, pro scientia, & pro virtute mariti. l. quæro. de ritu nup. Ergo ita in proposito, repræhēditur quòd ibi loquitur in patre qui ex necessitate leg. & pietate tenetur dotare filiā, secundū vires sui pat. in nostris nos loquimur in marito, qui nō tenetur relinquere vxorem dotatam. vndè cū legatum ab eo factum sit de se incertum, nec possit certificari per relationem ad aliud, redditur penitus inutile. facit lex obligamur. §. lege de actioni. & obligatio.

ADDITIONES.

a Dotem. Adde, † quod valet tale legatum, licet aliàs donatio inter virum & vxorem sit prohibita. l. prima. & toto titu. ff. de do. inter vi. & vxo. qui ti. procedit in donatione inter viuos, quia in donatione causa mortis non habet locum l. si cum. §. fi. cum l. seq. ff. eodem. de do. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. omnino. & ideo etiam valet legatum, quod videtur quædam donatio causa mortis. suprà de dona. §. primo. Ias. May.

b Legatum. De hoc legato dotis facto vxori, vide Bello. consil. xix. col. fi. vbi quando debetur tanquam legatum dicit ex eo detrahi falcidia.

c Legatum. † Attende tamen, quod legatum dotis minuitur propter falcidiam, & propter legitimam filij, sicut propter alia credita, quando bona defuncti non sufficiunt, vt l. imponenda. & auth. similiter. C. ad l. falc. & ideo tunc vtilius esset mulieri agere actione de dote quàm ex testamento. Ias. May.

Item nn. quod si testator legat vxori dotem referendo se ad instrumentum dotale, quòd valet legatum & tenet licet nunquam fuerit numerata. Ex quo dicunt Docto. quod instrumenta cōfecta de cōtractu simulato, nōn est nullū, sed validū. Vnde si statuto caueatur, † quòd cōtra instrumētū publicū nulla potest opponi exceptio nisi nullitatis, vt nota. Bart. in l. j. quod vi aut

clam ista tamen exceptin non poterit opponi, quando instrumentum est confectum de contractu simul ito. quia licet contractus est nullus, instrumentum tamen est verum & validum. Secus si instrumentum peccaret in forma, vel substantia, vel in veritate. In gloss. primo. ibi, primo responso, quod dicit glo. de hærede mariti, intelligite de filio ex communi matrimonio, cui competit beneficium, ne actione de dote in plus conueniatur quam facere possit: secus in extraneo,

1 *Debitor speciei legatæ liberatur si illa intereat sine facto & culpa ipsius.*

2 *Res legata licet pereat sine culpa & mora hæredis, sed eius facto licito, non liberatur hæres.*

3 *Dominium rei legatæ non transit in legatarium nisi facta traditione.*

Limitatio ad lunum ex familia. §. si rem. ff. de legat. ij.

4 *Bannitus qui ex forma statuti impune offendi potest, potest etiam offendi impune ab habente cum eo pacem.*

5 *Offendens clericus repertum adulterio cum uxore sua, non incidit in excommunicationem, nec potest cætus clericorum pro tali iniuria agere.*

6 *Hereditas non est semper lucratiua, sed plerumque commodum & incommodum infert.*

1 §. SI RES LEGATA. No.† quòd si res legata sine facto hæredis perierit, quòd hæres liberatur. Ratio, quia est debitor speciei, vnde eius interitu liberatur, lege, quod te. si cer. pe. lege. ex legati causa de verb. ob. Secus si legata fuisset quantitas. quia ea nunquam perire potest. l. incendium. C. si cer. per. Item nota. quòd si seruus alienus legatus fuerit, & à domino manumissus nulla præcedente mora, culpa, vel facto hæredis, hæres tamen liberatur. concor. l. si res. §. alienus seruus. ff. eodem. Item nota. quòd si testator legauerit seruum hæredis, hæresque hoc ignorans manumiserit, vel alteri donauerit qui manumiserit, nihilominus non liberatur, sed æstimationem præstare compellitur. concor. l. si quis inquilinos. §. primo. de leg. primo. lege. si seruum. §. de illn. de verbo. obli. Ex quo colligitis duo singula

2 ria. Primum, quòd † licet res legata pereat sine culpa & sine mora hæredis, si tamen pereat eius facto licito nihilominus non liberatur. Secundò colligitis aliud, quòd licet dominium rei testatoris legatæ eo mortuo vel adita hæreditate ipso iure euolet ad legatarium. lege. à Titio. ff. de fur. lege. si tibi homo.

3 §. cum seruus. de leg. primo. † dominium tamen rei hæredis legatæ non transfertur ipso iure, nisi traditio fuerit secuta, vt hic, & d. lege. si quis inquilinos. §. primo. de leg. primo. & est glossa. in lege. Papi. de ser. titu generali. quod not. pro limitatione lege. vnum ex familia. §. sed si rem. de leg. ij In glossa. facto. a colligitis, quòd licet lege statuatur quòd hæres interimendo seruum legatum, teneatur ad eius æstimationem, hoc verum limitatur, nisi iusta causa subsistente occiderit, vt quia eum deprehendit cum vxore sua turpiter ludendo. Ex quo inferunt. Doc.

4 ad quæstionem, Pone † duo fecerunt simul pacem, b promiseruntque mutuo sibi non offendere. vnus ex istis bannitur, alter eum offendit. & hoc statuto permittente, vt quilibet posit bannitum offendere, quæritur an intelligatur turpa pax. Dicunt docto. quòd non quia illa promissio de non offendendo, intel

5 ligitur nisi iusta causa præmissa superueniat. † Eodem modo dicunt Docto. si quis offendat clericum c repertum in adulterio vxoris suæ, non incidit in canonem latæ sententiæ, hoc est, excommunicationis: neque ecclesia hoc est clericorum cœtus, potest agere pro iniuria sibi illata: quia quod licet in passum, licitum est & in quacunque tertiam personam quæ posit prætendere se ex illo actu iniuriatam, vt hic in glossa. cum iuribus in ea allegatis. text. in lege. non solum. §. quanquam. ff. de iniur.

ADDITIONES.

a Facto. Aduerte, quia licet cum ista glo. transeant omnes Doct. tamen non puto quod iste secundus intellectus licet sit verus in se, posit vllatenus procedere ad hunc tex. quia esset de directo contra hunc text. & secundum istum intellectum tex. deberet dicere, cum facto hæredis Tu dic quod imò procedit iste secundus intellectus ad tex. vt clare potes percipere cogitando. Ias. May.

b Duo fecerunt simul. pacem. Adde. Ioan. And. in reg. frustra. extra de regu. iur. Bar. Bald. & Angel. in l. quid ergo. §. si hæres per illum tex. ff. de lega. j. Bar. & Ang. in l. qui seruum masi. ff. de ver. ob. Io. Hyerony. de Eugubio in consi. lv. incip. viso casu prædicto qui posset per plura verba examinari. per tot. & Ang. Are. in consi. lvj. incip. Angelus de Foltona. per totum. idem tenentes que consilia extant. in ij. vol. consiliorum criminalium diuersorum Doctorum à me edito. & Fely. in c. peruenit. col. iij. versic. & hinc est quod si facta pace. extra. de iureiuran. Ziletus.

c Ostendat clericum. Adde Bar. Rapha. & Io. de Imo. in l. quid ergo, §. si hæres. ff. de leg. j. quos allegat Ange. Areti. in tract. malefi. in gloss. che has adulterata la madona. vers. quid si pater vel maritus. Pau. de puteo in tract. de sindi. in ver. clericus officialis. nume. 5. in paruis. Hip. da Marsi. in l. j. in prin. co. vij. ver. & dixi Bal. ange. & Raph. ff. ad l. Cor. de sicar. in l. diuus Adrianus col. ij. ver. & dixi idem And. ff. ad l. pomp. de parici. in l. j. in prin. col. viij. vers. & dixi Bald. Ang. ff. de quæst. in l. vnica. col. xviij. vers. & de isto reperto. C. de rap. virg. & in consi. 12. inci. adiuua me domine. nume. 9. Io. de Neuiz. in tracta. syluæ nuptialis lib. j. fo. 25. in paruis versi. sed quid si fiant contra clericum. Lud. Careti. in l. ob seruare curabis. §. circa quartum itaque vers. sed limita. prædicta non habere locum in clerico, C. que appella non recipian. Et insignem Doctorem D. Iaco. Nouel in sua practi. crimi. in forma conspiciendi cadauera. numero. 23. Ziletus.

In fin. glo. interest. Hæc responsio non bona quia idem locum habet in casu quo hæres probabiliter potuit ignorare an esset seruus legatus necne. lege. fin. de leg. ij. ergo solutio mala. Sol. dixit Bar. aliter respondendo, quod ideo hæres hic tenetur, quia sentit causam valde lucratiuam, hoc est hæreditatem ip-

6 sam, que responsio non est generalis, † quia hæreditas non semper lucratiua est plerunque infert commodum & incommodum, lege. hæreditatem. C. manda. Vnde alij dixere hæres tenetur in casu etiam probabilis ignorantiæ: quia licet sine culpa hæredis fuerit manumissus, tamen ex quo desijt esse suus, facto suo tenetur. &c.

1 *Dictio cum, posita intra res quarum una accedit alteri, quid operetur, & nu. 7. & 14.*

2 *Legata ancilla cum liberis ea mortua liberi debentur.*

3 *Legato seruo cum peculio, extincto seruo peculium non debetur.*

4 *Legato fundo instructo, uel fundo cum instrumento sublato legato fundi, tollitur & legatum instrumenti.*

5 *Differentia an legetur fundus cum instrumento, an fundus & instrumentum.*

6 *Cum dictio, uim copulæ habet.*

8 *Partus existens in uentre dicitur portio uiscerum matris.*

9 *Præmium quod debetur capienti aliquod animal, non debetur pro eo quod est in utero.*

10 *Generalis sermo debet & id continere, quod non est ex propria significatione, ut actus uideat,*

11 *Verba præsentis temporis trahuntur ad futurum, quando circa præsens nihil operari possunt.*

12 *Imperator non debet propter rudes malè loqui.*

13 *Legato uel alienato fundo quando ueniat instrumentum, nu. 14. & 16.*

15 *Dictio cum, ita copulat, sicut dictio: Et.*

17 *Res eadem non potest diuersa iure censeri.*

a §. SI QVIS ANCILLAS. a Hoc dicit: Duabus rebus principalibus mediante copula relictis. vna perempta, alia tamen debetur, Secus si vna veniat accessoriè ad aliam quia perempta principali perimitur & accessoria.

ADDITIO.

a Ancillas. No. primo, † quòd dictio Cum, posita inter res quarum

1 vna accedit alteri, vt est peculium quod accedit seruo, coniungit accessoriè: & ideo extincto legato serui, extinguitur legatum peculij. Sed posita inter res, quarum vna non accedit alteri, puta ancilla cum liberis, tunc coniungit principaliter, vt hic, & l. ij. & tertia. ff. de pecu lega. Ias. May.

2 † Not. primo, quòd legata ancilla cum liberis, ea perempta liberi debentur, Et fuit ratio dubitandi. Nam cum liberi videantur venire accessoriè ad matrem, perempto legato in principali, hoc est, matre, videbatur quoque perire posse in accessoris, hoc est, liberis. arg. in l. quod per manus. ff. de iure codicil. in l. ij. de pecu. le. Ratio decidendi fuit, quia in legato non veniunt liberi accessoriè ad matrem, sed veniunt æquè principaliter, & duo sunt legata, vnde vno perempto, aliud non perimitur, vt hic, & l. si ancilla cum liberis. de leg. j. Item not. quòd legatis seruis ordinarijs cum vicarijs licet ordinarij pereant

Vicarij

vicarij tamen debentur. Et fuit ratio dubitandi & decidendi, quæ fuit in versi. præcedenti. & statim dixi. No. quòd † legato seruo cum peculio, seruo extincto peculium non debetur. Et fuit ratio dubitandi, quia videbatur peculium deberi, quemadmodum debentur liberti matre mortua, vt suprà proximè. Ratio decidendi fuit, quia hic non sunt duo legata, hoc est, serui & peculij. vnde perempto seruo non debetur peculium. l. iij. de pecu. leg. Item not. quòd † legato fundo instructo, vel fundo cum instrumento, a sublato legato fundi, tollitur & legatum instrumenti: Et fuit ratio dubitandi & decidendi quæ sumitur ex præcedenti versic. ad quæ facit. l. j. & l. si cui. de fund. instru. lega.

ADDITIO.

Cum instrumento. † Et sic not. quòd est differentia an legetur fundus cum instrumento, an fundus & instrumentum, quia primo casu solum cōtinet instrumentum fundi, non patrisfamiliàs. d. l. si ea. secundò sic, vt hic, & l. ij. C. de verbo. signi. Ias. May.

Item colligitis, quòd † dictio cum, a habet vim copulæ diuersimodè. Aliquando enim copulat æquè principaliter, vt in princ. §. Aliquando copulat accessoriè, vt in ver. sed si seruus. b

ADDITIONES.

Dictio cum. Adde l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. Doct. in l. j. & l. ij. C. de verbo. signi. Card. in cle. ij. in iij. not. de testi. Idem in c. fin. in tit. not. de confue. Idem in c. j. not. de commo. Idem in cap. nobis. in j. not. de iurepat. Rapha. Cuma. consi. vj. incip. Petrus heres.

Adde Nicola. Euera. in locis legali. in c. vj. in loco à materia copulæ. ver. tertio istud argumentum formatur aliter. Ioan. Bapt. Ziletus.

Vers. sed si seruus. † Et sic est differentia inter legatum factum per Et, & factum per Cum. Sed quo ad æstimationem non est differentia, quando illæ dictiones ponuntur inter res, quarum vna non accedit alteri. l. ancillæ. de leg. j. Sed quando ponuntur inter res, quarum vna accedit alteri, vt, fundo & instrumento, tantum est differentia: quia dictio Cum, coniungit accessoriè. Sed dictio Et, coniungit principaliter: Et ideo si dico, Lego vaccam cum vitulo, si non valet legatum vaccæ, non valet nec vituli. Secus si dico, Lego vaccam & vitulum. Similiter si quis ingreditur monasterium cum bonis suis, si non valet ingressus, nec bona debentur. Secus si dedicat se & bona, vt in authen. ingressi. de sacrosan. eccle. Ias. May.

In fin. glo. in verbo, cedunt, colligitis, quòd † partus qui est in ventre, dicitur portio viscerum matris, Et ideo si quis conduxerit nauem vehendam mercede constituta pro singulis capitibus, non debetur merces pro partu existente in ventre matris. l. sed addes. § si quis mulierem vehendam. ff. loca. † Eodem modo si statuto caueatur, quòd pro quocunque lupo præsentato, potestati debeatur libra, non debetur libra pro lupo existente in ventre lupæ præsentatæ; de quo in l. qui in vtero. de statu homi. in fin. b glo. extinguitur, notata, quòd † sermo generalis aliquid complectitur vt actus valeat, quod aliàs ex propria natura non complecteretur. c Vnde dixit Bald. in l. si ita scripsisset. de leg. ij. quòd † licet verba præsentis temporis ex sui natura non trahantur ad futurū, trahuntur tamen quando circa præsens nō operari possent. & allegatur. l. fundus qui. ff. de fund. instru. lega.

ADDITIONES.

Lupo præsentato. Adde Ioann. de Ana. in capit. sicut. el. ij. in iij. col. de homi.

Adde Guil. de Cuneo. Albert. de Rosa. & Bald. & alios. in d. l. qui in vtero. ff. de sta. homi. Sigon. de Homodeis in consi. incip. statuto ciuitatis col. iij. ex sil. vj. probat. Bald. in l. fin. C. de liber. cau. Alber. in j. part. statu. q. cx xuij. in j. part. Ioan. de Imol. & Alex. de Imol. in l. Falcidia placuit. ff. ad l. Falc. Ange. de Are. in §. cum autem. supra de iusti. Felyn. in c. sicut el. ij. de homici. Andr. Alcia. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & Illustrem Iurisconsultum Do. Andr. Tiraquel. in l. si vnquam. vers. susceperit liberos. nu. 154. C. de reuocan. dona. qui suprascriptos allegat. Ziletus.

In fin. glo. Et aduerte ad finem huius glo. quia licet cum hac glo. transeant omnes, tamen ego puto glo. nō bene dicere: quia licet in peculio sit tam sit seruus vicarius, tamen homo non potest dici accessorius ad aliam hominem, propter eius dignitatem, vt dicit gl. in l. in principio. nec video quod obstet ìo oppositum. Item aduerte, quòd dum ista glo. allegat. l. si in diem. §. fin. de condi. & demon. vult allegare in versi. fin. qui incipit, sæpè numero tamen quem versiculum habes expressè declaratum per text. notabilem in l. talem. §. j. ff. de conditio. & demon. qui text. melius faceret pro ista allegatione. Ias. May.

Complecteretur. Quid operetur hæc generalitas Bello. consi. vj. nu. x.

In glo. instructus. a ibi, sic loquitur. Hæc sol. hic & vbique reprobatur. & id quidem iure, † quia non debet Imperator propter rudes malè loqui. sed clarius materiam explicare. §. sed non vsque. infrà eodem.

ADDITIO.

Instructus. † In gln. ibi, vel subtilius. gl. vult referre opiniones quorundam quæ notantur plenius. C. de verbo. signi. l. ij. vbi notatur in secunda opinione, quòd siue legetur fundus cum instrumento, siue fundus instructus, siue fundus & instrumentum, videtur falsè legatum instrumentum fundi & patrisfamiliàs, & quòd alienato fundo extinguitur legatum instrumenti fundi, vt hic, sed non instrumenti patrisfamiliàs, & sic quo ad reuocationem legati, concordat cum solutione Azonis, quæ plenius habetur in dict. l. contraria. Dyn. dicit quòd solutio Azonis est veritas. Sed in d. l. ij. glo. discordat in primo dicto, vbi legatum fundi cum instrumento, non venit in eo instrumentum patrisfamiliàs, secus in alijs duobus casibus, quia bene venit, vt hic. Iac. & Petr. dicunt duas esse differentias inter ista legata. vna, quòd si legatur fundus instructus, venit in eo instrumentum fundi, & instrumentum patrisfamiliàs. Sed si legatur fundus cum instrumento, vel fundus & instrumentum, non venit instrumentum patrisfamiliàs. Alia, quia quando legatur fundus cum instrumēto, alienato fundo extinguitur legatum instrumenti, sed in alijs duobus modis legatum non extinguitur. l. si cui. alleg. Sed hæc differentia hodie corrigitur in altero casu, quia quando res in principio. &c. Ias. May.

Ibi, l. j. Hæc communiter approbatur. Ex qua colligitis † distinctionem: Aut legatur fundus instructus: Aut cum instrumento. & tunc alienato fundo instrumentum intelligitur alienatum, vt sunt plaustra & aratra, & legatum extinguitur, quia illa veniunt propriè accessoriè ad ipsum fundū, vt hic. Secus in instrumento patrisfamiliàs in quo ita distinguitur. Aut legatur fundus instructus, aut fundus & instrumentum & tunc fundo alienato debetur instrumentum patrisfamiliàs, quia illud non venit propriè accessoriè ad fundum, sed habetur in rure pro subsidio personæ. Aut legatur fundus cum instrumento, & tunc fundo alienato omne instrumentum etiam patrisfamiliàs extinguitur in legato. l. si cui. l. j. de fun. instru. Sed dicet aliquis, Non videtur bona differentia, vtrum leget quis fundum & instrumentum, an fundum cum instrumento: † quia dictio cum, ita copulat sicut dictio Et, l. si Titio. de vsufru. accre. l. Titiæ. §. nihil. de leg. j. Et illud Petrus cum Paulo & c. Sol. a Dicunt Doctor. quòd dictio Cum, quantum ad vim & effectum copulandi, ita copulat sicut dictio Et. sed quantum ad modum & formam copulandi, differunt inter se, quia dictio Et, copulat semper æquè principaliter: dictio autem Cum, aliquando copulat principaliter, aliquando accessoriè. Principaliter dicitur copulare, quando ponitur inter personas & res quæ principaliter se habent, vt hic in princ. §. Accessoriè copular, quando ponitur inter res quarum vna accedit alteri, vt hic in fine. l. iij. de pecu. leg. l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. de leg. j.

ADDITIO.

Sol. dicunt doct. † Breuiter, ista est solutio tertia huius gl. quæ est Azo. vt refert glo. in d. l. si cui. quam communiter sequuntur Doct. quòd aut quærimus nunquid alienato fundo extinguatur legatum instrumenti, aut quærimus de instrumento fundi: & dicendum est quòd sic. ita intelligitur iste text. Aut loquimur de instrumento patrisfamiliàs: & dicendum est vt in d. l. si cui. Contra istam communem solutionem. Saly. vt refert hic. Ang. faciebat talè motiuum: Si legatur fundus instructus, illud legatum continet duo, instrumentum fundi & patrisfamiliàs, & quo ad instrumentum fundi extinguitur: secus quo ad instrumentum patrisfamiliàs. † quia eadem res non potest diuerso iure censeri. Ego respondeo, nisi sit res continens, quæ sol. est contra illam. l. eum qui ædes. vnde dic, quòd illa regula est vera nisi sit diuersa ratio, vt in instrumento fundi, quod est accessorium ad fundum, secus in instrumento patrisfamiliàs, quod non est accessorium fundum, sed ad personam patrisfam. Ista solu. mea secunda de directo est contra. l. eum qui ædes. vbi est diuersa ratio. & tamen non potest diuerso iure censeri, nam in supe. ficie quæ est mobilis, est diuersa ratio quam in solo, quod est immobile, & tamen non potest diuerso iure censeri quo ad vsucapionem. Ias. May.

In fin. gl. dicite vt suprà quia tertia est communior. Hæc vltima nulla: quia legum correctio & c. l. j. C. de inofficio. do. c. cum expediat. extra. de elec. lib. vj.

1 *Legatum gregis valet etiam si ad unam ouem minuatur.*
2 *Grex in una oue non consistit.*
3 *Tres homines constituunt collegium, & ius collegij in uno retinetur. nume. 5.*
4 *Grex licet à principio non possit constitui nisi ex pluribus, semel constitutus retinet nomen gregis, licet diminuatur, & nu. 10.*
6 *Vniuersitas est duplex.*
7 *Compromissum factum à collegio uel capitulo, super additos liget.*

8 *Collegio excommunicato, superaditi, excommunicati non sunt.*
9 *Iuramentum solum iurantem obligat.*

§. SI GREX LEGATVS. Not. quòd † grege ouium legato, omnibus peremptis vna excepta, illam deberi. Et fuit ratio dubitandi, quia legatus fuit grex † & in vna oue non consistit grex. l. oues, de abig. vnde non videbatur illam deberi. Sed fuit ratio dicendi, quia legato grege, & sic quodam totali, singulæ eius partes dicuntur legatæ, & ideò vna sola ouis debetur, vt hic. & l. grege, de leg. j. Item not. quòd augmentato grege legato, vel etiam diminuto, talis est præstandus legatario, qualis est. Idem in ædibus legatis augmentatis vel diminutis. Item not. quòd duo sunt corpora, vnum quod consistit ex distantibus pecudibus, vt ouium & porcorum: aliud quod consistit ex cohærentibus pecudibus, vt sunt ædes. Addite tertium, quòd vno spiritu vel elementatione vna continetur, vt homo, bos, & similia. l. rerum mixtura. de vsuca. In fi. glo[a] grex. [b] dicite, † tres autem homines constituunt collegium. l. Neratius. de verbor. sign. not. in c. j. extrà de ele.

ADDITIONES.

a In fin. glo. grex. Adde quot animalia faciunt gregem. vide in l. oues. ff. de abige. glo. in c. j. x. q. j. & glo. in c. j. de deci. lib. vj.

b Grex. Not. † licet à principio non possit constitui grex nisi ex pluribus tribus, vt hic in glo. tamen semel constitutus retinet nomen gregis, licet diminuatur. vt hic, & l. grege. ff. eo. & vide in §. sed gregis. suprà de re. diui. Et quot constituant gregem vel populum. vide in c. j. extrà. de electio. Ias. May.

In glo. ad vnam. in fin. sentit glo. quòd † sicut ius collegij retinetur in vno, [a] ita ius gregis in vno animali, quod est est aperte falsum: quia si oues moriantur vsque ad vnam, non dicetur grex in vna sustineri. l. si grege. de lega. j sed illa debetur, vt suprà dixi, quia toto legato singulæ quæque partes videntur legatæ. Sed ius collegij licet saltem ex tribus constituatur, in vno tamen retinetur. l. sicut. §. fina. ff. quod cuiusque vniuer. Ex quo sequitur. quòd si alij superaddantur, idem collegium bene remanet. Nam † duplex est vniuersitas. Vna facti, vt vniuersitas ouium, porcorũ, & equorum, & illa in vno retinetur. Alia facti & iuris, vt est collegium & vniuersitas scholarium, & aliquod capitulum. ista est glo. in d. l. sicut. §. fin. Ex quo infert Barto. quòd si collegium vel capitulum fecerit in aliquem compromissum, & collegium † fuerit augmentatum, quòd illi in compromisso intelliguntur legati, quia idem est collegium. l. proponebatur. ff. de iudi. † secus si collegium fuisset excommunicatum, quia superadditi non sunt excommunicati, quia pœna excommunicationis est mere personalis. c. Romana. §. pen. de sent. excommuni. lib. vj. Eodem modo si collegium aliquid iurauerit, superadditi non ligantur vinculo iuramenti, quia † iuramentum est mere personale, & solum obligat iurantem. c. veritatis. extra. de iureiu.

ADDITIO.

a Retinetur in vno. Tu dic, omissis his quæ hic dicuntur, quòd † sicut vniuersitas retinetur in vno quo ad nomen, vt dicit d. l. sicut. §. fi. ita etiam grex conseruatur in vna oue, si à principio fuerint plures: & hoc quo ad nomen. & ita etiam dicit Ange. hic in primo notabili. Ias. May.

1 *Peculium legatum censetur seruo inter viuos manumisso.*
2 *Relicta libertate seruo cum onere reddendarum rationum, an intelligatur legatum peculium, & nu. 8. & 10.*
3 *Inducta ad diminutionem non operatur augmentum.*
4 *Augmentum vel diminutio legati, tam in vita testatoris quam post mortem, ad quem spectet.*
5 *Legatum factum manumisso debetur à tempore aditæ hæreditatis, legatum verò extraneo tempore mortis cedit.*
6 *Legata in testamento libertate seruo, non intelligitur legatum peculium, secus inter viuos.*
7 *Dominus non confert libertatem seruo nisi prætextu futuri commodi.*
9 *Seruus manumissus in testamento non potest petere impensam factam in re domini.*
11 *Dies aditæ hæreditatis & legatorum quando cedat, & nu. 12.*

Si peculium[a] legatum fuerit.

ADDITIO.

a Peculium. Not. quòd † quando seruus manumittitur inter viuos, videtur in dubio sibi relictum peculium: secus si in vltima voluntate, vt hic, & l. j. C. de pecu. Ratio differentiæ ponitur hic in glo. & opi. Pla. est verior, quam etiam tenet glo. in d. l. j. Ias. May. In isto. §. si peculium. in ver. idem rescripserunt. el. ij. Aduerte, quia † omnes hic post glo. primam nemine discrepante, intelligũt istum ver. quòd ideò videtur relictum peculium, propter rationes quas habet reddere. Et dicit iste hic, quòd ratio est, quia ex quo grauatur onere reddẽdarum rationum. alleuiator in alio, vt gaudeat commodo peculij. ista ratio non est vera: quia quòd testator disponat de reddendis rationibus à seruo manumisso, istud non est onus, ex quo ad illas reddendas de iure tenebatur, & arctari poterat, intantum quòd dominus non posset in totum expressè, nisi secundum. l. si quis ratione. ff. de lib. lega. remittere redditionem rationum. l. si seruus vetitus. ff. de lega. j. Puto ergo quòd melior sit intellectus ad huoc text. quod ideo videtur relictum peculium, non propter onus reddendarum rationum, sed quia ex peculio grauatus est reliqua soluere, vt hic expressè dicitur in text. quia ergo non posset ex peculio soluere, nisi peculium esset sibi legatũ disponendo quòd soluat ex peculio, intelligitur peculium legare. concor. l. denique. §. interdum. ff. de pec. leg. quæ text, vide ad declarationem huius. & ibi Bar. & ex isto intellectu habes hic ex text. quòd † inducta ad diminutionem, operãtur augmentum contra l. legata inutiliter. de leg. j. quod ideo est, quia ex dispositione defuncti aliàs non posset sortiri effectum, prout declarat Bar. in d. §. interdum. & concor. tex. not. in l. Proculus. ff. de vsufr. Caue tamen in suprascriptis, quòd imò seruus manumissus non tenetur de gestis in seruitute. l. quæ vtiliter. §. j. ff. de neg. gest. & in. tit. C. an seruus ex suo facto. & ideò quòd manumissus tenetur reddere rationes, bene est sibi onus, vt iste dicit hic, & bene, & melius quàm ego. suprà. Ias. May.

Not. quòd † legato peculio si quidem augmentatur viuo testatore vel diminuitur, hoc indistinctè cedit lucro vel damno legatarij. Si verò augmentetur post mortem testatoris, ante tamen aditam hæreditatem, tunc refert an legetur ipsi seruo manumisso, & tunc eidem debetur: aut legetur extraneo, & tunc non debetur, nisi actum fuerit ex rebus peculiaribus. No. rationem differentię, quia † legatum factum manumissio, debetur solum à tempore aditæ hæreditatis, & cedit, vnde eo tempore consideratur quantum est peculium: sed legatum factum extraneo, cedit tempore mortis, vnde illud tempus cõsideratur, vt hic, & l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. Si autem augmentetur vel diminuatur post aditam hæreditatem, tunc indistinctè cedit & lucro & dãno legatarij. Ex versi. peculium. nota, † quòd relicta libertate in testamento, non intelligitur relictum peculium ipsi seruo: quod videtur absurdè dictũ: quòd plenior fiat interpretatio in contractu quàm in vltima voluntate, contra regulam iuris, in testamentis. Sed dicite quòd illud est regulare: quod hic fallit, ea ratione: † Nam quando dominus præstat libertatem actu inter viuos, sperat futurum commodũ operarum ex liberto: quæ futura spes donationis operarũ, inducit præsumptionem donationis peculij. arg. in l. si non remunerandi. §. idem Papi. ff. manda. Secus quando præstatur in vltima voluntate, quia nulla subest spes operarum: illa enim & omnis alia temporalis, morte clauditur. §. deinceps. in auten. de nupt. Item not. † quòd relicta libertate seruo in vltima voluntate, cum onere reddendarum rationũ, intelligitur legatum peculium: [a] quia ex quo grauatur hoc onere reddẽdarum rationum, alleuiatur in hoc vt gaudeat commodo & onere peculij: arg. in l. eum qui. de iureiuran.

ADDITIO.

a Peculium. Adde hic text. illum notabilem in l. denique. §. interdum. ff. de pec. leg. vbi ponitur alius casus in quo videtur relictum peculium, iunctis his quæ dixi in l. legata inutiliter. de leg. j. quod potes sumere ex hoc text. in verbo, & ex eo. & vide omnino. suprà in prima apostila, vbi reprobo, quæ dicit iste hic, & postea saluo. Ias. May.

Finaliter not.[a] quòd † seruo manumisso in testamento, non competit ius petendi quod impedit in rem domini, propter notabile præmium libertatis quod consecutus est. l. Paulus. de fideicom. libe.

ADDITIO.

a Finaliter not. Vltimo not. quòd † quando testator legat libertatem seruo, & iubet eum reddere rationes, & reliqua assignare, per hoc videtur peculium sibi legare, aliàs non posset facere prædicta. Secus autem quando testator dicit, rationem reddi peto, vt hic in gl. & de hoc legato vide Bar. in l. quamuis. & l. si cui libertas. ff. de condi. & demon. Ias. May.

In fi.

a In fin gl. [a] in verbo, cedere. De hac materia transmissionis & cessionis legatorum dicite vt in d. §. in nouissimo. Il-
21 lud tamen palam est: † quia tempus legatorum cedit quo ad transmissionem à tempore mortis: quia non est in potestate legatarij quando hæres adeat. Sed dies hæreditatis cedit à tempore aditæ hæreditatis, quia hæres institutus mortuo testatore potest quandocunque adire, & si moriatur antequam adeat sibi imputetur.

ADDITIO.

a In fin. glo. Et dum † glo. circa medium dicit, quòd legata regulariter
21 cedunt statim à morte nisi in sex casibus: die, vnus est in libertate relicta seruo manumisso: alius in legato f. ... seruo manumisso: tertius est in legato facto seruo manumisso. sed in alijs legatis, vt est text. in d. §. in nouissimo. & ibi glo. not. in verbo legatis, declarat; & text. expressus quem ibi glo. alleg. in l. hæredit. §. fina. ff. quando dies legat. ce. Alij tres casus sunt expressi in l. ij quando dies leg. ce. & rationem omnium ponit Barto. in d. §. in nouissimo. Item aduerte, quòd dum glo. circa fin. dicit, quòd legata conditionalia non cedunt nisi à purificatione conditionis, nisi in tribus casibus: primi duo qualiter procedunt, vide Bart. in d. l. conditiones. In tertiò malè dicit, quia in casu d. l. cum præfiotione. non est conditionale, sed purum, vt ibi in text. & ibi Bart. Ias. May.

1 ☞ *Res tam corporalis quàm incorporalis legari potest.*
2 *Nomen debitoris alteri legari potest.*
3 *Legatum nominis debitoris extinguitur si à viuo testatore fuerit exactum, & nu. 10.*
4 *Legatarij est electio in legato generis.*
5 *Legatum optionis transmittitur ad hæredes iure hæreditario.*
6 *Dissensio inter legatarios sorte dirimitur.*
7 *Intellectus l. fin. § j. C. commu. de legat.*
8 *Discordantibus legatarijs in electione, an habentes maiorem summam præferri debeant.*
9 *Legari solum potest habentibus testamenti factionem.*
10 *Exigere aliud est, aliud recipere à sponte soluente.*
11 *Tempore abundantiæ offerens frumentum debitum si creditor nolit recipere, non tenetur de augmento. & nu. 13.*
12 *Procurator ad exigendum nomina debitorum, an possit recipere à sponte soluentibus.*
14 *Dominus comparendo in iudicio pro actu voluntario videtur procuratorem reuocare secus comparendo pro actu necessario. & nu. 15.*
16 *Electio legati in genere, utrum ad hæredem, an verò ad legatarium spectet.*
17 *Legatum domus valet, si testator domus in patrimonio habet.*
18 *Differentia inter legatum fundi & legatum domus.*
19 *Iudex an compellere debeat discordantes ad concordiam.*
20 *Studia adulterina quæ dicantur.*
21 *Scholari mortuo in studio sine hærede uniuersitas succedit.*

a Tam autem [a] corporales res legari.

ADDITIO.

a Tam autem. Et si testator de certis rebus legat incertam, electio est legatarij, & ius eligendi transmittimus ad hæredem: licet olim secus esset. Item pluribus legatarijs quibus competit optio discordantibus, ne legatum pereat, inuentum est quòd sorte dirimatur quis debeat in electione præferri. & illis possunt legata relinqui, qui possunt ex testamento capere, hoc dicit vsque ad §: incertus. Ias May.

1 Not. quòd † ita potest legari res incorporalis, sicut & corporalis, quòd verum dicite si sint computabiles in patrimonio nostro, alíter secus. §. non solum. suprà eod. & l. cæ-
2 tera in princ. de legat. j. Item not quòd † nomen debitoris alteri legari potest, & mortuo testatore tenebitur hæres cedere actionem contra debitorem ipsi legatario: si tamen non cessserit ipso iure vtilis legatario competit. l. ex legato ho-
3 minis. C. eo. item not. quod † legatum nominis extinguitur tacite. si à viuo testatore fuerit exactum. Concor. l. fideicō-
4 missa § si item. de lega. iij. Not. quòd † in legato generis electio est legatarij. concor. l. legato. l. qui duos. de lega. j. Item
5 not. quòd † legatum optionis [a] erat olim conditionale, &
a propterea si moriebatur legatarius optione non facta & sic conditione non purificata, non transmittebatur ad hæredem §. in nouissimo. C. de cad. tol. Hodie autem transmittitur, vt hic, & l. fin. C. commu. de leg.

ADDITIO.

a Optionis. Dubitaui aliàs circa ver. optionis. quam vtilitatem affert legatum optionis, ex quo legati in genere legatarius habet electionem, vt versi. præcedenti dicitur, vnde videbatur legatum non valere, quia non affert vtilitatem, imò damnum, cum habeat in se conditionem, & legata io moriente non facta electione, peribat legatum, vt hoc text. Dicebatur mihi, quòd quando non est legata optio, legatarius habeat optionem, tamen non potest optare meliorem. l. legato generaliter. primo responso. ff. de leg. j. Secus quando est legata optio. sed hoc est contra l. ij. in princip. ff. de optio. leg. & ibi glo. & Bar. tenuit expressè contrarium. Cogita. Ias. May.

6 Item not. quòd † vbi pluribus legatarijs principaliter vel incidenter alicuius rei defertur electio, si discordauerint in eligendo, hæc discordia sorte dirimitur, & ille præfertur
a in eligendo. [a] qui fuerit à fortuna prælatus, concor. l. fin. C. commu. de le.

ADDITIO.

a Eligendo. † Sed aduerte, quia licet glo. hic, quam nullus hîc reprobat,
7 dicat quòd constitutio de qua hic fit mentio, sit in illa. l. fin. §. j. C. commu. de le. puto non esse bene dictum, quia ibi ponitur diuersus casus ab isto, & diuersa decisio ab ista. Primò ibi ponitur casus, quando electio nō erat relicta legatario, sed cuidam tertio. Et ibi deciditur, quòd si ille tertius moriatur antequam eligat intra annum, quòd electio transit ad ipsum legatarium. Ibi autem non deciditur prout hic, vtrum transmittatur ad hæredem legatarij. Cogita. Sed nunc aduerte melius: quia glo. hic non allegat. l. fi. § j. vbi est verum, sed quod dixi. quod est alius casus quam vide-
8 tur sed allegat. l. fi. in princ. vbi est propriè casus qui in tex. nostro. † Quid autem si aliqui legatarij habent maiorem summam, an illi debeant eligere, quemadmodum creditores habentes maiorem summam præferuntur l. maiorem ff. de pac. Dic quòd non, secundum Docto. in d. l. fi. licet gl. ibi teneat oppositum. Ias. May.

9 † Finaliter not quòd illis solum potest legari qui habent testamenti factionem: quod intelligite passiuam: Si autem testamenti factionem non haberent, ex legato non possunt capere. & qui sint, ibi videbitis in glo fin. In fin. glo.
10 in verbo exegerit. Not. † esse aliud exigere, & aliud recipere à sponte soluente: quia exigere est ab inuito extorquere, & testator exigendo videtur reuocare legatum: secus si recipiat à sponte soluente. Ratio diuersitatis est, quia testator cum exigit debitorem ad iudicium prouocat, si sua sponte hoc non facit. vnde nimirum si intelligitur reuocare legatum. Secus vbi recipit à soluente, quia cogitur recipere velit nolit, alioqui pecunia esset obligata periculo suo, vnde nimirum si tunc non intelligitur reuocare legatum. Vnde si debes mihi mille, & mihi offeras, & ego non recipiam, si ista
11 mille postea pereāt, tu liberaberis, l. qui decem. de so. † Ex
a quo Docto. inferunt, quòd si mutuaui tibi frumentum, [a] & offeras mihi tempore abundantię, ego teneor recipere: alioqui si frumentum augmentetur, tu non teneberis de augmento, & facit contra vsuratium. & facit pro glo. in l nulli.
12 C. de eroga. mili anno. † Eodem modo dicunt aliqui, quòd si ego constituo te procuratorem meum ad exigendum nomina debitorum meorum, non poteris recipere à sponte soluentibus: quod non placet Bald. quia ex quo in mandato venit, quod est plus, hoc est, exigere, venit quod est minus, hoc est à sponte soluente recipere, auth. multò magis. C. de sacrosanc. eccle.

ADDITIO.

a Frumentum. † An ille qui frumentum accepit mutuo tempore charistię,
13 si illud offerat tempore abundantiæ creditori suo, & noluerit acceptare, an ipse per hanc oblationem sit liberatus ab augmento quod tempore charistiæ erat, vide Bart. in d. l. nulli. Ias. May. (Adde an ille qui habet frumentum tempore charistiæ cogatur eum vendere. dic quod sic si deducat ne egeat. vt in d. l. pendentes. in §. si quis. de vsufru. Et quid de vendente frumentum ad tempus an possit sine peccato vsurarum, vide per Inno. in c. in ciuitate. de vsu. & per Ange. in l. si pater. in j. col. C. de inoffi. testa. Et quid de dante frumentum vetus vt recipiat nouum, an committat vsuram? vide per Arch. in c. nullus. xiiij. qua. st. iiij. Card. in cle. j. in x q. de vsu. & per Lau. de Rodulphis in tract. vsurarum. q. xlv.

14 Ex his infertur, † pone constitui te procuratorem meum
a ad iudicia. [a] si postea compareo in iudicio, si quidem ex necessitate, quia fortè iudex pro veritate vult me habere, ego non videor reuocare mandatum tibi iniunctum, secus si ex voluntate compaream. allegant l. fi. C. de procura.

ADDITIO.

a Ad ind cia.† An si illa qui constituit aliquem procuratorem ad iudicia,
15 compareat postea in iudicio, per hanc comparationem dicatur reuocasse procuratorem de hoc vide Bart. in l. mota. de procu. ff. & in c. quamuis. extra eo. Ias. May.

a Glo. in versi. legatarij. a

ADDITIO.

a Legatarij. Ista glo. diuiditur in tres partes principales. In prima ponitur opi. Bal. In secunda Rog. In tertia ponitur opi. Ioan. (Secunda ibi, sed Rog.) Tertia ibi. (Io. distinguit.) Rursus secunda pars subdiuiditur in quatuor. In prima loquitur quando legatum est in genere generalissimo vel subalterno. In secunda, quando in genere inferiori. In tertia, quando legatum est incertum de certis. In quarta & vltima, quando legata est domus vel fundus in genere. Et dum glo. hic in princ. alleg. l. si cui. ff. de serui. rusti. prædio. & glo. ibi in prima sol. ita concordat has duas vltimas. ll. scilicet d. l. si cui. & d. l. si vna. quæ sunt contrariæ. Eandem glo. habes in l. legato generaliter. de leg. j. & tenetur hic & ibi Ioan. secundum Bart. ibi. Nam incertitudo rei legatæ in genere vitiat legatum, vt hic, nisi in casibus hic positis in glo. Et adde quòd etiam incertitudo vitiat possessionem vsucapionem, & cessionem: vnde non valet si quis cedat ius quod habet in tali fundo, nec cessionarius poterit vsucapere, nisi appareat de iure meo, de quo per Bart. in l. si sic. de leg. j. Ias. May.

In glo. legatarij. ibi, liberaretur, Hoc dictum approbant
15 Docto. sed non approbant rationē. Nam aut dicimus† quòd electio hoc casu pertineat ad legatarium, & tunc non est verisimile quòd velit eligere muscam. l. iiij. de indebito. ff. de proba. Aut dicimus quòd pertineat ad hæredem, & tunc non poterit eligere muscam. l. legato. de leg. j. Vnde dicunt. Doctor. quòd tale legatum est nullum, quia in hoc genere generalissimo difficilimum est, imò impossibile, & ideò legatum non debetur. l. legato generaliter de legat. ij. Ibi, l. ij. Not. quòd in legato generali, secundum eos quos habet testator in patrimonio, electio pertinet ad legatarium, dummodo eligat mediocrem, non meliorem. Sed contra oppo. & imò videtur quòd possit ab hærede pessimus præstari. l. minus. de leg. iij. Sol. Aut loquimur in re animata legata, & tunc electio est legatarij, dummodo mediocris eligatur. Aut loquimur in re inanimata legata, & tunc electio est hæredis, & minimam potest præstare. ita loquitur. l. nummis. Ratio differentiæ, quia si priore casu esset electio hæredis, & promitteretur dari res minima, posset esse legatum inutilē. Quid enim si hæres præstaret hominem ætate confectum, ita quòd esset sumptuosum eligere, certè legatum inutilitatem esset allaturū. Nō est sic in re inanimata, quia illa præstatur sine legatarij impensa & qualiscunque fuerit vtilitatem affert legatario. ibi, interpretatur. Ratio, quia hæres qui repræsentat defunctum, creditur melius scire eius voluntatem quàm legatarius. in authen. de iureiuran. à moriente præstito. in princip. Et quod glo. dixit, quòd testator expressit certum nomen rei legatæ, intelligite eo casu quo testator habebat res eiusdem nominis plures: aliter cum res esset clara non foret quæstio voluntatis habenda. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. iij. Et ista proprie dicitur interpretatio, non autem electio, inter quæ est differentia. No. gl. in l. quicquid astringendæ. de verbor. obligat. Ibi, si domus.
17 †Not. quòd legatum domus ita demum valet & tenet, si testator habeat domos in patrimonio: aliàs secus. Ex quo inferunt docto. quòd si Comes promiserit militi infeudare castrum, hæc promissio ita demum valet & tenet, si Comes habet castra in Comitatu vel patrimonio: aliter est derisoria.
18 In fin. glo. † Not. ex hac glo. differentiam inter legatum domus, & legatum fundi, quia legatum domus valet & tenet, si testator habeat domos in patrimonio. Ratio differentiæ, quia domus fuit constructa suis regionibus: sed fundi constituuntur destinatione patrisfa. vnde hæres destinatione sua posset fundum constituere vnius palmi, & legatario præstare, & ideò legatum redditur nullum, velut irrisibilē. l. cum post. § gener. de iure do. Sed Docto. communiter reprobant: quia quando testator habet fundos etiam in patrimonio, legando fundū intelligitur legare talem qualē habebat in patrimonio. ar. in l. domus. Et ideò idē dicūt docto. in legato fundi, quod dicitur in legato domus, vt ita distinguatur: Aut testator habebat in patrimonio, & valet legatum. Sed licet ista sit communis, tamen est contra casum. l. cum post. § gener. qui loquitur indistinctè, & generaliter.

Et dicere quòd ibi testator nullum fundum habebat in patrimonio, est diuinare, nihilominus ita tenetur in iudican-
19 do. In† glo. fortè, in fin. Si quæratur, an pluribus discordantibus iudex eos compellat ad concordiam, dic. Aut discordant in præiudicium tertij, & tunc eos concordare compellit. l. huiusmodi. §. fi. de le. j. Aut discordant in proprium, præiudicium, & tunc eos non compellit, sed fortuna dirimitur discordia. Fallit, nisi iudex videret eos propter discordiam peruenturos ad arma, quia tunc compelleret gl. est in l. æquissimum. de vsufr. & facit. l. non est singulis. de re-
a gu. iur. In glo. facio. a ibi, Collegium. † Collegia autem stu-
20 diorum sunt communiter approbata dummodo sit locus approbatus: aliter studia & collegia adulterina dicerentur. notatur in l. j. C. de studijs liber. libr. xj. & constat in au-
21 then. habita. C. ne fil. pro pa. Ideò. † si scholaris moriatur in studio, nullo relicto hærede, vniuersitas succederet. l. j. C. de hære. decu. & facit quod not. in gl. in l. j. de bo. va. lib. xj.

ADDITIO.

a In glo. facio. Item dum glo. ista dicit de hæretico maioris hæresis, vt eam intelligas. vide glo. post rasi in l. ij. C. de hæret. Item dum in fin. allegat. §. j. in authen. de nup. nihil facit nisi hoc modo, quia confirmat aliàs leges, nisi in certis capitulis, inter quæ non est istud. vnde hoc expressè probatur per l. j. C. de sacro. nupt. Vel melius dic quòd est. §. qui incipit, primæ. in authen. de nupt. Et hanc glo. dum loquitur de hæretico extendit Ioann. Fabr. hic ad excommunicatum. per authen. credentes. C. de hæreti. & capi. excommunicamus. §. credentes. extrà. de hæreti. Sed non bene intelleait illa iura, quia loquuntur in excommunicationa propter hæresim, vel auxilium, vel fauorem, vt ibi dicit Bart. & sic videtur allegat. probare contrarium in excommunicato simpliciter. Ias. May.

1 ☞ Posthumus alienus, an possit institui. & nu. 9.
2 Legatum factum incertis personis quomodo valeat. & nume. 3. 5. 6. & 10.
4 Argumentum à superiore ad inferius negatiuè valet.
7 Solutum per errorem ex causa dotis non repetitur.
8 Tutor incertus dari non potest.

a §. INCERTIS. a Continuatur sic. Suprà visum est de incertitudine rerum legatarum, sequebatur videre de incertitudine personarum quibus legatur: de qua tractat iste. §. Hoc dic: Personis penitus incertis, neque legata neque fideicommissa non possunt relinqui. Incertæ verò personæ ex certis, & legari, & per fideicommissum relinqui potest.

ADDITIO.

a Incertis. † In isto. §. incertis. in versi. fin. qui incipit, posthumus. est mul-
1 tum diligenter aduertendum, quia tex iste vnumquenque decipere. Nam litera videtur velle, quòd posthumus alienus qui sit in ventro eius quæ inter vxor nostra esse non potest, non possit institui. Et consequenter videtur velle, quòd si posthumus sit in ventre sororis meæ, ex quo ipsa de iure vxor mea esse non potest, quòd illum non possim instituere, ita sonant verba istius versiculi, & multum clarè prima facie. Sed iste intellectus est falsissimus, quia possum instituere posthumum qui sit in ventro nurus meæ. l. Gallus. in princ. ff. de libe. & posthu. & tamen cum ea non possum de iure contrahere matrimonium §. affinitatis. suprà de nupt. vnde in veritate iste versi. posthumos. videtur mihi in eius intellectu multum periculosus, licet à Doc. negligatur. Ego puto quòd iste versiculus non possit intelligi nisi secundum. l. si quis posthumos. §. fin. ff. de libe. & posth. & credo quòd iste versiculus velit illud idem dicere quod dicit ille. §. fina. scilicet quòd hodie licitum est instituere omnem posthumum tam proprium quam alienum. dummodo instituam posthumum nasciturum ex tali cum qua sit prohibitum mihi matrimonium. Vnde si instituerem posthumum mihi nasciturum ex sorore mea, non valeret institutio. & vide Bart. in d. l. si quis posthumos. not. in d. §. fi. Sed in princ. text. in l. si filius à patre. in §. pen. in eo. tit. ff. de libe. & posthu. contra ipsum intellectum vrget, quia exceptio ista non bene veniret ad text. Sed dic, de necessitate text. debet ita intelligi, vt exceptio ista veniat non ad casum expressum, sed ad casum subintellectum, hoc modo, Posthumus alienus & olim & hodie potest institui. subauditur, & multo magis posthumus proprius. Ad hunc casum subauditum venit ista exceptio nisi &c. Obstat etiam multum contra hunc intellectum text. iste in verbo, sit. & sic de præsenti. Sed quia iste intellectus loquitur de posthumo nascituro, oportet de necessitate subaudire sic, scilicet nasciturus: quod est violare literam, ita tamen puto de necessitate dicendum. Ias. May.

2 Not. quòd † olim incertis a personis nec legari nec per
a fideicom. poterat relinqui: quod est verum olim indistinctè, hodie verò cum distinctione: quia aut relinquitur ad pias causas, & tunc legatum valet & tenet. Vnde si reliquam pauperibus, valet legatum, quia intelligitur relictum Deo

omnipo

omnipotenti, qui est certus. l. id quod pauperibus. l. nulli. l. si quis ad declinandum. C. de episco. & cleri. Si verò ad aliam causam relinquatur incertæ quoque personæ, tunc relictum est nullum.

ADDITIO.

Incertis. † No. regulam, quòd incertitudo circa personam legatarij reddit legatum nullum, vt hic. & l. Paulus respondit. de reb. du. & not. Barto. in l. quidam relegatus. de reb. dub. vbi ponit plenè materiam incertitudinis. Hæc regula fallit, si testator expressit personam, sed dubitatur de qua senserit, cum essent plures eiusdem nominis: nam tunc legatum tenet in sui substantia, licet propter incertitudinem redderetur inutile: & nisi legatarius probaret de eo sensisse, potest hæres cui vult soluere & gratificari. l. si quis seruum. & l. si quis à filio. de lega. ij. in fin. Secundò fallit, quando ab initio est incerta persona legatarij, sed ex postfacto venit certificanda vt hic in versi. illud. & in hoc corrigitur iste text. in fin. nec huiusmodi. infrà eod. quia hodie valet, nec olim non valeret. Sed quando persona est omnino incerta, nec venit certificanda, tunc nec olim nec hodie valet legatum, nisi legaretur pauperibus. d. l. id quod, & sic non corrigitur. ita voluit Bar. & glo. in d. l. quidam relegatus. Tertiò fallit, quando relinquitur incertæ personæ da certis, vt l. si seruus. & d. l. quidam. de legat. ij. Quartò fallit, fauore pauperum, vt hic, & l. si quis ad declinandum. quæ omnia vide per Bar. vbi suprà. Ias. May.

Not. in versi. nam nec. † tenere argumentum à superiore ad inferius negatiuè: puta, militi non conceditur, ergo nec pagano: non potest dux debellare, ergo nec miles, sed affirmatiuè non valet argumentum. † Item not. quòd libertas relicta incertæ personæ non valet. l. cum ex pluribus. de ma. test. Item not. quòd † licet incertis personis [a] relinqui non possit, incertis tamen de certis relinqui potest, concor. l. quidam relegatus. ff. de reb. du.

ADDITIO.

Personis. Item nota ex hoc. §. in ver. sed nec huiusmodi species. quòd licet olim legatum factum incertæ personæ, quæ etiam poterat certificari ex futuro euentu, non valeret, vt in princip. huius. §. in ver. incerta autem persona. & in versi. sequen. tamen hodie est secus. quod limitat Saly. in l. id quod pauperibus. & refert hic Ange. de Are. quando implementum illius futuri euentus tendit ad commodum testatoris, per d. l. quidam. de reb. dub. vbi videtur text. & in l. si quis ita scripserit. in eo. tit. Quam limitationem puto esse contra hunc text. in princ. vbi ille futurus euentus non tendebat ad commodum testatoris. Ias. May.

Not. quòd legata soluta per errorem, [a] quæ erant relicta incertis personis olim, non poterat repeti, hodie possunt.

ADDITIO.

Errorem. Et † sic per incertitudinem poterant retineri. Sic etiam solutum per errorem ex causa dotis non reperitur. l. cum his. §. mulier. de cō. di. inde. Et alios casus vide in l. elegantet in fin per glo. de condi. inde. & in l. j. C. eod. &c. & per glo. in §. pen. infrà de ob. quæ ex quasi contractu. Ias. May.

Item not. quòd olim posthumo alieno legari non poterat hodie sic. Not. quòd posthumus alienus appellatur ille, qui natus, inter suos hæredes futurus non est. Item no. quòd † tutor incertus dari non potest. concor. l. tutor incertus. de test. tute. quia de præiudicio filij tractatur, ne malè gubernetur, vnde de certa persona est sibi prouidendum, vt hic. † Item not. quòd posthumus alienus & olim & hodie potest hæres institui: quod gloss. admittit olim, inspecto iure prætorio: secus inspecto iure ciuili, infrà de bo. pos. in prin. vel tacitè etiam iure ciuili post Gallum, secus ante Gallum. l. Gallus. §. ille casus. de libe. & posthu.

ADDITIO.

De libe. & posthu. Vel melius dicite ex mente Barto. in l. Gallus. §. illa casus. olim de iure ciuili. suorum posthumus alienus qui poterat effici suus, vel in vita vel post mortem, poterat institui: sed per prætores fuit inductum quòd omnis posthumus alienus posset institui, licet nunquam efficiatur suus: quod postea imperatores superuenientes per eorum constitutiones secuti sunt, & hæc est in breuibus veritas. Ias. May.

Opponitur contra † text. Videtur etiam quòd relicta incertis personis valeant. l. si quis filio. §. fin. de legat. j. l. à ciuibus. de reb. dub. l. j. C. de sacrosan. eccle. Sol. licet istæ personæ sint incertæ, tamen quia repræsentatioe faciunt personam certam, valet relictum. l. mortuo. de fideiuſ. An autem valeat relictum factum parti Gibellinæ, vel parti Guelforum? Bart. cum Bald. dicit quòd non, quia talis pars est reprobata, & tale relictum accedit ad inuidiam, & tales partes tendunt contra principatum. l. si quis ingenuam. §. ciuilibus. de cap. & postli. reuer. Posset tamen pars Gibellina, & pars Guelforum constituere procuratorem ad pacta vel concordiam componendam, quia est actus laudabilis. Posset etiam testator legare ciuibus talis portæ, vel parrochiæ, vel viciniæ, vel etiam ciuibus inferioris partis vel superioris. d. l. si quis à filio. §. fin. de leg. j. & l. si hæres §. vicinis. eo. tit. quia istæ non sunt partes improbatæ. de quo dicatis. vt per Bart. & Bald. in d. l. si quis à filio. §. fi.

1 ☞ *Error nominis, prænominis, uel cognominis, modo de corpore constet, non uitiat legatum.*
2 *Error confinium rei legatæ non inualidat legatum.*
3 *Error uici uel parochiæ, uel personæ legatarij, reddit legatum nullum.*
4 *Error in uocabulo artificij legatarij, legatum uitiat.*
5 *Idem in errore dictionis.*
6 *Error in nomine appellatiuo an uitiet, & nu. 10. & 25.*
7 *Nomina sunt imposita ad dignoscendum, & nu. 9.*
8 *Testatorem errasse in finibus quomodo probetur.*
10 *Legata an solo nutu fieri poßint.*
11 *Falsa demonstratio an uitiet legatum, & nu. 17. & 18.*
12 *Falsa causa adiecta legato, non uitiat legatum.*
13 *Falsa causa adiecta legato conditionaliter uitiat, nisi purificetur.*
14 *Condictio actui adiecta præsumitur finalis causa.*
16 *Dictio si & cum, faciunt conditionem.*
19 *Mulier quæ ex statuto sine consensu duorum proximorum parentum se obligare non potest, si nisi unum tantum habet, illi se obligare potest.*
29 *Comes si donauit omne ius suum, intelligitur quatenus probetur comitem habuisse.*

§. SI QVIS IN NOMINE. Error nominis, prænominis, vel cognominis, nec legatum nec hæredis institutionem vitiat, dummodo de corpore constet. Idem est in errore falsæ demonstrationis vel causæ, nisi fuerit conditionaliter enunciata. h. d. Diuiditur in tres. Nam in prima tractat de errore nominis, prænominis, vel cognominis. In secunda tractat de errore falsæ demonstrationis. In tertia tractat de errore falsæ causæ. Secunda ibi, (hoc proxi.) Tertia ibi, (longè.) † Not primò, [a] quòd error in nomine, prænomine vel cognomine, non habet vitiare legatum, vel hæredis institutionem, dummodo de corpore constet, concor. l. si in nomine. C. de testa. & idem voluit glo. j. & glo. in d. l. si in nomine. † Idem esset in errore confinium rei legatæ, quia legatum non vitiaretur. argu. in l. patronus. §. j. de legat. iij. † Idem esset in errore viciniæ vel parrochiæ rei legatæ vel personæ legatarij. l. quoties. in princip. de hæredi. insti. & ibi not. † Idem esset in errore artificij personæ legatæ vel legatarij. l. qui habebat. de reb. dub. † Idem esset in errore dictionis vel similium, vt habetur. & not. in l. si quis in nomine. Hæc verba sont vera in errore proprij nominis, † secus in errore nominis appellatiui. l. iiij. de leg. j. & ibi videbitis in gl.

ADDITIONES.

Not. primò. † Ratio est istius primi notabilis, quia talia nomina sunt solum imposita ad recognitionem, vt hic. & l. ad recognoscendos. C. de inge. & ma & ideo qualitercunque cognoscatur, vel de per se, vel per relationem ad aliud, sufficit. l. certum. ff. si cert. pet. † Qualiter autem probetur quòd testator errauit? Dic quòd hoc probatur secundum fines subiectos per testatorem: puta si testator dicat, lego campum oliueti situm sub talibus confinibus, qui campus non habebat illa confinia, secundum Bart. & glo. in l. si quis in fundi vocabulo. de leg. j. vbi videtur bonus text. Ias. May.

Error in nomine. Adde an error in proprio nomine vitiat puta si Papa mandat prouideri de beneficio dicens B. scholaris Bononien. & ille B. sit Padua. studens Bononiæ: an per hoc vitietur rescriptum. vide per Ioan. Andr. Ant. de But. & Car. Zaba. in c. significante. de rescri. & Abb. in cons. xciij. incip. in q. quæ ad præsens vertitur inter capitulum. in ij. vol.

Not. in text. sopradictorum rationem. † nam nomina [a] sunt comparata gratia significandorum hominum, vnde superflua reperiuntur vbi aliter satis demonstratur. concor. l. ad recognoscendos. C. de inge. & ma. l. j. in fin. ff. de do.

prælega.l.certum.si cert.pet.vnde expressio nominis errona veluti frustratoria non vitiat, facit in argu.l.vnica.in princ. ff.de rei vxo.actio.

ADDITIO.

Nam nomina †Secundum istam rationem sequeretur, quòd nunquam error nominis appellatiui vitiaret legatum. Probo, nam expressio nominis appellatiui non est necessaria in legatis, cum legata possint fieri solo nutu.l.nutu.in princ.ff.de leg.iij.ergo si exprimantur nomina appellatiua in legato erronee & sic inepte,non habebunt vitiare legatum. l. vnica. in princ. C. de rei vxo. actio. Dimissis quibusdam verbis quæ circa hæc dicuntur per nouissimos in d.l.iiij.in princ.ff.de leg.j.pro solutione, ista est veritas,quod non est verum quòd legata possunt relinqui solo nutu, nisi sit aliquis qui propter infirmitatem impeditur loqui: iste est propriè casus in d.l.nutu secundum intellectum Barto. ibidem & verus. Vnde si aliquis posset loqui,non est verum quòd posset legata nutu relinquere,& sic clarè cessat obiectum.Ias.May.

Not. quòd † falsa demonstratio adiecta legato, illud non vitiat.concor.l.demonstratio falsa.de condi.& demon.Ratio,quia rei satis demonstratæ frustra fit demonstratio.l.j.in fin.de do. præle. Item not.quòd † falsa causa adiecta legato non vitiat legatum.ᵃ Ratio,quia falsa causa legato non cohæret.l.cum tale. §. legatum. de condi. & demon. quod est dicere, quòd talis causa non est causa finalisᵇ quæ moueat agentem ad disponendum, ad legandum: sed est causa impulsiua, quæ non remouet mentem disponentis ab actu,nec illum vitiat.l.j.§ sexum.ff. de posthu. Secus si causa esset finalis,quia remotio causæ finalis remouet mentem disponentis ab actu,& vitiat actum, vt not. in l.ij. in fin. de dona. tit. generali. Et illa applicatur causa finalis, quæ si vera esset, necessaria esset:puta, lego tibi mille, quia ea mihi mutuasti: si enim ea mutuasset, esset necessarium tibi dare. Per hoc non ob.quæ habentur in l.j.C.de fal.cau.adie.leg. Item no quòd† falsa causaᶜ adiecta legato conditionaliter, vitiat, nisi purificetur.concor.l.demonstratio falsa. de condict. & demon. Ratio,quia hoc legatum non est adhuc perfectum, imò in euentum conditionis suspensum. vnde facilius vitiatur quam iam in esse productum, argu.in l.patre.de his qui sunt sui vel alieni iuris. & in c. missus. & in c.consuluit.extrà.qui clerici vel vo.† Præterea conditio actui adiecta præsumitur causa finalis.concor.l.à Titio.de verbo.obliga.l.si quis seruum.de condi.& demon. vnde nimirum si ea vitiata actus tollitur, vt hic,& d.l.demonstratio.In fin.glo.in versi. in nomine habetis, similem in l. si in nomine. C. de test.Cui addite, quòd aliud est nomen significatiuum qualitatis, vt titius albus, niger vel rubeus.vt not. in l.si quis in fundi vocabulo.de leg.j.† In fin. glo. in verbo intelligantur.colligitis, quòd licet error nominis proprij,ᵈ vbi de corpore constet, legatum non vitiet, error tamen nominis appellatiui habet legatum vitiare. Et est ratio, quia error nominis proprij est tolerabilis: nam nomina propria sunt apposita ab homine, & facilè variantur, ideò ad placitum poni possunt &c. Sed nomina appellatiua sunt insita rebus à natura, ideoque incommutabilia,& in eis error non toleratur, ideoque actus vitiatur. Vnde si volens legare asinum dixerit, lego bouem, legatum nullum est. & hæc ratio ponitur in d.l. iiij. de leg j. Aliam rationem ponit Bald. quia quando est error in nomine appellatiuo,ᵉ ideò legatum non valet, quia quod est in voce, discrepat ei quod est in mente: & quod est in mente non valet; quia non est expressum. facit l. si repetendi.C. de condi.ob cau. Fallit si res legata esset oculis subiecta: vt quia testator volens legare bouem, boue demonstrato dixerit, lego asinum: quia realis demonstratio tunc plus valeret quam verbalis, & teneret legatum. l. quæ extrinsecus. de verbo.obligat. Secundò fallit hæc regula, quando testator fuisset prius protestatus, quia dixisset, quandocunque legauero bouem, volo intelligi de asino: tunc legato boue, intelligitur asinus legatus, non tam in virtute verborum habitorum, quam in virtute præsentis protestationis. hæc est gl. in l. iiij de lega j. quia legata & nutu & legari & relinqui possunt.l.nutu.de leg.iij.& per hoc non obst.quæ.suprà vidistis.de verb.oblig § j. in glo. quia habent locum in stipulatione, ad cuius essentiam requiruntur verba expressa & formalia. Tertiò fallit hæc regula, quando non esset error multum absonus: vt quia testator volens legare libros, appellauit membranas.l.librorum. §. quod tamen Cassius.de lega.iij. Quartò fallit,ᶠ si esset error in qualitate: quia testator dicit, lego bouem nigrum, cum esset albus.l.qui habebat.de reb. dub. & not. in l. si quis in fundi vocabulo.de legat.j.

ADDITIONES.

Vitiat legatum. Adde Pau.de Castr.in rub. C. de fal. cau. Et an vitiat dispensationem.vide tex.cum gl.in fi.in c.quia circa.& ibi Doct.de consan.& affi.Io.And.in addi.Spe.in tit.de clan.despon.Ant.de But.in c.ex parte.de offi.ord.Old consi. cclvj.incip. Clemens episcopus Idem consi. ccxv.incip.cuncta breuia. Et an vitiat inuestituram feudi.vide per Bald.in c.j.post prin.de feu.guar.in vsi.feu. Et an vitiet clericum,vide per Bar.Io. de Imo.& Lu.Ro.in l.iuste possidet.ff.de acqui.pos.Abb.in c.j.de re iudi. Et an vitiat vnionem ecclesiarum. Vide Rotam decisione ela aij.incip. item not.quod falsitas causæ.& decis.cccxcviij.inci.vtrum vnio. Car.Zab. consi.98.incip.Papa vniuit quandam abbatiam. Et an vitiat professionem. Vide per Abb.in c.ex parte.el ij.de conuer.coniu. Et an vitiat laudum vide Pet.de Ancha.consi.j.Et an vitiat inuestituram feudi vel emphyteosis.vide Car.in consi.xciiij.incip.nobiles viri domini de vineguerra. Et an vitiat appellationem vide per Bal.in l etiam.C.de falsa causa adiec.le. Et an vitiat gratiam Papæ concessam motu proprio.vide per Pet.de Anch. cons.154.inci.visis consilijs. Et an vitiat excommunicationem. Vide per Bal.in c.quid super his de fide instru.

De hac c. finali & impulsiua.Vide not.Bello.consi.viij.col.j.

An falsa causa.Adde an falsa causa legatum. Vide per Pau.de Cast.in rub C.de falsa causa Et an vitiat appellationem.Vide per Bal.in l.etiam. C.de fal.cau.adiec.leg.an vitiat stipulationem.Vide tex.& Doc.in l.si diuorum.ff.de ver.obli.

Error nominis proprij.Adde Io.And Ant.de But.& Card.Zab.in c.significate.de rescri.Abb.consi.xciiij.incip.in quæstione, quæ ad præsens Vertitur.in ij volu.

Adde.Circa hanc regulam vide Barto.in l.quæ extrinsecus.ff. de verbo.oblig.ad cuius limitationem, vide Ias.in l.si in nomine. C.de testa. Bartho.Soci.fi is est in tract.fallentia.reg.xix.Pet.Girar.de Petra Sancta in sing ac.incip.regula est quòd error.in l.si quis in fundi vocabulo.nu.1. ff.de leg.j.& ibi F.an.de Ripa.nu.1.cum seq.Ad quam regulam vide quæ allegat insignis D.Pet.Duennas in regu liris.reg.cclvj.Io.Bapt. Ziletius.

Error in nomine appellatiuo.Adde.l.si quis in fundi.de leg j.l.in venditionibus.de contrahen emp.l.si in nomine.& ibi Bal.in l.non ideo.C. de hæredi.insti & Spe.in titu.de libel.concep.in §.vxor.

Quartò fallit.Item fallit,si vnum nomen appellatiuum consueuisset poni pro alio, vt palafrenus pro equo,l. Labeo.in fin. de supel. lega. Ias. May.

In glo.conditionaliter.ibi, non solum. Not.† quòd sicut dictio Si, facit conditionem, ita & dictio Cum, apponitur substantiæ legati. Secus si apponatur executioni legati,alterius actus quia tunc dictio Si,facit conditionem,dictio autem Cum,notat tempus.l.his verbis.C.quando di.le.ce.

ADDITIO.

Addi.An dictio Cum,faciat conditionem,sicut dictio Si, vel ne. adde aliam glo.ponentem latius de hac materia.de defectu conditionis &c.in rub.de condi.& demon.& ibi Bar.Ias.May [Adde l.si quis arbitratu.ff.de verbo.oblig.Doc.in l.j.& ij.C de verbo.sig.Car.in cle.ij.in iij.no.de testa. idem Car.in c.fi.j not.de consue.Raph.Cumma.consi.lvj inci. Pet.bærea. Adde Glo.in l.qui promisit ff de condi.indebi.Bar.in l.quocunque.§. non solum.ff de verbo.oblig & ibi Alex.consi ij.ver.item nota one esse differentiam.& ibi quoque Ias.in j & ij.not.Bar.in l.centesimis §. si ita stipulatus fuero col.j.ver.oppono quia in princip.eo.ti.& ibi Alex.col.ij. ver.in gl.j.& ibi etiam Ias col.iiij.ver breuiter vera ratio.Alex.de Imo.in l.Stichus qui meus erit.col.ij.ver.in glo.in ver conditio ff.de leg.j & in l. huiusmodi col.j.ver.sed Nicolaus de Neap.hic dubitat.Ias.in l.stipulatio ista.§.inter certam ff.de verb.obli.& Clarissimum D.Hippoly, Rimi. eaidem,in l.posthumos.nu.344.C.de bono,po sec.contra tabu Ziler.]

In fi. Quæ autem sit diffinitio conditionis, causæ, modi, Vel demonstrationis, dicite vt per gl.ordi.in rub.ff de condi.& demon.Quando autem eorum defectus habeat vitiare legatum, dicite vt in l.j.& in l.in testamento.eod.tit.in l.j.C.de insti.& susti. Et ad id quod hic glo.dixit fore distinguendum vt habetur in l.si sic.§.j.de leg.j.dicatis vt ibi.† Sed tamen pro nunc sic veritas se habet: Aut testator legat per verba primæ personæ, lego tibi quòd debeo tunc si nihil debeatur, legatum est nullum.Si vero dicat, lego decem quæ tibi debeo, valet legatum, etiam si nihil debeat: quia huiusmodi falsa demonstratio legatum non vitiat, & tenebitur illa decem meus hæres præstare.Si autem testator legat per verba tertiæ personæ, relata ad personam debitoris, vel ad personam tertij.puta, lego tibi quod mihi debes, aut lego

tibi

tibi decem quæ mihi debes, vel lego Sempronio quod mihi debet Caius vel Sempronio quæ mihi debet Caius, tunc vtroque casu legatum est nullum si nihil debeat: quia si verè deberet, hæres ad nihil aliud teneretur, quam ad præstandam liberationem, vel cessionem tertiò fiendam, quæ est impossibilis vbi nulla est obligatio. Vnde qualitas importata per seruum, quæ est de substantia legati, facit conditionem. Secus si non esset de substantia, quia tunc adiecta verbo præsentis temporis faceret demonstrationem, secus si esset adiecta verbo futuri temporis. Et sic non ob. l. Stichus qui meus. de leg. j.

ADDITIO.

a 18 Sic veritas se habet. † Et circa hunc articulum, an falsa demonstratio vitiet legatum, clarius quàm hic subijciam: & est regula, quòd demonstratio falsa adiecta speciei, si de ea constet, non vitiat, vt hic. Sed si est adiecta quantitati, & tunc aut in tertia persona, aut in prima, vt hic in margine declaratus. Et hæc omnia habent locum vbi est expressa certa quantitas, licet demonstratio esset falsa. Vbi autem quantitas certa non est expressa tunc legatum est nullum indistinctè. l. si sic. §. j. de leg. j. Et de hoc, an falsa demonstratio vitiet legata vel contractus. vide Bar. in l. falsa demon. de condi & demon. vbi plenè. Ias. May.

19 Ex† quibus infertur secundum Docto. ad quæstionem. a statuto cauetur quòd mulier a non possit se obligare sine consensu duorum proximorum parentum: si non habeat nisi vnum, poterit se illi obligare: quia illa verba sine consensu parentum, intelliguntur, si ad sint: de quo per Barto. 20 in d. lege Stichum qui meus erit, de legatis. primo † Eodem modo si comes donauerit omne ius suum ecclesiæ, intelligitur, quatenus probetur comitem habuisse ius. de quo per Bal. in l. si sic. §. j de leg. j.

ADDITIO.

a Quod mulier. Adde, Bald. in l. in coniunctione. C. de nuptijs. & in l. j. C. vnde uir & vxor. Pet. de Anch. in repeti. ca. canonum statuta. circa medium vers. transeo ad statuta, quæ quandoque prohibent. extra de constitutio. Pau. de Cast. in l. si cum dotem. §. si patris. ff. solu. matri. Ioan. de Imo. in c. iij. col. vij. de ijs quæ fiunt à præla. sine consen. cap. Abb. Panor. in capitulo quoties. in iiij. nota. ex. de testa. & illi Fely. in ij. not. Io. Bap. Ziletus.

1 ☞ Seruo heredis instituti legari non potest, Domino serui instituti sic. nu 4.
2 Legatum quod non potuit ualere si tempore testamenti conditi testator decessisset, non conualescit etiam testatore diutius uiuente.
3 In legatis conditionalibus non inspicitur tempus testamenti, sed conditionis.
5 Antiquitus ante hæredis institutionem nihil relinqui poterat, hodie uerò hæc relita ualent & tenent. & nu. 6.
6 Legata quibus casibus debeantur heredis institutio locum non habeat.
7 Fiscus occupans bona uacantia, debet ea occupare cum sua causa.
8 Testatoris mens in ultimis uoluntatibus potius attenditur quàm ordo scripturæ.
9 Incertitudo libertatis uel rei legatæ quando uitiet legatum.

a §. AN SERVO. a In relictis legatis pure inspicitur tempus testamenti, & in alijs habet locum regula Catoniana. Secus in relictis conditionalibus, quia in his inspicitur tempus euenientis conditionis, nec habet locum regula Catoniana.

ADDITIO.

a An seruo. Aduerte circa hunc. §. quia videtur quòd ita valeat legatum in primo casu sicut in secundo. Nam ideò vult Imperator quòd legatū valeat in secundo casu, quia potest esse casus in quo legatū sit penes vnū, & hæreditas penes alium, si seruus sit alienatus, aut manumissus antequam adeat. Certè idem est in primo casu nam ibi potest esse casus in quo hæreditas erit penes vnum, & legatum penes alium. Si ponas domino instituto esse datum substitutum, certè si dominus nolit esse hæres, admittetur substitutus, & sic hæreditas erit penes substitutum, & legatum ex persona serui penes dominum. Nec ob. regula Catoniana, quia licet testator statim mortuus fuisset, tamen dominus non fuisset hæres statim, nisi voluisset esse hæres. Potes dicere quòd hic loquitur de seruo hæredis: & quando dominus nollet esse hæres, non essemus in casu huius. §. Cogita. Sed istud nihil est, quia etiam in secundo casu, quando seruus est alienatus, non est amplius seruus hæredis. Puto non posse aliud dici, nisi quòd iste text. procedit quando dominus institutus non habet substitutum: si autem, habet substitutum, secus, quia militaret ratio quæ in secundo casu. & hæc est veritas. Ias. May.

b Catoniana. Secundò & multū fortiter contra istum tex. facit, quia etiam in primo casu est dare plures casus in quibus hæreditas erit penes vnum & legatum penes alium, in xiij. casibus connumeratis per gl. not. in l. eam quam C. de fideicom. cum additis ibi per Bar. in quibus licet hæreditas non adiretur per dominum tamen legatum deberetur, & maximè in casu auth. hoc amplius. C. de fideicom. Cogita, quia puto quòd in omnibus illis casibus non procederet iste text. in primo casu. Et potes dicere, quòd illi sunt casus speciales, & non habendi in consideratione, nec trahendi ad consequentias. l. ius singulare. & lege quod verò contra. ff. de le. Ias. May.

1 No. primò, † seruo hæredis instituti non posse purè legari. Et est ratio, quia dominus institutus reperietur hæres & legatarius, cum per seruum institutum sibi acquiratur legatum. l. placet. de acquir. hære. ideo legatum nullum. Item not. quòd legatum non conualescit, licet viuo testatore seruus legatus potestatem domini eiusdem hæredis exeat. Not. 2 rationem, † quia legatum quod, si tempore testamenti testator mortuus fuisset, non valuisset, nunquam conualescit testatore diutius viuente lege prima de regu. Cato. l. cætera. §. 3 j. de lega. primo. † No. seruum hæredis instituti sub conditione, legari posse: quòd legatum valebit & tenebit, si tempore existentis conditionis exiuisset potestatem domini, licet testator tempore testamenti mortuus fuisset, non valuisset. Ratio, quia in legatis conditionalibus non inspicitur tempus testamenti, sed tempus conditionis, in quo suspenditur substantia legati: & ideo ad ea legata conditionalia non 4 pertinet regula Catoniana. Item not. quòd † licet seruo hæredis instituti non possit legari, domino tamen serui instituti legari potest. Nota rationem, quia licet testator mortuus fuisset tempore testamenti, tamen dominus serui instituti non diceretur hæres & legatarius, quia seruus instituti non facit dominum hæredem statim sed requiritur iussus & aditio hæreditatis, lege si quis mihi bona. §. iussum de acquiren. hæredita. Idem si seruus institutus manumittatur, vel alteri alienetur antequam adeat, valet institutio hæredis in persona sua, vel noui domini, & legatum ex persona prioris domini. Et si dixeritis, ista institutio est in casu primo. nam statim mortuo testatore non reperietur dominus institutus hæres & legatarius, quia non efficitur hæres statim mortuo testatore, sed requiritur quòd hæreditas adeatur. lege cum hæres. de acquirenda possessione. Respondeo, licet non efficiatur hæres à tempore mortis veræ, tamen quandocunque adiuerit aditio retrotrahitur, & à tempore mortis hæres fictæ dicitur. lege hæres quandocunque. de acquiren. hæredi. Et si dixeritis, quòd si hæres hæreditatem repudiauerit? Respondeo, quia legatum corruit veluti hæreditate non adita: vel non petetur ex testamento, sed ab intestato, iuxta ea quæ habentur in authentic ex causa. de liberis præteritis. Ex §. ante hæredis, no. quòd † olim libertas relicta, vel aliud quodcunque relictum, ante institutionem hæredis non valebat: quia hæredis institutio est caput testamenti; & ideo quodcunque relictum ante ipsam hæredis institutionem dicitur nullum, quia à capite etiam incipiendo, nullum huiusmodi fuit lege prima §. primo ff. de eden. a Sed tamen hæc relicta valent a & tenent, quia licet ex ordine scripturæ legata præcedant, ex ordine tamen intellectus non intelligitur ipsa institutio præcedere.

ADDITIO.

a 6 Valent. † Item debentur legata, quando testator cessauit institutionem, volens legata salua fore. l. proximè. ff. de his quæ testa. delen. Item debentur, quando quis prohibuit testari, hoc est, mutare testamentum in quo est institutus alio à quo aufertur hæreditas & legata debentur. l. j. §. sed si legatarij. C. si quis aliquam testari prohibuerit. Item si testator errauit in coniunctione ciuili vel naturali, vt quia instituit eum quem credebat sibi naturaliter coniunctum, vel à se legitimè adoptatum, cum non esset, debentur legata, licet vertitur institutio. d. l. tanquam. Item si filius recusat redimere patrem, vt authen si captiui. C. de epis. & cle. Vel curare patrem furiosum, vt auth. liberi furiosi. C. de epis. aud. Vel si filius institutus efficiatur hæreticus, vt in authen. idem. C. de hæret. Item si hæres recusat adimplere voluntatem defuncti, his casibus priuatur successione, & legata debentur. Item si alicui quis præstitit alimenta triennio, relicta in mus solenni voluntate, tenetur præstare in infinitum. l. prima. C. 7 de fideicommi. † Item no. quòd fiscus occupans bona vacantia, debet ea occupare cum sua causa, scilicet vt præstet libertates. de quo dic vt in l. iiij. C. de fideicom. Ias. May.

8 Nota, † in vltimis voluntatibus potius attendi mentem

quàm ordinem scripturæ. Hoc verum, nisi de mente scripturæ constet l.iij.C.de libe.præte. In casu autem dubio ordo scripturæ a est seruandus. Et per hoc non ob. quæ habentur in l.ij.§.fina.de vulga.& pup. Item not.in §.post mortem. quòd olim legata & fideicommissa relicta post mortem hæredis & legatarij, vel pridie post mortem vtriusque, non valebant, nec tenebant, hodie tamen valent & tenent.

ADDITIO.

a Ordo scripturæ. Adde Bar.in l j.§.si prius ff.de vulga.& pupil. Bald.in l.ambiguitates.C.de te. Bal.in auth.hoc amplius.C.de fidei. Saly. in l.qui postea.C.de testi. Doc.in cap.quorundam.de elec.libr.vj. Abb.in c.sedes apostolica.de resc. Domi.in c.quia pontificali.in fine. de offic.delegati libro.vj.

In fi.glos.j Hic loquitur in seruo hæredis instituti, quo casu valet legatum: ibi autem loquitur in seruo testatoris, quod valet ex quadam humanitate, quia testator voluit remunerare seruiles labores, hoc est, remunerare benemerita à seruo suo recepta: quæ ratio non cadit in seruo suo hæredis instituti. In fi glos. constitutionem. Hæc l.ex pluribus.& lege si quis à filio.§.finali. videntur pro contrarijs allegari, in hunc modum: quia in l.ex pluribus,† legatum libertatis vitiatur ratione incertitudinis, in l.si quis à filio.§.fi. legatum alterius rei non vitiatur ratione incertitudinis. Sed tamen vos dicite, quòd idem est in legato libertatis, quod in legato alterius rei. l.si fuerit de reb.du. Vnde ad argumen. respondetur similiter, aliquando incertitudo legati cadit super legatis rebus, & tunc valet legatum, sed declaratio spectat aut ad hæredem, aut ad legatarium, vt vidistis suprà eo.§.generaliter. Aut incertitudo cadit super personis legatariorum, & tunc talis incertitudo vitiat legatum: & ita loquitur lex cum pluribus. de manu.testamento. Et est ratio differentiæ horum casuum. Nam quando est incertitudo personarum, non est fundatum ius in persona alicuius legatarij qui possit petere legatum: & ideo declaratio incertitudinis à nemine præter iudicem potest improbari. Sed quando est incertitudo rerum, sed est persona certa, ideo valet legatum, quia existente persona certa legatarij, potest incertitudo quæ versatur circa rem legatam bene declarari &c.a

ADDITIO.

a Et cæt. Adde tu, quòd etiam idem est in secundo casu l.si patroni.§.sed si non fructibus, quia ibi sicut hæres non potest compelli adire propter legatum libertatis, ita nec etiam propter aliud legatum pecuniarum & ita etiam dicit Ang.de Are.hic. Ias.May.

Glo.in ver.legatis.a

ADDITIO.

a Legatis. In glo.in verbo, legatis. quia gl. ista multum obscurè loquitur vide glo. clarè loquentem in d.l.j.in glo.mag.C.vt act.ab hære.& contra hære. vnde puto hanc glos. fuisse sumptam, & ibi Glos. Inducit de per se iura, quæ glo. simul hic allegat. & ibi glos. sentit rationem diuersitatis. Et damna istam glos. dum facit differentiam inter stipulationes & legata. quia est contra illam l.j. dum dicit, quòd tam in stipulationibus quàm in legatis actiones & obligationes incipiunt ab hæredibus & contra hæredes, vt sentit Bar.in d.l.j.& in l.ita stipulatur magna. in versi. secundo iuxta hoc quæ tu. Nisi sustinendo istam glo. dicas ad illam l. quòd incipiunt scilicet cum effectu, quæ tamé esset destructio, vt dicit Bar. Ias.May. [Adde an sit differentia inter stipulationem & pactum. vide glo.in l.de quæstione. C.de pac.]

Legatum pœnæ nomine quando ualeat, & numero .2.3.4.6. & 15.

5 *Quicquid disponit testator pro lege habetur.*

7 *Testator non potest grauare heredem ad soluendas usuras, si non soluit legatum.*

8 *Legatum an ratione impossibilitatis sit nullum, & numero.11.12. & 13.*

9 *Eo casu quo adiecto pœnæ ualet, non potest testator eam apponere usque ad quancunque summam uult.*

10 *Legatum factum mulieri ne nubat, uel patri ne filium connubio iungat, an ualeat.*

14 *Conditio impossibilis uitiat contractum stricti iuris.*

POENAE QVOQVE. a id quod legatur, admittitur vel transfertur pœnæ nomine, valet & tenet hodie, licet iure vetustissimo non valere neque teneret. hoc dicit secundum communem intellectum. Diuiditur in tres partes. In prima ponit dictum. In secunda illud declarat: In tertia ponit dispositionem iuris noui. Secunda ibi, (pœnæ autem nomine. b) Tertia ibi, (sed huiusmodi,) In tex. ibi, aliquid fiat, subaudite quòd testator voluerit fieri, ibi verò faciat, quòd testator voluerit fieri.

ADDITIONES.

a Pœnæ quoque. † Aduerte, quia iste textus videtur velle, quòd licet olim legatum pœnæ, si hæres filiam in matrimonio nó collocauerit, non valeret, hodie tamen valet: quia in contrarium videtur tex. in l.Titia. in prin. ff.de verb.ob. ponderando bene rationem illius tex. per quem tex. alids tentabam dare nouum intellectum ad hunc text. quòd etiam hodie tale legatum nó valeret. & hoc dicebá probari ex tex. isto in fi. ibi, vel legibus interdicta, iuncta d.l.Titia, vt respondet ibi Bar. in princ. in solu. quæri contrarij, quòd est l.ea quæ quòd aliud est quem metu pœnæ compelli, aliud timore lucri perdendi, vt est hic, vbi hæres tractat de lucro perdendo ex hæreditate. Ias May.

b Nomine. Et iuxta hunc tex. in verbo si non collocauerit. Adde tex. illum singularem in l.ij.§.ad filiorum & ibi Bar.C.quando & quibus quarta pars debe.lib.x.& sic quære infrà quantum tempus debet expectari ad collocandum filiam in matrimonio, vt non soluat pœnam. Ia.May.

No. primò, † olim non valere dationem, ad emptionem, vel translationem factam nominæ pœnæ. Et fuit ratio huius iuris. nam legata debent fieri ob benemerita recipientis. lege nec adiecit. ff. pro socio. vnde si fiant in pœnam hæredis instituti, dicuntur declinare à natura legatorum, & ideo legata nulla, Not.† quòd huiusmodi legata non solum sunt nulla in testamentis paganorum, verum etiam in testamentis militum. Item no. † quòd iure nouissimo valent huiusmodi legata facta nomine pœnæ & cohæredum dationis. nisi præcedat dispositio illicita impossibilis. Fuit ratio decidendi iure nouissimo, quia quidquid† testator in suo testamento disponat, pro lege seruari debet, nisi illicitum, impossibile, vel probosum induxerit statuendum .§. disponat. in auth.de nup. l.seruo alieno.§.fi.de lega.j.l.in conditionibus de condi.& demon. his omnibus cócor. l.j.C.de his quæ pœ. nomine.† In fi gl.in verbo aliquid. Hæc sol communiter reprobatur, & nihil refert an testator addat quod adimit legata, vel transfert nomine pœnæ, an verbo huiusmodi verba omittat. vnde indistincte hic.§.est intelligendus.l.de pretiu.ff.de pup. Vnde ad l.ij.de his quæ pœ.nota. aliter respondent, distinguendo, an testator a mandet aliquid fieri, & postea si non fiat, aliquid nomine pœnæ legat, vel adijcit cohæredem, & tunc legatum nomine pœnæ non valebit. Aut testator non præcedit aliquid, sed legatum facit sub conditione, si quid tale non fieret, & tunc legatum conditione deficiente valebat & tenebat b lege secunda. de his que pœnæ. nota.

ADDITIONES.

a An testator. Istud primum membrum est de broca contra tex. in l.j.§. Item si ita.ff ad l.fal. infrà allegatam per istum, & contra.l.j.ff.de pen. in ga. nisi respondeas vt infrà respondet iste, secundum quem puto verum istum intellectum & vide Ioan.Fab. Ias.May.

b Et tenebat. † Quæro nunquid eo casu quo adiectio pœnæ valet, an testator possit eam apponere vsque ad quancunque summam velit? Dic. quòd non, si sit vltra legitimum modum posita. l.eos. C.de vsuris. † An autem testator possit grauare hæredem ad soluendas vsuras, si non soluat legatum? Dic quòd non, quia de iure canonico sunt prohibitæ, de quo per Bar.in l.ij.ff.de his que pœnæ nomine. vbi dicit testatorem non posse imponere aliquod grauamentum non legitimé: ibi vide, & in l.j.per Barto. Ias.May.

In glos.impossibili ibi, quod volebat. Hæc solutio non valet. quia diuinat ideo non bona. lege si putator ad l.aequi. ibi, soluet† Hæc eadem ratione probatur: Vnde Doct. aliter sentiunt, distinguentes. a Aut impossibilitas adijcitur substantiæ legati, puta grauo te vt tradas montem auri, grauo non redimas patrem ab hostibus, vel grauat aliud illicitum hæredem facere. & tunc tale legatum est nullum, vt hic, & lege vnica.C.de his quæ pœ.nomi. Aut impossibilitas nó adijcitur substantiæ legati, sed adijcitur executioni legati, & & tunc talis impossibilitas non vitiat legatum, imò ad possibilitatem reducitur. & loquitur. lege si mihi & tibi. de legatis primo. b

ADDITIO.

a Distinguentes. † Quid autem de legato facto mulieri ne nubat, vel patri ne filium connubio iungat, an tale contineat impossibilitatem: quia inducit viduitate ideo reijci debet. lege hæres meus. de condi.& demon. Dic. quòd tunc reijcitur conditio & pœna, quando inducit viduitatem

respectu

respectu omnium personarum, & sic nulli possit nubere: sed respectu vnius personæ non reijcitur vt hic, & l. cum ita legatum. C. de indicta viduitate tollenda. & per Bar. in d. l. hæres meus. Ias. May.

De leg. j. Et aduerte † quòd ista sol. multum videtur applaudere huic tex. & fuit sol. glo. in d. l. j. ff. de condi. inst. Sed ad l. vnicam. C. de his quæ pœ. no. videtur mihi quòd possit procedere, Dum ibi in fi. dicitur, quod si aliquid facere vel legibus interdictum vel impossibile &c. ecce quòd impossibilitas non erat in non legato, aut in substantia legati. Et si istum text. intelligis secundum illum prout est necessariò intelligendus, cum sit sumptus ab illo, placet mihi sol. vltimo approbata per Bar. in l. j. ff. de condi. insti. & in d. l. vnica. quòd iste. §. loquitur in conditione necessaria. Nec aliquid potest obstare, quia secundum illum tex. patet expressè quòd præcesserat dispositio impossibilis, vnde sequitur quòd conditio quæ apponitur est necessaria. & sic licet ista solutio videatur diuinare ad istum tex. tamen non diuinat intelligendo istum tex. secundum d. l. vnicam. & vide illam solutionem vltimam declaratam per. Nico. de Neapo. hic Iason May.

In fi. † Hanc eandem sententiam tenuit glos. in l. vnica. C. de his quæ pœ. no. in l. obtinuit. ff. de condi. & demon. sed tamen communiter reprobatur, quia nihil refert an conditio impossibilis adijciatur grauato, hoc est hæredi, an vero onerato, [a] id est, legatario l. si viua matre ff. de hære. insti. Item quia contra generalitatem l. obtinuit de condi. & demonstr. Quare glos. in l. j de conditionibus institu. soluit multum subtiliter. Si quæratur an impossibilitas habeat vitiare legatum: aut ista impossibilitas adijcitur substantiæ legati, [b] puta, lego montem aureum. & legatum est nullum l. apud Iulianum. §. fin. de lega. j. Aut impossibilitas additur per viam præcedētis dispositionis, & postea si non fiat, legatur nomine pœnæ, & legatum est nullum, vt hic, & l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine: Vnde si testator iubeat hæredi aliquid facere impossibile, & postea si nō fecerit aliquid legat ab eo nomine pęnæ, non est imponenda pęna hæredi si non adimpleuit impossibile præceptum lege in testamento. de condi. & demonst. Si verò impossibilitas incipit à conditione legati, puta, lego tibi mille si dederis montem aureum, vel si non dederit hæres montem aureum, nunc tollitur talis impossibilitas, & valet legatum: & tunc loquuntur contraria.

ADDITIONES.

Onerato. † Quæ tamen possit esse ratio diuersitatis, quòd si conditio impossibilis adijciatur grauato vitiat, secus si onerato, ponit. Bald. in l. vnica. in ona op. C. de his quæ pœ. nomine sed melius. Nico. de Neapo. hic Et aliam rationem diuersitatis ponit glos. in l. prima. ff. de cond. insti. Ias. May.

Legati. Si verò impossibilitas non est circa substantiam legati, sed circa accidens, puta, cum leget seruum distantem ab octo dietis, quem vult tradi intra tres dies à morte testatoris, tunc ipsa impossibilitas reijcitur, & remanet legatum. l. si mihi & tibi. de lega. j. Ias. May.

Contraria. † Contractum verò stricti iuris bene vitiat impossibilis cōditio, vt. §. impossibilis infrà de inuti. stipu. sed non contractum bonæ fidei. l. iosulam. §. j. ff. locati. Ias. May.

Sed contra prædicta dixerit aliquis si testator iusserit hæredem dare montem aureum, & si non dederit legauit ab eo mille, debet valere legatum & tenere, quia legatum pactum sub conditione necessaria, habetur pro puro. l. si pupillus. § sub cōditione. de noua. Sol. dicit. Bal. quòd illud est verum quando legatum incipit à præcedenti conditione necessaria. secus quando incipit à præcedenti dispositione impossibili, & postea legatur conditionaliter, ne pœna hæredi imponatur propterea quòd impossibile præceptum testatoris, non impleuit vt suprà dixi. & ad prædicta facit. l. si homo mortuus de verbo. ob. † Finaliter contra text. opponi sentit litera, quòd olim non valebat legatum nomine pœnæ relictum. Sed contra oppon. & imò videtur quòd iure veteri valeret & teneret vnde oppon. dr l. j. §. idem si ita ad l. falci. de l. cum prædefinitione. ff. quando di le. ce. Horum timore. Docto. tria iura distingunt. Quoddam est ius antiquissimum l. xij. ta. & eo iure inspecto legatum nomine pœnæ relictum erat nullū. & de iusto iure sentit hic Iustinianus. Quoddam est ius mediæ iuris prudentiæ, & illo iure inspecto legatum nomine pœnæ valebit & tenebit. & ita loquuntur iura contraria: Quoddam est ius nouissimum iuris prudentiæ, & illo etiam iure apertius valet legatum nomine pœnæ, & loquitur etiam. §. iste. & lege vnica. C. de his quæ. pœ. nomine. Sed contra hanc opinionem moueor fortissimè, [a] Nam si antiquissima iuris prudentia qua disponebatur non valere legatum nomine pœnæ per mediam iuris prudentiam fuit correcta. frustratoria esse correctio Iustiniani. Præterea contra hanc opinio. facit hæc litera, quæ refert Sabino Iurisconsulto non placuisse adijci posse cohæredem nomine pœnæ, & tamen Sabinus fuit tempore mediæ iuris prudentiæ. lege secunda. §. post originem. ff. de orig. iur. Item pro hac sententia allegatur. l. si ita legatum. de condi. & demon. & hanc tenuit do. Christ. quòd iure ff. orum, & si ipsa media iuris prudentia, non valebat legatum relictum nomine pœnæ. Ad iura in contrarium alleg. respondebat ipse quod non loquuntur de legato pœnali, sed de legato succedaneo, ita quòd vna res succedebat loco alterius: puta hæres dato pœnum Caio: si non dederis dato decem illa decem nō fuerunt nomine pœnæ relicta vt detur electio hæredi, aut præstandi penū aut prestandi decem, & casu que non præstiterit penum, succedat eius loco legatum de decem: Sed contra. D. Christ. allegabatur. l. multa. de condi. & demon. sed respondebatur quod ibi non debet sumi argumentum à contrario sensu, l. conuenticulam de epis. & cler.

ADDITIO.

fortissimè. Hanc opi. ponit Nelo. Fa. licet ascribatur d. Christo. pro hac opi. magis me mouet. l. ij. ff. de his quæ pœ. nomine. nam si legatum factum nomine pœnæ valebat illo iure Digest. tum quid erat opus dubitare an esset pœna vel conditio? Cogita, quia aliud nō inuenies, nisi quia in pœnam non valebit, in conditionem sic. Ias. May.

De ademptione legatorum. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de legatis, verum quia voluntas testatoris ambulatoria est vsque ad mortem l. iiij. §. fi. de adi. lega. Ideo rectissimè viso de legatis, sequebatur videre de eorum ademptione.

1. *Testes quot requirantur in ademptione legatorum.*
2. *Codicilli vltimi priores sibi contrarios reuocant.*
3. *Codicillus posterior quis præsumatur, quando in eodem testamento duo insunt codicilli.*
4. *Res eadem duobus in duobus codicilli legata, cui debeatur.*
5. *Legatum factum alicui, si duo sint eiusdem nominis cui præstandum sit.*
6. *Testatorum voluntas ambulatoria est usque ad mortem.*
7. *Legata nedum possunt adimi, uerum transferri.*
8. *Legatum uni, si alteri legetur, ademptum uidetur.*
9. *Legatum ademptum in eodem testamento non propriè uidetur ademptum.*
10. *Legatum ademptum in codicillis, an ipso iure ademptum censeatur, an ope exceptionis.*
11. *Legatum coram duobus uel tribus testibus ademptum, an ipso iure ademptum censeatur, an ope exceptionis.*
12. *Testator non præsumitur uelle se in continenti corrigere.*
13. *Inimicitiæ superuenientes inter testatorem & legatarium, legati tacitam inducunt ademptionem. & nu. 17.*
14. *Inimicitiæ capitales tribus modis appellantur.*
15. *Inimicitiæ graues quæ & quæ atroces dicantur.*
16. *Legatarius qui post mortem testatoris concubuit cum eius uxore, uel turpiter lusit perdit legatum.*

ADEMPTIO. Legata adimi possunt[a] vel transferri, & in eodem testamento, & in alio, ac etiam in codicillis, verbis quibuscunque, vel uerè contrarijs, vel non, hoc dicit. Diuiditur in duas. In prima tractat de ademptione legatorum, & sic de prima parte rubricæ. In secunda tractat de translatione legatorum, & sic de secunda parte ipsius rubricæ. Secunda ibi, (transferri.)

ADDITIO.

Adimi possunt. † Potest hic quæri quot testes requirantur in ademptione legatorū. Variæ sunt opi. Aliqui dicunt, quòd sicut in vltima voluntate excepto testō, regulariter requiruntur quinque testes. l. si quis agere. C. de codicillis. ita in adēptiōe: quia nihil tā naturale &c. l. prout de sol. Bal. cōsuluit quòd sufficit probare ademptionē per duos testes. quia sicut ex testamēto minus solenni obligatur naturaliter hæres soluere legata. vt no.

in l.ſi poſt diuiſionem.C. de iur.& fac.igno. ſic & in ademptione tollitur naturalis,quia erat obligatus hæres. Et adde not.per gl.& Doc.maximè. Bar.in l.ij.C.de bon poſſe.ſecundum tabu.Iaſ.May.

a No primò, adimi poſſe legata nedum ex teſtamento in
b quo relicta ſunt,verumetiam in a codicillis.b

ADDITIONES.

a Verumetiam.Et ita in codicillis conſuluit Bello conſi.liiij.in fi.

b Codicillis.† Et adde,quòd vltimi codicilli contrarij ita reuocant pri-
2 mos,ſicut vltimum teſtamentum reuocat primum.l.iij.C.de codi.† Quid
3 autem ſi ſunt duo codicilli in eodem teſtamento, quis dicetur vltimus? Dic quòd ille in quo eſt ademptio,quia non poteſt adimi niſi ſit datum.
4 l.non poteſt.de re iudi.† Quid autem ſi in vno codicillo contineatur,qualiter talis fundus legatur Titio & in alio codicillo eſt qualiter idem fundus legatur Seio,nec apparet quis ſit prior? Dic,quòd vterque admitti-
5 tur.l.ſi pluribus de le.j. † Quid ſi legatur fundus Titio,& duo reperiuntur vocati Titius? Dic,quòd melior eſt conditio poſsidentis, & ſi neuter poſſidet,locus eſt gratificationi per hæredem.l.ſi quis ſeruum.de leg.j. Iaſon May.

6 Ex quo colligitis † teſtatorum voluntatem ambulatoriam eſſe vſque ad mortem.conc.or.lege cum his ſtatus.ff.de do.inter vi.& vxo.l.iij §.finali. de adi.leg. Item nota,adimi poſſe vel verbis merè contrarijs ipſis legatis , vel verbis quibus teſtator vtatur circuitione: quod ſtatim videbitis in gl.
7 alijs.Item nota † quòd legata nedum adimi . verumetiam transferri de perſona poſſunt. & conc.or.lege ſicut.ff eodem
8 Item nota.† quòd legatum vni , ſi alteri legetur à primò adimi videtur , quod limitate verum , ſi legatum ſecundo fiat ſub commemoratione primi, alioquin non videtur adimi.lege planè.de leg.j.dixi ſuprà tit.primo.§.ſi eadem. Item. no.quòd tranſlatio legatorum poteſt fieri non ſolum in eodem teſtamento, verumetiam in alio, & in codicillis. Finaliter no.bonum argumentum de tranſlatione legatorum ad ademptionem. In fi.gloſ.in verſic.codicillis.Hæc opin. glo. eſt bona. Nam cum ademptio facta in codicillis tendat ad impugnanda relicta legata in teſtamento , non eſt opus codicillos in ipſo teſtamento confirmari , quod ipſis impugnatur.argu in lege nam abſurdum.ff.de bo.li. In glo firma.ibi,
a nec datum. a † nota,quòd vbi ſemel legatum eodem admit-
9 titur teſtamento . non propriè videtur ademptum, Sed verius videtur non datum. Ratio , quia quando teſtamentum non eſt habitum pro abſoluto legatum non videtur perfectum: & ideo non poteſt videri ademptum,quod nunquam fuit perfectè datum, facit.lege ſi teſtamentum .ff. de teſtam.
10 ibi, ſi ita ſcriptum.Sed hic competenter dubitatur,† an legatum ademptū in codicillis . ipſo iure tollatur , an verò ope exceptionis Glo.in l.ſi ita ſcriptum de le j.dixit tolli ope exceptionis. Et idem videtur tenere in l.fideicommiſſum.C. de fideic.quam reprobāt. Bar.& alij Primò,quia à pari procedunt,ſiue fiat ademptio in codicillo, ſiue in teſtamēto , vt hic ſed facta in teſtamento,ipſo iure tollit legatum, ergo & facta in codicillo.Præterea dixit. Bar.quantum ad legata relinquenda vel adimēda, ita eſt ſolennis voluntas codicillus, ſicut teſtamentum, vt videbitur infrà de codicil,per totum: ergo ſicut ademptio facta in teſtamento tollit ipſo iure legatum ,ita facta in codicillo Bartolus.ita diſtinguit: Aut legatum adimitur in eodem teſtamento,& tunc tollitur ipſo iure, ita quòd hæres non habet neceſſe opponere exceptionē iuris vel facti, cum petitione facta per legatum.& oblato teſtamento, liqueat iudici de viribus ademptionis : facit quod no Bar.in l.cum qui ita.de ver.ob. Sed quando legatum adimitur in alia voluntate, licet non habeam neceſsé opponere ego hæres exceptionem iuris, habeo tamen opponere exceptionem facti, vt iudex inſtruatur de rerum ademptione, quam aliàs ignorabat. Sed tamen præceptor meus impugnabat. Doc.tenentes cum glo quòd ademptio facta in codicillis,non tollat legatum relictum in teſtamento ipſo iure, ſed ope exceptionis: quia legatum in teſtamento relictum, eſt relictum in magis ſolenni voluntate quam in codicillo l.ſ. de teſta.ergo non tollitur ipſo iure, niſi adimatur in alio teſtamento : quia nihil tam naturale eſt , quam vnoquodque eo vinculo ſolui quo ligatum eſt regula iuris, nihil tam naturale. Secundò mouetur ipſe nam contractus iuriſgentium ſicut nudo conſenſu contrahitur , ita nudo conſenſu diſtrahitur ab emptione.ff de pact.& tamen ſi cōtractui iuriſg. adiatur aliqua ſolennitas iuris ciuilis, puta ſtipulatio, per ſubſequentem nudum actum , conſenſu non tollitur ipſo iure, ſed ope exceptionis l.iij.ff.de rei ven. Tertiò mouetur ipſe: nam pro relicto in codicillis ſolum competit actio vtilis vel exceptio.l.fi.& ibi glo.C de codi.ſed pro relicto in teſtamento competit directa: ergo directa actio competens pro legato relicto in teſtamento , poterit intentari,nec tolletur niſi exceptione. Nihilominus tenebitis communem. Sed dubita-
11 tur,† quid ſi ademptio fiat coram duobus vel tribus teſtibus, an tolletur legatum ope exceptionis? Videretur quòd non, per iſtum tex.qui ſolum dicit adimi poſſe in teſtamentis vel codicillo. Contrarium tenuit glo.in l.iij in fi.de adi le.in l.fidei.C.de fideicom .& probatur ratione,quia voluntas teſtatoris eſt ſeruanda §.diſponat.in auth de nup. Non obſt.hæc litera,quia verum eſt quod ademptio ſolum fieri poteſt in teſtamento vel codicillo , vt ipſo iure legatum tollatur: poteſt tamen aliter fieri vt exceptio tollatur , vt ſtatim videbitis.

ADDITIO.

a Nec datum. Et dum glo.iſta allegat pro contrario.l. vbi repugnantia. potes pro ſolutione melius dicere quam glo.iſta dicit. ſecundum Pet. de Bellaper vt eum refert Nico.de Neap.hic,quòd aut in continuatione verborum teſtator dixit.Titio do lego:& poſtea ſtatim dixit , non do, non lego,& habet locum regula iuris, vbi repugnantia, Aut dixit ex interual-
12 lo, & tunc habeat locum iſte tex. Et eſt ratio diuerſitatis,quia † incontinenti non præſumitur ſe velle corrigere, ſecus ex interuallo l.nam ad ea. ff.de condi.& demon. Iaſ.May.

13 In fi glo.in verbo alijs.† nota quòd inimicitiæ a ſuper-
a uenientes poſt teſtamentum inter teſtatorem & legatarium, inducunt tacitam ademptionem legati : quod verum dicite, ſi inimicitiæ fuerint capitales aut graues.d.l.iij § finali.de
14 adi.le. Et † appellantur capitales tribus modis Primò,quando legatarius interemiſſet conſanguineum teſtatoris. lege lex Cornelia ff.de iniur. Secundò , quando accuſaſſet teſtatorem de crimine capitali.lege qui cum maior.§. accuſare. de bon.liber. Tertiò, quando intulaſſet minas mortis,
15 gloſ.eſt or.in lege licet.ff.de accoſa.† Graues autem inimicitiæ appellantur , quando eſſet quæſtio omnium bonorum vel maioris patris.lege propter litem de excu tut. Quæ
b autem ſint atroces inimicitiæ, b habetur in l.prætor § atro-
16 cem ff.de iniur.in §.atrox.infrà de iniu.† Sed quid ſi legatarius poſt mortem teſtatoris concuberet cum vxore eius, an intelligatur reuocatum legatum Gloſ.eſt ordi. quòd ſic in l.fideicommiſ.C.de fideicommiſ l.ſororem.C.de his quib.
c vt indig. Item arbitrarer ſi cum ea turpiter luſerit: c puta ponendo manus ad pectus.in capitulo.primo.§ j.quib. mo. feu.amit.

ADDITIONES.

a Inimicitiæ.† An inimicitia interueniens inter legatarium & teſtato-
17 rem poſt legatum factum,inducat ademptionem legati : dic quòd ſic.l. ſi quis.§.fi.ff.de adi.lega.ſecus in hæreditate , quæ propter inimicitias ſuperuenientes non reuocatur ſola voluntate, niſi apponantur ſolennitates ad reuocandum requiſitæ.l ex pacto.ff.de adi.le.Iaſ May [De inimicitijs ad iſte tex.to l cum tabulis.§.j.ff.de ijs.quib vt indig.& ibi Bart.& Bal.in l.ſi inimicitiæ.co.ti.& in d.l.iij.§.fi.vbi latè.ff de adimen.legatis. Lud. Ro.in l.ſi ab hoſtibus.§.fi.ff.ſol. matri.& in fin.ex eiz.inci.tu habes quòd propter inimicitias. Alexan.de Imo.in l.non omnis in prin ff.ſi cer.peta. Iaſ.in l.ſi filia m.in j.colum. C.de inoffi.teſta.& in l.hæreditas.col.ij.ver. ſecundo limita.C.de his qui.vt indi. Pet Girat.de Petraſan.in fin.v. facit. regula eſt quòd legatum. Io.Lup.in ru.de don.inter vir.& vxo.§.lxxviij. col.vj.Hip.de Marſi.in l.j.§.præterea.col.vij.ver.alius eſt effectus inimicitiæ,nam legatum.ff.de qō.& in.§.cum quæſtiones.eiuſdē legis. col. j.ver.& facit dictū Bar.& in ſing.cxxxvj.inci.longa profectò.Fran. Rip. in l ſi.q.xlv.C.de reuocā.dona.& Præclariſsi. D. And Tiraquel.in tracta. ceſſ.ante cauſa.in j.par.on.122.Io.Bap.Zilet.

b Atroces inimicitiæ.Adde c.cum illorum, de ſen.ex.c tanta. de exceſ. prælato.& gl.in c.ſi.de do.Spe.in ti.de offi.de lega. §.nunc dicamus.ver. quæ autem dicatur.

c Turpiter luſerit. Alios caſus in quibus qui turpiter luſit cum vxore teſtatoris punitur vide per Bello.in rubr.C.de eden.in fi. illius quæſtionis quando vxor per talem luſum amittat dotem.

De lege falcidia. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine . Suprà viſum eſt quemadmodum ademptione vel tranſlatione legata tollantur , ſequebatur videre quemadmodum minuantur : verum quia per legem Falcidiam minui contingit, ideo de ea intitulauit Imperator.

Diſpoſi

1 Dispositione legis duodecim tabularum, erat in facultate testatoris totum suum patrimonium legare.
2 Nihil est quod magis morientibus debeatur, quàm ut de bonis eorum disponendi liber sit stilus.
3 Per legem falcidiam moderata est potestas testatorum in legando, ipsorum testatorum fauore, ne eorum uoluntates pereant.
4 Falcidia in testamentis militum locum non habet, licet secus in testamentis paganorum.
5 Detractio falcidiæ in singulis hæredibus locum habet, & nu. 6. & 7.
8 In ratione legis falcidiæ consideratur quantitas patrimonij quæ erat tempore mortis testatoris. & numero 9.
9 Intellectus ad l. cum quo. in prin. ff. de pec.
10 Quarta sufficit esse in hæreditate, siue unus sit institutus heres, siue plures.
11 Legata ultra uires patrimonij, an patiantur falcidiam.
12 Lex falcidia à quo inuenta, & an resecet legata ipso iure.
13 Argumentum à contrario sensu non est sumendum ex eo quòd surgit par[um] intellectus.
14 Testator iure nouissimo potest prohibere falcidiam.
15 Falcidia de mortis causa capione detrahitur, & differt à donatione causa mortis, & uide nu. 16. & 19.
17 Falcidia detrahitur de donatione causa mortis, & nu. 18.
20 Falcidia & trebellianica an ex una re retineri possint.
21 Datum causa conditionis implendæ non computatur in quarta, uirtute legis falcidiæ percepta, sed in quarta quæ percipitur uirtute trebellianicæ.
22 Quarta iure institutionis debita quid contineat.
23 Perempto genere uel qualitate heres non liberatur.
24 Verbum in una & eadem oratione, propriè & impropriè poni potest.
25 Casus in quibus non habet locum falcidia.

SVPEREST. Diuiditur in tres. In prima tractat de virtute legis falcidiæ. In secunda tractat, quo tempore ineunda lege Falcidia consideretur quantitas patrimonij à testatore relicti. In tertia tractat, quid requiratur ineunda lege. Fal. Secunda ibi, (quantitas autem) Tertia ibi, (cum autem ratio) Hoc dicit: Licet olim fuisset libera legandi facultas etiam vltra dodrantem, hodie tamen introductum est lege Falcidia vsque ad dodrantem, quæ in singulis hæredibus locum habet. Et in ea adeunda consideratur quantitas patrimonij, quæ fuit tempore mortis testatoris, & ex eo deducitur æs alienum, funeris impensa, & pretia seruorum manumissorum. No. primò, † 1 liberam fuisse ex l. xij. tabul. cuiuscunque testatoris facultatem legandi, & totum patrimonium suum relinquendi in legatis: quia † 2 nihil est quod magis morientibus debeatur, quàm vt de bonis eorum disponendi liber sit stylus, lege prima. C. de sacro. sanct. eccle. & huic concor. l. verbis legis. de verb. sign. Et idem erat tempore legis falcidiæ, considerato primò eius capite, vt sequitur. Ex quo colligitis, † 3 per legem falcidiam moderatam esse testatorum potestatem in legando, vt solum illis liceat vsque ad dodrantem bonorum suorum legare.[a]

ADDITIO.

a Legare Aliàs autem legando vltra dodrantē, lex falcidia resecat legata respectu quartæ ipso iure, adeò vt statim illa quarta possit per hæredem vendicari, vt hic in gl. dodrantis. Ias. May.

Nota rationem, quare fuit inuenta detractio falcidiæ de legatis, nempe fauore testatorum, ne eorum voluntates pereant, quando enim totum patrimoniū in legatis relinquebāt, hæredes videntes quòd nihil lucri laturi erāt ex hæreditate, hæreditatem ipsam recusabant quo fiebat vt testatores intestati morerentur non habita hæreditate: Ne ergo legatarij ex legatis haberent nihil, nec ipsi heredes ex hæreditate, proinde ergo statuti. lex falcidia vt de legatis detrahatur quarta, ita spe lucri inuitentur hæredes adire: quo fit vt testatores testati moriantur, hæreditas adeatur, & legata præstentur. Sed hic cadit dubium. Nam † 4 in testamentis militum de legatis non detrahitur falcidia. & tamen si detractio legis falcidiæ est adinuenta fauore testatorum, deberet quoque vendicare locum in testamentis militum, ne quod fauore militum est introductum, cedat in eorum odium. l. quòd fauore. C. de legi. Nec placet solu. aliàs mihi data in examine publico, quòd hoc ideo est statutum, quia lex habuit pro fauorabili vt testamenta militum seruentur ad vnguem. lege miles si testamentum. ff. de te. mi. quia illa obseruatio habet locum vbi de fauore militum tractatur, non, vt est in casu nostro, vt hæreditate non addita testamentum destituatur. Nec etiam placet quando alij dixere, quòd non detrahitur falcidia, quia hæredes nollent adire & seruire legatarijs: quia quod hæredibus non nocet, & prodest legatarijs, facile facturi sunt. l. an creditore. ff. de euic. l. ij. §. idem Varus. de aqua plu. arc. quia secundum hoc non haberet locum lex falcidia nec in testamēto pagani, ex idēritate rationis l. illud ad l. aquil. Vnde tentaui dicere rationem, quòd ex quo lex mandauit non detrahi falcidiam in testamento militis. intelligatur quoque iudicibus mandasse vt compellant hæredes recusantes adire. argu. eorum quæ habetur in l. quidam consulebant. de re. iu.[a]

ADDITIO.

a De re iudic. Hæc vera, nisi testator prohibuisset falcidiam detrahi, vt hic in glo. in verbo primum. quod olim facere non poterat, etiam renunciando fauori suo: quia non tam fauore suo quam hæredis fuit inducta falcidia, nisi in casu in quo poterat prohibere, scilicet quando instituebat creditorem suum, & volebat quòd non detraheret falcidiam, sed quartam compensaret cum institutione. l. si debitor. ff. eo. sed hodie indistinctè potest prohibere, vt infrà in glo. vide Ias. May.

a Ex. §. & cum quæsitum. a Not. † 5 quòd in singulis hæredibus habet locum detractio legis falcidiæ. concor. l. in singulis ff. eo. Et fuit ratio dubitandi, quia ex quo considerata b tota hæreditate non legauerit testator vltra dodrātem,[b] non videbatur habere locum lex falcidia, vt patet ex verbis eiusdem. Ratio decidendi fuit, quia nisi in singulis hæredibus locum haberet, hæredes grauati vltra quartam non adirent.

ADDITIONES.

a Quæsitum. † 6 Aduerte circa hunc vers. & cum quæsitum, quia videtur quòd in casu isto cesset falcidia, cum cesset ratio quare inducta fuit falcidia, ne testamenta destituerentur: quia hic non destituitur: propter aditionem alterius cohæredis. Et si dicis, quòd hic sunt duæ rationes, & sic licet vna cesset, non tamen cessat alia: nam est alia ratio, videlicet quia in singulis hæredibus est habēda ratio legis falcidiæ. Contra istam rationem fortiter facit ratio prima. Et quòd imò in singulis hæredibus non sit habenda ratio, facit, quia licet vnus non adeat, tamen per hoc testamētum non destituitur, quia alius non adibit, & si videtur quòd satis sit haberi rationem in vno. Cogita. Et si dicis, quòd illud fit vt seruetur voluntas testatoris & seruatur eo modo quo testator expressè disposuit. & sic posito quòd aliàs testamentum posset sustineri, tamen vt voluntas defuncti seruetur eo modo quo testator disposuit, habebit locum falcidia. Dico quòd istud est directo contra casum auth. sed cum testator. C. eo. vbi hodie potest prohiberi falcidia, quia etiam hærede non adeunte, non destituetur testamentum, sed hæreditas ibi ad personas nominatas in auth. hoc amplius. C. de fideicom. Ecce quòd si testamentum potest aliquo modo sustineri, etiam si voluntas testatoris non seruatur eo modo quo testator expressè disposuit, tamen potest prohiberi falcidia. Sed aduerte, quia text. in d. auth. sed cum testator. non facit contra. imò pro. quia dicit, quòd quando testamētum potest sustineri, quòd testator potest prohibere falcidiam: ergo falcidia non cessat ipso iure, licet testamentum posset sustineri, nisi etiam testator expressè prohibeat falcidiam: ergo ille tex. facit pro, & non contra, ergo non est bona consequētia. potest sustineri testamentū etiam alio modo quam testator disposuit, ergo cessat falcidia: quia non cessat nisi testator istud expressè disposuit, vt dicitur in d. authen. sed cum testator: 7 & ista est veritas. Addo in §. & cum quæsitum. Et sic † quòd vnusquisque hæres detrahet quartam de suis legatis, si quarta suæ partis non remaneat sibi: nec attenditur an remaneat quarta totius hæreditatis hæredi, an non. d. l. in singulis. & ff. eo. l. qui. z l. Et non. quòd supradictum est, quòd non licet testatori legare vltra dodrantem, debet intelligi de parte cuiuscunque hæredis, vt hic. Si autē pars vnius cohæredum deficiat, accrescit alteri, tunc si pars non grauata accrescit grauatæ, prodest legatarijs vt in eis non detrahatur falcidia. Secus è conuerso, si pars grauata accedit non grauatæ. ff eo. l. quòd si in altero. Quid autem computetur in quarta iuris institutionis debita, hoc est, in falcidia, vide infrà in glos. in verbo retinera. Iason May.

b Vltra dodrantem. Adde Barba. in c. Rayna. de test.

a Ex. §. quantitas.[a] No. † 8 quòd in computanda lege falcidia. vel eius ratione consideratur quantitas patrimonij quæ fuit tēpore mortis, nō autem tempore aditæ hæreditatis. Ex quo colligitis quòd augmentū vel diminutio veniēs hæredi

post tempus mortis & tempus aditæ hæreditatis, nihil prodest nec nocet legatarijs, quò ad impediendum vel admittendum rationem legis falcidiæ concor. lege si hæres.ff. eodem.

ADDITIO.

Quantitas.† Et puto quòd in isto.§.quantitas. sit ratio quare inspicitur tempus mortis testatoris, licet hanc rationem tactam ab alio non inueniam: nam clarum est quòd legata cedunt à morte.l.vnica.§.cum igitur.C.de cadu.tol.& l.à Titio.in fin.ff.de fur. Item clarum est, quòd falcidia resecat ipso iure legata.l lineam margaritarum.ff.eo.& sic falcidia resecat statim legata eo tempore quo cedunt, & sic tempore mortis: nimirum ergo si in falcidia inspicitur tempus mortis. Et puto quòd ista sit vera ratio. Hinc infero, quòd si essent legata quæ non cederent à morte, vt in re aliena legata, iuxta gl.no.in l.Papinianus.ff.de serui.tit.generali. & gl.in l.si hæredis seruus.de leg.j.quòd tunc in ratione legis falcidiæ non inspiceremus tempus mortis, & in istis terminis intelligo.l. cum quo de pec.in prin.ff.eo.quæ solet reputari difficile contrarium, vt ibi per Bart. & hic per Ang.de Are.& per hunc modum potes respondere ad §.si peculium.alleg.hic in gl.j.pro contrario.Ias.May.

No.in versicu.ea res.quòd illa res non debet videri alieni damno esse, quam volens fecerit. concor.regula iuris, damnum. lib. vj Item no. a quòd est consulendum legatarijs vt potius aliquid tribuant hæredibus, quam quòd nec ipsi nec hæredes habeant,

ADDITIO.

Item no. Item no sufficere vnam quartã esse in hæreditate, siue vnus sit institutus hæres, siue plures, in tantum quòd not. Ange.de Are.hic ex isto tex.quòd etiam si essent mille hæredes, sufficeret vnã quartam apud eos remanere. Sed vnum facit mihi aliquale dubium: quia si est vnus tantum hæres, non debet habere minus quarta, quia præsumitur quòd pro tam paruo commodo non adiret, quod esset si vnam tantum vnciam haberet vel duas: ergo eodem modo quando sunt plures hæredes, puta octo, & apud omnes est tantum vna quarta, certè vnicuique particulariter tangit tantum dimidia vncia, quando ergo præsumemus quòd aliquis eorum pro tam modico lucro adibit? Secus verò præsumitur quando vnus tantum est institutus, & habet duas vncias. Et si responderes, quòd ex quo sunt plures, diuiditur onus inter hæredes, quod nõ diuideretur si vnus tantum esset institutus: dico quòd istud de onere non est hodie habẽdum in consideratione, cum hodie confecto inuentario omnia onera cessant.l. fi. §.& si præfatã. C.de iure de lib. maximè quia hodie si non fiat inuentarium perditur beneficium falcidiæ. si verò non fecerit inuentarium in auth. de hære.& fal. Cogitare: nisi dicas quòd potest sperare aliorum partes sibi accrescere. & sic potest sperare habere totam quartam, quæ spes cessat vno tantum instituto. Sed aduerte & lauda Deum, quia ista est fundamentalis veritas, quòd sicut per vnam quartam integram inuitatur hæres ad adeundam totam hæreditatem, ita per vnam mediam vnciam inuitatur quilibet ad adeundam sextam partem hæreditatis, & sic omnes simul ad adeundum totam. Et propterea dico, quòd in §.ex diuerso infrà eo. quando duo sunt hæredes instituti, sufficit quemlibet habere quartam suæ partis, & sic vnam vnciam cum dimidia: quia, vt dixi, qua ratiõe præsumit lex quòd vnus solus hæres inuitetur ad adeundum totam hæreditatem propter vnam quartam, & si tres vncias, ita si sunt duo hæredes quilibet debet inuitari ad adeundum dimidiam hæreditatis pro vna vncia cum dimidia pro singulis. & ista est mera veritas. Ias. May.

Item nota quòd in ineunda ratione legis falcidiæ deducitur ante omnia æs alienum, funeris impensa, & seruorum manumissorum pretia: tunc deducitur id quod est extra causam bonorum, de reliquo vero initur ratio legis falcidiæ, vt quarta pars hæredi, tres verò legatarijs tribuantur.a

ADDITIO.

Tribuantur. No. etiam ex fin. huius tex. quòd † quando legata sunt vltra vires patrimonij, non debet dici quòd vltima non valeant, quòd imò valent. & cuilibet legatario debet detrahi pro rata quantitate quæ patrimonium excedit, & reduci intra vires patrimonij, vt hic. & l.in quantitate.ff.eod. Et hæc exæquatio debet etiam fieri de legatis non defalcabilibus, vt ibi. Sed dic quòd non poterit detrahere de illis nõ de falcabilibus, sed detrahet de alijs.d.l.in quantitate. Quæ autem sunt legata quæ falcidiam non patiantur, habes per glos.in l.in testamento. C.eo.& in eo.ter. Ias.May.

In fine glossæ, in verbo falsa. sed dicet aliquis, hæc secunda ratio non est bona. Nam à lege falcidia ipso iure resecantur legata l.Plaucius.& l.linea.ff.eod.l.ij.C.eod.† & tamen si fuisset adinuenta à Falcidio prætore non potuisset ipso iure resecare legata, quia ius prætorium non potest tollere ipso iure ius ciuile, nec eius effectum.§ si quis autem. de bo. poss. Huius contrarij timore dixit gl.in l.j.ff.eo, quòd non fuit inuenta à Falcidio prætore, sed à Falcidio consule, qui bene habuit potestatem derogandi ipso iure, iuri ciuili.§.lex. suprà de iure gen. natu.& ciui. In fi.† glo.in verbo rei. Nec ob. si hic sumatur argumentum à contrario sensu, a quia non validum, propterea quòd ex eo insurgit prauus intellectus.l. conuenticula.C de epi.& cle. In gl. testamentarium ibi, &c. Non ob. hæc opinio. quia vendicat sibi locum vbi tractatur de fauore b publico, vt testamenta confirmari.l. vel necare, quemadmodum te.ape.& illi non possunt testatores renunciare.l quod de bonis.§.j ff.eo. Fallit in casibus qui habentur in l. Macellus.§.j.quod autem.ff.ad Treb.

ADDITIONES.

Argum. à contrario sensu. Adde i.j in §.huius rei.ff. de offic.eius cui man.est iuris.l.qui testamento.in § muher.ff de testa Bal.in l.conuenticulam. C.de epis.& cle.c.sciendum. viij. quæstio.j. Io. An. in capi. publicato.de elec.

Fauore publico. Imò hic non tractatur de odio alicuius, licet hæres nihil acquirat: sed etiam tractatur de fauore militis, & etiã publico, cum publicè intersit testamenta exitum habere.l.vel necare ff.quemad.testa. ape. Sed vult dicere iste quòd tractatet non de priuilegio militis, sed de eius damno, si propter non detractionem falcidiæ & consequenter ex eo quod non adiretur eius hæreditas, testamentum suum destrueretur. Iason May.

† In fine. nota ex hac glossa quòd licet iure veteri non posset testator in suo testamento prohibere falcidiam, iure tamen nouissimo potest. Et est ratio vtriusque iuris secundum Bartolum, nam iure veteri ideo non poterat, quia omnes erant pagani, vnde nolebant adire hæreditatem sola charitate, nisi spe lucri inuitarentur, iusque publicum lædebatur vnde prohibitio falcidiæ non valebat: sed iure nouissimo omnes subiecti imperio sunt effecti Christiani, & veri fideles, vnde & si lucro non inuitarentur ad adeundum, sine spe lucri sola charitate adire prouocabantur, vnde prohibitio valet. Sed hæc ratio communiter reprobatur, quia iure.C. quo erant subiecti imperio effecti Christiani, non valebat prohibitio, & tamen attenta ea ratione valere debuisset. quare dixere alij, quòd ratio fuit, quia iure.C.& fforũ. si ex testamento non adibatur hæreditas, abintestato legata corruebant l.eam quam C.de fideic. ne ergo legata corruant, prohibitio erat nulla. Sed iure nouissimo licet ex testamẽto non adiretur hæreditas abintestato, tamen legata præstantur. auth.ex causa.C.de libe.præte. vnde licet non adeatur hæreditas ex testamento, legata tamen debentur abintestato, nec corruunt: ideo valet prohibitio & hanc distinctionem positam fuisse reperi in authe. sed cum testator.C.eo. sed nihil valet, quia si esset vera, saltẽ iure ffорũ & Codicis, in his casibus in quibus legata ab intestato præstabantur. potuisset testator prohibere falcidiam, de quibus casibus habetur glo.in l. eam quam.C.de fideicom.& tamen his casibus non poterat falcidia abintestato à testatore prohiberi, ergo hæc ratio mala. Præterea licet legata abintestato debeantur, non tamen ea præstantur, nisi abintestato hæreditas adeatur.l ij. de fideicommiss hære. notat glos.in l.qui filio §.j.de vulg.& pupil. Qua igitur ratione hæredes instituti non adibunt hæreditatem destituti omni spe lucri, eadẽ ratione nec venientes abintestato adibunt, sicque legata corruent. Sed possetis respondere quòd venientes abintestato facilè adibunt hæreditatem, vt voluntas testatoris obseruetur, & quia coniuncti fuerunt testatori. In glos. legare ibi acceptis. nota, quòd † de his quæ mortis causa a capiuntur, falcidia detrahitur. Et differt mortis causa capio donatione causa mortis, quia in donatione causa mortis res traditur ab ipso testatore, in mortis causa capione res traditur ab alio. Præterea in donatione causa mortis res suscipitur ex voluntate testatoris, b in mortis verò capione res suscipitur aliquando ex voluntate, aliquando præter.l.j.l.de pretio.ff.de dona.causa mor. Cui sententiæ non ob.l.acceptis.c in glos alle. quia ibi hæres non detrahit falcidiam de mortis causa capione, sed res traditur ab illo, quia ibi hæres detraxerat quartam Trebellianicam de fideicommisso vniuersali, quia debuit esse contentus. Ibi.l ij. hoc intelligite de fideicommissis particularibus, secus de fideicommissis vniuersalibus, quia de illis non detrahitur falcidia, sed Trebellianum. vt videbitis infrà titulo primo.

Addi.

Trebellianicam de fideicommisso vniuersali, quia debuit esse contentus. Ibi l. ij. hoc intelligite de fideicommissis particularibus, secus si fideicommissis vniuersalibus, quia de illis non detrahitur falcidia, sed Trebel. vt videbitis infrà. tit. j.

ADDITIONES.

a Mortis causa capiuntur. †Hoc quod dicitur hic de mortis causa
16 capione, vt detrahatur de ea falcidia fallit in quatuor casibus. Primus, quādo id quod traditur, traditur in pœnam legati nō soluti, puta qui fuit in mora. l. j. §. si ita. ff. eo. Vel quādo id traditur ab alio ipsi hæredi, quia tunc hæres non computat sibi in Trebellianicam. Vel nisi quādo esset hæres, dare contra voluntatem defuncti, si detrahat. l. qui pretio. ff. de don. cau. mor. ita cōcludit Bar. in l. j. §. si ita, ff. e. vbi ponit de hoc.
17 †Falcidia detrahitur de mortis causa capione. tu adde, quòd etiam de donatione causa mortis, que morte confirmatur, vt inter virum & vxorem, & in donatione facta inter patrem & filium. l. dona. C. de dona. inter vi. & vxo. Ias. May. [De hac mortis causa capione, vide latius Bellō. suprà in rub. de test. numero. 1.]

b Testatoris. † Et dum glo. ista dicit, quòd de donationibus quæ
18 morte confirmantur detrahitur falcidia, per l. in donationibus. C. ad legem fal. intellige eo casu quando habent vim fideicommissi, vt dicit d. l. in donationibus hoc est, quando expressè sunt confirmatæ in testamento. quia tunc requiritur aditio ex testamento. l. ex verbis. C. de dona. inter virum & vxo. & ibi vide Bal. Si autem non haberet vim fideicōmissi, quia nō cōfirmarentur testamēto, sed solo silentio donatoris l. donationes quas parentes. C. de don. inter virū & vxo. & cōsequenter non requireretur ad earum confirmationem aditio ex testamento, putarem & sine dubio quod non detraheretur falcidia. Ias. May.

c L. acceptis. † Tu dic ex mente Bar. in d. l. qui pretio. quòd l. accep-
19 tis. nihil facit in proposito quia nos quærimus, quando hæres tradit aliquid alicui per mortis causa capionem, an possit retinere falcidiam: sed l. acceptis. loquitur quando aliquid traditur ipsi hæredi ab alio per mortis causa capionem, quo casu impossibile est quod ipse detrahat falcidia, quia ex ijs non detrahit hæres falcidiam sed ex rebus alijs legatis. Est verum quòd posset dubitari, an illud quod ipse hæres capit per mortis causa capionem, sibi imputet in falcidiam: & dic quòd non, & est casus in l. id autem. in prin. ff. eo. Et est ratio, quia illud non venit ex rebus hæreditatis. vnde hæres nihil computat sibi in falcidiam nisi habeat ex rebus hæreditatis. vt videbitis statim in glossa. retinere. Ias. May.

20 In fi. glo. in verbo, declarantem. †nota quod falcidia a nō
b potest retineri ex vna re. idem glo. in l. ij. C. eo. tit. & Doct. cōmuniter sequuntur. Quid autem in quarta Trebellianica, an possit retineri in vna re. dicere vt habetur in d. l. ij. Secundò col
21 ligitis †ex glo. quòd quando testator grauauit hæredem tradere partem rerum, potest vel res tradere vel æstimationē: quod intellige, quando essent res diuisibiles commode. Aliquando tenetur præcisè estimationem prestare. l. non amplius. §. fi. cum l. seq. Item hoc verum limitate, nisi iste res essent filio relictæ pro legitima, quia tunc hæres teneretur præcisè tradere legatario, eidemque filio res hæreditarias. l. scimus, ver. repletionem, C. de inoffi. test. no. Bal. in d. l. non amplius. §. fi. In glo. retinere, in fin. No. quòd datum causa conditionis implendæ, non venit im putādum in quartam quæ percipitur virtute legis falcidiæ. Aut verò computetur in quarta quæ percipitur virtute Treb. dicite quòd sic, in l. quartam. ff. eo. vid. bitis infra ti. j. §. restituta. b

ADDITIONES.

a Falcidia Adde an falcidia habet locum in donatione causa mortis. vide de fal. glo. in l. si mortis. ad l. falsi. Doct. in l. ita donatur. ff. de dona. cau. mor.

b Restituta Not. †quòd in quarta debita iure institutionis, quæ dici
22 tur falcidia computantur illa sola quæ percipit hæres iure hæreditario. l. in quartam ff. eo & quādoque totum capitur iure hæreditario, quādoque pars secundum l. Titia. ff. eo. non autem computatur quod capit hæres iure legati, vel causa conditionis implendæ. d. l. in quarta. & hoc nisi in casu. l. Mesennius. ff. eo. & nisi, detur vt computet sibi in fal. ff. eo. l. quid autem. in fin. In quarta verò Trebellianica computat sibi hæres quidquid capit iudicio testatoris, qualitercunque percipiat, vel ab extraneo pecuniam vel spēm, vel à cohærede vt no. glo. in d. l. in quartā. & ibi ponitur ratio diuersitatis. In quarta verò iure naturæ computatur quidquid quocunque modo percipiatur, dummodo percipiatur de bonis testatoris, siue sit legatum, siue dos, siue donatio propter nuptias cum simi. l. quoniam in nouella. de fide commiss. hæreditatibus. C. de inoffic. testa. Secus autem si non accipitur de patrimonio testatoris, sed aliunde, vt sunt aduentitia, & donatio inter viuos facta filio benemerito, quæ censetur aduentitia, vt dicit glo. in authen. vnde si parens. C. de inoffic. testa quia talia non computatur. l. sancimus, C. de inoffic testa. An autem fructus computentur in quartis prædictis, dic vt per Bartol. in l. quod de bonis & l. quod de bonis. & l. ratione. ff. eod. Iason May.

In fi. gl. in verbo ex diuerso, ratio horum casuum super eo
23 fundatur, †quia genus vel qualitas perire non potest ideo hæres non liberatur. l. incendium. C. si cer. pe. Sed species perire potest & ideo ea perempta hæres liberatur. l. quod te. ff. si cer. pet. l. si ex legati causa de verb. oblig. In fine glossa. in verbo pascisci. Nota. limitationem ad lege. primo. ad §. primo. primo. suprà de leg. quæ dicunt legata fidei. esse exequata, quæ loquuntur de fideicom. singularibus, non vniuersalibus non vniuersa-
24 libus. In fi. glo. in ver. detrahi. †Not. quòd verbum in vna eademque oratione potest poni propriè & impropriè. concor. l.
25 j. C. de vsufru. †Casus autem in quibus nō habet locum falcidia, ponuntur in §. huic quoque. & in auth. similiter C. eod. in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebel.

a De fideicom. a hæredita. Rub.

ADDITIO.

a De fideicom Quare non sit dictum de substitutione fideicommissaria, vide Bellon. lib. iij. supputa capit. xix. & præmitte quotuplex sit legatum, vt hic per eūdem. tertio euidentiali. Et quare sit introducta fideicommissaria. substi. nume. 7.

1 *Falcidia an locum habeat in fideicommissis.*

Glo. rubricæ, continuat eam duobus modis. Ibi secūdum
1 Irnerium, sentit glo. quòd †sicut falcidia habet locum in legatis, ita & in fideicommissis. Sed contra oppon. & imo. vertitur quòd in fideicommissis nō habet locum lex falcidia. imo. Trebellianica. §. restituta. infrà eo. Sol. intelligite quod habet locū lex fal. in fideicommissis, si largè & impropriè sumantur: quia sicut Trebellianica resecat fideicommissa vniuersalia, ita & falcidia legata particularia. vnum sumpto nomine ab effectu. Trebellianica interdū falcidia appellata est. Vnde falcidia sumitur tripliciter. vno modo propriè pro quarta debita iure institutionis, que de legatis detrahitur, vt suprà ti. j. alio modo impropriè sumitur pro illa que detrahitur de fideicommissis vniuersalibus, que propriè Trebellianica appellatur, vt videbitis in §. restituta. infrà ti. j. alio modo impropriissimè pro quarta debita iure naturæ, quæ propriè legitima dicitur, authen. vnde si pa-
a rens. vbi tex. cum glo. C. de inoffic. testa. In fi. a gl. est clara.

ADDITIO.

a In fin. Ad hæc dicta vide Bello. qui alias colligit conclusiones ex hac glo. rub. & latissimè insistit.

1 *Fideicommissa officio iudicis petuntur.*
2 *Fideicommissa antiquitus erant infirma.*
3 *Homini prudenti grauem est fidem fallere.*
4 *Fideicommissa hodie ex necessitate præstantur.*
5 *Priuilegium concessum personæ non est ad ius commune trahendum.*
6 *Fideicommissum an debeatur, testamento rupto ex causa præteritionis.*
7 *Testator potest hæreditatem purè in diem, & sub conditione restituere, & suum hæredem grauare.*
8 *Actiones que competant pro fideicommissis & legatis uniuersalibus.*
9 *An quis voluerit. testari uel codicillari, quomodo in dubio cognoscatur.*
10 *Exteriora indicant interiora.*

a NVNC TRANSEAMVS. a Hæres grauatus restituere totam vel quartam partem hæreditatis, olim cogi non poterat adire & restituere, hodie autem potest. Et fideicommissum vniuersale non potest in testamento relinqui, nisi in eo aliquis hæres instituatur. Et nihil refert an totam, an quotam, an purè, an in diem, an sub cōditione quis restituere grauetur. h. d.

ADDITIO.

a Transeamus Et ad istud principium ibi, vel quia per ipsius salutem &c. adde tex. illum singularem in l. in fideicommissi. §. & cū Pollidius. ff. de vsur. de quo tex. ibi dixi post Bar. in l. in fideicōmissariā. §. fi. ff ad Trebel. Ex tex. ibi, gratia personarū motus declara per tex. infrà de codi. in prin. Item no. ex isto princi. in verbo iussit iur. ctis verbia sequen-
1 tibus, q †fideicōmissa petuntur officio iudicis. & non iure actionis: quia verba diriguntur ad iudicem, vt est glo. in l. si forot. C. de colla & glo in l. si res obligata. in gl. j. ad fi. ff. de lega. j de quo tangit gl. hic in verbo nullo vinculo. Ias. May.

2 †Not. fideicōmissa olim fuisse infirma, eo quia hæredes non
a cogebantur adimplere ea a sed potius pudore quodam implere inuitabantur. Ex quo colligitis implendū esse pudore, si quis
3 dederit fidem, & propterea alibi dicetur, †graue est fidem falle

co quàm ciuili.
27 *Trebellianica ita potest prohiberi à testatore sicut falcidia, & nu. 29.*
28 *Trebellianica an detrahatur de legatis pijs.*
30 *Argumentum procedit de frustra significatione ad latam vocabuli: etiam in materia correctiua.*
31 *Extensio fit de stricta significatione ad latam etiam in correctoris.*
32 *Appellatione falcidiæ uenit trebellianica.*
33 *Fideicommissarius an ante restitutionem hæreditatis sit dominus.*
34 *Fideicommissarius an possit facere inuentarium: gaudeat eius beneficio.*
35 *Inuentarium hæredis an possit fideicommissario.*
36 *Hæres ad cuius petitionem cogi possit adire hæreditatem.*
37 *Procurator non constituitur ad adeundam hæreditatem.*
38 *Procurator potest constitui ad petendum hæreditatis restitutionem.*

a §.RESTITVTA.a Diuiditur in tres, Nam in prima tractat de remedio Trebellij, In secunda tractat de remedio Pegasi. In tertia corrigit vnum remedium Pegasi, & duo eius remedia approbata attribuit Trebellio. Secunda ibi, (sed quia hæredes scripti.) Tertia ibi, (sed quia stipulatione.) Item secunda subdiuiditur in quatuor. Nam in prima tractat de primo remedio Pegasiani, per quod consultum fuit hæredi de retentione quartæ auferendæ fideicommisso vniuersali. In secunda tractat de eius secundo remedio, per quòd consulebat hæredi de stipulatiōe interponenda inter ipsum & fideicommissariū de oneribus hæreditarijs partiendis. In tertia limitat quòd dixerat de Trebellio. In quarta ponit tertium remedium Pegasiani, per quòd consulitur fideicommissario contra hæredem, vt illum recusantem cogat adire & restituere. Secunda ibi, (potestquè senatus) Tertia ibi, (ergo liquidè.) Quarta ibi, (sed si recuset.) Hoc dicit si hæres grauatus restituere hæreditatem illam restituat, obligationes actiuæ & passiuæ ipso iure ciuili & prætorio trāsferuntur in personam fideicommissarij, directè aūt remanent

b penes hæredem, & hoc est virtute Trebelliani, b Permittitur tamen ipsi hæredi detrahere quartam de fideicommisso, vniuersali, quo casu ipse onera hæreditaria supportat, nisi stipuletur à fideicommissario, illa onera esse partienda. Et ipso recusante adire hæreditatem, potest cogi à fideicommissarijs adire & restituere & hæc omnia in virtute Pegasiani. Sed remedium stipulationis interponendæ de oneribus partiendis hodie est sublatum. cetera verò duo remedia retentionis quartæ & coactionis, à Pegasiano sunt ablata, & Trebellio tributa. hoc dicit

c Ibi permanet, scilicet directo, & non vtiliter. c Ibi legatur. & in hoc discrepat Pegasianum à Trebelliano. Ibi interponebatur, scilicet vt fideicommissarius vniuersalis onera sustineret.

ADDITIO.

a Restituta. Præmitte de euidentiam huius. §. id quod habes infrà in primo notabili. Item præmitte quod quinque sunt remedia Trebelliani, que ponit & enumerat gl. notab. & magrālis in l. in restō. in gl. j. C. ad l. fal. & illam glo. dicit Bar. ibi esse notab. & menti tenendam, & melius dicere quam alibi. Item aduerte ad istum tex. post prin. ibi. post

a quod senatusconsultum prætor vtiles &c. & intellige quod † prætor dat vtiles actiones, scilicet fideicommissariam hæreditatis petitionem: quòd intellige secundum quòd multum notabiliter declarat Bar. in l. fi. ff. de fideic. hære. peti. & aduerte, quia ista est vtilis, vt hic dicit tex. ibi vtiles. Et quod sit vtilis est glo. in l. ij. ff. de fideic. hær. pe. Dum tamen postea iste tex. subdit, & in eū. dubito que sint istæ actiones quas prætor det in eum. Et si dicis quòd sunt ille quæ ponuntur in l. in honorarijs. in prin. ff. de act. & obli. & infrà de perpe & tempo. act. in prin. dubito, quia illæ non essent vtiles sed directæ. Et declarationē quam proximè dedi ad istum tex. adde gl. infra de perpe. & temp. actio. in princi. in verbo hæredis, Et si vis tenere, quod dum tex. iste dicit, & in eum. intelligitur de illis prætorijs positis vbi suprà, hoc optimè probatis ex isto tex. proxi. suprà, ibi, que iure ciuili hæredi & in hæredem competunt, & tunc non bene stabit glo quæ subaudit, vel ei prætorio, quia illud de iure pretorio subijcitur postea prox. in versi. ibi, post quod senatusconsultum. cogita. quia fortè ista est veritas. Et dum suprà dubitaui, quia tex. dicit vtiles, dic quod illa dictio, vtiles, referatur ad actiōes que dantur ipsi fideicommissario, non autem ad eas quæ dantur contra eū cogita tamen an tantum sit istud tenere Et fortè tutius esset istum tex. exemplificare, ei & in eum, secundum l. in honorarijs, & dicere quòd si vtiles prætoriæ cum directæ prætoriæ remaneat penes directum hæredem. Et ista est veritas. Ias. May.

b Trebelliani. Quam vtilitatem attulerit hoc senatusconsultum Trebel. vide Bellonum hic ij. no.

c Vtiliter. Dum Ias. Hic insistit quōn intelligi debeant illa verba, vtiles actiones ei & in eum, vide Bellonum in vlt. not.

a Not. primò, quod † eo ipso quòd aliquis est hæres, non potest desinere esse hæres, nisi de iure speciali per in integ. restit. & penes istum hæredem remaneant actiones directæ, que adeo sunt affixæ ossibus vt euelli non possint. un. in l. quis ego casus. ff. de pecu. in l. ij. ff. pro socio. & vtiles transeunt in fideicōmissū restitutiōe facta vel etiā nō facta, quādo hæres esset in mora vel esset absens, vt l. pen. C. eo. † Nunquid autē

5 omnia iura vtilia transeant in fideicom. Dic quòd omnia que erant in hæreditate tempore mortis testatoris, vt sunt actiones reales & personales: non aūt actiones pœnales, putà iniur. arum actio, quia illæ non transeunt nisi lite contes. vt infrà de actio. §. non autem. Similiter ne iura quæsita per hæredem. Isto casu debet facere sibi cauere hæres quod conseruabit eum indemnem ab omnibus obligationibus occasione hæreditatis, vt voluit Barto. post glossa in l. cum hæreditas. ff. eodem. Ias. May.

Not. primo quòd circa fideicommissa vniuersalia exequen-

4 da prodita sunt duo senatusconsulta, † vnum quod appellatur Trebellianum, quo dispositum fuit, vt restituta hæreditate obligationes tam actiuæ quàm passiuæ vtiliter transferantur in fideicom. Et hoc remedium iure prætorio fuit approbatum, ac etiam hodie à Iustiniano receptum. Secundum fuit senatusconsultum Pegasianum, quo adinuenta fuere tria remedia. Primū, vt hæres possit quartam retinere totius hæreditatis, ita vt in spe lucri inuitetur ad adeundum: quo casu si hæres retineat quartam, supportat omnia onera hæreditaria, & ideo eodem senatuscōsulto fuit adinuentum secundum remedium, vt antequam restituat stipuletur à fideicommissario, quòd pro parte sua tollat onera hæreditaria. Si verò restituat totam hæreditatem nulla quarta retenta, stipuletur à fideicommissario antequam restituat sibi hæreditatem, quòd omnia onera hæreditaria supportabit: & ista stipulatio appellatur emptæ venditæque hæreditatis, & hoc per similitudinem, quia ita soler venditor hæreditatis ab emptore stipulari. Tertium fuit remedium, vt hærede recusante adire, compellatur adire & restituere, priuetúrque commodo quartæ, & in hoc concordat Pegasianum cum Trebel-

5 liano. Sed secundum remedium Pegas. hoc est, † stipulationum interponendarum, fuit hodie per Iustinianum sublatum. Alia autem eius duo remedia, hoc est, remedium quartam retinendi, & remedium cogendi adire & restituere, sunt ablata Pegas. & Treb. tributa. Hodie verò in virtute Treb. hæres poterit, si sit grauatus restituere totam hæreditatem, retinere quartam: vel si sit restituere grauatus nō totam, potest accipere quod deest quartæ, quo casu pro rata portione onera diuidentur sine stipulatione, & ipso iure pro rata transibunt actiones. Si verò renuat adire, potest cogi adire & restituere, & priuabitur quoque commodo quartæ, & omnes obligationes tam actiuæ quam passiuæ ipso iure in fideicommissis transferuntur. Sed contra prædicta dixerit aliquis, videtur quòd Iustinianus auferendo duo remedia Pegasiano, & ea tribuendo Trebelliano malè fecerit: nam Trebellianum solum adinuenit vnum remedium: Pegasianum tamen adinuenit tria, quorum duo fuerunt approbata: ergo potius laus fuisset tribuenda ipsi Pegasiano quam Treb. cum magis abundè prouiderit suprà ti. j. in fi. prin. vbi laus potius attribuitur legi falcidiæ quam legi Aconiæ vel legi Furiæ, eo qua lex fal. plenius his legibus prouideat: propterea

6 † est magis laude dignus qui factum subtiliter emendat, eo qui adinuenit. l. ij. §. si quis in tanta. C. de ve. iure enu. Sol. dixerunt

7 aliqui, quòd † ideo illa remedia fuerunt Trebellio attributa, quia iusti. Trebellium magis dixerit. Sed hæc non bona: quia penes rectum ius dicentem non debet cadere acceptio, id est, denaria personarum. Ita iudicabis diuitem & potentem vt pauperem & humilem. Propterea amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas, c. nouit. extra de iud. Quare alij dixere, quòd ideo hæc remedia fuerunt Trebel. attributa, quia illud senatusconsultum in nullo peccauit: sed Pegesianum & si plura remedia adinuenerat, tamen ex quo in vno peccauit, hoc est, in remedio stipulationum interponendarum: facile ei detractum fuit: quia, vt aiunt morales, qui in vno peccauit facilè habetur omnium reus. Et per hoc non ob. §. j. suprà ti. j. quia ibi falci. in nullo peccauit. Vnde sibi merito tributa fuit laus & auctoritas, Non ob. §. si quis in tanta. quia respondetur quòd illa litera est intelligenda per hunc modum, quòd ille qui emendat factum non subtiliter, ita quod verbum subtiliter referatur ad verbum factum, laudabilior est eo qui adinuenit: sed ille qui adit facto subtiliter, inuentore est laudabilior. vt hic, propterea quòd fa-

esse sit inuētis addere Item no.ex ver.sed quia a quod illi quos charitas non prouocat ad beneficia, spe luchri sunt incitandi: & isti sunt frequentes, priores verò rari.† Not.ex ver.ex singulis. secundum verum intellectū, quòd sicut de legatis detrahitur quarta ex l.fal.ita hæc de fideicommissis particularibus, quia il la legatis sunt exęquata.l.j.de leg.j.& l.j.communia de leg. De fideicōmissis autem vniuersalibus quarta detrahitur† quæ trebellianica b propriè appellatur, latè verò falcidia appellatur. & probatur in l.si vt allegas.C.ad l.fa.c

ADDITIONES.

a Quia.Ver.postea .verò quomodo veniat aduersatiue vide Bello. hic in §.sed quia.in pu.

b Trebellianica.Potest quæri,an hodie testator possit prohibere Trebellianicam sicut falcidiam, autem sed cum testator & C.ad l.falci. vide.infrà in glo.in ver.licet Potest & secundo quæri,† quis debet soluere debita & legata testatoris, an hæres qui debet restituere an fideicōmmissarius, Glo.hic dicit, q hæres debet soluere debita, & fideicom missa.legata. Tn dic latius secundum glo.positam in l.j.ff.eo. q hæres ante restitutionem hæreditatis potest soluere creditoribus, & tantominus restituet fideicommissario l.ita tamen.§.qui ex Trebelliano. ff. eo. Sed an teneatur hæres pro sua quarta soluere legata & debita: Dic q non, si restituit totam hæreditatem si autem retinet quartam sub nomine quantitatis.tunc tenetur creditoribus pro quarta, sed non legatarijs, nisi pro eo quòd habet vltra quartam pro quo tenetur debitoribus & legatarijs.l.j.§.fi.ff.eod.Ias.May.

c C.Alleg.falc † An aūt hæres restituens possit detrahere quartam de legatis ratione falcidię, & aliam quartam ratione fideicommissi vniuersalis; Dic quòd non, quia se non compatiuntur, detrahitur enim falcidia quando tota hæreditas vel pars est exhausta legatis, vt suprà tit. j.& ideo nihil remouet quod possit restitui.ideo &c.de quo in l. Marcellus. ff.eo.† An autem quarta iure naturæ, & sic legitima & Trebellianica eodem tempore possint detrahi; Dic quod non sed diuersis temporibus sic secundum glo.in c.Raynaldus.de test.extra.Ias.May.

Ex §.sed si recuset.Not.† hæredem grauatum restituere totam vel quotam hæreditatis, posse cogi adire & restituere quo a casu amittit beneficium detrahendi quartam, b quia qui noluit se submittere grauamini, non est æquum vt fruatur commodo emolumento.l.si non fuerit.in fi.ff. pro soc. Alibi dare, qui non laborat, non manducat.l.quamuis.& ibi glo.de dam. infect. Alibi qui non vigilat non adiscit.l.pupillus.in fi.l.qui autem.§.j.ff.quæ in frau.credi.

ADDITIONES.

a Restituere quo. An hoc possit fieri per procuratorē, vide Bellon. ij. nota.

b Quartam †Quæritur etiam quid si hæres non detrahit quartam ex fideicommisso, vt quia coactus, an redundabit ad vtilitatem legatariorū, vt fideicommissarius debeat soluere integra legata. Dic quod nō, quia non debet plus habere quam haberet si hæres detraxisset d.l. Marcellus.† Quæritur etiam, an hæres non conficiendo inuentarium perdat Trebellianicam sicut perdit falcidiam, vt suprà ti.proxi.§.fina.& Bart. & Doc.communiter tenent q non, quia non repetitur expressum sicut in falcidia.de quo in d l.Marcellus.Ias.May.An hæres non conficiendo inuentarium Adde Iō.And.in.addi. Spe .in titu.de instru.edi in §.dicto.ver.nunquid dicamus.

Adde.Quod contrariam opinionem q imo hæres per non confectionem inuentarij perdat trebellianicam.tenuit Albertus Galeotus sua margarita in rub.de quarta trebelliani.quam manuscriptā teneo, quē refert Ang.de Perusio senior in l.j.§.hæc stipulatio col vi.ver.de secū do concludo.ff.si cui plus quam per leg falci.Iaco de Are Cy Bald. & Raph.Cuma in l.cum tale.§.j ff.de condi.& demon.Ricar. Malūbra. Pet.de Bellaperti.Saly.Ludo.Roma.& Ioan.Pergeius quid dicit quòd hæc est communis sententia, in autheot.sed cum testator.C. ad falcid. ita etiam tenet Oldra.in consi cxxxiii.incip.satis credo consonum, & ita consuluit Franci.Tigrinus in consi.incip.videtur de iure dicēdum, quod habeo manuscriptum, ac etiam Bar.in consi.lj.incip. Beneuenuta fecit testamentum.Bal.in consi.cccvij.in ij.vol.Pau.de Cast.in consi.ccx.incip.super primo dubio Raph.Fulgo.in consi.xl.incip.Casus talis est propositus.in consi.lxxxvij.exordiens proponitur q honorabilis vir.& in cōsil.xcvj.cuius initium est.pro decisione circa principium Floria.à S.Petro & Ioan.de Imo.in l.Marcellus.in prin.ff.ad S.C. Trebellia & ibi Barto Sozin.in fi.vbi dicit q in iudicando & consulendo hanc opinionem sequeretur.Idem Io.de Imo.in consi. cxlj.incip .viso tenore compromissi suprascripti.Matthæ de Matthesillan.in no. clvu. incip.nota quòd hæres.Anto.Conser.in tracta.de potestate regia in q. lxxiij.in fi.qui dicit hanc opinionem esse magis communem, & ita quoque consuluit illustris. D.Philipp.Deci.in consil.cccxcvj incip.non parua difficultas, in v.dubio.& in consi.cccclxxs.incip.iij.col.pen.& fin. Fran.Curti.Iunior.in consi liiij.incip.visis ac diligenter consideratis. col.iij & in consi.cxx incip.omissa argumentatione ad partes.col. iii. & Cardi Parisi in consi.cxxvj.colum.pen.& fin.in j.volu & consi.xcij. col.vii.in ij.volu.& in consi liij.col.iij.in iij.volo.qui opinionem hanc veriorem communiorem attestantur. Contrariam verò huic opinioni partem quòd hæres per non confectionem inuentarij non perdat trebellianicam tanquam magis communem tenere debemus, quam etiā tenet Goffre.in suis libellis in titu.ad S C.Trebelliani.Iacob. de Belli.in auth.de hæredi.& falci.§.hinc nobis.Oldi.Lau in l.finali.§.si C. de iure delib.Bart.in d.l.Marcellus.§.j.in iij.q.& ibi Paul.de Castr.& Alex.de Imo.colum.pen & fi.Ias.& Clau.de Seysel.Bar.Fran.de Ramponi.Ang.de Peru.in lectu Perusi Roma.& Alexā.de Imo.in addi.Bar. in auth sed cum testator.C ad l.falci.Bar.in consi.ij.incip.D. Ioannes Arduini.in j.vol. vbi refert & sequitur Roffre.& Iaco.de Belui.in locis superius citatis.Bal.in l.filium quem habentem.col.antepen. ver.item quæro.vtrum hæres de restituendo.C.fami.hercis in consi.ccxxix. incip.in primo articulo videtur nobis.in iiij.vol.& in consil.ccliiij.incip. ad euidentiam præmittendum est in q.v.vol.Ang de Peru. in d.l.j.§. hæc stipulatio col.vj ver secundo concludo.& ibi Io.de Imo. qui dicit hanc esse communem opinionem Pau.de Cast.in l.cohæredi. § .cum filiæ.ff.de vulga.& pupil.& in l.cum tale.§.primo.ff.de condi.& demō. in consi.ccij inc p.quia suprà formata.in ij.vol.in nouis.& in cōsil.ccix, incip.dubium facit quod non perdatur trebellianica.Pet.de Ancha .in c.Raynaldus.extra de testa.Io.de Ana.in consi.lxj.incip.visis.& ponderatis, & ibi Ludo.Bolognini in addi.dicentes hanc esse communem opinionem.Io.Pet de Ferrariis in sua practi.in for.libelli quo petitur hæredi .ex testa.in Glo pure instituit, in fi.Angel.de Are.in suo tract.de testa.in glo.qui sciens se apertè institutum.col.j.Alex.de Imo.in l.ita cū §.si ex Trebellia.circa fin ff ad S.C. Trebellia.& in consil.xxix.incip. perspectis.in iij.col.in v.vol & Io.Bertachi.in suo reperto.in ver. hæres inuentarium.in ver.quarto.in quibus locis dicunt hanc esse communem opinionem.Ias.in consi cxiiij.incip.visa facti narratione e rea fio. in iiij vol.dicens q semper solitus est, & legendo & consulendo tenere hanc opinionem Vitalis de Cambanis in tract.clausula.in clausula ad nouam inuentarij confectio.pe.col.v.Pet.Philip.Corne.in auth. similiter C.ad l.falci.& in consi.clxxx.inci.multitudo quæsitorum.co.vij.ver veniamus ad octauam in iiij.vo.vbi dicit q hanc opinionem admisit consuetudo.& allegat Bal in consi suo inci.super primo quesito ,quòd est consi.xcvij.in ij.vo.Caro.Rui.in consi lvij.in ij. vol.Maria.Sozin. Iuni. in consi.cxxxvij inci.viso.processu cum aliis.num.9.in j.vol.& præclariss.D.Hiero.Cagno.in l.Papinianus.§.meminisse nom.15. ff.de inof. testa.qui dicit hanc opinionem æquiorem, benigniorem & magis communem & tenendam, & ita vidisse semper seruari & seruatur per totū mundum & quod ab ista opinione non recederet in iudicando & consulendo .plures alios Doct.potest videre, vt per Tho Diplouatatium in addi.ad consi.ij Bar.& ad lectur.Alex.de Imo.in d.l. Marcellus. Io. Bap.Zilettus.Venetus.

Item no, quòd hæres qui restituit hæreditatem totam volens vel inuitus, ab oneribus hæreditarijs est penitus liberatus, ex quo enim non percepit commodum ex hæreditate, est rationabile quòd nec illum committentur incommoda, regula iuris secundum naturam. In fin.gl.in verbo restituam, not.duo. Primò, † quòd ille qui fuit hæres nunquam potest desinere a esse hæres. Ita nec ille qui semel fuit clericus, vel doctor, quia semper in eo reliquiæ clericatus, vel doctoratus tanquam infixe in anima durant & permanēt, quòd limitare verum, nisi vbi quis desinat esse hæres ptāte iuris ciuilis, not.gl.in l.in substitutiōe. de vulg.& pup. b Item limitare verum esset nisi clericus vel doctor nedum actualiter, sed etiam verbaliter fuerit degradatus c.degradatio.extra.de pe.lib.vj. Fuit tamen dubitatū, an clericus actualiter degradatus c veram conficiat eucharistiam: de quo per gl.in c.j.firmiter.§.qui verò.extra.de sum.tri.& fi.cat. Secundò colligitis, quòd † illud quod semel fuit, semper erit d & perpetuo, quod verum dicite perpetuo, quo ad eius vita durauerit not glo.in l id vestimentum.ff.de pecu.vbi dicit aliud notandum.† quod ille qui dedit famulo suo vestimentum vt magis honorificus procedat cum illo & eo perpetuo vtatur, intelligitur quoad sibi famulabitur, & ideo famulo recedente potest illum dominus vestimēto denudare.† Habetis æternum & sempiternum æternum dicitur quod semper fuit est & erit: vt Deus. Sempiternum, quod habuit initium, sed non habebit finem: vt Angeli & Archangeli, ita no.glo.in l.eum debere.ff. de ser.vrba.prædio.† In fin.glo.in verbo, ex consulibus, ex hac gl. iuncto tex.colligunt Doc.quòd plurimi Iuriconsulti fuerunt post tēpus gratiæ, hoc est, post incarnationem Domini nostri IESV Christi. Nam Seneca fuit tempore Neronis, qui fecit eū mori, propterea quòd fuit magister suus, & cum illum videbat, expauescebat multum quo tempore fuerunt interfecti apostoli Petrus & Paulus: plurimique post Iureconsulti, inter quos fuit Vlpianus, interpretati fuerunt senatusconsultum Trebellia: illo tempore confectum.l.prima, ad Trebellian. Bene ergo sequitur quòd plurimi fuerunt tempore gratiæ & post tempus Christi.& ideo reprobant gloss.in l.Tria.in fin.de auro & argen.leg.ego allego text.in l.circuncidere.ad legem Cornel.de falc.vbi Iureconsultus facit mentionem de circūcisione.allego alium

dixim text. in lege. Spadonem. §. iã autem. de excusat. tuto.

ADDITIONES.

a Desinere. Hoc prosequere vt late per Bello.

b De vulg. & pupilla. Nam ex potestate absoluta hoc lex aliquando facit, non ex ordinaria. Bello. lib. 3. suppura. ca. 13. in fin.

c An clericus actualiter degradatus. Adde Glo. in c. 3. de. elc. excomuni. Glo. in verbo præsumpserit. in c. fin. eo. lib. Archi. in ca. quid sit super glo. de conse. dist. 5. Abb. in c. non potest. in 5. no. de rei iudi do. Benedi. Capra. Phili. & Moder. in c. degradatio de pe. lib. 6. Car. Alex. in ca. 5. in 3. col. versi. item no. qui de. vel voue. S. Tho. in 3. parte. q. lxxxij. idem. S. Tho in iiij. senten. dist. xiij. q. 3. ar. 5.

d Semper erit. Intellige & declara vt per Bellon. qui examinat super hoc notas, quædam dicta Ioan. Fab.

e De excus. tut. Alias glossas sequentes vsque ad §. sed quia expediat ve per Bello. quia omittuntur per istum.

21 In gl. falcidia. ibi, vt hic. † Hæ tamen omnes quartæ possunt appellari sub nomine falcidiæ sumpto vocabulo ab effectu rescindis no. glo. in auth. vnde si paren. C. de inoff. test. fact. 1. si a vt allegas. C. ad l. falcidiam. a

a G. ad leg. falc. † In fin. glo. in verbo, ex lege. Dic melius vt habetur 22 in §. quia vero legem. in auth. vt 1. ma. & auic. col. viij. vbi in duobus casibus mulier debet habere quartam. Primus quando quis ductus cõ cupiscentia alicuius mulieris, eam duxit ad domum, & iurat se habiturum eam pro legitima vxore, & postquam fuerit carnalis copula desiderio satiatus, eam repellit indotatam. certe ei debetur quartam pars bonorum viri illius pro testatratione honestatis, & etiã eam cogitur habere in legitimam vxorem. d. auth. liceat. & ibi gl. Secundo quando præmoritur maritus diues, & vxor inops indotata, tũc succedit in quarta vna cum liberis, si sunt tres, tunc pro virili. in auth præterea. C. vnde vir & vxor. Iason May.

23 In fin. Colligitis igitur ex hac glo. quòd † sicut delegatis detrahitur falcidia, ita & de fideicommissis particularibus. Sed cõtra hãc opi. videtur facere, & opponitur de hoc tex. in ver. ex a singulis. Sed respondete a quòd illa verba, eadem retentionem, sunt b sunt referenda ad retentionem b que sit ex l. falcidiæ & sic ad proxima, non autem ad eam quæ fiebat per Pegasi hodie verò per Trebel. & sic ad remota.

ADDITIONES.

a Respondete. De hac responsione vide Bellonum qui etiam plenè examinat has omnes quartas, & vide eundem ad gloss. super ver. solebant quam iste omittit.

b Retentionem. † Sed caue, quia etiam ita referẽdo tex. dicit, atque ex 24 lege falcidia: & nullum simile est idem. Et cõtrarium eius quod est hic, scilicet q de legatis singularibus sicut de vniuersalibus detrahatur 1 rebellianica, tenet expresse Aug. hic in ver. sed quia hæredes. quem legit pro. §. in 5. no. sed mihi placet magis id quod tenet ipse Aug. vbi supra ad §. latius hoc examinans. Ias. May.

a Glo. solebant. a

ADDITIO.

a Solebant In glo. in verbo solebant. Glo. intelligit istum tex. vt loquatur de iure antiquissimo: quia hodie non esset opus stipulatione inter hæredem & legatarium partiarium, cum per ex equationem legatorum & fideicommissariorum vniuersalium onera diu dantur ipso iure Ego puto quòd imò iste tex. procedat hodie in terminis in quibus loquitur, scilicet quãdo est legata pars bonorũ nõquia in legato partis bonorũ nõ transit aliquod onus in leratiũ, nisi interueniat stipulatio, de qua hic, vt est tex. in l. si quis seruũ. §. fin. & melius in l. seq. hic alleg. in 25 gl. & ibi omnino vide Bar & ita vt supra tenet postea tenere Nico. de Neap. hic † Quæritur etiã quid si testator iusserit hæredem restituere hæreditate deductis legatis, an intelligatur quòd primo soluat legata, integra & residuũ restituat deducta Trebellianica? Dic quòd nõ imò in portae q hæres debeat soluere. & nõ fideicõmissarius, sed nõ integrè. quia tã de legatis quàm de fideicõmissis detrahet quartã pro rata. & fiet vna mixtura, & sic erit vna noua quarta & anomala, vt vult Bar. in d. l. Marcellus. ad Trebel. Iaso May.

In fin. gloss. damnosam. Ex hac glos. & in ea allegata. ¹. col- 26 ligit gloss. ibi quòd, † ille qui allegat iudicem suspectum, non habet necesse causam allegare, sufficit enim illum esse suspectum: quia variæ sunt opin. hominum ex quibus in eorum cordibus suspitiones & iniuriæ generantur. Sed quia hæc materia est quotidiana & facilis multum, & in qua differunt inter se ius ciuile & Cano. distinguite vos. Si quæratur, qualiter & quomodo iudex possit recusari vt suspectus: Aut loquimur de iure canonico, aut de iure ciuili. Si de iure canonico, aut loquimur de iudice ordinario, aut de iudice delegato à Papa, aut loquimur de iudice delegato ab inferiori à Papa. Si in iudice or dinario, tunc debet allegari causa, & talis, quæ si vera esset haberetur pro legitima, quo casu dantur arbitri qui statuant terminum ad probationem causæ: qua probata, si fuerit ab arbitris comprobata, iudex non intromittet se de causa. Si verò fuerit ab arbitris improbata, tunc ille qui allegauit iudicem suspectum, condemnabitur parti ad interesse in expensis, & iudex in causa principali procedet. c. suspectionis. extra. de iudi. de leg. c. cum speciali. §. primo. capitul. secundò requiris. extra. de appell. Et idem est in secundo casu, hoc est, in iudice delegato ab apostolico: nisi duo iudices dati fuerint cum clausula, quòd si non ambo &c. quia vno allegato suspecto, alter de causa cognoscet. c. si contra vnum. in prin. extra. de offic. deleg. l b. vj. Si autem loquimur io delegato ab inferiore, tunc causa debet allegari legitima, vt suprà dixi, de quo cognoscet de legatus, nec dantur arbitri qui cognoscant. c. si cõtra virum. §. fi. suprà alleg. Ratio differentiæ, quia duobus prioribus casibus esset nimis difficile per longa itinera adire Pappam, qui de causa suspitionis cognoscat, ideo dantur arbitri: sed posteriore casu non datur, quia est facile adire delegatum. Hæc iura seruantur in terris sedi apostolicæ subiectis, iuxta ea quæ habentur in cap. fin. extra. de rescrip. & in regula iuris malæ fidei possessor. Aut de iure ciuili loquimur, & dic, aut recusatur vt suspectus Iudex ordinarius, aut allegatur vt suspectus Iudex delegatus. Priore casu nõ habeo necesse allegare causam suspitionis, sed sufficit mihi illum allegare suspectum. ita vult glo. de qua suprà. & gl. in l. apertissimi. C. da iudi. In hoc differt ius ciuile à canonico quo casu non dantur arbitri qui cognoscant de causa, sed iudici laico consociatur episcopus illius ciuitatis vel dioecesis. & ambo in causa pariter cognoscũt, authenti. si verò contingerit. C. de iudi. & in hoc differt ius ciuile à iure canonico, vt ex prædictis patet. Si vero iudex delegatus allegatur suspe ctus, tunc sufficit itiare, vt suprà Sed hoc casu dantur arbitri, non qui cognoscant de causa suspitiõis, quia cognitum fuit per iuramentum partium, sed cognoscent de causa principali: & il à determinabunt. d. l. apertissimi. & l. cum specialis. C. de iudi. & in hoc differt ius ciuile à iure canonico, & hæc seruabuntur in terris imperij, & in delegatis ab Augusto, hoc est Imperatore, a vt in iuribus suprà allegatis. a

ADDITIO.

a Iuribus supra allegatis. Adde, quòd antequam fiat aliquis actus coram eo, quòd ista causa suspitionis debet opponi, aliàs faciendo plus, & omittendo exceptionem, videtur in eum consentire. l. quidam consulebant. ff. de re iudi.

a In fin. glo. in versi. liceat a colligitis, quòd † sicut testator 27 potest hodie prohibere detractionem quartæ ex lege falcidia, b ita potest imp edire detractionem quartæ ex treb. b idẽ tenuit glo. in authen. de hære. & fal. §. si verò expressim. & hanc opinionem sequitur Bartol. fretus tali ratione. Nam licet authen. sed cum testator. loquatur de falcidia & sic lex correctiua, habet tamen locum in Trebellianica in virtute. l. antiquæ, quæ æquipara Trebel. & fal. l. Marcellus. §. quod autem. ad Trebel. iuncta l. si quis seruo. cum ibi not. C. de fur. Contrariam sententiã tenuit glos in d. authen. sed cum testator. & in l. si vt ellegas. C. eo. & illas sequitur Bald. fretus ratione tali, quia cum authen. sed cum testator. sit lex correctiua, & loquatur de falcidia, ergo ad Trebel. non extendenda. l. si verò §. de viro ff. sol. ma. sed hic patet responsio per arg. Bar. Secundò mouetur Bal. quia hæres grauatus fideicommisso, grauatur in hoc, quia potest cogi adire & restituere, vt hic, ergo in alio alleuiari, vt possit vti quarta inuito testatore. l. eum qui de iureiur. Sed respondete, quod testatore quartam prohibente non cogetur adire, & sic non grauatur: c vnde mihi placet opi. huius glossæ & Barto. c pro quo allego text. in §. si verò expressim. in authent. de hære. & Fal. vbi loquitur de fideicom. pariter et legatis. Secundò mouetur ratione: quia ex eadem radice ex qua inuenta fuit falcidia, inuenta fuit & Trebellianica, vt in ver. sed quia iunctio prin. suprà titu. primo. ergo lex noua disponens de ea, intelligitur de alia d sponte re. lege. si quis libertam. C. de nupt. Tertiò moueor, quia ratio scripta in d. authenti. sed cum testator. conuenit etiam Trebel. ergo. & in ea locum vendicabit. lege. milites agrum. de re mili. capitulo. consuetudo. dis. primo. authen. quas act. ones,

cum ibi nota.C.de sac.san.eccle.Ex quibus inferunt Doc.quòd sicut omissio inuentarij priuat hæredem falcidia ita priuabit
d & trebellianica,d d.authen.sed cum testator,& dicatis vt ibi.
28 †Eodem modo dicunt Doct.quòd quemadmodum hodie nō habet locum lex falcidia in relictis ad pias causas,ita nec habet trebellianica aut,similiter. C.ad le.fal.& dicatis vt ibi.de quo etiam in c.si pater.de test.lib.vj.quia videtur aduersari illi opi.
e à contrario sensu:sed dicatis vt ibi per Doct. e

ADDITIONES.

a Liceat, Ad hanc glos & alias quas iste omittit vsque ad §.nihil, vide Bellonum qui diligenter eas examinat.

b Quartæ ex trebelliano. † Potest testator prohibere trebellia-
29 nicam:contrariam glossam habes in authen.sed cum testator. quæ determinat quod non possit prohibere.veritas est quòd sic.& hoc tenet Bartolus in l.Marcellus. §.quod autem.ad trebel.Ias.May.

n Glos.& Barto. Hæc opinio est communis.& per quæ verba cēseatur tacitè prohibita,vide Bellonium consilio lxv.cum sequenti.

d Et trebellianica. Vide Bellonium consilio xix.numero 12.

e Per doct † Et quia de stricta significatione ad latam vocabuli etiam in materia correctiua licitum est arguere d.l.Marcellus. .quod autem &c Et hoc etiam modo potest responderi ad argumentum Bal.in-
31 frà relatum. † Et quòd etiam in correctorijs fiat extentio de stricta significatione ad latam.est glo.reputata singularis in cle.j.in verbo, eli-
32 gatur.aliqui habent in verbo religionis.de ele. † Sed appellatione falcidiæ venit trebellianica.lato sumpto vocabulo,vt in glo.in authen. vnde si parens in verbo falcidiæ.C de inoff.test.ergo &c.& ista ratio multum mihi satisfacit quam etiam ponit Ang.de Are.hic Ias.May. [In correctorijs fit extētio.Adde glo.in verbo numerandi.in c.statutum de rescrip.li.vj glo.in verbo eligat.in cle.j.de ele. Anto.de Bu.in c.olim.de verbo.signi.Alexan.in l.si constante.in prin.ff solu matri Et quòd trebellianica veniat appellatione falcidiæ.Adde an contineatur legitima debita iure naturæ.vide per Pan.de Cast.in authe.nouissima. in ij colum.C.de inoffici.testa.]

a In fin.glos.in verbo actiones a de hoc dicite vt dicam in
b §. sequenti. b

ADDITIO.

a Actiones. Vide super hac.glo hic latè per Bellonum.

b §.seq.†Queritur etiam,an ante restitutionem hæreditatis fideicōmissar.js sit dominus.glo.hic in verbo restitutionem.tenet quod non Bene tamen fallit in tribus casibus,scilicet propter absentiam & mo-
34 ram hæreditatis,vel quia decedat sine hærede.l pen.C.eodem †Queritur etiam an fideicommissarius possit facere inuentarium facta sibi restitutione,vt non teneatur vltra,vires hæreditarias?Barto. quòd sic
35 in l in ratione ff.ad l.fal.† Sed an inuentarium factum per hæredē prosit fideicommissario?Bar.quod non,nisi cedatur.hoc vult in d.l in ra-
36 tione.†Queritur etiam ad cuius petitionem potest hæres cogi adire hæreditatem?Dic quod ad petitionem fideicommissarij vniuersalis vt
37 hic in glo.vel particularis vel eius procuratoris: †licet enim ad hæreditatem non possit constitui procurator.l.Paulus.ff.de acqui.hæred tamen potest constitui ad petendum restitutionem hæreditatis.l.qui ita
38 §.etiam ff.eod.& licet restituatur procuratori.†tamen acquiritur domino quia restitutio debet fieri illi,cui venit fienda cessio.l. si mulier. §.ex asse.de ver oblig & ideo non posset alteri cedi etiam de voluntate fideicommissarij,secundum Barto.in l.si stipulatus.de verb. oblig. Ias.May.

a Glo.in versi.restituerit.a

ADDITIO.

a Restituerit.Ad hanc glo.quam iste non legit dum vult , restitutione facta verbo tantum transire dominium in fideicommissarium: vide quæ latè dixi in l j.in vij char post Puteum,ff de leg j Et dum glo. dicit,quòd hæres manumittit seruum hæreditarium alle l.si hæres institutus. §.si hæres dic quod nihil facit,quia ibi nō dicitur an possit manumittere vel ne,sed solum dicitur quod hæres ante restitutionem etiā de malefactis De hoc ergo an hæres ante restitutionē possit manumittere seruum hæreditarium,vide glo in illa l si.in § .sed quia in verbo manumittere.C.communia de lega.& ibi Bart.& late Bald.in l. quidam.§.si quis filium,ff.eodem.Et ad istam glo.hic vide Angel.de Are. hic Ias May.

1 *Differentia utrum testator relinquat hæredi,quartam nomine rei rei particularis,an uerò nomine quotæ.*
2 *Hæres restituta hæreditate, quomodo ad onera hæreditaria teneatur.*
3 *Hæres loco legatarijs habetur.*
4 *Fideicommissarios qui inuentarium confecit, tenetur solum quatenus uires hæreditariæ patiuntur.*
5 *Lex noua aliquid iuri communi detrahens dicitur de nouo disponere.*
6 *Hæres ad ius coactus perdit rem sibi relictam.*
7 *Trebellianica in una re detrahi potest.*
8 *Fideicommissa etiam ab intestato relinquuntur.*
9 *Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*
10 *Legata possunt in codicillis relinqui.*
11 *Succedens ab intestato an nonnullatum grauari debeat onere fideicommissi.*
12 *Successurus ab intestato,de iure prætorio tantum potest grauari fideicommisso.*
13 *Grauari quis in tantum potest,inquantum honoratur.*

§.NIHIL AVTEM Nō summatur breuis propter pluralitatem responsorum,No.primo,nihil referre an quis sit ex asse hæres institutus,an vero ex parte grauetur restituere totū, an partē totius,an partē partis:quia omnibus casibus restituta tota vel parte pro rata trasferūtur actiōes.Itē no.ex §.si quis vna nihil referre an quis grauetur restituere hæreditatem retenta quarta sub nomine rei singularis,vel rei hæreditariæ.Hoc verum quo ad hoc vt possit cogi adire & restituere.Item quo ad hoc vt possit.lege.detrahere aliam quartam.†Est tamen in hoc differentia,quia quando habet quartam sub nomine rei particularis,non obligatur oneribus hæreditarijs,quia habetur loco legatarij,vt hic,& l.j.§.si hæres accepto fundo.ff.ad Treb. Quādo verò habet quarta sub nomine quotæ,pro illa quarta obligatur oneribus hæreditarijs,quia pro illa quarta habetur loco hæredis effecti.Et eadem ibi vendicant locum siue grauatus fuerit restituere hæreditatem retenta aliqua re quæ solum ascendit ad quartam,vel retentis duabus pluribusque rebus , vel summa vel quantitate hæreditaria,nam transferantur actiones insolidum in fideicommissarium.Nec hoc casu hoc videtur iniquum,cum sit in potestate fideicommissarij an velit hæreditatem sibi restitui, an verò illam omittere:si igitur illam petierit & restituatur,& damnum supportauerit , æquo ferat animo: quia damnum quod quis sua culpa &c.regula iuris,damnum.in in vi.In fin.glossa diximus.Non ob.hæc lege.ex mille.quia regula vendicat sibi locum vbi est eadem ratio disponendi totius ad
a totam,quæ est partis ad partem a Secus si esset diuersa ratio disponendi,ita loquitur.lege.ex mille.

ADDITIO.

a Ad partem Hanc regulam limita pluribus modis,vt hic per Bellonum.

a In fin.glo.in ver.actiones.†Si quæratur,qualiter hæres restituta hæreditate ad onera hæreditaria teneatur:aut habet quartā sub nomine quotæ ex volūtate testatoris,vel preter de volūtate legis,aut ipsa habet sub nomine rei particularis,aut habet plus quarta:aut nihil habet.Si quidē habet quartā sub nomine quotæ,ipse tenetur creditoribus hæreditarijs pro sua quota:sed tamē legatarijs nō tenetur,vt hic in gl.in.lege.prima.§.pē.& fi.ff. ad Trebel.Et est ratio differentiæ,nā quod teneatur,respōdere creditoribus,prouenit sub repræsentatione personæ defuncti: vnde cum repræsentat defunctum pro quarta,creditoribus obligatur pro quarta,quibus & testamento viuens erat obligatus. Sed quòd hæres teneatur legatarijs,non prouenit sub repræsentatione personæ defuncti,quia defunctus nunquam fuerat obligatus legatarijs: imo legatarij sumunt robur ab hæredibus.§.in nouissimo.C.de cadu.tol.sed in legatis obligatur quia bona testatoris ad ipsum eius iudicio peruenerunt:Vnde cum non habeat quartam ex iudicio testatoris,sed ex iudicio Trebelliani,non obligatur creditoribus nec legatarijs,tū quia nec repræsentat quo ad eos defunctum,tū quia nec aliquid habet ex iudicio testatoris.Facit quòd nota. Bald.in rub.ff.de acquir. hære.qui dixit,quòd ideo de iure fforum.hæres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditarias , sed non tenetur legatarijs:quia quod teneatur creditoribus hæreditarijs prouenit,quia illis obligatur sub repræsentatione personæ defuncti. Cum igitur esset illis defunctus obligatus insolidum , obligatur & hæres illius personam repræsentens.Sed quòd hæres legatarijs obligatur, prouenit ex eo quòd bona testatoris ad ipsum venerunt

eaq

eatenus igitur quatenus bona à testatore habet, legatarijs obligatur, & non vltra. l. si hæres. §. primo ad Trebel. Si verò habeat quartam sub nomine rei singularis, a tunc non obligatur nec creditoribus, nec legatarijs, vt hic: ratio, quia non loco hæredis, sed loco habetur legatarij. lege, prima §. si hæres. ff. ad Trebe. Si verò habet aliquid plus quarta, si quidem habet plus quarta, si quidem habet plus sub nomine quotæ. tunc pro tota illa quota tenetur creditoribus hæreditarijs, quia pro tota illa quota repræsentat defunctum: sed legatarijs tenetur solum pro illa quota quàm habet suprà quartam, quia illam solam habet ex iudicio testatoris, quartam verò aliam ex iudicio legis. Si verò habet plus quarta sub nomine rei particularis: tunc non tenetur nec creditoribus nec legatarijs, † quia ego hæres habeor loco legatarij. Et hoc verum limitabitis, si portio fideicommissarij sufficiat creditoribus & legatarijs: si verò non sufficeret, creditores non haberent regressum contra me hæredem, sed legatarij sic, in eo quod habent vltra quartam. lege prima §. fina. ad Trebel. Sed dixit Imo. in lege, prima. ad Trebel. hoc videri sibi non solum mirum. Sed iniquum, quòd deficiente portione fideicommissarij, prouideatur legatarijs contra hæredem in eo quod plus habet nomine rei particularis: non autem prouideatur creditoribus, cum creditores tractent de damno euitando, legatarij autem de lucro captando Item creditoribus esset obligatus defunctus, sed legatarij non l. fi. C. de lega. Sed certe aperta responsio sumitur ex prædictis. Nam ideo creditoribus non tenetur, quia cum habet quartam vel plus quarta sub nomine rei particularis, habetur loco legatarij, nec repræsentat defunctum, & propterea ipsis non tenetur. Sed ideo tenetur legatarijs, cum illud quod habet vltra quartam, habeat iudicio testatoris: nimirum si illis obligatur, vt suprà dixi. Si verò hæres nihil habeat, quia restituit totam hæreditatem nulla quarta retenta, hæres in totum liberatur: fideicommissarius autem in totum est obligatus etiam vltra quàm facultates hæreditariæ patiantur. §. sed si recuset. in fi. supra eo. † quod verum limitant Docto. singulariter, nisi iste fideicommissarius inuentarium confecisset, quo casu & creditoribus & legatarijs eatenus solum tenetur, quatenus vires hæreditariæ patiuntur. authenti. sed cum testator. C. ad leg. falc. quod Iuni. reputat singulare. quod illa authenti. correctiua quæ loquitur de hærede directo, sibi vendicet locum in hærede vtili, vt fideicommissario Sed dixit Imol. hoc procedere, quia illa lex non est correctiua, sed declaratiua iuris antiqui: quia quod voluit lex antiqua hæredem obligari in solidum, declarat lex noua ita demum verum esse, si inuẽtarium non confecerit. Sed tamen hæc ratio non bona, † nam cum lex noua aliquid detrahat iuri cõmuni, non dicitur declarare, sed de noua disponere. l. ius ciuile. insti. & iure. l. hæredes palam. §. sed si notan. ff. de testa. Vnde aliter ergo respondeo, quòd ideo authenti. illa extenditur ad fideicommissarium, quia lex antiqua æquiparat b ipsum hæredi. §. restituta. suprà eo. l. j. §. de illo. ad Trebel. vnde in virtute l. antiquæ verborum extensio permittitur, iuxta not. in l. si quis. C. de furt. Cætera dicite vt habetur in lege, prima. §. fina. ff. ad Trebel.

ADDITIONES.

Hæredi. Hoc tamen limita multum notabiliter, quando ista res esset sufficiens pro quarta sua: si autem esset minus vt peteret supplementum, quòd potest, vt hic in glos. tunc tenetur in eo quod sibi suppletur, creditoribus pro rata: non autem in ipsa re, quia eam habent nomine legati. ista est gl. in l. j. §. si hæres in gl. pe. in prima solutione. ff. eo. Et ratio est secundũ Ang. de Are. hic, quia petendo supplemẽtũ videtur habere ratione quartæ, & sic ad rationẽ quotæ nimirũ ergo si tenetur. Secus quando non petit supplementũ, sed simpliciter est contẽtus re sibi legata, quia tũc habetur loco legatarij. & hæc benè nota ad declarationẽ huius tex. † Quid autem si hæres coactus adeat an perdet rem sibi relictam, sicut perdit quartam? Dic quòd sic. l. ita tamen. §. si præceptis. ff. eodem ad treb. † Nota etiam hic ex supradictis, quòd Trebellianica potest detrahi in vna re ex iudicio testatoris, Item ex voluntate fideicommissarij, Item ex declaratione iudicis, de quo suprà tit. j. in prin. Ias. May.

Aequiparat. ipsum. Hæc enim ratio equiparationis facit, vt in correctorijs & in fictis etiã admittatur extẽsio Bello. lib. iiij. supputa. c. xvij. in fi. & c. xix. nume. 14.

Ex. §. præterea not. quod † non solum fideicommissa possunt relinqui in testamento, sed etiam abintestato. Et fuit ratio dubitandi, quia non videbantur venientes abintestato grauari posse, quibus nihil relictum extiterat: quia quem non honoro onorare non possum. l. ab eo. C. de fideicom. Ratio decidendi fuit, quia licet testator expræsso iudicio nihil relinquat, tamen tacitè aliquid relinquit, ex quo alios instituendo, venientes abintestato potuisset excludere lege, conficiuntur. C. iure codici. † Et dicit ibi illa glos. quod illa est præsumptio iuris & de iure, cuius probatio in contrarium non admittitur quod reputat ibi singulare Bald. dicens, quòd si quis volens probare venientes abintestato indignos hæreditate defuncti, non auditur. Item nota, quòd legata olim non valebant, nisi relicta fuissent in testamento. a

ADDITIO.

Testamento. † Et iuxta illud notabile multum dubitant Ioan. Fab. & ang. de Aret. hic, an hodie legata possint directò relinqui in codicillis: & per multas ambages inclinant quòd non cuius contrarium audacter teneo: eo quia cessat illa notabilis ratio Iurisconsulti in l. si quis cum nullum. ff. de iure codicil. & ratio Imperatoris in §. fi. infrà de codicillis. Ias. May.

Item not. quod non solum institutus in testamento, vel veniẽs abintestato potest grauari fideicommisso, sed etiam fideicommissarius. a

ADDITIO.

Fideicommissarius. Aut autem sit necesse † quod succedens abintestato nominatim grauetur onere fideicommissi, exprimendo eius nomen proprium. Dic quod non sufficit quod dicatur hoc modo. Quisquis mihi hæres erit. quæ clausula comprehendit hæredes quoscunque. l. si quis cum nullum. ff. de iure codi. Et adde, quòd abintestato solum potest relinqui per viam fideicommissi, non autem directò: sed si directò relinqueretur in codicillis resoluitur in fideicommissum l. Scæuola. ff. ad Trebel. & ita fideicommissarius poterit cogere venientes abintestato adire, sicut & cogit hæres ex testamẽto. dicta lege, Scæuola. si sit fideicommissarius particularis cui debet restitui res certa vel quãtitas, quia non posset cogere hæredem, nisi esset particularis respectu quotæ hæreditatis. quia primo casu non tenetur ad onera, ideo &c. l. longius. ff. eod. Secundò casu sic, ideo cogit. l. mulier. §. fina. ff. eod. Ias. May.

Item no. quod non solum omnes hi grauari possunt restituere totam suam hæreditatem, vel portionem vel partem, sed etiam aliquam rem, singularem.

In textu ibi, honorario. a

ADDITIO.

Honorario. † Item not & pondera istum tex. in verbo vel honorario. coniuncta. d. l. cõficiuntur. §. j. quod ille qui est successurus abintestato, de iure prætorio tantùm possit grauari fideicommisso, quia dicitur succedere ex voluntate defuncti, aliàs non possit grauari. & sic hic habes tex. iuncta d. l. conficiuntur. contra glo. quàm Bart. ibi reputat mirabilem in l. j. §. vel maximè ff. de col. bo. & illam glo. reprehendit etiam ibi Barto. Et sic cum habeant saltem ex voluntate tacita, possunt grauari Hinc infero vnum mirabile, quòd nunquam memini me in scriptis legisse: quòd si proximior moritur vel repudiet, quòd alius non dicitur esse grauatus, cum tantum plus dicatur vocatus ex voluntate tacita. iuxta glos. singularem in l. non instam. C. ad Trebel. quod videtur esse contra l. j. §. si & ibi Bar ff. de leg. iij nisi etiam videatur relictum à secundo, vel nisi à primo sit nominatim relictum. Cogita, & vide Ang de Are. hic. Ias. May.

Ibi, cum quoque. a

ADDITIO.

Eum quoque Not. etiam in verbo, eum quoque, quòd † inquantum quis grauari potest, inquantum honoratur l j. in fin. C. communia de lega. tamen fideicommissarius particularis rei rogatus restituere alteri, non detrahit in casibus no. in l. penul. §. fin. C. ad Trebe. & ibi per Bar. Ias. May.

In fin. glo. in verbo, valeat. a de hoc dicite vt habetur plenè in l. j. de leg. j. Prima sol. communior est, per l. quæ sub conditione. §. edicto. ff. de condi. institu.

ADDITIO.

Verbo, valeat. Ad hanc gl. & alias huius. § vide hic Bello.

1. *Contendere alium virtute superare bonum est.*
2. *Fideicommissarius quomodo fideicommissum consequatur, si hæres neget à se relictum.*
3. *Vltimæ voluntatis fauore pars aut soluere, aut iurare compellitur.*
4. *Iurare semel de calumnia hodie sufficit.*
5. *Fideicommissum an ex minus solenni voluntate præstandum sit.*

§. ET QVIA. Quando quis voluit solenniter testari, & de hærede confidens, illo solenniter instituto ab eo fideicommissum relinquit, hæres obligatur efficaciter fideicommissum præstare. Hoc dicit, secundum primam

lectur am. Vel aliter secundum aliam lecturam. Quando quis voluit solenniter testari, & tamen non est testatus solenniter si hæres mentitus negauerit fideicommissum esse relictum, non poterit postea ex eo se tueri, quod testamentum solenne non fuerit. hoc dicit. Not. primo summaria. Secundò not. † non esse improbum si quis alterum virtute separare contendat: si autem hoc fieret ad humanam gloriam, esset improbatum. §. cogitatum in verbo, zelus. in auth. de niona. † Item no. quod si hæres conuentus negauerit fideicommissum à se relictum, iurabit fideicõmissarius prius de calũnia hoc est quod animo calumniãdi nõ petit illud fideicõmissum: quo casu defertur iuramentũ hæredi an mandauerit, vel aliter sciuerit fideicommissum à se fuisse relictum quo casu si iuramentum negauerit præstare, non compellitur: si vero iuramento affirmauerit, soluere cogetur. Si autem fuerit in iurando contumax vrgebitur quoque ad solutionem. Si verò postquam negauerit, fateatur postea fuisse relictum, sed dicat ex eo non teneri quod fuerit minus solenni voluntate relictum, tunc non audietur, in odium mendacij sui. facit authen. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. lege, cum de indêbito. ff. de proba. In fin. glo. in verbo, habere. nota † casum in quo pars compellitur aut soluere, aut iurare, & hoc prouenit fauore vltimarum voluntatum. quas executioni publice interest demandari. l. vel necare. ff. quemadmo. testa. aperi. & huic. §. concor. l. fi. C. de fideicom. a

ADDITIO.

a C. de fideicom. Et dum glos. ista dicit quod l. fin. C. de fideicommis. est posterior: dic quod non est verum, per illud quod dicit glo. no. in prima constitutione. C. in verbo primo loco. Ias. May.

In fin. glos. iurauerit. not. † Hodie semel sufficere iurari de calumnia, & hoc in exordio. quod verum limitate, vbi iudex viderit expedire vt sæpius iuramentũ deferatur, quia viderit euidente calumniã superuenire. c. ij. §. fi. de iura. calu. li. vj. In gl. cogendus. ibi, hæredis. dicite quod hæc prima solu. est bona. Non obst. quod dixit glo. quod hîc de testatore loquitur, quia fateor: nam hîc testator prius condiderat testamentum in quo solenniter hæredem instituerat: postea cõfidens de persona hæredis, in minus solenni voluntate grauauit ipsum fideicommisso, & valet fideicommissum, licet relictum in minus solenni voluntate: quia hæc voluntas minus solennis ideo validatur, quia habet dependentiam à præcedenti testamento solenni. facit litera ibi, fidei hæredis committit, quasi sentiat, quòd hæres iam solenniter institutus fuerat. In fi. Hæc etiam vltima probatur, vt in odium eius qui primò negauerit, fideicõmissum fuisse relictum ex voluntate minus solenni, fideicommissum debeatur, pro quo intellectu a facit hîc §. in fin. & authentic. contra qui propriam. C. de non numerat. pecun. l. cum de indebito. ff. de proba. † Vnde in prædictis distingue: si quæratur an fideicommissum b ex minus solenni voluntate sit præstandum, aut hæres fuit institutus in solenni testamento, sed in minus soleoni fuit grauatus fideicomisso, & tunc de fideicommissi præstatione tenetur, quia voluntas minus solennis habet dependentiam à solenni, ex cuius virtute bene validatur. Aut hæres fuit institutus in minus solenni voluntate, & in ea fideicommisso grauatus, tunc si quidem ab initio fateatur esse relictum, sed minus solenniter, non tenetur. l. si veritas. C. de fideicommis. Aut ab inito negat fuisse relictum, sed postea conuictus delatione iuramenti, vel probatione testium vel instrumentorum fateatur fuisse relictum, si velit eo se iuuare quod voluntas non fuit solennis, tunc nihilominus tenetur in odium sui mendacij, vt hîc. Si autem fideicommissum fuerit in solenni voluntate relictum siue vniuersale siue particulare, palam est illum deberi, dummodo personæ capaci fuerit relictum. suprà titu. primo, in princip. & infrà. titu. seq. Cætera dicite vt in l. fin. C. de fideicom. quæ sola huic concordat.

ADDITIONES.

a Intellectu. Et pro hac lectura adde in simili text. not. in lege, si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideius. & in simili text. in lege, hæreditatium. §. fina. ad legem falcidiam & in simili text. not. in lege, fina. ff. de rei vendicatio. & in simili text. not. in capitu. vasallus. vel primo. si de feud. fuerit contro. inter do. & agna. aliàs est. §. capituli, moribus. Sed aduerte, quia contra istum intellectum videtur facere iste versicu. fin. in iure & facto, vt in iuribus vulga. Si ergo est diuersum ius & factum in illa aduersatiua, quòd si. de cuius natura est, quòd aduersetur præcedentibus, quomodo iste intellectus potest procedere ad totum hunc text. propterea dicit Barto. in dicta lege, fina. quod iste intellectus est contra hunc text. Nisi dicas denotet diuersum factum in hoc, quia in primò fundabat se in hoc, quia dicebat non esse verum, quòd esset relictum: in secundò fundabat se super iure, quia dicebat se de iure non teneri. ecce qualiter est diuersum factum. Est etiam diuersum ius, quia in primo casu quando negat esse relictum compellitur à iure: in secundo verò casu quando negauit non potest se fundare super iure, ex eo quod dicat se de iure teneri. & sic etiam est diuersitas in iure Et eadem potes dicere circa primum intellectum ad eum sustentandum: & ad primum adde etiam tex. in l. sed & si ex parte. §. interdum. ff. quod cum eo. Ias. May.

b Fideicomissum. Hodie sic exequata sunt legata fideicommissis. l. fin. C. communia de leg. si tamen relinquantur legata in testamento, tunc corrupto testamento non dantur, nisi in casibus no. in l. tanquam. C. de fideicommis. Ias. May.

De singulis reb. per fideic. relic. Rub.

Continuatur ad præcedẽtes hoc ordine. Suprà visum est de fideicommissis vniuersalibus siue generalibus: verum quia sunt & alia fideicommissa, quæ particulalia siue singularia appellantur, ideo de his tractaturus intitulauit, de singulis rebus &c.

1 *Dictio, etiam, est implicatiua.*
2 *Res non tantum testatoris, hæredis, fideicommissarij, uel legatarij, possunt per fideicommissum relinqui, sed etiam aliena.*
3 *Nemo potest plus grauari quàm sit honoratus.*
Fallit in casibus numeratis nu. 5.
4 *Vtile per inutile non uitiatur.*
6 *Grauatus per fideicommissum rem alienam præstare, an possit dare æstimationem.*
7 *Grauatus dare libertatem seruo alieno tenetur emere & præstare si potest.*
8 *Quod differtur non aufertur.*
9 *Oua ad præsens, sunt cras pulis meliora.*
10 *Manumissus directo efficitur libertus manumittentis.*
11 *Seruus ut directò possit à testatore manumitti quid requiratur.*
12 *Grauari an aliquis possit in plus quàm ad eum peruenerit.*
13 *Legatarius & fideicommissarius grauati præstatione alicuius rei non possunt per falcidiam in quartum detrahere.*
14 *Inspiciendum est quod currere potest*
15 *Verbum maximè, quando in statuto uel lege ponitur, idem esse intelligatur in casu non expresso.*

POTEST AVTEM. Ab hærede, legatario vel fideicommissario particulari relinqui potest: & nedum res propria testatoris, sed hæredis legatarij, fideicommissarij & extranei relinqui potest. hoc dicit. Et nemo potest in plus onerari quàm sit honoratus. hoc dicit. secundo. Et directo manumissus libertus testatoris, per fideicommissum hæredis dicitur. hoc dicit. tertio. Nota primò, non solum fideicommissum vniuersale posse relinqui à testatore, vt suprà titu. primo, per totum, sed etiam particulare, vt hîc, Hoc † suadetur ex dictione Etiam, hic posita, quæ est implicatiua lege, etiam. C. si tutor vel curator inter. Item nota, non solum hæredem sed etiam fideicomissarium & legatarium fideicommisso grauari posse. † Item nota, non solum res testatoris, hæredis, fideicommissarij, vel legatarij, sed etiam aliena quoque fideicommisso relinqui potest. † Item no. neminem posse in plus grauari a quàm honoratus fuerit. concor. l. b eo. C. de fideicommis. b

ADDITIONES.

a Grauari. Et sic à contrario, posset in tantum quis grauari. in quantum est honoratus, quòd est falsum: quia imò debet habere aliquid lucri lege, prima. versiculo. enim C communia de legatis. & ibi vide glossam in verbo, aliquid. & ibidem Bartolum, & textum in lege, tertia. §. Iulianus. ff. de legatis tertio. Item nota, in verbo, hoc solum ibi, nam quod amplius est, † quòd vtile per inutile non vitiatur, de quo Brocardo habetur plenè in lege, prima §. si stipulanti. ff. de verbor. obligatio. quod maximè procedit in separabilibus. l. sancimus.

mus §. si quis autem. C. de do. & l. hoc facit. l. si legatarius. in verbo, id tantum. ff. de leg. ij. & expressius. l. Imperator. §. si centum. ff. de leg. ij. Ias. May. (Vtile per inutile. Adde an vitiet in diuiduis & separabilibus. vide tex. in l. j. in §. sed & si mihi. ff. de verbo. obliga. & in l. j. in §. idem quæritur & §. Trebatius. ff. de aqua plu. arcen. Adde ad hanc bro cardi cam regulam & quando vtile per inutile vitietur. tex. in c. cum tempore. de arbit. tex. glo. Dy. & alios canonist. in c. vtile de regul. iur. lib. vj. glo. in l. pecuniæ feoebris. in versi. non tenere. ff. de vsur. glos. in l. sed si sibi. in versi. adiectionem. ff. de stipula. seruo glo. in c. Massana. in versi. per laicos. & ibi. Abb. Panor de electio. Specula. in titu de arbit. §. ij. versi. si compromittatur. & in titu. de appella. versic. sed pone. & in loo reperto. in titu. de vitiatis vel non. Cyn. & Bald. in l. sancimus. C. de dona. Barto. post Guliel. de Cuneo in l. certi conditio. §. quoniam. col. j. versi. iij. not & col. ij. versi. verùm ad secundam partem. ff. si cer. peta. & ibi Bald. colum. iiij. versi dicimus. Alexan. de Imo. in prin. Philip. Deci. col. ij versi. iij. no. Bart. in l. si sponsus. §. j. ff. de donati. inter vir. & vxo. in l. græce. §. illud. ff. de fideiusso. n. & in sua disputa incip. Lapus. col. ij. versi. viij. Ang de Vbal. senio. in consi. cvj. incip. quædam mulier donauit, in princi. Io. Fab in §. si quis alij. col. iij. versi. in glo. pro parte. infrà de inutili. stipula. & ibi Ioan. de Platea in fin & Ange. Areti. in §. quod si quis. eod titu. eundem Fab. in §. fideiussores circa princi. infrà de fideiussori. Abb. Panor. in c. illa quotidiana in fin. de electio. & in c. cum super. colum. ij. versi item nota, quòd in indiuiduis, de offic. de legat. & ibi Fely. colum. ij. versi. capio gl. in versi. aduersantibus. & Philip. Dec. similiter colum. ij. versi. quinto not. Abb. præd ct. in c. per tuas. in quarto. not. de arbit. & in c. cum dilectus. colum ij. versi. in glos. iij. de præben. And. Barba in c. Raynal. in finalibus verbis. de testa. Ioan. Petr. de Ferrari. in sua practi. in for. libel in actio. hypotheca. in glo. ac restituere promisit. nume. 8. & 9. in paruis. Cardi. Alexandrin. in c. turbat. & c. si quid. xxxvij. dist. Ias in consi lv. incip. omissis præfactionibus quibuscunque in j. volumi. Franc. Curti. iunio. in l. fina. nume. 14. ff. de iur. omni. iudi. & ibi insignem Cano. nume. 49. Hippoly. de Marsil. in sing. cxcvj. incipien. confirmatio. Ioan. Francis. Purpura. in l. fina. colum. viij. versicu. ex his remanet examinata C. de pact. Anto. Capyci. in decisio. xlix. incipient. in causa Nicolai. nume. 3. Maria Sozin. iunio. in consi. cxlvij. incipien. diligenter inspectis nume. 29. in ij. volu. Et Excellentis. Domi. And. Tiraquel. in tracta. de retra. lignag. et. in fin. titu. nume. 64. Ioan. Bap. Ziletus Venetus.]

b 5 C. de fideicom. † Fallit in quinque casibus in quibus potest quis grauari in eo in quo non honoratur. Primò in quantitate legata post tempus restituenda, in qua venit restitutio pluris quam quantitatis, scilicet interesse perceptum ex vsuris, sed ex alio lucro aduentitio, vt ex mercantia lege. Imperator. §. si centum. de legatis secundo sed cum hodie vsuræ sint in totum prohibitæ, habetur tamen ratio honesti lucri percepo secundum formam capitu. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. Secundò fallit, quando legatarius grauatur in se propria alteri danda, quia videtur tantum rem suam æstimare & non plus. dicto §. si centum. Tertiò fallit, quando legatur fundus testatoris, quia grauatur in pecunia intantum, quantum valet fundus & fructus medio tempore percepti lege, filiusfamiliàs §. apud Marcellum. de legatis secundo. Quartò fallit, quando legantur duæ res alternatiuè, quia potest grauari inquantum valet illa quæ maioris est æstimationis: tamen eligat illam quæ est in notis, quia hoc est sine culpa, propter malam electionem. vt lege, planè. §. si cui de legatis primo. Quintò fallit, quando in plus grauatur ex natura rei: quia quota pars hæreditatis sibi relicta, est exhausta, vnde de suo soluit dicta lege. Imperator. & ibi per glos. & Barto. Hodie verò facere per inuentarium. l. sancimus. C. de iure de lib. Ias. May.

6 Item no. † quod cũ res aliena relinquitur tenetur grauatus ipsam redimere si possit, aliter tenetur præstare æstimationem. Si tamen dominus rei, velit vendere, sed prætio nimis immenso non tenetur grauatus emere, quia tantum mandatum testatoris de remedio debet intelligi ciuiliter, dummodo honesto & iusto prætio venundari possit, vt hîc in glos. & lege, non dubium. in fin. ff. de legatis. tertio. Item not. quod non solum res, sed etiam libertates fideicommisso, relinqui possunt: & nedum

7 seruis proprijs, sed etiam alienis. Item not. † quod quando relinquitur libertas seruo alieno per fideicommissum, tenetur hæres relinquere & liberare si potest, si autem non potest, non propterea extinguitur fideicommissum, sed differtur in tempus quo redimi possit, & libertas præstari. Sed dixerit aliquis, quare hoc casu non præstatur æstimatio, ex quo redimi non potest, sicut præstatur in versiculo præcedenti? Respondeo, quòd non præstatur, quia libertas est inæstimabilis lege. Paulus. de fideicom. lib. Secundò, quia præstatio huius æstimationis facta seruo nihil sibi prodesse posset, apud ipsum enim non remaneret, sed statim momento euolaret ad dominum lege,

8 placet. de acquirend. hæredita. † Not. quod id quod differtur

a non aufertur. a Respõdet alter, sed nõ interim datur. ideo alibi

9 gl. dicit. † Ad præsens oua, cras pullis sunt meliora. l. cum hi. de transf. Alibi, non emo spem prætio.

ADDITIO.

a 1. Non aufertur. Quod differtur non aufertur Adde lege, quamuis.

ff. de arbit. lege, de stituisse. ff. de iudi. Salv. in l. liberi. in ij. not. C. de fideicom. capitu. ancillam. xxxij. quæstio. secunda capitu. nemo. de penit. distin. vij. glo. in c. non est de voto. Barba. in capitu. officij. in finalibus verbis. de electio.

10 Ex §. qui autẽ. No. † quod seruus per fideicommissum manumissus, efficitur libertus manumittentis, si directo fuerit manumissus, libertus testatoris efficitur, & est magni effectus, quia si libertus efficiatur hæredis, non potest ipsum in ius vocare sine venia, ad hoc vt fideicommissum præstet. Item tenetur ei operas præstare. Item partem suorum bonorum relinquere. infrà de suc. lib. §. sed nostra facit lege, si non sortem. §. libertus. ff. de condi. inde. lege, is quoque lege, sed si hac. §. qui manumittitur lege, si libertus lege, pe. ff. de in ius vo. Item not. quod libertas relinquitur directo, quando ab ipso testatore sus-

a cipitur, non autem ab hærede. a

ADDITIO.

11 Ab hærede. † Circa istum textum, dum ante finem vult, quòd ad hoc vt seruus possit directò manumitti à testatore, requiritur quòd duobus temporibus sit testatoris, scilicet tempore conditi testamenti, & tempore mortis: dubito, licet nec tactum nec declaratum inueniam, quare etiam non requiratur quòd sit testatoris tempore. quo aditur eius hæreditas, cum legatum libertatis etiam directè non cedat nisi adita hæreditate. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caducis tollend. & ibi Bartol. assignat rationem quare non cedat prius: Puto quòd ideo sit, præmittendo illud vulgatum, quòd seruo alieno non potest directa libertas præstari vel relinqui. l. seruo tuo. C. de testa. mano. nisi ergo esset seruus testatoris tempore quo facit testamentum, non posset sibi directò relinquere libertatẽ: quia sic diceretur seruo alieno relinquere Sed si esset seruus suus tẽpore quo fecit testamentũ tantũ, non sufficeret, quia posset alienare anteqũ moreretur, & sic res deueniret ad casum à quo non posset incipere. & sic quia non esset sortita effectum, bene vitiatur. l. pluribus. §. & si placeat. cum ibi, not. ff. de verborum obligatio sed quando illis duobus temporibus fuit testatoris, satis est: quia impossibile est, quòd post mortem efficiatur alienus ante aditam hæreditatem, non quidem ab hærede antequam adeat. & hoc est clarum: nec etiam post aditionem, cum ipso iure sibi competat. Est bene verum, quòd ad hoc vt talis manumissio valeat, & cum effectu, inspicimus tempus aditionis, quo tempore dicitur cedere, vt supra dixi. & sic quo ad eius validitatem effectualem: sed quo ad hoc vt possit directò manumitti dicendum est vt supra. Ad hoc autem quòd quis possit relinquere alieni seruo libertatem directò, debet ille seruus duobus temporibus reperiri seruus esse testatoris, videlicet tempore testamenti, & tempore mortis, nec media tempora nocent, vt supra, & hoc legatum libertatis directè debet cedere ab adita hæreditate. C. de caducis tollend. l. vnica. §. in nouissimo. Et talis directa non potest dari nisi in testamento, si præstatur in vltima voluntate, sicut nec directa institutio: sed fideicommissaria potest dari in codicillis. l. libertates. de manu. test. Ias. May.

Finaliter nota, per quæ verba fideicommissaria libertas re-

a linquetur. In gloss. inutiliter. a ibi, faciendo. Si quæratur † an

12 quis possit in plus grauari, quam ad eum peruenerit. distinguite. aut fuit honoratus in quantitate, & quantitate grauatus, & tunc licet acceptauerit quantitatem sibi relictam, non tenetur tamen plus præstare quam acceptauerit, vt hic, & l. Labeo. C. de fideicom miss. Aliquando quis honoratus fuit in specie, & in alia specie longe maiori grauatus, & tunc acceptando speciem minorem, præstare tenetur speciem maiorem, in qua grauatus fuit: quia cum inter species cadat affectio, illa minor quàm aliquis vult habere, habetur quo ad affectionem pro maiore. l. plane. la. prima, & l. secunda. si cui. de lega. primo. Aliquando honoratur in quantitate, & grauatur in specie, & tunc quantitatem acceptando tenetur præstare speciem: quia tunc videtur minoris speciem æstimasse quàm sit quantitas sibi à testatore relicta. Eodem modo si fuerit in specie honoratus, & grauatus in quantitate longo maiori quàm valet species, ipse tenetur ad præstationem quantitatis: quia ratione affectionis videtur plus æstimasse speciem sibi relictam, quàm quantitatem à se præstandam, ita probatur in lege. Imperator. §. primo, de legatis secundo. Hæc vera sunt regulariter. sed fallit primò, quando id in quo quis est grauatus, est æstimabile, sed grauamen inæstimabile. quia tunc non tenetur ad grauamen lege, plane. §. finali de legatis primo. Eodem modo è contra, si emolumentum est æstimabile, sed grauamen inæstimabile, ad id non tenetur. l. filiusfamiliàs. §. secundum vulgarem. de leg. j.

ADDITIO.

Inutiliter. Ista glossa in verbo, inutiliter. diuiditur in quinque partes. In prima allegat concordantes. In secunda opponit, & dupliciter soluit. In tertia opponit & soluit. In quarta idem facit. In quinta & vltima formar quæstionem. Ias. May.

13 † In fine no. quod legatarius vel fideicommissarius grauatus præstat one alicuius rei non potest detrahere quartam per falcidiam. Idem tenuit glos. in l. j. in fi. C. commu. de leg. & Docto. sequuntur per l. lex fal. si interuenerit. §. nonnunquã. ad le. fal. Suadetur & ratione. Nam ideo permittitur detractio quartæ falcidiæ vt ex testamento adeatur hæreditas, ne legata pereant. suprà ad leg. fal. in princ. Sed hæc ratio cessat, vbi iam ab hærede instituto adita fuit hæreditas: ergo cessare debet ratio disponendi vt falcidia locum habeat. l. illud. ad leg. Aquil. Non obstan. l. allegata paulus. quia ibi legatarius siue fideicommissarius non detrahit quartam ex persona sua, sed ex persona hæredis instituti, vt ibi litera sonat. In fine glos. in verbo libertas. ratio specialitatis consistit in fauore libertatis, vt d. l. Paulus. In

a glo. differtur ibi. l. si vsusfructus. a non obstan. hæ. iura, quia loquuntur in casibus, in quibus tempora in integrum restitutioni statuta erant à lege: vnde si illis casibus tempora excedantur, actus corruit. Sed in nostro casu nulla tempora erant statuta domino ad vendendum seruum proprium. vnde si emptio differatur, legatum non permittitur.

ADDITIO.

a L. Vsusfructus. Ego non inuenio istam l. si vsusfructus, nisi sit illa quæ incipit, scilicet vsufruct. legatus. quæ hæc probat in princi. à contrario sensu, videlicet quando hæres non fuit in mora restituẽdi. Et ita videtur hanc allegationem intelligere Iacob. de Bel. hic. dum soluit, quòd illud quod differunt non auferatur: dic t. scilicet in totum, vt hic, sed bene aufertur quo ad interusurium medij temporis. d. l. si vsusfructus. & ita ponit & refert Nicolaus de Neap. in §. fina. infra tit. proxi. Ias. May.

14 In fin. De hoc brocardo, † vtrum sit inspiciendum quod euenire possit, dixi suprà de re. diuisio. §. illud quæsitum. habetur in l. si idem. §. fin. ff. de iurisdictio. omni. iudic. in l. inter stipulantam. §. sacram. ff. de verbo. oblig. & ibi dicatis vt ibi. Sed summaria conclusio ita se habet, quòd si quidẽ illud tale euenturum potest euenire ciuiliter, verisimiliter & honestè, & tunc illud inspiciatur, vt hîc, & d. §. illud quæsitum est, & d. l. si idem §. fin. Secus si euenire potest infortunatiuè. quia casus aduersaquè fortuna hominum non est inspicienda. d. l. inter stipulantem. §. sacram. In fin. glos. in versi. maximè. Not. ex glos. iuncta

15 litera, quòd † vbicunque in lege vel statuto, vel alia quocunque constitutione apponitur verbum Maximè, intelligitur idem esse in casu non expresso, nam quo ad iuris effectum denotat, quòd in eo non est tanta ratio disponendi. & idem voluit glo. in l. illud. ff. ad legem. Aquil. vbi apertè declarat. Idem voluit in c. ad abolendam. extrà de fil. præsbyte. Ioannes Christophorus portius.

a **De codicillis.** [a] **Rubrica.**

ADDITIO.

a Codicillis De his de his codicillis vide Bell. in rub. suprà. de testa.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de testamentis, & de his quæ accedunt ad testamenta: verum quia est alia species vltimæ voluntatis, hoc est, codicillorum, qui breuis quædam scriptura appellantur, ideo de his tractaturus intitulauit de codicillis. a

a Codicillis. Et dicit Isiodorus in libr. v. etymo. c. xxiiij. Codicillum veteres aiunt ab auctore dictum, qui huius scripturæ genus instituit. Sed hoc est contra istum tex. qui dicit Lucium Lentulum præterea codicillos introduxisse. Vnde ego puto codicillum ex eo dictum, quòd paruus codex, siue parua scriptura sit, vt dicit gl. rubricæ hîc, quàm gl. legit iste infrà super tex. & aliqui in tex. pro gl. j. in verbo, codicillorũ. sed melius se habet pro glo. rubricæ. Ias. May.

1 *Exemplis non est iudicandum.*
2 *Principes ad plura tenentur, ad quæ inferiores non obligantur.*
3 *Codicillorum usus quare inuentus.*
4 *Codicilli quot modis fiant.*
5 *Clausula si non ualet iure testamenti &c. in testamento non solenni appositi, an effectum habeat.*
6 *Clausula prædicta an operetur in testamento imperfecto ratione præteritionis.*
7 *Plures codicilli quandocunque facti ualent.*
8 *Hæreditas quare non potest in codicillis adiri.*
9 *Testamentum minus solenne ex testamento magis solenne tollitur.*
10 *Hæres an possit adire ex testamento, uel abintestato, ex clausula si non ualet iure testamenti, ualeat saltem iure codicillorum.*
11 *Clausula si, non ualet iure testamenti, ualeat uel iure codicillorum, quid operetur.*
12 *Dictio, uel, apposita post uerbum, ponitur pro saltem.*
13 *Clausula si, non ualebit iure testamenti. &c. quem effectum habeat.*
14 *Clausula si non ualet testamenti, ualeat tamen eo iure quo melius ualere potest, an & quando trahatur ad futurum.*
15 *Testamentum an ualeat, si testator in fine suæ ultimæ uoluntatis dicatur si non ualet, omni iure &c. & in ea uoluntate est hæredis institutio, & exhæredatio ac tutoris datio.*
16 *Codicilli differunt à testamento.*
17 *Testamento rupto generatione filij, & hæreditas ex testamento non adeatur, rumpuntur & codicilli.*
18 *Intellectus ad l. iij. §. fi. ff. de libe. & posthu.*
19 *Testamentum si non ualet ut testamentum, ualebit ut codicillus, si clausula codicillaris adiecta fuerit.*
20 *Testator si dixerit, uolo hanc meam uoluntatem ualere iure testamenti, & codicillorum, si non ualet ut testamentum an ut codicillus ualeat.*
21 *Hæreditate directò relicta in codicillis an ualeat institutio.*
22 *Actus contra legis interdictum factus non ualet.*
23 *Argumentum non est sumendum à contrario sensu propter prauum intellectum.*
24 *Argumentum cum sumitur à contrario sensu conditionis vel specialitatis, non est necessarium & probabile.*
25 *Argumentum à contrario sensu rationis uel causæ, dicitur probabile sed non necessarium.*
26 *Argumentum sumptum à contrario sensu terminorum, non probabile nec necessarium.*
27 *Relicta in codicillis, utili actione ex testamento petuntur.*
28 *Decedere cum pluribus codicillis quare quis possit, non autem cum pluribus testamentis.*
29 *Testes quinque an requirantur in codicillis ad solennitatem uel ad probationem.*
30 *Mulieres testimonij dictionon in codicillis habent.*
31 *In testamento plures fraudes committi possunt.*

ANTE AVGVSTI. Licet olim ante Augusti tẽpora codicilli nõ essent in vsu, hodie tamen in vsu sunt & iure fideicommissi relinqui potest hæreditas, siue condita sint siue testamento, siue cum testamento, siue ante, siue post. hoc dicit. Nota, primò ius codicillandi à diuo Augusto originem traxisse. Item not. nos debere iuxta principum iura imitari quod dictum est contra lege, nemo. C. de sentent.

1 vbi regulariter traditum reperitur, † exemplis non esse iudicandum, sed secundum leges quas principes statuerunt. Licet igitur Diuus Augustus ex codicillis fideicommissa præstiterat, tamen quia pro lege non statuit, eius exemplum mutare ne-

2 mo debuit: † ad plura tamen & ex æquitate & ex honestate principes tenentur, ad quæ inferiores non obligantur lege, tina. alias pe. cum. glos. su. de hæredita. institu. † Sed dicunt Do-

3 ctor. hoc ideo fuisse statutum propter tria, Primum, quia diuus Augustus ex codicillis fideicommissum præstitit, & filia Lentuli legata quæ non debuerat persoluit. Secundum, quia deliberato consilio Diuus Augustus prudentes sapientes consuluit, ex quorum responsis ius codicillorum fuit approbatum, veluti vtilissimum & necessarium. Tertium, quia & Labeo confecit codicillos. & sic ius codicillorum ius non solum exemplis, sed legibus etiam in necessitatem deductum fuisse. No. in §. nõ

4 autem, † non solum testamento confecto codicillos cõfici

a posse, a sed etiam nullo testamento condito.

ADDI

ADDITIO.

a Posse. Adde quod codicilli fiunt altero de quatuor modis duobus, scilicet, aut ante testamentum, aut post. vt hic, quo casu semper intelliguntur in ipso testamento confirmati, nisi sint contrarij testamento. l. iij. C. eo. Alio & tertio modo fiunt per clausulam codicillarem appositam in testamento, puta, si non valet iure testamenti, valet iure codicillorum, & tunc confirmatur codicillus in subsidium, vt valeat ita demű, si non potest valere testamentum: de quo infrà. Quartò modo fiunt nullo condito testamento, & tunc requiritur confirmatio, per aditionem venientium abintestato. l. ij. de fideicommissa. lib. vbi per Docto. Ias. May.

a Item not. a non solum ante testamentum, sed etiam post b codicillos posse confici, b licet posteriori testamento non fuerint confirmati, dummodo per posterius testamentum non fue c rit eis derogatum.

ADDITIONES.

a Item not Quæritur † hic circa materiam codicillorum, quàm po- 5 nit Bar. in l. j. ff. eo. nunquid clausula codicillaris apposita in testamento, si non valet iure testamenti &c. habeat effectum quando positum in testamento non solenni, puta, in quo non sunt rogati testes, vel alia solennitas deficit. Respondeo quòd sic, vt vult text. & glo. in l. codicillus. §. fi. de leg. ij. Secus si testamentum esset imperfectum ratione voluntatis testatoris, quia non potuisset complere suam voluntatem propter aliquem defectum. l. si is qui. de testa. Secus etiam quando est imper- 6 fectum ratione solennitatis, quia tunc operatur l. fi. C. eo. † Quid autem si testamentum est imperfectum ratione præteritionis, quia filius præteritus, an hæc clausula operetur quod valeat iure codicillorum? Hic sunt opi. Communis est opinio quod sic, vt tenet Bart. in authen. ex causa. C. de lib. præteri. & intellige de filio iam nato præterito, in quo testamentum nunquam valuit. Si autem posthumus sit præteritus, tunc si clausula est apposita per verbum præsentis temporis tantum, vt quia dixi, si non valet iure testamenti &c. tunc operatur, si posthumus nascatur & rumpat testamentum. quia tempore confecti testamenti testamentum valuit, nec prædicta verba præsentis temporis comprehendunt futurum l. si à colono de verb. obl. Si autem clausula apponatur per verba præsentis temporis & futuri. habent tractum retrò ad testamentum. d. l. si à colono. & hoc inscienter prætereunte posthumű. Secus si ignoranter, quia non credebat vxorem prægnantem, quòd in dubio præsumitur. l. si vel cum in vtero. de testa. mil. & Barto. in l. j. suprà alleg. Ias. May.

b Confici. Bellon. in d. rub. suprà de testa.

c Eis derogatum. No. vltimo † quod licet quis non possit facere plu- 7 ra testamenta valida. imò vltimum rumpit primum, vt. §. j. suprà quib. mod. testa. infir. licet de eodem possint fieri plures copiæ autenticæ, vt suprà de testa. tamé potest quis facere plures codicillos validos, vt hic. Iason May.

a Ex §. codicillis nota hæreditatem codicillis nec dati, a nec adimi directò posse, nec exhæredationem fieri, nec substitutio- b nem directò: si tamen b non directò sed per fideicommissum c fiat valet vtroque. c

ADDITIONES.

a Nec dari. Not. rationem † quare hæreditas non potest adiri in co- 8 dicillis: & ita est, quòd ex testamento efficitur quis hæres directò, ex codicillis non directò, vnde cum maior solennitas fuerit adhibita in 9 datis cohæredibus, non minor adhiberi debet in ademptione. † Sed contrarium videmus, quòd etiam ex testamento minus solenni tollitur magis solenne. l. sanctimus & l. hac consultissima. §. pen. suprà de testamen. ergo &c. Sol. Ratio illa est, quia institutio est caput testamenti. l. proximé. ff. de his quæ in testamento delentur vnde si sit testamentű, quia in eo adaptatur institutio, etiam si sit solenne, ideo ademptio adaptabitur. quod secus est in codicillis. ar. l. non codicillum. eod. titu. Ias. Mayn.

b Si tamen. Et hoc casu hæres habet electionem, an velit adire ex testamento, vel ex codicillo, & sic abintestato. l. fi. C. eo. Si tamen hæres eligit vnam viam, non potest redire ad aliam. d. l. fi. Ias. May.

c Vtrunque. † Quid autem si dicatur quod si non valet iure testamé- 10 ti, valeat saltem iure codicillorum, an hoc caso hæres habeat electionem adeundi ex testamento, vel abintestato, virtute codicillorum? Dic quòd non, quia dictio Saltem, importat quoddam vltimum refugium, 11 vt lege, prima. C. de emendatione propinquorum. † Quid autem si dixisset hoc modo, si non valet iure testamenti, valeat vel iure codicillorum, an poterit hoc casu? Dic quod non, sicut nec in præcedenti: 12 † quia talis dictio Vel, apposita post verbum, ponitur pro saltem, vt not. infrà de inuti. stipula. in princip. vide per Barto. in lege, prima de 13 iure codicillor. Quæritur etiã, † quid si testator dixerit. Si non valebit iure testaméti &c. & si loquitur per verbű præteriti téporis imperfecti subiũctiui, quòd potest trahi ad futurű. Item potest esse præsens optatiui, & sic nõ trahetur ad futurű. in quo igitur intelligimus? Dic, quòd in præterito subiũctiui, vt referatur etiã ad futurű, quando ad præsens referri nõ potest, vt lege, cũ stipulamur. de verbor. obligatio. † Quod 14 autem si testator dixit, si non valet iure testaméti valeat tamé eo iure quo melius valere potest, an tunc testamenta valeant, sed postea rumpantur? quia dicta clausula operetur circa futurum tempus, licet appositum verbo præsentis temporis. Et videtur quod trahatur ad futurum, propter verbum potest, quòd est extensiuum, intantum, quòd licet sit præsentis temporis, trahatur tamen ad futurum lege, si ita quis. de legatis secundo. Sed quid si verbum Potest, in dicta clausula adijciatur in conditione, hoc modo, si non potest valere vt testamentum &c. Dic idem dicta lege, si ita. Sed non opponatur in vim conditionis, sed in fine clausulæ, puta, si non valet iure testaméti, valeat enim iure quo melius valere potest: tunc non trahitur ad tempus futurum de quo plené per Barto in lege, si ita legatum. de auro & argen. leg. Debent ergo notarij apponere in clausula, si non valet vel valebit &c. & hoc modo sal- 15 uantur omnia. † Vltimo quæro si testator in fine vltimæ suæ voluntatis dicat si non valet omni iure &c. & in hac voluntate facta est forte hæredis institutio, & exhæredatio, & tutoris datio, quæ non possunt fieri nisi in testamento, & etiam est sufficiens ad testamentum, an valebit vt testamentum? Dic quod non, quia hæc clausula refertur ad ea quæ sunt parum vel minoris auctoritatis, non quæ sunt maioris. vt clementi. secunda de procu. Multa alia not. Barto. de hac clausula in l. j. ff. eo. & per Cy. in l. fi. C. eo. & in Spec. de instru. edi. §. compédiosé. versi. item vide. Ias. May.

Not. plures codicillos fieri posse. Not. codicillos nullam solennitatem iuris desiderare: aliquam tamen desiderant. de qua videbitis in glos. fina. In glos. codicillarem. ibi naucini 16 † Differunt ergo codicilli à testamento, non à genere, quia vtrű- a que vltima voluntas appellatur, a differunt mediocritate rei, quemadmodum schapha non differt à naui genere, sed magnitudine, cum & ipsa nauis appelletur: ita codicilli. l. fina. de iun. instru. instrumentoque lega. In fin. huic concor. l. generali. C. de episco. audi. l. in fi. C. de cadu tol. In glo. confirmaris, id est, 17 sine initio. † Ex his duobus casibus rupto testamento generatione filij rumpuntur & codicilli. l. j. C. de codi. Idem si ex testamento non adeatur hæreditas. l. si quis cum nullum. §. fina. ff. eod. Nam cum his duobus casibus habeant codicilli dependentiam à testamento, palam est quia principale, hoc est, testamentum corruit, certe non valere dependens, hoc est, codicillus. l. quod per manus. ff. eod. Sed dixerit aliquis, videtur quòd si testamentum sit nullum præteritione filij, quòd propterea codicilli in eo confirmati non corruunt, imo vltima voluntas incipiat à codicillis lege, tertia. §. finali. ff. de liberis & posthumis. 18 Solu. † Dicunt Docto. aut testamentum ést nullum præteritione filij iam nati, & tunc non corruunt codicilli in eo confirmati, ita loquitur. l. tertia. §. finali. aliàs autem testamentum rumpitur agnatione filij nondum nati tempore testamenti, & tunc corruunt quoque codicilli: ita loquuntur iura supra allega. Ratio differentiæ, nam quando testator præterit filium iam natum, fuit testamentum ab initio nullum: & propterea codicilli ab eo veluti ab non ente nunquam dependentiam habuerunt: secundum igitur illud non consistunt, sed essentiam capiunt de se. Sed quando præteritus est filius nondum natus, testamentum ab initio tenuit, & codicilli ab eo dependentiã capiũt, Si igitur postea testamentű rũpatur natiuitate posthumi, corruunt codicilli habentes dependentiã ab eo, hæc ratio probatur in d. l. iij. §. fi. iuncta. l. & sub conditione. de iniusto rupt. 19 testa. Ibi, nisi ille. Not. igitur ex gloss. † quòd quando in testa- b mento est adiecta clausula codicillaris, b si testamentum non c tenet vt testamentum, tenebit tamen vt codicillus: c quod verum limitauit Bald. in l. hæredes palam. §. finali. ff. de test. nisi testamentum corruat mutatione voluntatis, quia pœnituisset illum fecisse testamentum, hoc casu non valeret vt codicillus. 20 Sed hic dubitauerunt maiores nostri. Pone † quod testator dicat in testamento hoc modo, volo hanc meam voluntatem valere iure testamenti & codicillorum: si non valet iure testamento, an valeat vt codicillus? videtur quod non, propter repugnantiam regulæ iuris, vbi repugnantia. Gloss. tamen in l. finali. C. eodem. dicit hanc clausulam valere & tenere, quia illa dictio Et, debet resolui in disiunctiuam, vel iure testamenti, & pro vel codicillorum, vt repugnantia euitetur, & actus sustineatur. arg. in l. si verò fundi. ff. de vsufruct. leg. & in l. sæpe. de verborum significa. ibi, non idcirco. & hoc casu isti codicilli non rumpuntur natiuitate posthumi, quia non habet necesse testator in codicillis instituere filium. l. abintestato. ff. eodem titulo.

ADDITIONES.

a Vide Bellonum. in d. rub. supra de testa.

b Clausula codicillaris. Adde l. ex causa. & ibi Bartol. ff. de test. Bartol. in l. prima. in secunda. quæst. o. ff. de iure codi. Paul. de Castr. in l. fin. in pen. col. ver. ij. q. gl. est. C. de lib. præter.

c Et legata præstabuntur. Bello. consi. liiij. nu. 16. cum seq.

In fin.gl.confirmetur.Hæc vltima approbatur.In glo. codicillis.not.quod licet hæreditas directo relinqui non possit in codicillis,potest tamen per fideicommissum relinqui. Sed dubitarunt Docto. † quid si hæreditas in codicillis iure directo fuerit relicta? vt quia testator dixerit in codicillis,instituo Sempronium hæredem:hæc enim sunt verba directa? an valebit institutio? Dixerunt Doct.quod sic,quia licet non valeat vt directa, valebit vt fideicommissaria, quia instituti in testamento,vel venientes abintestato, tenebuntur instituto in codicillis restituere hæreditatem,sed tamen poterunt quartam tenere. allegant Docto.l.cum quis decedens.§. Seiam.de leg.iij. alegant.l.Scæuola.Trebel.Sed domini Christo.& Fulg.damnarunt sententiam Doct.dicentes, quòd huiusmodi institutio facta directo in codicillis,non valet vt directa, sed vt obliqua. Mouentur ipsi primò per istum tex.in verbo directam.Secundò mouentur per.l.hæreditatē per l.nō idcirco. C.e.à cōtrario sensu.Mouebar aliquando pro ipsis. † nam quando actus fit contra interdictum legis,nullo modo valet nec tenet l.cum lex.de fideiuss.l.non dubiu.C.de.ll. sed lex interdicit ne hæreditates In codicillis directo relinquātur.l.illud.ff.de cōdi.instit. ergo hæreditas directo ipsis relicta nullo modo valebit.Ad l.Scæuola.ad Treb.ipsi respondent,quod ibi illa directa substitutio trahitur ad fideicommissum fauore pupilli, vnde in contrarium est ius commune.l.quod verò contra.ff.de legi. Ego teneo communem sentētiam per d.l. Scæuola. Nec placet quod ipsi dicunt esse speciale ibi fauore pupilli: quia quod directa substitutio efficiatur obliqua, non concernit fauorem pupilli, quia per fideicommissariam substitutionem non succeditur pupillo, sed testatori.l. cohæredi.§.cum filiæ.de vulg.& pupil. Illa igitur benignitas de qua fit mentio in illa lege non fundatur in fauore pupilli, sed fundatur in sustinenda volūtate defuncti, quæ inspectis iuris communis regulis non poterat valere, eo quia in codicillis substitutio verbis directis erat facta:sed tamen ex quadam benignitate, vt voluntas testatoris ex modo seruetur quæ fieri possit,si illa directa substitutio efficitur fideicommissaria. Non ob. hæc litera,quia fateor quod hæreditas directo in codicillis relinqui non potest vt directo debeatur, ex quadam tamen benignitate per fideicommissum benè præstatur. Non ob.quod lex interdicat, quia interdicit vt directo relinqui possit, & vt directo præstetur,non autem vt per fideicommissum debeatur. Non obst.l.hæreditatem. cum si. quia quod hæ leges vtantur illis verbis præcarijs, denotāt frequentiam actus:frequenter enim codicillantes vtuntur verbis obliquis, non directis † Præterea potest ibi responderi quod arg. non sumendum à contrario sensu,propter prauum intellectum.l cum patre.de condi.inser.l.conuenticulam, C.de episc. & cle. † Nam vt aliàs dixi ar.à contrario sensu nō est necessarium & probabile,cum sumitur à contrario sensu conditionis,vel à contrario sensu specialitatis l.j.§ qui mandatam.ff. de eff.eius.l.quod verò contra. de legi. † Si verò sumitur à contrario sensu rationis vel causæ dicitur probabile, sed non necessarium.l.adigere.§.quamuis. de iurepatro. † Si verò sumatur à contrario sensu terminorum, nec est probabile nec necessariū, quando in terminis diuersis esset eadem ratio disponendi. & aliàs resultaret prauus intellectus.d.l.conuenticulam. In fi.gl.in verbo relinquuntur nota quod † relicta in codicillis vtili actione ex testamento petuntur. Idem voluit gl.in l.fi.C.eo.& communiter approbatur.In fi.gl.in verbo adijcere.Hæc vltima approbatur.in fi.gl.in verbo codicillos,sed quæ est ratio differentiæ † quare quis cum pluribus codicilis decedere possit, non autem cum pluribus testamentis. Respondent Doc.quod testamentum est quædam dispositio, in qua statuitur vniuersaliter de bonis omnibus testatoris, vnde Circa eadem bona non possunt plures dispositiones cadere: ergo vltima valebit.§.posteriore suprà quib. mod. testa infir. Sed codicillus est quædam dispositio in quo de certa parte bonorum potest disponi, vnde numerum si plures confici possunt vt omnibus prouideatur. In fi.gl.fi. no. † quòd quinque testes requisiti in codicillis, intelliguntur requisiti pro solennitate codicillorum.Glo.in rub.ff.eo. dicit,quòd imo intelliguntur requisiti ad solam probationem: pro qua sententia allegatur hæc litera, ibi nullam iuris solennitatem desiderant. Sed vos pro concordia dicite, aut codicilli conficiuntur sine scriptura,& tunc quinque testes solum intelliguntur adhibiti ad probationem actus: & loquitur illa gloss.j. Aut codilli perficiuntur in scriptura,tunc illi quinque testes intelliguntur adhibiti ad solēnitatem actus:& loquitur hic. † Sed dubitatur an mulier possit esse testis in codicillis a: Videtur quod non quia pōtest esse testis in testamento.l. qui testamento.§.mulier.ff.de tēsta. ergo nec in codicillis, cum ad similitudinem sunt inuenti.l.ij.§.j.ff.eo. Contrarium determinat glos. in l.fi.C.eo.tit.& illam communiter sequuntur Docto.freti ratione tali. Nam ædictum de testibus & prohibitiuum certarum personarum & casuum, ergo regulariter permissarum.l.j.ff. de testa.iuncta l.nec non.§.sed quod eis.ex quib. cau. maio.Cum ergo mulier in solo casu testamenti sit prohibita testis esse,intelligetur in alio casu permissa.Non ob.quod prohibetur in testamento: quia respondetur quod ideo prohibeatur, quia in testamento tractatur de maiori præiudicio: quia de omnibus bonis disponitur, & † in eo plures fraudes committi possunt. arg.in fin.C.de fideicommiss.

Marginal numbers: 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, a, 31

ADDITIO.

a An mulier possit esse testis in codicillis. Vide per Ioan.And.in addi.Spe.in tit.de teste.in §.j.versi.quid de codicil. Bal.in l.fin.C.de codicillis.Et an possit esse testis ad pias causas. vide plenè per Ludo. Ro. in repeti.auth similiter.C ad l.fal.Aug consi.cccxxiij.inci.productus est quædam domina Margareta.Pau.de Cast.consi.ccclxij. incip.dubium facit.Alexan.de Imo.consi.lj. incip.viso ac diligenter considerato themate in v.col.in ij vol. Adde quod mulier potest esse testis in codicillis Gl.in l.qui testamento.§. mulier.in versi. non potest.ff. de testa.& ibi Bart.& Fran de Are. Gl. in §.testes.in versi. neque mulier.suprà de testa.& ibi Io. Fab.col.ij.versic sed an mulier possit esse testis,& Ias in addi.ad istum.in addi.incip. nota primò mulierem.Mar.Anto. Baueri. nu.13. Vigil. Zuidhe.& Stepha. Bodenm.Bald.in consi.cclxxxiij.in iiij. vol Alex.de Imo.in l fi.col.fi. versi.in gl.in versi.testes.C. de codicil.& ibi Ias.prope fin.dicentem quod omnes Doctores ibi sic tenent excepto Fulgo.Ias.in l hac consultissima.in prin.col.ij.versic.tamen mulier potest esse testis C.de testa.Feli.in c.quoniam.col.ij.versi. fallit secundo.extra de testi.Iaco.Aegidij in tract de reproba.testi. colum ij.versi. item mulieres.Nell.de S.Gemi.in tract.de testi in versic. mulier. Ioan. Crot.in tracta eiusdem materiæ.in j.part.nume 6.Sozi.consi.cccxxxv. inci.visa contingentia fact . versicu. nec ob.li tertio loco.in seq.ij.& in tract.fallentia.in reg.cccxx.Io.Bap. Zilettus.

SECVNDI LIBRI

FINIS.

IO. CHRISTOPHORI PORTII IN TERTIVM.

Librum Institutionum Lectura.

De hæredi.quæ ab intest.def. Rub.

1 *Rubricæ continuatio.*
2 *Rubrica aliquando est generalior nigro.*

1 Continuatur † ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de hæredi.quæ ex testamen.deferuntur. verum quia sunt & aliæ quæ abintestato deferuntur, ideo intitulauit de hæredi. quæ abintestato. deferuntur. Ex glossa. rubricæ, nota. 2 † rubricam interdum esse generaliorem ipso nigro. quòd ideo procedit, quia & si nigrum de vna tantum specie rubricæ loquatur, plures tamen titulos rubrum complectitur. Similiter videmus. C. de re.credi.& iureiur. vbi rubri.est generalior ipso nigro, cum solum Imperator in ipso titu. materiam iuramentorum prosequatur.

1 *Intestatus quot modis quis appellari possit.*
2 *Sui heredes qui appellentur & dicantur.*
3 *Emancipati hodie cum suis in successione uocantur.*
4 *Inter suos uocantur non solum liberi primi gradus, sed etiam nepotes & pronepotes sublatis de medio parentibus.*
5 *Naturales, & adoptiui an fint sui.*
6 *Nati ex concubina, ut per subsequens matrimonium legitimi fiant, duo requiruntur.*
7 *Naturales liberi non possunt appellari de parentela nec insignia parentelæ portare possunt, nisi cum quodam signo.*
8 *Bastardi non dicuntur coniuncti legitimus, nec appellatione coniunctorum ueniunt.*
9 *Nepotes ut efficiantur sui heredes auo intestato, quo requiratur.*
10 *Posthumi parentibus intestatis dicuntur sui.*
11 *Sui efficiuntur heredes etiam ignorantes.*
12 *Absenti et furioso ex eisdem causis acquiritur, ex quibus acquiritur ignoranti.*
13 *Captus uiuo parente, & post eius mortem reuersus in patriam potestatem, suus heres efficitur.*
14 *Dictio interdum, denotat regulam in contrarium.*
15 *Fama damnari potest, post mortem defuncti.*
16 *Filius an sua legitima priuetur propter crimen perduellionis à patre commissum.*
17 *Crimen læsæ maiestatis an committatur per patriæ proditionem.*
18 *Proditor qui tractat aliquẽ ut amicũ & ipsũ tradit, quæ pœna puniatur.*
19 *Pœna à defuncto non exacta quando transeat in heredem, & nume. 32.*
20 *Duellum an sit iure permissum.*
21 *Duellum ut per Principem concedatur, quæ requiruntur.*
22 *Intestatus quis propriè dicatur.*
23 *Pupillus propriè non dicitur decedere intestatus.*
24 *Euntes ad sanctum sepulchrum, an eorũ ueniã obtineant peccatorum.*
25 *Vxor cui maritus relinquit cameram fulcitam, habere non debet, quæ prætextu legati ante mortem mariti in camera portauit.*
26 *Dos non requiritur ad substantiam matrimonij.*
27 *Vxorem proli procreandæ minus idoneam, expellere non licet.*
28 *Conditio apposita in contractu matrimonij, si proli apta fuerit, uel si generationem prolis euitauerit, an uitiet matrimonium.*
29 *Ius postliminij quid operetur.*
30 *Posthumus quis propriè dicatur.*
31 *Filij in potestate iure prætorio, non ciuili, possunt abstinere ab hæreditate patris.*

INTESTATVS. Diuiditur in duas. In prima declarat, quis dicatur decedere intestatus. In secunda tractat, quo ordine bona intestatorum deferantur. Secunda ibi (intestatorum autem hæreditates.) 1 † No. primò, quem appellari intestatum altero de quinque modis. Primus, si nullum condidit testamentum. Secundus, si codidit, sed non solenne. Tertius, si condidit solenniter, sed postea arrogatione vel agnatione posthumi rumpatur. Quartus si solenniter, conditum, capitis diminutione irritum factum fuerit. Quintus, si nullus ex testaméto adierit hæreditatem. Adijcit glo. duos: Primus, si testamentum per querelam rescindatur. Secundus, si per contratab. rumpatur. Sed isti duo clauduntur sub hac litera, in verbo ruptum. Item not. quòd a in successione abintestato primum locum vendicant sui a ex l. xij. tabu. vocati. 2 † Sui autem appellantur, qui in potestate morientium tempore mortis perstiterunt, siue sint progeniti ex corpore testatoris, siue non: vt nepos, pronepos, & similes.

ADDITIO.

a Vendicant sui. † Et cum suis in successione similiter vocantur hodie 3 emancipati, qui vocantur à pretore, qui sustulit differẽtiam emancipationis & patriæ potestatis, vt infrà eo. §. emancipati. videbimus. & similiter de iure ciuili, vt in auth. de hære. quæ ab inte. 4 † Item no ibi, vetustas. quòd inter suos etiam vocantur non solum liberi primi gradus, sed etiam nepotes & pronepotes, sublatis tamen de medio parentibus, & hoc vult. §. sui. & hic tex. ibi progenitos. Ias. May.

5 Idem no. † quòd non solum legitimi & naturales liberi vel legitimi tantum, possunt sui appellari, a verumetiam naturales: quod videtur satis tolerabile, propterea quòd suitas est prouenta ex quadam naturali æquitate & sanguinis coniunctione. l. cum ratio de bo. dam. quæ coniunctio, sanguinis in adoptiuo. Sed possetis respondere, quòd imò suitas est inuenta de iure ciuili. patet, quia solum existentes in patria potestate sunt sui: b patria autem potestas est de iure ciuili. l. nam & ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Non ob. l. cum ratio, quia respondetur quod suitas est inuenta iure ciuili, suadente tamen sanguinis coniunctione in liberis legitimis & naturalibus. In adoptiuis autem est inuenta iure ciuile, suadente quadam humanitate. similiter dicitur in glos. in l. pronunciatio §. familiæ. de verb. signi. Est tamen differentia inter legitimos & naturales, & legitimos tantum: quia priores emancipati vocantur ad hæreditatem parentum iure proprio, posteriores verò nõ. § minus. infrà eo. l. j. § suos. de suis & lega.

ADDITIONES.

a Possunt sui appellari. Adde & quid de spurijs an veniant appellatione suorum vide per Dec. in nonnulli in §. j de rescrip. & ibi Abb. circa finem. Ioan. de Imo. in l. ex facto. in §. si quis rogatus ff. ad trebe.

b An sit dare patriam potestatem sine suitate vide Bellon. libr. ij. supput. capit. iij.

Item no. quòd non solum legitime nati, sui appellantur, & ad hæreditatem parentum intestatorum vocãtur, verumetiam ex postfacto legitimati, vel per dationem curiæ, vel per matrimonium postea cum concubina cõtractum. Item 6 no. † quòd ad hoc vt ex concubina per subsequens matrimonium efficiantur legitimi, requiruntur duo primum nuptialia instrumenta. secundum, quòd talis fuerit concubina cum qua iure communi ab initio matrimonium potuisset contrahi, vt l. cum quis. C. de natu. lib. c. j. c. tanta. extra qui filij sint le. Ex quo dicunt Doc. in l. libera. C. de suis & legi. quòd illi de Petramala non iute expulsi fuerunt de ciuitate propria: quia licet manasset edictum quòd omnes deberent de Petramala expelli, tamen quia illi fuerunt nati ex cõcubina cum qua non potuisset ab initio iure communi contrahi matrimonium, sed ex postfacto dispensatione apostolica fuit contractum, non dicuntur effecti legitimi, nec possunt appellari nobiles de Petramala. Nam, vt iniquit Azo in summa. C. 7 de verbo. fig. † naturales tantum liberi non possunt appellari de parentela a nec possunt portare insignia a parentelæ, nisi cum quodam signo, videlicet baculo super insignijs denotante insignia læsa naturalitate. Et est ratio prædictorum quia duæ singularitates concurrere non possunt. l. j. C. de do. pro. l. cum post. §. genet. ff de iure do. quæ hic concurrerent. Prima, quòd matrimonium dispensatur contra regulas iuris communis. Secunda, quòd matrimonium nunc contractum, fingeretur ab initio contractum,

ADDITIO.

a In signa. † Not. bastardam non posse portare insignia legitimorum, 8 nisi cum quodam signo: Nec dicuntur de parentela legitimorum, vt hic.

v

Adde quòd nec etiam dicuntur cōinnexi illis legitimis, nec appellatione coniunctorum continentur, vt vult Bal. in l. id quod pauperibus in fi. C. de epi. & cle. Ias. May. [Bastardum non posse portare insignia. Adde gl. in cle. j. de bap. Bar. in l. pronunciatio. ff. de ver. sig. Bar. in l. tutelas. ff. de eadem. Bal. in l. fi. C. de ver. sig. sed Pet. de Antha. in c. j. de schisma. lib. vj. dicit hoc procedere nisi consuetudo aliud indicat.]

ADDE An bastardi dicantur de familia seu agnatione, & veniant appellatione parentum patrum, matrum, fratrum, consanguineorum, coniunctorum, proximorum & aliorum id genus. Docto. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad S.C. Trebel. in l. generaliter. §. fi. C. de insti. & substi. in l. fi. C. de verbo. signi. in ca. in præsentia. extra de proba. & in cle. j. de baptis. Dy. in l. cum pater. §. mater. ff. de leg. ij. Cy. in l. quisquis. in ii. quæstio. C. ad l. Iul. maiesta. Bar. in consi. ccxxia. incip. cauetur statuto. Bal. in consi. cccexli. incip. ad euidentiam præmittenda sunt. in iij. volu. in consi. cccxvi j. incip. matrimonium. in viij. dubio. in iiij. vol. Bald. in consi. clxviij. incip. proponitur. quidam. in v. volu. Angel. in consil. cctci. incip. in quæsti. in fi. Pet. de Anch. in consi. clxxxvij incip. apud me. Pau. de Cast. in consi. clxxviij. incip. super eo verò quod quæritur post prin. in j. vol. Rap. Fulgo in consi. cha. incip. Secus. rol. iii. Andr. Barba. in consi. xxvij. incip. scripsit doctissimus. col. xvii. & xxj. in j. vol. & in consi. xlj. incip. Immortalem. col. vj. & vij in iiij. volu. Alex. de Imo. in consi. la. incip. via legitimatione in ij. vol. Bernum. Chouern. in tract. de publi. concubina. in gl. qui etiam filius. nu. g & Excellentiss. D. Hiero. Gigant. in tract. crimi. læsæ maiesta. in titu. de pœnis quas filij incurrunt. q. vij. nu. 9. Io. Bab. Ziletus. [Item nec dicuntur de parentela. Adde Bal. in l. generaliter in c. cum autem. C. de insti. & substi. Io. de Imo. in §. si quis rogatus. ff. ad treb. Bal. in c. innotuit. in fi. de ele. Bal. in c. per tuas. in ij. col. de proba. Nec continentur appellatione coniunctorum. Adde Barb. consi. xlj. incip. immortalem & omnipotentem Deum. in iiij. volu.]

9 Item not.† quòd ad hoc vt nepotes efficiantur sui hæredes auo intestato, est opus vt eorum pater viuo auo eius potestatem exierit, vel emancipatione, ª vel mortalitate, vel alia ex causa.

ADDITIO.

a Emancipatione. Item not. ex eodem tex. §. ita demum, quòd per emancipationem factam de filio, nepos à patria potestate liberatus, adeo quòd mortuo auo nepos non recidit in potestatem suis patris, etiam si eius pater fuisset reuersus in potestatem sui patris. l. si pater. ff. de adop. Idem dicit gl. in l. j. ff. de suis & legi. hære. Ias. May.

10 Item no.† quòd non solum iam nati verumetiam posthumi dicuntur sui parentibus intestati. Nam cum de eorum commodo tractetur, pro natis habentur. l. qui in vtero. ff. de 11 sta. ho. Item no. quòd† isti sui efficiuntur hæredes etiam ignorantes: nec in pupillis est opus auctoritate tutorum, nec in adultis auctoritate curatorum quod facit in argu. secundum Bal. in l. cum pater. § surdo de leg. ij. vt per rescriptum principis intelligatur delata iurisdictio ignoranti: si tamen delegatus secundum hoc iudicauerit, sententia erit nulla. capitulo cum in iure peritus. extra de offic. de lege eum in eorum sententijs primo dicunt. Visis literis delegationis nobis factæ & potestatis nobis attributæ: ne ignorantia dele- 12 gationis vnquam posit allegari. Item no.† regulam, quòd ex quibus causis acquiritur ignoranti, ex eisdem acquiritur absenti, & furioso, concor. lege si à furioso, de act. & ob. lege si à furioso ff. si certum petat. Item no. in versi interdum, 13 † euenire aliquando vt licet quis tempore mortis parentis non fuerit in potestate, tamen suus hæres efficiatur: vt si captus viuo parente, post eius mortem reuertatur in patriam potestatem. Ratio, quia licet vere tempore mortis non esset in potestate parentis, sed in potestate hostium, fictione postliminij fingitur fuisse in potestate, cum & fingatur semper fuisse in ciuitate, & nunquam captum extitisse. vidistis suprà in §. si ab hostibus. quib. modis. ius patriæ po. soluitur 14 Item colligitis quòd † dictio interdum, a est dictio exceptiua, interdum insinuans regulam esse in contrarium, concor. lege interdum de condi. inde. Item no. casum in quo quis licet non fuerit tempore mortis in parentis potestate, suus ta- 15 men hæres in effectu efficitur Nota.† post mortem defuncti b eius famam damnari posse. Nota. pœnam criminis duellio- c nis transire in hæredem etiam lite non contest. c

ADDITIONES.

a Dictio interdum. Adde glo. in l. qui in aliena. in §. interdum. ff. de acqui hære. & in l. fi. ff. vti possi. lega.

ADDE Per. Philip. Corne in consi. ai ij incip videtur in præsenti. in j. col. in iiij. vol. Ias. in l. vnigenitum. §. prætor ait in viij. nota per illum text. ff. de pact. & Ludo. Gomes. infrà de actio. in §. sed istæ nu. 21. Zilet.

b Duellionis. † Quæritur etiam an propter crimen perduellionis com- 16 missum à patre, priuetur filius sua legitima. Io. de Lig. ponit op. in clemē.

pastoralis. de re iu. & tenet quòd sic, quod probat. per l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. vbi filij talium reorum sunt capaces hæreditatis &c. vt ibi. sed filiæ fœminæ capiunt legitimam tantum ex bonis maternis, & vxores dotem recipiunt, & rebellantes venia digni sunt vt d. l. quisquis. per tot. Et pœna puniens filios, nedum punit filios natos, sed etiam nascituros. Item tenet quòd non habet locum in filijs emācipatis sed in filijs naturalibus tantum hæc habet locum, secundum Saly. Ias. May.

c Non contestata. † An autem per proditionem patriæ. quis dicatur com- 17 mittere crimen læsæ maiestatis? Dic quòd non, sed dicitur committere crimen oppugnantiæ vel proditæ patriæ: nisi fiat proditio, & auferatur im- 18 peratori vel Papæ. de quo per Saly. ce. in l. fallaciter. C. de aboli. † Itē quæro, qua pœna puniuntur proditores, qui tractant aliquem vt amicum, & ipsum tradunt? de quo per Bar. in extrauagan. ad reprimendam. adde tamen quòd multipliciter dicitur proditor. vt est glo. xj q. iij capi. nolite.

19 † Item no. quòd hæc pœna pecuniaria ademptione bonorum transit ad hæredes non mota lite nec contestata in vita defuncti: de quo dic plenius quòd regula est, quòd morte rei extinguitur crimen. vt l. ii. C. si reus vel accus. mortuus fuerit siue sit crimen publicum, siue priuatum criminaliter intentatum. l. ex iudiciorum. de accu. Fallit in crimine læsæ maiestatis & in crimine hæresis, vt hic. Item in pœna apposita per l. iii. de residuis. quæ punit eum qui conuertit in vsus suos residuum pecuniæ quæ superest ex aliqua administratione publica sibi commissa, vt infrà de pup. iu. §. sunt præterea. Item in pœna apostatarum, quæ imponitur ei qui de benedicta & vera fide Christiana recessit ad legem Iudaicam. l. ij. C. de apost. Si autem sit crimen priuatum ciuiliter vel criminaliter intentatum, pœna transit ad hæredem tunc tantum, quando lis est contesta. ita Bar. in d. l. ex iudiciorum. Ias. May. [Adde quis dicatur proditor Bal. in l. respiciendum. in §. delinquunt. ff. de pœ. Bal. in c. j. qui mo. feu amit. in vsib. in feudo. c. sacerdos. & ibi Docto. de pœ. dist. vj. glo. in c. clericus. a lvi. dist. Io. And. in c. pro humani. de homi. lib. vj. Ang. in dispu. incip. duo nobiles.]

20 Ex quibus etiam nota, quòd † de iure duellum est per- a missum, a concor. lege si qua actio actione. § si quis in colluctatione, ad l. aquilia. cum multis quæ allega. hæc glos. in versiculo duellionis Dixit tamen no. Bald. in l. cum. §. fi. de lega ij. se audiuisse ab Imperatore, quòd licet duellum sit de iure permissum, tamen oportet ista præcedere, antequam ab 21 aliquo principium concedatur. † Primò, quod ille contra quem petitur duellum, fuerit accusatus quòd molitus est aliquid in principem vel rempub. Secundò requiritur, quòd de tali crimine diffamatus sit & suspectus. Item quod non posit aliter per accusatorem probari nisi armata manu. Item quòd iste petens duellum non elegerit viam strepitus iudiciorum, sed viam strepitus armorum: aliàs videretur renunciasse duello. Item quod iste petens duellum sit maior vel par accusato: minori enim hoc non liceret, quia non licet inferiori ascendere. Vnde armiger non posset prouocare militem aut baronem ad duellum. Idem esset in quocunque crimine in quo causa status ageretur, secus si ageretur causa bonorum, dummodo prædicta concurrerent. de quo per Bal. in l. j. suprà alleg.

ADDITIO.

a Duellum est permissum. Adde Docto. in c. vlti. de testi spo. & in extrauag. Ioan. xxij. incip. quia in futurorum. Ang. in sua dispu. incip. duo nobiles & per Ioan. de Ligna. in tract. de bello. Item duellum & bellum æquiparantur secundum Saly. in l. quod magnus. in j. no. C. comminationes vel epistolas.

ADDE An duellum sit de iure licitum. tex. in c. consuluisti. ij. q. v. & in c. monomachiam. ea cau. & q. & in cap. j & ij. de cleri pugnan in duel. Glos. in l. vni ca. C. de gladiato. libr. xj. & ibidem Andr. de Baru & Ioan. de Plate. Glos. in cap. j. §. si quis hominem. in versicu. per duellum intra. de pace tenen. in vsib. feu & ibi Bald. col. iiij. versicu. deinde in habes hic de duello. & Iaco. Aluaro. colum. iij. versicu. nota casum in quo quis. & Matthæ. de afflict. col iij. & seq. Hostl. in summa in d. ti. de cleri. pugnā. in duel in prin. in ver. an sit offerendum. & in tim. de purga. vulga. §. quare sit prohibita Specu. in ti de accusa. §. vi. versicu. sed quid si cum seq Oldra. in consi. exej incip. nullo modo videtur col. j. ver. & absit illa abusio. Ioan. An. in c. per humani. de homici lib. vj. in nouella Odoffre. & Cy. in l. agantes. C. de actio. & obliga. Bart. in l. si rem inspiciendam. §. fi. ff. de præscrip. verb. Albert. in l. qua actione. §. in colluctatione. ff. ad l. aquil. Bald. in rub. C. de dedit. lib. tol. circa fin. in l. si penes. in fi. C. depo. fi. in l. fi. in fi. C. de proba. & in l ea hoc iure. in iij. col. in viij. q ff. de iusti. & iura & ibi Ias. col. iiij. ver. quid autem sit in duello & ibi quoque Clau. de Scysel. col. vj. versi. quid autem de duello. Ang. de Peru Senin. in consi. ccclaxiiij. incip. ex themate quatuor dubia. colum penul. versi. de quarto & vltimo. Raph. Cuma. & Ioan. de Imo. in l. cum filius. §. fi. ff. de le. ij. eundem Ioan. de Imo. in l. si quis teus. colum xa. ff. de publi. iudi. Ioan. de Ana. in rub. capit. j. & ij. de cleri pugna. in duel. & Abba. Panor in d. capi. j. & ij. & Henric. Boich. in d. c. j. eundem Panor. in ca. audienti. de homici. Cardina. Zabarel. in clement. pastoralis in principi. in v. nona. & Ias. in in v. quæstio. de re iudic. Andræ. Barba. in consi. la ij. incipien. illud in medium afferam. quod profecto clarissime venit in mentem, colum. a ij. cum tribus seq versi, capto nunc aliquan dubitationem. in j. volu. Summ. Pisanel. Rosell. & Angel. in dictione duellum. Parid. de Puteo. in trac. de duel. li. j. c. ix. And.

ls. And. Alcia. in tracta eiusdem materiæ ca. iii. Iaco. de Castil in tracta. eiusdem nominis in Lancello. Corra. in eo. tract. nu. 1. & insignem D. Darium Attendolum in tract. prædicto. lib. j. cap. iij. Pet. Girar. de petra sancta in sing. xxxiij. incip. nobiles præhonorantur. nu. 3. & in sing. lxxxij. incip. quæ sunt contra honestatem. nu. 6. Guido Papc. quæstio. dcxvij. inci. dixi plene. in ij. col. Ias. in consi. cxliij. incip circa primum dubium. col. iij. ver. aggredior secundum dubium. in ij. volu. Matthæ. de Afflict. in consti Regni Siciliæ. inci. Monarchi. in j. oot. in ti. in quibus causis pugna locum habet. Philip. Deci. in consi. cccclxxxvij. incip. in quæstione proposita. in prin. & in consi. ccccccixxxvj. incip. magnificus Pilus. in princip. Franc. Curti. Iunio. in consi. clxxiij. inci. habita diligenti consideratione. In prin. Io. Lectrier. in trac. de iure primogenitu. q. xxv. ad fi. Cattellia Cottam in secundis suis memora. in ver. perduellionis. Clarissimum Præceptorem meum D. Maria. Sozi. Iunio. in consi. cxxij. incip. oolebam profecto scribere. nu. 1 cum seq. in ij. volu. & in consi. cxxiij. inci. licet duellaris materia. nu. 1. cum seq. eo. vol. Iuli. Ferettum in consi. j. incip. pervento casu quòd nobiles. nume. 1. & in consi. xj. incip. Itali tres egregij milites. nu. 1. Excellentissimos dominos Ioan. Bap. de Plotis. in repeti. l. si voquã nume. 704. cum sequen. C. vnde vi. & Hierony. Gigantem in tracta. de crimi. læsæ maiesta. in titu. quomodo & per quos crimen læsæ maiesta. probet. quæstio. xviij. per totum. Ioan. Bap. Ziletius Venetus.

22 In fi. glo. in versicu. intestatus. colligitis, † quòd ille propriè appellatur intestatus, qui propriè potuit facere testamentum & noluit: ille autem qui non fecit testamentum, quia non potuit, non appellatur propriè intestatus, sed bene appellatur intestabilis: quia ista nomina verbalia abnegatiua intus desinentia, abnegant actum, & non potentiam: in bilis desinentia, abnegant vtrunque. no. Bald. in lege. ab intestato. ff. de iu. codici. habetur in lege eum antiquioribus. C. de iure deli. Ex quo dixit Barto. si statuto caueatur, quòd si filius intestatus moriatur, mater ab hæreditate excludatur, & agnati vsque ad quintum gradum admittantur, quòd pu-

23 pillo moriente mater non excludetur, † quia pupillus non propriè dicitur decedere intestatus: vnde verba statuti, quæ propriè debent intelligi, non verificantur: de quo per eum in l. prima. in prin. de suis & legi. per Bald. in dicta l. intesta-

a ti. & dixi suprà de legi. patro. tu. In gl. ruptum. dicite a vt suprà dixi in ti. primo.

ADDITIO.

a Dicite. Tu dic clarè, quòd licet in istis legata præstentur ab intestato, tamen quo ad alia legata, & alias dispositiones testatoris, prohibitio tenderet ad interitum, & sic legata specialia sustinerentur, tamen alia legata non sustinentur. Ias. May.

24 In fi. glo. in versicu. curijs. † Not. quòd illi qui vadunt vltra mare visum sanctum sepulchrum, habent remissionem peccatorum: quod verum intelligite vt sentit Bald. nisi prætextu huius veniæ plura peccata committerent. argu. in lege

25 cum ita. §. primo. de lega. ij. † Ideo si testator relinquat vxori cameram fultam, non debet vxor habere ea quæ prætextu legati portauerat ante mortem in cameram mariti. Eodem modo si princeps concesserit alicui quòd possit bladum suum portare extra ciuitatem, non poterit portare illud quod emit hoc prætextu. In fine glo. in versiculo instrumenta. Hæc opin. communiter approbatur hic, & in §. fin.

26 de nupt. Ratio quia † hæc solennitas tradita, quòd instrumentum interueniat, & dos constituatur, non est requisita ad substantiam matrimonij contrahendi, sed est requisita ad legitimationem filiorum prius natorum: vnde sine hac solennitate matrimonium tenet: sed filij prius nati non legitimantur, nascentes verò postea iure communi legitimi nascuntur. Cætera dicite vt dixi in §. finali. suprà de nup. In fi. gl. in verbo permitterunt. no. licere expellere concubinam

27 quæ non est apta proli: † non tamen licet expellere vxorem quæ non parit, quia quos Deus coniunxit homo non separet, c. debitum. extra de biga. Item colligitis, quòd quidam accipiunt concubinam vt experiantur an apta sit proli, alio

28 quin illam repellant. † Sed tamen non potest matrimonium contrahi cum aliqua sub conditione, si proli apta fuerit, vel sub illa, si generationem prolis euitauerit. c. si. extra de condi. appo. In fi. gl. in verb. deserit. Ratio huius casus est, quia nepos ex filio præmortuo: licet de rigorositate sit remotior vno gradu ipso patruo, de æquitate subintrat gradum patris, & dicitur in vno codemque gradu cũ patruo, vt dicam in §. cum filius. In fi. gl. in verbo emancipatione. Ratio dif-

29 ferentiæ, quia † ius postliminij duo operatur Primum, quia retinet iura in suspenso. Aliud, quia fingit retro. Vnde ius patriæ potestatis in filio captiuo retẽtum fuit in suspenso, quo pendente non potuit filius subintrare primum gradum suitatis: & ideo filio reuerso facile fingitur ipsum semper fuisse in ciuitate & potestate, nec vnquam captum extitisse, cum non possit dici hanc fictionem fieri posse in præiudicium nepotis cum illis ius aliquod nunquam fuerit quæsitum. Faciunt quæ habentur in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de li. & posth. in l. si quis filio exhæredato. §. j. de iniust. rup. & in

30 c. quia diligentia. extra de elec. In gl. posthumus. † No. illum

a appellari propriè posthumum, a qui nascitur post mortem testatoris, impropriè verò appellari qui nascitur post testamentum ante mortem testatoris: & ideo talis non comprahenderetur in statuto quòd loquitur de posthumo iuxta ea quæ habentur in l. omnes populi. de iust. & iu.

ADDITIO.

a Appellari propriè posthumum. Adde an appellatione filij vel filiæ in potestate compræhẽdatur posthumus vide in l. Vrannius. ff. de manu. te. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris l. qui in vtero. ff. de stat. homi.

In fi. gl. in verbo ignorantes. colligitis duo. Primum, quòd

31 † licet filij in potestate sint hæredes ignorantes & inuiti statim, quòd iure prætorio possunt abstinere, nec tamen remanent quin iure ciuili statim sint hæredes. Sed contra primum op. & primo videtur quòd iure ciuili possint abstinere, & op. d. l. cum antiquioribus. C. de iure deli. vbi Paul. Iureconf. videtur permisisse filio in potestate ius abstinendi, ergo potestas abstinendi est de iure ciuili. So. dic quòd in virtute propria iuris ciuilis non permittitur facultas abstinendi suo, sed permittitur in virtute iuris prætorij postea comprobati à iure ciuili subsequenti. Vnde dicit Bald. quòd duplex est ius ciuile. Vnum quòd procedit ius prætorium, & illo iure dicuntur sui & necessarij. Aliud quòd subsequitur ins prætorium, & illo iure dicuntur voluntarij, non in virtute iuris ciuilis, sed in virtute iuris prætorij pòstea comprobati. Contra secundum op. & videtur quòd per ius prætorium sint effecti penitus extranei l. nam nec emancipatus. de leg. j. Solu. sunt effecti extranei quo ad necessitatem, quæ est sublata, nõ quo ad suitatem. Vnde in filio duo considerantur. Vnum est suitas, & hæc quia inuenta fauore filij, non fuit læsa vllo modo à iure prætorio. Aliud est necessitas, quæ fuit inuenta fauore patris, & odio filiorum, hæc fuit sublata de iure prætorio, & quantum ad hanc sunt filij redacti ad ius extraneorum: quia sicut illi possunt repudiare, ita isti possunt abstinere. Faciunt quæ habentur in l. si filius qui patri. de vul. & pu. Cætera dicite vt dixi in §. sui. suprà de hæ. qua. & dif. In fi. gl. in ver. quasi. Hæc secunda non placuit Bald. quia continuatio fieri potest in eundem. l. continuus. §. fi. de verb. obl. l. non solum. § annus. de excusa. tu. Vnde ipse aliter respondet, quòd ideo hic est impropria continuatio, quia id quod cõtinuatur debet esse eiusdẽ formæ & qualitatis, alioqui minus ius in maius transfunderetur arg. in l. id quod Sabinus. ff. de in di. ad di. ar. in l. generaliter. de fideiuf. sed dominium quod hic continuatur à patre in filium non est eiusdem qualitatis & naturæ cuius erat patre viuente, ergo non dicitur propriè continuatio. Probo minorem. Nam dominium quod habebat filius viuo patre, erat quoddam dominium fictibile, non verum: quia illud dominium non potuisset esse penes patrẽ & filium insolidum. l. si vt certo. §. si duobus. ff. comodati. Item filius moriens illud non transmittit. l. Gallus §. si parente. de li. & posthu. Item illud non potest alienare. l. non vsque. ff. si quis a paren. fue. manu. Est igitur dominium quod habet filius viuo patre in bonis paternis, non verum, sed fictibile, prouenions ex fictione iuris, quæ fingit filium esse vnam eandem

a demque personam cum patre: sed dominium quòd consequitur filius post mortem patris, est dominium verum & naturale & proprium: vnde cũ alteretur qualitas subiecti quod continuat, non appellatur propria continuatio, sed impropria: ideo Imperator est vsus hic nota improprietatis, Quasi simile in l. in fius. de libe. & posth. & vidistis in §. sui suprà de hære. quali. & diffe. In gl. mortem. in fi. Si quæratur, † an pœ-

32 na non exacta à defuncto, transeat in hæredem: dicite breuiter, aut hæc pœna delicti prouenit ex eo quod delictum fuit perpetratum in contractu vel quasi. l. ex ea. §. si de ver. ob. aut hæc pœna prouenit ex delicto publico & hæc non transit in

heredem, nisi lis fuisset contestata cũ defuncto. d. l. ex indiciorum. Fallit hæc regula primò in crimine læsæ maiestas, in doplici capite. Primò, quando quis molitus fuit contra principe. Secundò, quando molitus fuit contra rempub. Item fallit in crimine. l. Iuliæ de resi. Item fallit in crimine. l. Iu. repetũdarum. Item in crimine apostatatus, & hoc propter immanitatem horum criminum: aliàs autem pœna delicti non transit in hæredem nisi lite contestata. Et idem est in pœna proueniente ex delicto priuato. l. j C. ne ex. deli. defun. & est ratio quare talis pœna lite contestata transeat in hæredem, quia lite contestata cum defuncto fuit causatus quasi quidam contractus. l. iij § idem scribit. ff. de pecu. vnde sicut quasi contractus transit in hæredem, ita & hæc pœna. l. ex contractibus. & l. in depositi. de ac. & ob. Hæc limitabitis, inquantum dixi pœnam delicti lite non contestata non transire in hæredem, esse vera, quando hæres ex tali delicto nõ esset effectus locupletior, quia tunc teneretur inquantum locupletior factus extitisset: quia turpia delicta ab hæredibus sunt auferẽda. l. in hæ. de calum. Secũdò limitabitis, nisi fuisset defunctus verus Christianus contritus & cõfessus: quia tũc etiã si hæredes nõ fuissent facti locupletiores nec lis fuisset contestata cũ defuncto, tenerẽtur tamẽ hæres resarcire dãna illis quibus testator intulisset: illud fuit dictũ In. in c. in literis extra. de rap. facit ca. fin. extra. de sepul. Suadetur ratione. Nam testator qui fuit confessus & absolutus, creditur quod voluerit vt damna passis resarciãtur, cum alioquin non potuisset absolui c. cum tu extra. de vsur. ideo arbitrarer declarando Inno. quod hæredes hoc casu nõ tenerentur vltra damna ad pœnam exteriorem à lege iniunctam, quia in foro penitẽtiali resarcito damno quis tenetur ad pœnam. gl. est ordi. xij. q. j. c. fraternitatis.

ADDITIO.

Filium esse vnam eandemque personam. Adde l. fi. C. de impu. & alijs substitu. gl. in verbo filio. in ca. j. de sum. tri. libr. vj. Arch. in c. studeat. l. di.

1 ☞ Suus utrum quis sit uel esse possit, tempus destituti testamenti inspicitur.
2 Nepotes succedunt in locum patris sui, quantum ad successionem ascendentium. & fratris sui non autem collateralium.
3 Nepos non succedit simul cum patruo in iure patronatus.
4 Filius non succedit in locum patris in feudo agnati.
5 Nepotes succedunt una cum patruis, non in capita sed in stirpes.
6 Vterini præferuntur in bonis maternis, consanguinei in paternis.
7 Portio hæreditatis paternæ repudiata per unum ex filijs natis ex duabus uxoribus, omnibus accrescit.
8 Nepos conceptus uiuo auo, natus autem post mortem, potest effici suus hæres.
9 Emphyteusis concessa pro se & liberis suis ac nepotibus, comprehendit postea conceptos & natos.
10 Spes succedendi ex testamento cum durat, non est locus succedendi ab intestato.

a §. CVM FILIVS. Nepotes vel neptes ex filio vel ex filia, admittuntur ad hæreditatem aui cum patruo vel amita non in capita, sed in stirpes h. d.

ADDITIO.

a Nepotes. † Adde & idem in pronepote & utrum quis sit suus, vel possit esse suus, inspicitur tempus destituti testamẽti: & si tempore mortis defuncti suus non esset & nepos viuo auo conceptus, deinde mortuo patre natus, in eius locum succedẽs efficitur suus hæres auo, post mortem verò aui conceptus, ad eius hæreditatem non admittitur vllo iure. Hoc dicit vsque ad §. emancipati &c. Et iste §. qui † vult nepotes succedere in locum patris sui quantum ad successionem habet locum in successione ascendentium: secus autem est in successione collateralium hoc iure, vt tex. in §. si plures infrà de legitima agnato. successio. sed hodie obtinet in successione fraterna, vt auth. cessante. C. de suis & leg. sed non in successione aliorum collateralium, vt in auth. post fratres eo. titu. C. de suis & legi. secundum Io. Fab. hic. Et quæ sit ratio diuersitatis iure isto inter ascendentes & collaterales, colligo ex verbis Nico. de Neapo. in §. j. infrà de legi. agna. suc. quia transuersales non habent ita potens ius vt possint ad filios transmittere: & ideo filij non admittuntur nisi ex persona propria, non autem possunt admitti ex persona patrum. Secus est in descendentibus. Et eandem rationem sentit Io. Fa. in §. cæterum. in eo. tit. infrà de leg. agna. suc. dum dicit, quòd magis debetur filijs hæreditas, ideo magis eius suum & repræsentationem transmittunt. † Secundò iste §. non procedit in iure patronatus, in quo nepos aut filius non succedunt in locum patris, casus est in l. si libertus patro. §. si libertos. ff. de bo. lib. & in l. à duobus. ff. de ope. li. & in l. iij. §. proinde. & ibi gl. ff. de le. tu. & dicit Io. Fab. hic esse speciale in iurepatronatus: & rationem specialitatis dicit esse, quia ius patronatus non defertur iure hæreditario. l. vt iusiurandi. §. fi. ff. de ope. lib. quæ ratio non placet mihi, per id quòd subdit ipse Io. Fab. hic. † quia feudum non defertur agnatis iure hæreditario, cum possint agnati feudum obtinere repudiata hæreditate, vt c. j. an agna. vel filios, & tamen in feudo agnati filius non succedit in locum patris, vt c. j. §. his verò. de gra. di. suc. in f. u. & c. j. circa principium de succes. feu. Credo ergo quòd melior sit ratio specialitatis quam assignat Io. Fab. in § si de suc. lib. propter ampliorem libertatem, vt libertus plures patronos habeat. Ias. May.

No primo, quòd hæres admittitur ad hæreditatem. aui vna cum filio, eodemque patruo. Not. rationem, quia licet iure stricto deberet excludi ab ipso filio, qui in gradu est proximior, ex æquitate tamen non excluditur, imo pariter admittitur. Et fundatur hæc æquitas super eo, quia æquum videtur quòd filij in locum parentum succedant. No. † quòd nepotes succedunt vna cum patruis nõ in capita, sed in stirpes. Et est ratio: nam cum admittantur vna cum patruis, eo quia succedunt in locum patris, nõ plus sunt habituri quàm eorum pater si viueret. argu. in l. viua matre. C. de legi. hære. Præterea cum admittitur ex æquitate contra puncta iuris, debet intelligi & moderari hæc æquitas ne lædat ius tertij. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ne quid in lo. pu. a

ADDITIO.

a Ne quid in loc. pub. † Quid autem si sint aliqui fratres vterini alicuius defuncti, & aliqui consanguinei qualiter succedent? Dic quòd in bonis maternis succedunt vterini, in paternis cõsanguinei. & in rebus aliũde quæsitis succedunt æqualiter de quo vide Bar. in l. de emancipatione. C. de legi. hære. † Quid autem si sint duo filij ex vna vxore præmortua, & duo alij ex alia vxore, & vnus repudiat hæreditatem patris, an accrescet suo fratri vtrique coniuncto, an omnibus? Dic quòd omnibus secundum Bar. in l. re coniuncti. de leg. iij. Ias. May.

No. in §. cum autem quæritur. quòd ad hoc vt cognoscatur an quis suus hæres efficiatur, tempus destituti testamenti inspicitur. † Item no. quòd nepos conceptus viuo auo, a natus autem post mortem, effici potest suus auo, secus si concipiatur & nascatur post mortem aui, quia tunc suus hæres non efficitur, propterea quòd illum nullo iure sanguinis tetigit. concor. l. Titius. l. item prætor. de suis & legi. Ex quo dixit Barto. & sentit hic Bald. quòd si fiat proclama quòd filij & nepotes talis viri banniantur, quòd in hoc non comprehendantur nepotes concepti & nati post mortem aui. b

ADDITIONES.

a Viuo auo. An nepos conceptus & natus post mortem aui dicatur nepos, ita vt comprehẽdatur ex verbis statuti disponentis de nepotibus: adde, si statutum vitiatur his verbis, posteriores. valet. vt quia diceret quòd filij & posteriores &c. tunc bene comprehenduntur. l. Iurisconsul. de gradibus. Ias. May.

b Mortem aui. † Quid autem si in instrumento emphyteutico continuatur, quòd talis dat in emphyteusim talem rem tali pro se & liberis suis ac nepotibus? Dic quòd bene continentur filij & nepotes postea concepti & nati: nam speciale est in successione hæreditatis vt non admittantur, in alijs autem iuribus bene admittuntur. l. Paulus. §. Paulus respondit. de bonis libertorum. Ias. May.

No. in ver. hi autem, quòd sicut non vocantur ad hæreditatem eius iure ciuili, ita nec iure prætorio vocantur. In fine glo. in verbo. vocantur. Hæc glo. communiter approbatur. Nec ob. versiculo plane. ead. lege quia non venit correctiuè sed approbatiuè. In fine glos. in verbo certum est. Non ob. §. ita demum. quia loquitur quando nullum fuit conditum testamentum. Si igitur quæratur quod tempus inspiciatur ad hoc quòd quis suus hæres efficiatur: aut defunctus nullum condidit testamentum, & tunc inspicitur tempus mortis. §. ita demum. suprà eodem. Ratio: quia tempore mortis certum est neminem futurum hæredem ex testamento, vnde statim fit locus abintestato proximiori in gradu. Aliquando defunctus condidit testamentum, & tunc non inspicitur tempus mortis, sed tempus quo testamentum destituitur, quia tempore mortis non est certum an quis futurus sit hæres ex testamento nec ne: † vnde cum duret spes succedendi ex testamento, non fit locus successioni abintestato. lege quandiu. de acquirenda hæred. Sed quando destitutum est testamentum, tunc quia cessat omnis spes testamentariæ

successio

succeſsionis, ſit locus ſucceſsioni abinteſtato.

1 Emancipati an hodie parentibus ſuccedant, & nu. 3.
3 Filij licet emancipentur: tamen non deſinunt eſſe liberi.
4 Filius præteritus ille dicitur, qui neque eſt inſtitutus, neque exhæredatus.
5 Duo uincula ſunt uno fortiora.
6 Patris adoptiui in poteſtate an ſit excludere uel admittere agnatos.
7 Dilatio data actori ad probandum, non etiam cenſeatur data reo, & an poſsit illi reus renuntiare, ne actor poſsit ea uti.

§. EMANCIPATI. Emácipati liberi iure ciuili non vocantur, iure tamen prætorio [a] abinteſtato vocantur per vnde liberi. Ex teſtamento verò ſi præteriti extiterint, vocantur per contra tab. hoc dicit. Diuiditur in duas. Nam in prima loquitur de liberis emancipatis non traditis in adoptionem. In ſecunda loquitur de liberis emancipatis in adoptionem traditis. Secunda ibi. (at hi qui.) Illa ſecunda ſubdiuiditur in duas Nam in prima refert conſtitutionem iuris antiqui. In ſecunda refert ius nouum. Secunda ibi, (ſed ea omnia.)

ADDITIO.

a Prætorio. Intelligo & declara vt per Bar. in l. illud. §. fi. ff. de contrata. per l. ex duobus. in princ. in eod. titu. ff. de contratab. Iaſ. May.

a †Nota primo, quòd liberi ſuccedunt parentibus: Nam ſi quidem ſint legitimi & naturales in poteſtate conſtituti de iure ciuili vocantur & iure prætorio. § primo ſupra eodem ſi vero ſint emancipati, admittuntur ſolum de iure prætorio. Si autem iſti emácipati ſunt traditi in adoptionem, tunc iure veteri ita diſtinguitur. Aut tempore mortis naturalis patris reperiuntur in adoptiua familia, & tunc patri naturali non ſuccedunt, ſed patris adoptiui expectant hæreditatem. Si verò tempore mortis patris naturalis non reperiantur in adoptiua familia, tunc patri naturali ſuccedunt, & ab hæreditate patris adoptiui excluduntur. Eodem modo ſi emancipentur poſt mortem patris naturalis ab ipſo patre adoptiuo, excluduntur ab vtriuſque hæreditate: Nam excluduntur ab hæreditate patris adoptiui, quia emancipatione fuit adoptio diſſoluta: Ab hæreditate patris naturalis ideo excluduntur, quia ſuit quæſitum ius alijs abinteſtato ſuccedentibus, ſiue ex teſtamento, quòd non potuit tolli à patre adoptiuo filium emancipando. & hoc verum vbi ſunt liberi vel agnati: his autem deficientibus, vocantur iſti emancipati per vnde cognati, & hæc omnia iure veteri: Iure autem nouiſsimo ita diſtingue: Aut filius ſui iuris ſe tradidit in arrogationem & ſuccedit ex teſtamanto & abinteſtato patri arrogatiuo, tam iure veteri quam iure nouo lege ſi arrogator. ff. de adop. l. cum in adoptionis. in fine C. eodem. & hic in fine. Aut pater naturalis tradidit filium in adoptionem, & tunc ſuccedit adoptiuus patri naturali & ex teſtamento & abinteſtato, & hoc ſiue tempore mortis naturalis patris fuerit repertus in adoptiua familia, ſiue non. & in hoc corrigit ius antiquum. Ratio, quia erat iniquum illud quòd conſueuerat euenire interdum, vt filius priuaretur hæreditate vtriuſque parentis & naturalis & adoptiui. Si autem filius interdum tradatur in adoptionem aut auo mater vel proauo, tunc ſuccedit ex teſtamento & abinteſtato, quia iura naturalia concurrunt cum ciuilibus, hoc eſt, coniunctio ſanguinis cum arte iuris ciuilis, hoc eſt, adoptione. Et iſta ſunt ſummatim notabilia iſtius literæ. Nunc noto quædam ſpecialiter, Et primo noto, quod filius emancipatus iure prætorio vocantur abinteſtato ad hæreditatem patris per vnde liberi: ex teſtamento vero ſi præteritus fuerit, vocatur per contratabu. Item nota quòd liberi naturales emancipati plus iuris conſequuntur quàm adoptiui emancipati: quia ipſi vocantur ad hæreditatem de iure prætorio, adoptiui autem emancipati nequaquam.
3 Nota rationem: † nam licet filij emancipentur, non tamen deſinunt eſſe filij, nec tollitur ius ſanguinis, vnde ex æquitate vocantur à prætore, vt hic. facit lege ius agnationis. ff. de pact. & regula iuris, iura ſanguinis. Sed adoptiui ſecuta emancipatione deſinunt eſſe filij, quia eo modo deſtruuntur quo & conſtituuntur. regula iuris, Nihil tam na- a turale. a

ADDITIO.

a Naturale. Not. in ver. at hi. quòd † quando filius emancipatus rema-
3 net emancipatus, nec datur in arrogationem alteri, tunc de iure prætorio ſuccedit per vnde liberi. Sed ſi poſt emancipationem ſe dederit in arrogationem alteri, tunc duráte adoptione non ſuccedit patri naturali, ſed ea ſoluta. In vita patris naturalis non ſuccedit patri adoptiuo, quia nomen filij quod per adoptionem quæſiuit, perditur per emancipationem. Similiter non ſuccedit patri naturali per vnde liberi. ſed ſuccedunt alij ſui ipſi patri per vnde liberi: poſt illos verò, non exiſtentibus filijs, tunc ſuccedit per vnde cognati cum alijs, vt infrà eo. §. admonendi. Item no. ex d. §. at hi. quòd non debet eſſe in arbitrio alicuius ad quem bona defuncti pertineant, argu. l. 3. ff. de hære. inſti. quia voluntas non debet dependere ex alieno arbitrio, & habet locum nedum ex teſtamento, vt l. illa inſtitutio. de hære. inſti. ſed etiam abinteſtato, vt hîc. Licet declaratio alicuius dicti in teſtamento poſsit relinqui arbitrio alicuius, vt probatur in d. l. illa inſtitutio Iaſ. May.

Item no. ex verſic. hæc eadem obſeruantur. tex. quo nul-
4 lus eſt in iure clarior, † quòd ille filius dicitur præteritus, [a]
a qui nec eſt inſtitutus aliqua ex parte, nec exhæredatus. Item not. in verſiculo teſtamento autem. quòd ſi ille qui non debet de neceſsitate inſtitui aut exhæredari, prætereatur, non habet beneficium dicendi nullum, nec contrata. Ex verſicu.
5 noſtra. no. † duo vincula [b] eſſe fortiora vno. conco. in auth.
b de vteri. fra. in prin.

ADDITIONES.

a Vide Bello. ſuprà de exhæreda. libero. in prin. ſuper gl. præterierit.
b Duo vincula. Adde authen. itaque. C. com. de ſucceſ. l. fi. C. de adop. c. j de treu. & pa. & in c. inter corporalia. de transla. præl.

6 In fi. glo. in verbo, † ad cognatos. Contra hanc rationem oppon. & videtur quòd ſit in poteſtate patris adoptiui, vel excludere agnatos, vel eos admitti facere. Nam ſi pater adoptiuus viuo patre naturali emancipauerit filios adoptiuos, illi vocantur ad hæreditatem patris naturalis, & agnati excluduntur. Si verò eos retinuerit in poteſtate, filij excluduntur, & agnati admittuntur, vt ſuprà in princip. §. Ergo eſt in eius poteſtate vel excludere. vel admitti facere agnatos. Solu. Hoc procedit viuente patre naturali, illud autem quod hic dicitur procedit poſt mortem patris naturalis Ratio differentiæ: quia priore caſu, hoc eſt, viuente patre naturali, nullum ius fuit quæſitum agnatis: ſed mortuo patre naturali fuit quæſitum ius in hæreditate ipſis agnatis, quòd non debet poſſe tolli facto patris adoptiui, regula iuris ius noſtrum. Item priore caſu ſupereſt pater naturalis, qui poteſt ſibi de bonis prouidere: poſteriore autem caſu nequaquam. In fine. gloſ. in verbo, inſtitutus. Ex gloſ. & iuribus in ea allega. inferunt Docto. ad quæſtionem no-
7 ſtram: † quòd ſi actori ſit data plena dilatio [a] ad proban-
a dum. & ſit finita: ſi reus petat dilationem, ea data & pendente, poteſt actor de nouo probare ita colligitur ex his quæ habentur in lege petendæ. C. de tempo. in integr. reſtitu. pone nunc quòd reus velit renuntiare dilationi ſuæ, ne actor ea poſsit vti. an et hoc permittatur? Docto. dicunt non, quia ea petita & obtenta fuit ius iam quæſitum actori, vt hac glo. cum iuribus in ea allegatis.

ADDITIO.

a Dilatio. Vtrum ſi actori ſit data vna dilatio, & reo ſimiliter alia, in qua etiam poteſt probare actor, an ille reus poſsit renuntiare ſuæ dilationi, & ſic impedire actorem vt non poſsit probare, vide quæ ſcripſi ſuprà to ti. de excuſa. tu. & cu. §. j in glo. j. Adde inquantum ſuprà dicitur. Pone nunc quòd reus velit. Adde quod hoc limitatur per Bar. quem ſequitur Bald. in l. amiciſsimos. §. fi. vbi de hoc. Docto. dicunt etiam, niſi res eſſet adhuc integra: quia exiſtente re integra reus bene poteſt renuntiare. arg. l. pecuniam. ff. de condi. ob cauſam. & l. ij. C. de abolitionibus &c. Iaſ. May.

1 Hodie differentia eſt ſublata inter maſculos & deſcendentes ex maſculis, & fœminas & deſcendentes ex fœminis.
a Modica leſio quæ dicatur.

§. ITEM VETVSTAS. Nepos vel neptis, pronepos vel proneptis, ex linea fœminina, iure antiquiſsimo ad hæreditatem aſcendentium non admittebantur niſi poſt a-

gnatos: media autem Iuris prudentia, cum prius admitteventur sine diminutione, quartæ admittit cum diminutione tertiæ patris: iure autem nouissimo admittuntur cum agnatis gradu paribus sine vlla diminutione hoc dicit. iste text. No. primo, † quòd iure veteri solum descendentes ex linea masculina vocabantur ad hæreditatem ascendentium: & in hoc bene statuit antiquitas. Descendentes autem ex linea fœminina non vocantur nisi post agnatos, quòd ideo forsan statuit, quia per agnatos corroboratur ius agnationis & retinetur, non autem per descendentes ex linea fœminina. lege prima in fine de vend. inspi. Item quia descendentes ex linea fœminina non sunt in potestate aui vel proaui materni, & ideo nō possunt sui appellari, ideoque iure suorum non admittuntur: Sed tamen quia huiusmodi differentia quæ fit inter masculos & fœminas nihil aliud inducit quam increpationem naturæ. l. maximum vitium. C. de libe. præte. ideo diui Principes statuerunt vt iure agnatorum admittantur, & etiam cum diminutione tertiæ partis. Cum cæteris verò agnatis admittebantur, sed cum diminutione quartæ: sed quia iuri nouo fuit visum iniquum quod agnati vlteriores in gradu admittantur cum descendentibus ex linea fœminina, statuit vt hi descendētes ex linea fœminina, tales excludant agnatos, cū suis autē admittantur cū diminutione tertiæ partis, vt hic. Sed tamē de iure nouissimo admittuntur sine vlla diminutione. auth. quæ tertiæ portionis. C. de col. & hic iugl. item no. in verbo, paulo. a quòd illud dicitur paulo minus, cuius tertia pars tollitur. Sed hoc est ideo hic verum, quia sic fuit expressum: aliàs aut relinquitur arbitrio iudicis. lege hæc adiectio. & l. nomen filiarum. § portionis. de verborum signific. Finaliter no. quòd sicut inter nepotes ex filio & patruum vel amitam fit diuisio hæreditatis non in capita sed in stirpes, ita inter nepotes ex filia cum auunculo vel matertera uel etiam amita admittatur.

ADDITIO.

a Pauin. Et † ideo dicunt quidam, quòd cum minori detur restitutio ex modica læsione. l. Seio. ff. de in integ. restitu. quòd modica læsio appellatur tertia pars rei, in qua si fuerit læsus habet restitutionem. Sed Doct. dicunt hoc non esse verum, sed relinqui arbitrio iudicis. d. l. Seio. & ibi no. Similiter quando est modica quantitas petita, non est necessarius libellus: nam hoc relinquitur arbitrio iudicis, authen. nisi breuiores. C. de sen. ex breui reci. In arbitramentis quando quis dicatur modicè læsus, vide Bart. in l. duo societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Et adde quòd secundum qualitatem personarum dicitur magna & parua læsio, iuxta gl. in l. illicitas. §. ne tenuis. de offi. præsi. & in l. sed & si susceperit. ff. de iudi. & ibi glo. Ias. May.

De legitima agnat. succes. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de hæredi. quæ suis defertur, verum quia illis cessantibus vocantur agnati, ideo ex ordine sequebatur videre de legitima agnatorum successione.

1. *Concessum Doctoribus, intelligitur seruato ordine suo.*
2. *Cognati & agnati qui dicantur, & nu. 4.*
3. *Fratres consanguinei & patrueles, qui dicantur.*
5. *Lex vocans agnatos ad hæreditatem, intelligitur de proximioribus.*
6. *Mens statuentium non intelligitur flecti ad impossibile.*
7. *Adoptio non causat affinitatem, sed bene agnationem & suitatem.*

SI NEMO. Cessantibus suis, vel illis qui loco suorum habentur, ad hæreditatem intestati vocantur proximiores agnati. hoc dicit. No. primo, quòd ad hæreditatem intestati vocantur à l. xij. tabu. primo sui, vel illi qui loco suorum habentur: his autem deficientibus vocantur agnati. a

ADDITIO.

a Agnati Quia talis vocatio intelligitur facta cum suo ordine. Simile, † si conceditur aliquid Doctoribus, intelligitur concedi seruato suo ordine. l. quoniam in prioribus. l. si quando. C. de inoffi. test. Ias. May.

2 Item no. quòd † agnati dicuntur illi, qui propter personas virilis sexus cognatione iunguntur. concor. suprà de lega. agna. tu. §. j. † Item no. quòd duo fratres ex eodem patre nati, appellantur consanguinei. Nati autem ex duobus fratribus, appellantur fratres patrueles & consobrini. † Item no. quòd etiam nati post mortem patris appellantur agnati: quod verum intellige, cæteris agnatis superuenientibus non autem ipsi defuncto, nisi saltem eo viuente concepti extiterint. lege Titius. & l. item prætor de suis & legi. Item no. in versicu. & non tamen. † quòd licet lex vocauerit simpliciter agnatos ad hæreditatem intestati suis deficientibus, intelliguntur tamen solum vocati illi qui sunt in gradu proximiores. Ex quo inferunt Docto. ad quæstionem, quòd si statuto a caueatur, quòd mulier non possit se obligare sine consensu duorum vel trium agnatorum, intelligitur de agnatis proximioribus, si possunt haberi. Vnde tu qui voles contractum à muliere celebratum improbare, capitulabis quòd tempore contractus habebat proximiores agnatos, ad auctorizandum adhibere potuisset: quo casu corruet contractus solennitate defecta. Nam ideo intelliguntur vocati proximiores, quia ad illas personas defertur hæreditas intestatæ mulieris: vnde cum sperent commodum, debēt & sentire onus l. cum quib. ff. de interiuran. Item verisimile est quòd pro pensiori cura vigilabunt prouidere vtilitati mulieris circa contractum in eundem. facit suprà de legi. pat. tute. in princip. vel circa fi. de quo in l. fi. C. de verbo signi. Si autem mulier nō haberet nisi vnum agnatum, sufficeret adhibere illum, no. Bald. in lege Stichus qui meus erit. de lega. primo. † Nam mens statuentium non intelligitur flecti ad impossibile l. non solum. de act. & ob. l. quæ sub conditione. §. mortuo. de conditi. instit. Esset tamen cautum hoc casu, si auctoritas iudicis in defectum agnati interponeretur. argu. lege si infanti. §. fi. C. de iure deli. & in l. bonorum. C. qui adm. ad bo. pos. possunt.

ADDITIO.

a Si statuto. Qualiter intelligatur statutum, quòd mulier non possit se obligare sine consensu duorum proximorum, vide de hoc infrà de obli. in generali. in glo. fi. vbi scripsi. vide Ital. in c. j. de consue. re. feu. & quæ ibi scripsi. † Ex versic. per adoptionem, no. quòd per adoptionem causatur & agnatio & suitas non tamen causatur consanguinitas, quia illa solum inducitur arte, vidistis suprà ti. j. §. primo. & §. minime, quòd hodie ita demum est verum, vt & glos. nostra sentit, quando datur in adoptionem homo sui iuris, vel sit adoptio in auum vel proauum maternum, vt est dictum suprà ti. j. §. sed ea omnia, vidistis in §. hodie. suprà de ado. & facit l. in adoptiuis. C. eo. ti. de adop. Ias. May.

1. *In successione ab intestato deficientibus suis vocātur agnati, & postea cognati.*
2. *Ius agnationis per mares conseruatur.*
3. *Masculinum in odiosis non concipit fœmininum.*
4. *Statutum quòd non existentibus ascendentibus & descendentibus præferantur agnati masculi cognatis, an filias fratrum excludat.*
5. *Verba legis offendere licet, ut menti & rationi deseruiant.*
6. *Dicta alicuius cum quis recitat. debet illa in primis commendare.*
7. *Frater in hæreditate fratis intestati, iure nouissimo non excludit filios ex alio fratre.*
8. *Filij duorum fratrum admittuntur ad hæreditatem alterius fratris intestati, eiusdemquè patrui in capita.*
9. *Successorium edictum, locum habet in cognatis.*
10. *Successorium edictum, in fauorem creditorum est inuentum.*
11. *Pater ad legitimam hæreditatem filij emancipati admittitur.*
12. *Auus si emancipat nepotem contracta fiducia, illa prodest nedum auo, sed etiam patri & quibuscunque agnatis, quo ad conseruandum ius legitimis.*
13. *Filij duorum fratrum uocantur ad hæreditatem patrui intestati, in stirpes & non in capita.*
14. *Vterini an succedant cum alijs utrinque coniuncti.*
15. *Filius emancipatus, an patri emancipati succedat.*
Hæreditas ascendentium magis debetur descendentibus quàm è contra.
16. *Ius agnationis sicut per emancipationem tollitur in filio ad patrem, ita tollitur in patre ad filium.*

Cæterum.

§. CAETERVM. Licet mulieres ex mediæ iuris prudentia non vocarentur ad hæreditatem inteſtati, nec iure agnationis, niſi eſſent ſorores, iure tamen prætorio vocantur agnatis deficientibus & proximioribus cognatis. Sed ex l. xij. tab. & noua iuris prudentia vocatur indiſtinctè cum maſculis ad hæreditatem agnatorum, in qua ſucceſsione vnus gradus cognatorum tranſlatus eſt. h.d. primò. Et licet olim inter agnatos non haberet locum ſucceſſorium edictum, hodie tamen locum habet. h.d. ſecundò. Et pater ad hæreditatẽ emancipati filij inteſtati hodie vocatur, & ſemper in dubio intelligitur illum contracta fiducia emancipaſſe. h.d. vltimo. Diuiditur in quatuor. Nam in prima ponit ſtatutum mediæ iuris prudentiæ. In ſecunda ponit ſtatutum l. xij. tabu. In tertia ponit ſtatutum legis nouæ. In quarta declarat verba l. xij. tabu. Secunda ibi, (& quidem.) Tertia ibi, (nos vero.) Quarta ibi, (ſi plures.) No. tria iura. Primum, ius xij. tabul. quo iure fuit ſtatutum: vt pariter maſculi & mulieres ad hæreditatem inteſtatorum vocarentur. Secundum fuit ius mediæ iuris prudentiæ, quo iure mulieres non vocabantur niſi ſorores eſſent: iure tamen prætorio deficiẽtibus agnatis, perinde cognati ex æquitate quadam vocabantur. Tertium fuit ius nouiſsimæ iuris prudentiæ, qua fuit confirmatum ius legis. xij. tabu. vt fœminæ pariter atque mares ad hæreditatem inteſtatorum admittantur.

1 † Item not. quòd in ſucceſsione ab inteſtato primo loco vocantur ſui: his deficientibus vocantur agnati, & poſtremo a cognati admittuntur: quod ideo hoc fuit ſtatutum: quia 2 † per mares conſeruatur ius agnationis, b non autem per fœminas. l. j. in fi. ff. de ven. inſpi. Hodie tamen iure nouiſsimo pariter ſuccedunt agnati & cognati. in authen. de hære. quæ ab inteſta. §. j. Ius enim nouiſsimum conſiderauit quandam ſanguinis coniunctionem, quæ cum ſe pariter habeat ad agnatos & cognatos, propterea eos vocauit. c

ADDITIONES.

a Cognati. Imo poſtremo habet locum C. vnde vir & vxor. Bello. conſ. viij. nu. 10.

b Agnationis. Et ideo ſtante ſuprascripto ſtatuto, ſi contingeret caſus in quo ceſſaret mater defuncti, & etiam amita, nullis exiſtentibus agnatis, & amita, & amita vellet excludere matrem propter ſtatutum, fuit poſt multa conſilia per quendam conſultum: amitam non excludere matrem, quia in ea non conſeruatur mens ſtatuti, quæ eſt vt 3 bona conſeruentur in agnatione: & quia ſtatutum eſt odioſum, & † in maſculino genere: & in odioſis maſculinum non concipit fœmininum. l. j. §. quæritur. ff. de ventre in poſ. mitten. Iaſ. May. Quod maſculinum non cõcipiat fœmininum in odioſis. Adde Archi. in cap. ſi quis ſuadente diabolo. xvij. q. iiij.

c Vocauit. † Quæritur etiam de ſtatuto Lucano, quo cauetur, quòd non 4 exiſtentibus aſcendentibus & deſcendentibus præferuntur agnati maſculi cognatis, inter quos vocat filios ſororum cum filijs maſculis patruorum. Quid igitur erit de filiabus fœminis fratrum de quibus ſtatutum non facit mentionem, an excludentur vel admittentur? Dic quòd de mente ſtatuti eſt, quòd vocentur ad ſucceſsionem cum filijs maſculis patruorum cum ſtatutum prædiligat fratrem quàm ſororem. & vocet filias ſororum, 5 multò magis filias fratrum: † licitum eſt enim verba legis offendere, vt ſeruiamus menti & rationi. l. non dubium. C. de leg. per Dyn. in regula ſi. de reg. iur. Nec poteſt hic caſus omiſſus relinqui decidendus ſecundum diſpoſitionem iuris communis. l. commodiſsimè. de libe. & poſthu. quia offenderemus mentem ſtatuti, quæ mens eſt conſona mediæ iuris prudentiæ, & magis bona conſeruentur in filia fratris & familie, quàm reſpectu filiæ ſororis. Et hoc conſuluit Ange. in ſuo conſ. quod inci. in volu. ſtatutorum ciuitatis Lucanæ. quod not. Iaſ. May.

6 Item no. in §. nos verò. quòd † vbicunque quis recitat alicuius dicta, debet in primis illa commendare, licet velit in parte illis detrahere. concor. l. ij. §. verba. ad Velle. Et illud Ciceronis magnopere conſiderandum eſt, vt his cum quibus de aliqua re certamus, & amici & beneuoli eſſe videamur. 7 † Item not. quòd frater in hæreditate fratris inteſtati, a excludunt nepotes, ex alio fratre: quia ille eſt proximior in gradu ipſis nepotibus. Et hoc verum iſto iure: iure autem b nouiſsimo pariter admittuntur. b authen. defuncto. & auth. 8 quod fratres. C. de leg. hære. † Item colligitis, quòd filij duorum fratrum admittuntur ad hæreditatem alterius fratris inteſtati eiuſdẽmque patrui, non in ſtirpes, ſed in capita: quod vtrum procedat iure nouiſsimo, dicetur ſtatim cum glo. noſtra.

ADDITIONES.

a Nepotes. Si verò talis nepos conceptus & natus poſt mortem aui, vellet ſuccedere cum patruo tanquam agnatus, non poſſet, quia eſt ſibi extraneus: ſed poſſet ex perſona patris ſui mortui, qui tem adiuiſſet hæreditatem aui: ſed ex ſui perſona nõ poſſet. Similiter poſſe ſuccedere cum auunculo auo materno ex perſona matris, quæ mater tranſmittit hæreditatem non editam ex æquitate. l. j. C. de his qui ante aper. tab. non non ex ſua, vt tenet Bert. in d. l. j. Iaſ. Mey.

b Admittuntur. Quid in feudo. & fideicommiſſo, an pariter admittantur Bellu. in conſi. ij. per totum.

9 Ex §. placebat. not. quòd † licet olim ſucceſſorium ædi- a ctum, non haberet locum in agnatis, b habet tamen locum b in cognatis, quòd forte ea ratione procedit. Nam cognati ſolum vocarentur poſt agnatos, videbantur quadam iniuria affecti, vt licet pares vel priores in gradu ipſis agnatis, poſt eos tamen vocarentur, vnde lex voluit ei ſuccurrere in alio, vt ſucceſſorium ædictum in eis locum haberet. arg. in l. eum qui iuraſſe. de iureiur. & præſertim cum poſt cognatos ſatæ ſint perſonæ quæ ab inteſtato ſuccedant. l. j. C. vnde vir & vxor. Hodie tamen in agnatis habet locum ſucceſſorium ædictum. Ratio, nam cum agnati ſuccedant in onere tutelarum, æquum quoque fuit vt ſuccedant in commodo hæreditatum, vt hic. & ſuprà de legi. patro. tute. in fi. & in regula iuris, ſecundum naturam: Vnde circa hanc materiam ſucceſſorij edicti dicite, quòd ſucceſſorium edictum habet aliquando locum de capite in caput, vt excluſo capite agnatorum fiat tranſitus ad caput cognatorum, & hoc iure veteri: ſecus iure nouiſsimo, vt ſuprà dixi: Aliquando de gradu in gradum, vt cum prior in gradu moriatur hæreditate non adita, aut illam repudiat, nam tunc ſuccedet ſequens in gradu. Aliquando habet locum de perſona in perſonam non mutato capite, nec mutato gradu, vt ſi quis moriatur relicto filio & relicta matre: nam filius & mater eodem ſunt capite, & eodem gradu, hoc eſt primo: ſi filius repudiaret hæreditatem, vel moriatur ea non adita, ſuccedit mater in hæreditate filij inteſtati. Aliquando habet locum ſucceſſorium edictum de capite in caput, de gradu in gradum, de perſona in perſonam: vt ſi reperiatur vltimus agnatus qui ſit in ſecundo gradu, & cognatus qui ſit in tertio: nam remoto agnato ſuccedit cognatus, & fit tranſitus de capite agnatorum in caput cognatorum, de ſecundo gradu in tertium, de perſona in perſonam: hoc clare patet. de quo in l. j. ff. de ſucceſſ. edic.

ADDITIONES.

a Edictum. † Præmitte etiam, quod iſtud ſucceſſorium edictum fuit in- 10 uentum in fauorem creditorum, vt ſic habeant quem poſsint conuenire, & ad petitionem eorum concluſo primo gradu aſsignatur tempus à iudice ſequentibus in gradu ad adeundam hæreditatem, intra quod ſi adeant amplius non admittuntur, vt habetur in rubric. l. j. C. de ſucceſſio. edicto Iaſ. May.

b Agnatis. Vide Bellonum in tractatu rub. C. qui admit. nu. 4.

11 Item nota, † quòd pater ad legitimam hæreditatem inteſtati filij emancipati vocatur: quia ſemper hodie intelligitur illum emancipaſſe contracta fiducia. l. fin. C. de emancip. libe.

ADDITIO.

a De emanci. lib. Et verum bene not. quòd † ſi auus emancipaſſet nepo- 12 tem contracta fiducia, quæ hodie ſemper præſumitur interueniſſe, quòd illa fiducia prodeſt non ſolum auo, ſed etiam patri & quibuſcunque agnatis qui ad conſeruandum ius legitimum, tex. eſt no. in l. ſi ab eo. C. de legi. hære. & ibi Bart. & alij. Iaſ. Mey.

In fin. glo. in verbo, ſuperſtes. no. duo, Primum quod licet olim frater in hæreditate fratris inteſtati excluderet nepotes ex alio fratre præmortuo, hodie tamen non excludit, imo pariter admittũtur. Secũdò colligitis duas opiniones. 13 † Prima quòd filij duorũ fratrum vocãtur ad hæreditatẽ patrui inteſtati in ſtirpes, non autẽ in capita. Secunda fuit opi. quòd admittantur in capita. & hanc vltimam tenuit Azo. in ſumma. C. de leg. hære. Mouetur primò per hanc literam, ibi, non in ſtirpes. Secũdò mouetur per lege xij. tabul. C. de leg. hære. Tertiò mouetur per l. j. circa fin. ff. ſi pars hære. pet. Denique; mouetur ratione: nam licet quando filij fratris præmortui admittantur vna cum patruo ad hæreditatem alte-

rius patrui, fiet diuisio in stirpes, hoc ideo prouenit, quia vocantur ex iure quodam priuilegiato contra regules iuris communis: quia illis inspectis debuissent excludi à patruo veluti in gredu proximiore: Ne igitur priuilegium tributum nepotibus, vt non obstante prærogatiua gradus pariter admittantur, non noceat patruo, fit diuisio in stirpes & non in capita. facit. l. ij §. si quis à principe. & §. merito. ff. ne quid in lo. pub. Et quando filij plurium fratrum vocantur ad hæreditatem patrui, vocantur iure communi, & ex eorum persona, quia plures sunt in gradu, vnde diuisio non debet fieri in stirpes, sed in capita. Sed tamen glo. hic contrarium tenuit, secundum authen. cessente. & in lege xij. tabu. & idem tenuit Cyn. Bart & Bald. consuluit in quæstione facti, vt etiam hoc casu fiat diuisio in stirpes, non autem in capita: quia absurdum videtur quòd nepotes ex fratre præmortuo plus laturi sint quam frater si viueret, eorumque pater. Item mouetur per §. cæterum in authen. de hære. quæ abin. defer. Item per authen. defuncto. & authen. post fratres. suprà alle. & authen. cessante. C. ad Orphi. Ad iura in contrarium allegata respondent, ea esse correcta iure nouissimo. vt suprà est probatum: & ita in iudicando & consulendo esset tenendum. Licet alia opin. videatur subtilior
a in disputando.[a]

ADDITIO.

a Disputando.† Quid autem de filijs Vterinis tantum, an succedant cum
14 alijs vtrinque coniunctis? Dic, quòd deficientibus ascendentibus & descendentibus, si supersunt fratres vtrinque coniuncti, cum alijs fratribus similiter vtrinque coniunctis succedunt in capita: similiter cum nepotibus ex alio fratre, licet nepotes ipsi cum patruis succedant in stirpes, vt suprà dict. Aut supersunt solum fratres ex vno latere, & tunc in bonis paternis præferuntur consanguinei nati ex eodem patre, in maternis vterini, in bonis communibus æqualiter. l. de emanci. de legi. hære. Aut supersunt fratres ex vtroque parente, & tunc præferetur vtrinque coniunctus alij solum vno vinculo coniuncto, vt not. in authen. post fratres. C. de legi. hære. Ias. May. [Vterioni an succedunt cum alijs vtrinque coniunctis. Adde Io. Petr. de Ferrar. in sua practi. in for. libel. pro hæred. ab intesta. dela. in glo. nullisque superstitibus. nu. 29. in paruis. Ziletus.]

15 In fin. glo. in verbo, parentes.† Sed hoc videtur absurdè dictum: si enim pater succedit filio emancipato, quanto magis filius emancipatus deberet succedere patri emancipati, cum magis debeatur hæreditas ascendentium descendentibus, quam è contra. l. nam & si parentibus ff. de inoffic. test.
16 † Præterea sicut per emancipationem tollitur ius agnationis in filio ad patrem, ita tollitur in patre ad filium. §. præterea. suprà quib. mod. ius pat. po. sol. Ergo sicut filius emancipatus repellitur ab hæreditate patris intestati, ita pater deberet repelli ab hæreditate filij emancipati intestati. Aut sicut pater vocatur ad hæreditatem filij emancipati intestati, ita filius emancipatus deberet vocari ad hæreditatem patris intestati. Sol. dicunt Docto. quòd hoc casu plus tribuitur patri in hæreditate filij quam e contra, propter præmium emancipationis, quia à se abducauit ius patriæ potestatis, vnde in alio sibi consulitur. l. cum oportet. §. j. C. de bo. quæ libe. Et hæc vera iure isto: iure autem nouissimo aliter statuitur. quia sicut pater filio emácipato in testaméto succedit, ita filius emácipatus ad hæreditaté patris intestati vocetur: quia sublata est omnis differétia emácipationis & patriæ potestatis in deferendis hæreditatibus, præsertim ab intestato. in authen. de hære. quæ abintesta. defer. §. primo. Non sunt alia.

De Senatuscon. Tertulliano. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est sicut descendentes succedunt ascendentibus, sequebatur videre quemadmodum ascendentes descendentibus è contra succedant: verum quia mater ab hæreditatem intestati filij vocatur ex Senatusconsulto Tertulliano, ideò de eo intitulatur.

1 Mater lege duodecim tabellarum non succedebat filio abintestato.
2 Æquitas quando attendatur reiecto rigore.
3 Ius tributum personæ non est ad consequentias trahendum.
4 Ius quibusdam matribus à Claudio tributum, non trahebatur ad omnes.
5 Filij defuncti excludunt matrem, soror autem defuncti unà cum matre admittitur.
6 Mater hodie succedit liberis abintestato.
7 Mulieres propter liberos multa onera supportant.
8 Mater plus diligit filium quàm pater.
9 Mater quando ab hæreditate filij excludatur.
10 Filio & vulgo quæsito mater succedit abintestato, nisi fuerit illustris.
11 Filia maritata, viuente patre non potest testamentum conficere.
12 Nec donare causa mortis sine consensu patris. & nu 13.
14 Nec hæreditatem adire sine iussu patris.
15 Vidua habitans cum hæredibus mariti, utrum ipsis hæredibus vel sibi operari debeat.
16 Vxor ditata an in dubio præsumatur ditata ex propria sua persona, an verò ex bonis mariti.
17 Regula si vinco vincentem, multo fortius vinco te, militat quando sunt termini pares, aliàs secus.
18 Mater ut excludatur ab hæreditate filij ab intestato propter tutorem non petitum, quot requirantur.

LEX DVODECIM. Lege xij. tabu, mater ad hæreditatem filij intestati non admittebatur. Item nec è contra: sed iure prætorio vocabantur per vnde cognati. Media vero iuris prudentia, ad hæreditatem filij intestati admittitur, si ingenua tres, libertina quatuor liberos habuerit. Hodie vero & si matri non fuerit numerus liberorum, ad hæreditatem filij intestati indistinctè admittitur. h. d. Diuiditur in tres. In prima refert ius xij. tabu. In secunda refert ius mediæ iuris prudentiæ. In tertia refert ius nouissimæ iuris prudentiæ. Secunda ibi, (sed hæ iuris
1 angustiæ.) Tertia ibi, (sed nos constitutione.) † Nota pri-
a mò,[a] quod lege xij. tabul. mater ab hæreditate intestati filij penitus excludebatur, propterea quod ea lex magis diligés masculos illos prætulit, iure tamen prętorio mater ex qua-
b dam æquitate post agnatos in capite cognatorum[b] vocabatur. Item not. in versi. sed hæc. illud appellari ius, quod spreta æquitate & humilitate rigorem imitatur. Item nota,
a † quòd vbi rigor & æquitas scripta reperitur, æquitas præ-
c fertur rigori,[c] concordet. l. Placuit. C. de iudi. Item not.
3 † quòd ius tributum personæ non est ad consequentias tra-
4 hendum. concor. l. j. ff. de consti. priu.† Et ideo cum Claudius hic solum prouidisset quibusdem fœminis, vt liberis in testamentis succederent. fuit necessarium prouisione generali Tertulliani alijs etiam prouidere, quia aliàs gratia Claudij ad alias mulieres non referebatur. Item not. quòd mater ingenua habent tres filios, vel libertina habens quatuor, ad hæreditatem eorum intestatorum vocabatur.
5 Item not.† quòd liberi defuncti ac etiam pater eorum
d excludunt matrem,[d] quòd pater & mater hodie æqualiter succedunt: authen. defunctu, C. eod.

ADDITIONES.

a Not. primò. Adde Franc. Curti. iunior. in consi. cliij. incip. Ego quoque in eorum sententiam. nu. 5. in ij. vol. Ziletus.

b Per hanc text. Bel. on. reprobat. Ias. in tracta. rubric. C. qui admitti. num. 5.

c Æquitas præfertur rigori. Adde l. j. C. de iud. Cardi. Zab. in consi. de consue idem Card. in c. j. in vj. not. de alien. iudi. Anto. de But. Abb. & Ioan. de Imo. in c. fi. de transac.

Adde Ioan Pet. de Ferra. in sua practi. in forma libelli. quo petitur hæred. ex testa in glo. hæc etiam vulites. no. 14. in paruis. Ziletus.

d Matrem. Hoc notabile colligitur ex §. præferuntur. qui §. hoc dicit. Filij, abintestato decedentibus, siue sit masculus, siue fœmina: præferuntur in successione, & matrem defuncti excludunt, soror autem defuncti sola matrem non excludit, sed cum ea admittitur: sed soror cum fratre bene excludunt matré. hodie verò sublata differentia iurium posita in princ. tituli, mater etiam tres liberos non habens admittitur indistinctè ad successioné filij exclusis agnatis, nisi soror defuncti supersit vna vel plures sorores, quia tunc in dimidiá partem vocátur: sed si supersunt fratres illi soli, vel cum sororibus, admittuntur cum matre, & fit diuisio in capita. h. d. vsque ad §. sed quemadmodum: Sed quod dicitur de patre & fratre vt excludant matrem, corrigitur infrà in §. sed cum ante. Ias. May.

Item

Item not. quòd in hæreditate filij vel filiæ mater præfertur auo. a Item not. quod frater consanguineus, id eſt ex eodem patre natus, matrem excludebat in hæreditate filij, ſoror autem pariter admittebatur: ſi tamen mater frater, & ſoror concurrant, mater excluditur, & frater & ſoror admittuntur. Ex quo colligitur, quòd ſoror conſequitur ex perſona fratris, quod ex ſuo non fuiſſet habitura. Item nota, quod † hodie conſtitutione noua, mater ſuccedit liberis ab inteſtato, non habita diſtinctione numeri liberorum.

7 † Not. rationem, quia multa onera propter liberos mulieres ſupportant. l. aſsiduis. C. qui po. in pign. habe c. ex publico.

8 extrà de conuer. coniug. † Qua ratione dixeront aliqui morales quòd mater plus diligit filium quam pater, cum filium maiore labore adipiſcatur quàm pater: & eas res magis ſolemus amare, quas cum duriore acquirimus labore. Item

b colligitur, quòd fratres ſuccedunt b cum matribus in hæreditate fratris vel ſororis ab inteſtato, in capita, ſed non in ſtirpes: ſorores autem ſuccedunt cum matre in ſtirpes: non

9 in capita. Not. † in verſi. quemadmodum, quòd mater non ſuccedit filio impuberi ab inteſtato cui tutorem non petijt, vel cuius tutorem ſuſceptum reuocari non poſtulauit, vel

c in locum remoti alium ſurrogari non petit. c

ADDITIONES.

a Auo. Quomodo ſuccedat mater filijs primum matrimonij. vide pleuè Bello. conſi. xxxj. nu. 6. cum ſequen.

b Fratres ſuccedunt. Quid ſi aliquis decedat relicto fratre conſanguineo tantum & auo paterno: dic auum præferri. Bellon. conſil. xxiiij. in princip.

c Non petijt. Conclude ergo hic cum glo. circa hunc articulum, quando mater excludatur ab hæreditate filij vel ne, quatuor caſus. Primus eſt, quòd aliquando alicui filio ſunt deſcendentes, puta filij vel nepotes, & etiam adeſt mater, & tunc ſucceſsio ſpectat ad filios, & ſic deſcendentes, non ad matrem: quia prima cauſa eſt deſcendentium. ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ authen. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. Aliquando ſuperſunt ſolum aſcendentes paterni & materni, & tunc ſuccedunt æqualiter. vnde ſi ſupereſt auus paternus & auia paterna, diuidunt inter ſe hæreditaté pro dimidia. Si ergo ſupereſt pater & auus paternus & auia materna, pater præfertur vt proximior in gradu, vt auth. defuncto. C. eo. Quandoque ſuperſunt ſimul deſcendentes & collaterales, vt pater, mater, frater & ſoror defunctæ perſonæ, tunc ſi fratres & ſorores ſunt vterini vtrinque coniuncti, vocantur æqualiter in viriles cum aſcendentibus in gradu proximis, excluſa omni differentia ſexus & patriæ poteſtatis. d. authen. defuncto. & in portione fratrum non habet pater vſumfructum, vt in authen. item hæreditas C. de bo. quæ lib. Si autem ſunt fratres vterini tantum, tunc non ſuccedunt cum aſcendentibus. d. authen. defuncto. Et ſic non eſt facienda differentia ſicut in fratribus, vt in bonis maternis admittatur cum aſcendentibus frater vterinus, in paternis conſanguineus, vt tenet Saly. in d. l. emancipa. Quandoque ſuper ſunt ſolum collaterales, & idem de his dixi ſuprà titu. j. in §. hoc etiam. Iaſ. May.

40 Finaliter not. † matrem ſuccedere ad hæreditatem filij vel filiæ ab inteſtato, licet fuerint vulgo quæſiti. quod verum limitate, niſi hæc mater fuiſſet illuſtris perſona, quo caſu ab hæreditate repellitur. l. ſi qua illuſtris. C. eod. Licet enim, vt aiunt, in ſerico & lana eadem libido verſetur, dignitas tamen perſonæ habet libidinis aggrauare delictum, & quodcunque aliud. c. cum quidam. extrà de iureiur. & d. l. ſi qua illuſtris. In fin. glo. in verbo amicorum. Hæc eſt communis: ſicut enim Claudius generaliter prouidiſſet matribus de ſucceſsione, fruſtratoria prouiſio Tertulliani contra l. ſi quando. de legat. j. & l. j. ad municipa. In fin. in verbo, parentes. Si

11 quæratur † an mulier vxorata ſit in patria poteſtate, an vero mariti. dicite ex mente Doct. quòd aut loquitur quo ad debitum coniugale, & tunc dicitur in poteſtate mariti. c. videtur. extrà de conuer. coniug. Ego puto quòd hoc caſu alter in alterius mutua vice ſint poſiti: quilibet enim vxoratus debitum reddere tenetur. c. debitum. & ibi not. extrà de biga. Et ideo dicunt Cano. quòd maritus quaſi poſsidet, & quaſi poſsidetur ab vxore: vterque enim coniugum in quaſi poſſeſsione ſunt iure coniugali. ca. præterea. de offic. & po. iud. dele. Aut loquimur quo ad vendicationem, & tunc adhuc vxor dicitur in poteſtate mariti: & ideo maritus vxorem retentam & ſcholare, poſſet iure mariti vendicare, vt not. per glo & Docto. in l. j. §. per hanc de rei vendi. Aut loquimur quo ad ſortiendum forum, & tunc etiam mulier dicitur in poteſtate mariti. l. cum quædam puella. de iuriſdi. omn. iudi. Secus in concubina. l. de iure. & ibi not. ff ad muni. Aut loquimur quo ad alia, alioſque actus iuris ciuilis, &

12 tunc dicitur in poteſtate patris: vnde † filia maritata patre viuente non poſſet teſtamentum conficere. l. qui in poteſta-

13 te ff de teſt. † Item nec donare cauſa mortis ſine conſenſu

14 patris. l. tam is. §. j. de do. † Item nec adire hæreditatem niſi iuſſu patris l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hæred. de quo dicite vt habetur in l. cum non ſolum. C. de bo. quæ

a lib. Aut loquimur quo ad operas, a & dic, quædam ſunt operæ quæ propriæ pertinent ad mulieres, & ornamenta coniugij, vt eſt ſuere, & colos regere, & quo ad hoc dicitur in poteſtate mariti, & commodum harum operarum pertinet ad maritum. l. ſicut. vbi text. cum glo. ff. de oper. li. Quædam ſunt operæ quæ propriè non ſunt ex natura mulierum, ſed veniunt extrinſecus ab accidenti, vt eſt quòd vxor ſit bona medicatrix, & tunc earum commodo pertinet ad patrem, & quo ad hoc dicitur in poteſtate patris. l. ſi vxorem. C. de condi. inſer. & hoc verum niſi eatenus quatenus operas omitteret pertinentes ad ornamenta maritalis coniugij.

ADDITIO.

a Quod operæ. † Quid autem de muliere vidua quæ ſtat cum hæredi-

15 bus mariti, an debet operari ipſis hæredibus, an ſibi? Dic quòd operatur hæredibus mariti infra annum: elapſo verò anno hæredes debent ſibi dare pro dote & alimentis ad computum octo pro centenario, vſque quo ſibi reſtituant dotem ſecundum Iaco. But. in l. vnica §. ea actio. C. de rei vxo. & hoc quando honeſtè & commodè mulier non poſſet habitare cum hæredibus victi, vbi autem commodè & honeſtè poſſet habitare & non vellet, tunc de illis octo debet detrahi quantum ipſa potuiſſet hæredibus operari: de quo per Bart. in l. diuor. ff. ſol. matri. Iaſ. May.

16 Si autem eſſet dubium, † an vxore reperta diuite, diuitias cumulaſſet ex bonis mariti, an ex perſona propria, tunc eſt

a diſtinguendum. a Aut conſtat ex quibus bonis acquiſiuerit,

b & tunc b re certa, non eſt coniecturæ locus. l. continuus. §. cum ita. de verbor. obligatio. Aut ſumus in dubio, & tunc aut iſta vxor exercebat aliquem artem ex qua veriſimiliter has diuitias cumolare potuiſſet, & tunc præſumitur ex illa arte ſe locupletaſſe. arg. in l. defunctus. C. ar. tu. aliàs præſumitur ex bonis mariti acquiſiuiſſe vt euitetur muliere ſiniſtra ſuſpitio. l. Quintus. de do. inter vi. & vxo. Et hæc faciunt ad quæſtionem: Duo erant mariti, vni erat formoſa mulier, alii autem erat deformis: abſentauit vterque maritorum: vtroque reuerſo, ille cui formoſa erat comperit domum opulentiſsimam: alter autem bonis vacuam, quærebatur contra quam mulierem bonum ſiniſtra eſſet ſuſpitio habenda. Contra formoſam arguebatur, quia ex quo artem exercere neſciebat, quòd turpi ex quæſtu bona cumulaſſet. Præſumebatur contra turpem, & arguebatur vt domum bonis euacuaſſet, quia quo ad libidinem pulchritudine non prouocabat, munere incitaſſet. Ex prædictis poteſt argui ad partes hincinde, an maius ſit peccatum cognoſcere deformem quam formoſam dicite vt per gloſſ. in capit furtum. xiiij. quæſtio. vlti. In gloſſ. ſolos. in fin. Dicite

17 quòd † illa regula, ſi vinco vincentem te, multo fortius vinco te: vendicat ſibi locum vbi ſunt termini pares. Secus ſi eſſent diſpares, vt in caſu noſtro. Ecce quòd ſi moriatur filius relicto auo & matre, ideo mater excludit auum, quòd prima eſt in gradu aſcendentium, auus vero in ſecundo gradu: & quando ſunt pater, mater, & auus ideo mater excluditur ab auo, quia & ſi ab illo non excluderetur, à patre tamen fuiſſet excluſa: vnde non refert per quam excludatur. l. ſi mater. C. de inſti. & ſubſti. Hodie autem vt ſuprà dixi, pater & mater pariter admittuntur: auth. defuncto ſuprà alle. In fin. gl.

18 in ver. neglexerit. Dicite, quòd † ad hoc vt c mater excluda-

c tur ab hæreditate filij inteſtati per tutorem non petitum, multa requiruntur: Primũ quod mater eſſet maior. xxv. annis. Secundũ, quòd filius moriatur in pupillari ætate. Tertium, quòd pupillo eſſet expediens habere tutorem. Quartum, quòd mater non fuerit in negligentia. Quintum quòd nulla cauſa excuſari poſsit. iſta habentur in l. matres. in l. omnem. C. eodem titu. Si tamen mater tempore mortis mariti fuiſſet minor. viginti quinque annis, & ante mortem filij fuiſſet effecta maior, tamen ab eius hæreditate repellitur: quia in ætate initium eſt inſpiciendum ... textuale

§.Scio.ff.de mino.est glo.ordi.in simili.in l.minorem.C.de his quibus vt indi.faciunt no.in l.ij.C.si aduersus delictum. Io.Christ.Por.

ADDITIONES.

a Distinguendum est. Vide latè de hac materia Bellonum consi.xvij.nu.10. cum sequen. quia plures casus complectitur omnem materiam: & ibi etiam quid de muliere vidua.

b In re certa. Adde Barba.consi.lxxij.incip. sapienter.in xij.col. in iiij. volu.

c Mater excludatur. Ad dicta hic per istum. vide Spec.in titu. de in integrum restitu. §.j.ver.sed quid si ipsa. Ban.in l.ij.col.iiij.versic. secundo videndum est,ff.qui pet.tuto. Albert. de Ros.in l.omnes.ver. sed quid si erat minor.C.ad S.C.Tertul.& ibi Bald.in ver.quid si mater. Bald. in authen.si captiui.col.ij.ver.secunda quæstio.C.de episc.& cleri.& l.ij in fin. c. si aduers.delict.& ibi Saly.eundem Bald.in l.qui contra.col.ij. versi. secundo quæro.C.de incest.nup.& in l.precibus.col.vj. ver. modo quæritur. C. de impuber.& ali.substi.Bald. in consi. cj. incip. quæritur vtrum domina francisca.col.ij.circa medium.in ij.vol.Ange.de Peru.Senio.in l.sciant.in princ.C.de legiti.hære.Paul.de Castr.& ibi Alex.& Ias.in l.sciendum. §.fin.ff.qui satisda.cogan.eundem Pau.in consi.ccclxxij.inci.postpositis auctoritatibus.Raph.Cuma.Alex.Pet.Philip.Corne.Ioan.Petr.& Ias. in l.minoribus.C.de his quib.vt indig.Eundem Cuma.in consi.lij.incip. quidam Ant.Io.de Ana.in consi.xlv.inci.visis his quæ in puncto.circa medi.& ibi Lodo.Bologni.in addi.Abb.Panor.in c.ex parte.col.fin.versi. in ea.glo.ibi soluta,& ibi Zacha.Fereri.in addi.& Philip.Deci.similiter.col.fin.versi.subijcit Abb.hic.Ludoui.Roma.in consi.cclxxix.inci. visis thematis narratione,& in singu.ccxxiij.incip.tu habes l.fem.ot.D.Maria.Sozi.Iunio.in consi.viij.incip.in præsenti consultatione, videtur prima facie. nu.14.& 15.in j.vol.& in consi.cxix.incip.viso testamento prædicto.nu. 12. & 13.in eo.vol.& in consi.xvj.incip.viso themate suprascripto.in prin. in ij.vol.& Excellentiss.D.Io.Bapt.de Plotis.in repe.l.si quando.nu. 234. versi. mater & auia.C.vnde vi. Ioan.Bapt.Zilettus Venetus.

De Senatuscon.Orphiciano. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est sicut ascendentes succedunt descendentibus, verum quia & descendentes ascendentibus quoque succedunt ex Senatuscon. Orphiciano ideò de his tractaturus intitulauit de Senatuscon. Orphiciano.

1 *Filij vocantur ex senatusconsulto Orphiciano ad hæreditates matrum intestatarum.*
2 *Hereditas ex Tertulliano & Orphiciano non tollitur capitis diminutione.*
3 *Naturales tantum matri succedunt.*
4 *Ius accrescendi locum habet in hæreditate & legatis.*
5 *Spes iuris accrescendi ad heres transmittitur, non sic spes substitutionis.*
6 *Dictiones è contra, & è contrario, contra, & per contrarium quid insinuent & significent.*
7 *Matri qualiter filij succedant.*
8 *Filiorum quotuplex species sit, & qualiter patri aut matri succedant.*
9 *Filij naturales, & spurij utrum inuicem sibi succedat.*
10 *Spurius decedens ab intestato, an desferat hæreditatem consanguineis & agnatis.*
11 *Statutum quòd inter consanguineos fiat compromissum, non habet locum in spurio.*
12 *Naturales & spurij an succedant fratri legitimo & naturali.*
13 *Nepos legitimus ex filio naturali tantum vtrum possit ab intestato in vniuersis succedere auo, non existentibus legitimis.*

PER CONTRARIUM. Hoc dicit. Liberi ad hæreditatem matrum intestatarum ex senatusconsulto Orphiciano ac principum constitutionibus vocantur: quod ius succedendi minima capitis diminutione non tollitur & spes iuris accrescendi ad hæreditatem transmittit. h.d. Not. primò† filios vocari ad hæreditatem matrum intestatarum ex senatuscon. Orphiciano. concor. ff.& C.eo.tit. Item not.quòd ex senatuscon. Orphi. nepotes non vocabantur ad hæreditatem auiæ: quia solum hoc senatuscon. Orphi. prouiderat filijs in hæreditate matris intestatæ: sed tamen ex cōstitutione principum fuit prouisum nepotibus in hæreditate auiæ intestatæ. † Item not.in versic. sciendum. quod hæreditates quæ deferuntur ex senatuscon. Tertul.& Orph.capitis diminutione non perimuntur. No. rationem, quæ fundatur super illa regula qua disponitur, quod nouæ hæreditates legitima capitis diminutione non tolluntur: sed solum illæ quæ l.xij.tab.deferūtur iure agnationis, quod ius capitis diminutione permittitur: Sed illæ quæ deferuntur ex senatusc. Orph. & Tertu. deferūtur iure quodam agnationis & consanguinitatis, quod capitis diminutione non tollitur suprà de capi.di.circa fi.& l.tutelas.ff.eo. Item no.in ver.nouissimè.quod† non solum liberi legitimi & naturales vocantur ad hæreditatem matrum intestatarum, sed etiam naturales tantum. Ratio, quia semper mater est certa. Item quia hæreditas matris nō defertur filio iure agnationis, sed cognationis, vt suprà dictum est. Item no. ex §.fi.quòd† in hæreditate locum habet ius accrescendi: & idem est in legatis. l.re coniuncti. de lega.iij.§.si verò nō omnes.de cadu.tollen. Ratio differentiæ sumitur super regula iuris, Ius nostrum non patitur. Item no.† quod spes iuris accrescendi ad hæredē transmittitur: secus est in spe iuris succedendi ex substitutione. l.si ex pluribus. ff. de suis & le. Et est ratio. Nam substitutio appellatur conditionalis institutio. l.in ratione.§.quod vulgo.& §.qui filio.ff.ad leg. Falcid. Sicut enim hæreditas sub conditione relicta, eadem nōdum purificata ad hæredem non transmittitur, ita nec ista substitutio. d.§.si autem sub condi.C.de cad.tol.In fin.gl.j. Et per hoc non ob. si oppo. quod contrariorum contrarij sunt effectus. l.inter stipulantem. §. sacram. de verb.obli. quia respondetur, quod illa verba exponuntur per antiphrasim, id est, è contrario. Ex quo colligitis† quòd verba è contra, & è contrario insinuant non contrarietatem effectuum, sed conuersionem ordinis, dictio autem contra, &, per contrarium insinuant contrarietatem effectuum: ad hoc alle.gl ord.in l. duobus § fi.de iureiur. Addite prædictis, quòd iste dictiones è contra, & è contrario, idem sunt, & similia insinuant, conuersionem ordinis cum qualitatibus tamen suis.i.cum hi. §. idem erit.ff.de transa. Ex quibus infertur ad quæstionem de qua anno præterito dubitatum fuit. Statuto cauetur quod filia vel nepos non succedat patri vel auo existentibus fratribus: idem nec è cōtra, quod illi ascendentes nec succedāt filiæ vel nepti maritatæ: moritur filia vel neptis maritata existente patre vel auo, nunquid pater vel auus excluditur ab eius hæreditate? Dicebatur quod sic per statutū. Ego allegaui in contrariū: quia ex ratione sicut statutum in priuilegium eius patris excludebat filiam vel neptem maritatam ab hæreditate patris vel aui intestati, ita demum si fratres superessent: ergo è contra, vel auus vel pater ab hæreditate excludetur filiæ vel neptis intestatæ si fratres superstint, aliàs non: quia illa verba, è contra, posita in statuto operantur conuersionem ordinis cum repetitione qualitatis actus præcedentis: faciunt not.per Bart.in l.in repetendis.de leg iij. In fi.gl.in verbo hæreditatem.† Si quæratur qualiter filij succedat matri,ᵃ ita distinguite. Aut sunt legitimi & naturales, & tunc matri indistinctè succedunt: Aut suntᵇ naturales tantum ex concubinatu nati, & succedunt tunc, siue mater fuerit illustris siue non:ᶜ Aut fuerunt nati vulgo, & tunc distinguitur: Aut fuerunt nati ex matre illustri, & tunc illi nō succedunt, quia mater tunc semper certa est. l.qua semper ff de in ius vo. Aut fuerunt nati ex damnato coitu vel nephario, puta quia ex consanguineo vel consanguinea, monacho, presbytero, vel fratre minore, vel monacha vel abbatissa: & tunc nec patri nec matri succedunt, auth.ex complexu nephario.C.eo.tit.& per hoc remanet expedita gl.sequens.

ADDITIONES.

a Succedant matri.† Conclude in hoc articulo, triplicem esse speciem filiorum. Quidam naturales & legitimi, & isti succedūt patri & matri, nisi fiat exhæredati, vt suprà. Quidam naturales tantum, & isti succedunt ab intestato matri, vna cum legitimis & naturalibus. l.si qua illustris. in fi. C. eo.& etiam rumpit testamentum matris si sit præteritus, vt suprà de inoffi. testa. §.tam autem naturalem, sed patri nullo modo succedant isti naturales tantum, si extant filij legitimi & naturales, vel vxor defuncti: aliàs possunt succedere in duobus vncijs, vt in auth. licet. C.de natu.libe. & no. gloss. in §. fina. de nupt. Quidam sunt spurij, puta nati ex damnato coitu, vt ex ea quæ habet maritum. vel ex consanguinea, vel monacha, vel sacerdote, & isti non succedunt neque patri neque matri, vt authen.quib. mod.na.effi.sui. §.fin. Non est quæstio de filio sacerdotis, qui non succedit cum sit natus ex damnato coitu vt vulgo concepti: (lex enim permittit

mittit lupanaria. propter maius peccatum euitandum.) & nati ex ſoluta & viro coniugato, qui coitus non permittitur. l. j. C. de adol. & non iſti ſuccedunt patri, ſed matri ſimul cum legitimis & naturalibus, ſicut ipſa ſuccedit eis. §. ſi. ſuprà tit. j. niſi eſſet illuſtris. d. l. ſi qua illuſtris. Iaſ. May. [Adde ad ea quæ hic de naturalibus dicuntur Petr. Duenas in regulis vtriuſque iuris in reg. cclxvj. per tot. & Bermundum Choneront. in ti. de publ. concubinatis in glo. qui etiam filios ea tali. Ioan. Bapt. Ziletus. Quod autem dicitur quòd lex permittit lupanaria. Adde Docto. in c. inter opera charitatis. de ſponſa.]

b Aut ſunt naturales tantum. † Sed an filij naturales vel ſpurij adinuicem 9 ſibi ſuccedant? Dic quòd ſic, ſi ſunt ex eadem matre, & excludunt fratres patris eorum: ſecus ſi ſunt ex diuerſis matribus ſiue concubinis, quia tunc non ſuccedunt ſibi inuicem, alijs cognatis patris exclusis & ſi legitimen-10 tur. l. hac parte. ff. vnde cognati. † Sed an ſpurius decedens abinteſtato, deferat hæreditatem conſanguineis & agnatis? Dic quòd non, quia conſanguinitas & agnatio non contrahitur cum ſpurio. l. ſi ſpurius. ff. vnde 11 cog. † & ideò ſi ſtatutum dicit quòd inter conſanguineos fiat compromiſſum non habet locum in ſpurio, ſecus ſi ſtatutum dicat quod fiat inter proximos, vt infrà titu. j. §. vulgo. vide Bald. in l. id quod pauperibus. C. de 12 epiſc. & cle. † Quæritur etiam, quamuis naturalis & ſpurius non ſuccedat patri, an poſsint ſuccedere fratri legitimo & naturali? Dic quòd ſic ex patris diſpoſitione, vt ſi pater eum ſubſtituit pupillariter filio ſuo text. eſt in l. ſi is. ff. de vulg. & pup. Iaſ. May. [Adde an appellatione agnatorum veniat ſpurij. vide per Ioan. An. in c. ſtatutum. de hære. libr. vj. in nouella. Bald. in repe. c. ſi patri. de teſt. eod. lib. Petr. de Ancha. conſi. clxxij. incip. apud me iſta q. Ange. conſi. ccla. incip. ſuper puncto repræditcto. Pau. de Caſt. conſ. clxxxij. incip. in cauſa quæritur.]

c Siue non. † Quæritur an nepos legitimus ex filio naturali tantum. poſſit abinteſtato in vniuerſis ſuccedere auo non exiſtentibus legitimis? Dic quòd ſic, caſus eſt in l. fin. C. de natu. libe. Non poſſunt tamen in aliquo ſuccedere patri d. authen. licet. alle. in glo. Secus ſi ſit nepos etiam legitimus ex filio ſpurio ex damnato coitu, quia non ſuccedit auo etiam non extantibus legitimis, cum pater eius non facit ſtipitem, vt tenet Cyn. in d. l. fin. C. de natu. lib. Iaſ. May.

De ſucceſs. cognatorum. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà viſum eſt de ſucceſsione ſuorum & agnatorum, verum quia poſt illos vocantur cognati, ideò de illis tractaturus intitulauit de ſucceſsione cognatorum.

1 *Ius familiæ per agnatos conſeruatur.*
2 *Cognati hodie quantum ad ſucceſsionem pares ſunt cum agnatis, quod ſecus eſt iure antiquo.*
3 *Agnati ſuccedunt uſque ad decimum agnationis gradum, cognati uerò uſque ad quintum.*

POST SVOS. Hoc dicit. Poſt ſuos & agnatos ad hæreditatem inteſtatorum cognati vocantur. exceptis fratribus & ſororibus emancipatis, qui licet ius agnationis emancipatione perdiderint, ad hæreditatem tamen parentum vocantur vna cum fratribus in poteſtate retentis, cum diminutione tertiæ partis, & cæteris agnatis præferuntur. Not. primò, id quod ſæpenumero viſum eſt, quòd in ſucceſsione inteſtati prima cauſa eſt ſuorum illi poſtea ſuccedit cauſa cognatorum: 1 † Et ratio huius prælationis fundatur in fauore familiæ, cuius ius per agnatos, non autem per cognatos cõſeruatur. 2 l. j. in fin. ff. de ven. inſpi. † Hodie autem iure nouiſsimo hæc differentia prælationis eſt ſublata, quia pariter admittuntur cognati cum ipſis agnatis, quia ius nouiſsimum non conſiderauit nomen familiæ, ſed conſiderauit ipſam humanitatem & coniunctionem ſanguinis, in authen. de hæredi. quæ ab inteſta. deferun. §. j. Item not. quòd licet olim agnati præfererentur cognatis, fratres tamen vel ſorores emancipati vel emancipatæ. qui quæue, ius agnationis perdiderant emancipatione, ad hæreditatem tamen alterius fratris vel ſororis iure agnationis vocantur, alijs agnatis inferioris gradus poſtpoſitis. Item not. quod exiſtentes in adoptiua familia vocantur ad hæreditatem parentum naturalium per vnde cognati, quia ius agnationis habere non dicuntur. Item nec inter eos iſti vulgo concepti ſuccedunt per vnde agnati, cum nullum ius agnationis conſiſtat inter eos. item 3 not. in § hoc loco, † quod agnati ſuccedunt iure agnationis vſque ad decimum gradum, cognati verò vſque ad quintum. Ratio, quia fauorabilior eſt ſucceſsio quæ defertur a cognatis.[a]

ADDITIO.

a Cognatis. Sed illi qui ſunt in linea tranſuerſali, vt ſobrinus, & ſobrina qui ſunt in ſexto. & ex eis aſcendentes vſque ad vij. vt infrà tit. proxi. §. vj. & hoc propter frequentiam, ſuccedunt: Hodie autem ſublata eſt differentia agnatorum & cognatorum, & omnes pariter ſuccedunt ſalua gradus prærogatiua vſque ad decimum gradum, vt hic in glo. fi. Iaſ. May.

In fin. glo. ſextum. Prima ſol. communiter tenetur, quod ſit ſpeciale in bonis caſtrenſibus, vt per vnde cognati ſolum vſque ad quintum gradum ſuccedant. In fin. glo. fi. Hæc gl. communiter approbatur, vt amplietur ius inteſtatæ ſucceſsionis, Cui non ob. ea quæ habentur in c. non debet, extrà de conſan. & affin. quia ibi gradus reſtringũtur cauſa euitãdi peccata: & vt occaſio delinquẽdi tollatur. Dicatis vtibi.

COGNATIONIS SPIRITVALIS

ſtudioſiſsimis quibuſcunque, præſertim eccleſiaſticis, apta & vtilis materia.

NOTA pro ampliori & faciliori intelligentia huius materiæ & cognatio ſpiritualis quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit poſt contractum, oritur ex datione duorum ſacramentorum duntaxat: quæ ſunt baptiſmus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione ſeu miniſtratione patet in c. fin. de cog. ſpi. libr. vj. Ratio eſt, quia in baptiſmo renaſcimur: & chriſmatio frontis ipſum confirmat: quod non eſt in alijs ſacramentis. Ioan. And. in d. c. fin.

Nota vlterius quòd ex hac cognatione. xx. ſunt caſus prohibiti, ſcilicet x. ratione baptiſmi & x. ratione cõfirmationis. Ratione enim baptiſmi. contrahitur cognatio ſpiritualis impediens & dirimens, vt dictum.

Primo inter has perſonas.

Baptizatum & baptizantem.
Baptizatum, & vxorem baptizantis prius cognitam.
Baptizatum & filios baptizantis.
Parentes baptizati & baptizantem.
Parentes baptizati & vxorẽ baptizantis prius cognitã.

Secundo inter has perſonas: uidelicet inter.

Baptizatum & ſuſcipientem.
Baptizatum & vxorem ſuſcipientis prius cognitam.
Baptizatum & filios ſuſcipientis.
Parentes baptizati & ſuſcipientem.
Parentes baptizati & vxorem ſuſcipientis prius cognitam.


Ecce decem caſus prohibiti ratione baptiſmi.

Totidem in confirmatione reperies: in qua ſunt confirmatus confirmans, & tenens ante confirmantem. qui ſcilicet ponit faſciolam ſuprà frontem poſt confirmationem epiſcopalem. De hoc vide textum cum gl. in c. j. eo. de cognatione ſpirituali. li. vj. iſta clariſsimẽ referãtur p carmina ſequẽtia.

Spiritualis ab his cognatio fit ſacramentis.
Quæ ſunt baptiſmus: ac confirmatio frontis.
Perſonaſque decem connectit quodlibet horum.
Baptizans: huius vxor. ſi cognita primo:
Ac eius nati ſunt abluto ſociati:
Cum conſorte thori, baptizans, atque parentes.
Fonte ſacro loti, ſunt tali fune ligati.
Baptizans, & ſuſcipiens hic æquiparentur.
In confirmatio totidem reperire licebit.

HÆC NOTA DILIGENTER, *quia ſingularia ſunt, & plurimum utilia, nec eſt plures caſus reperire, qui matrimonium dirimant.*

QVAERITVR ad propoſitum materiæ præſentis de queſtione quotidiana & apud vulgares ſatis dubia. Pone quòd duo vel plures tenent aliquem in baptiſmo: nunquid iſti inter ſe efficiuntur compatres: Innocentius (& bene) dicit quòd non. Vnde



De gradibus cognatorum. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est sicuti agnati succedunt vsque ad decimum gradum, cognati autem vsque ad sextum: verum quia dubitari solet qualiter fienda sit dinumeratio gradum, ideo meritò intitulatum fuit de gradibus.

1. *Cognationis linea triplex est.*
2. *Pater pro filio, & auus pro nepote an possint dicere testimonium.*
3. *Collaterales pro alijs collateralibus an possint esse testes.*
4. *Frater an, & quando ad legitima testimonia pro fratre admittatur.*
5. *Consobrini qui sint.*
6. *Positis quibusdam exemplis sufficit subijci regulam generalem.*
7. *Exempla non restringunt regulam.*
8. *Res oculis subiecta facilius deprehenditur.*
9. *Graduum computatio quomodo fiat, ex statuto quod cognati excludantur extantibus agnatis usque ad tertium gradum.*
10. *Differentia nulla est inter ius canonicum & ciuile, quo ad lineam ascendentem.*
11. *Differentia duplex est inter ius canonicum & ciuile in linea transuersali.*
12. *Hereditates & tutelæ usque ad quem gradum deferantur.*
13. *Matrimonium usque ad quem gradum prohibetur.*
14. *Matrimonium usque ad quem affinitatis gradum prohibetur.*
15. *Testes consanguinei admittuntur an probandam consanguinitatem.*
16. *Consanguinitas per quasi possessionem probatur.*
17. *Affinitas an per commistionem illicitam causetur.*
18. *Affinitas ut contrahatur, requiritur concursus utriusque seminis.*
19. *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per carnalem copulam subsecutam.*
20. *Matrimonium an impediatur ratione cognitionis spiritualis.*
21. *Cognatio spiritualis an contrahatur ex concubinatu.*
22. *Vxor est eadem caro cum marito.*
23. *Declaratio uerborum quòd concubina & fornicator dicantur duo in carne una.*
24. *Papa usque ad quem gradum possit dispensare pro matrimonium contrahendo.*
25. *Papa an possit dispensare ut matrimonium semel contractum dissoluatur.*
26. *Papa contra constitutionem diuinam dispensare non potest.*
27. *Maritus & uxor an possint se separare.*

HOC LOCO. Cognationis triplex est linea: vna superior ascendens, alia inferior descendens, alia autem transuersalis: Prima & secunda linea habet primum gradum, sed transuersalis incipit à secundo. Et in dinumeratione gradum talis regula est tradita, vt vnaquęque persona adiecta vnum gradum efficiat. hoc dicit. Diuiditur in quinque. Nam in prima continuat. In secunda ponit triplicem lineam cognationis. In tertia declarat illam in nube. In quarta declarat specificè. In quinta se excusat & regulam tradit circa dinumerationem graduum. Secunda ibi, (quare.) Tertia ibi, (superior.) Quarta ibi, (primo gradu. Quinta ibi, (hactenus.) Not. a primo † triplicem esse lineam cognationis: vna ascendens, quæ superior appellatur: alia descendens, que inferior dicitur: alia ex trāsuerso, quæ collateralis appellatur.

ADDITIO.

Nota primo. † An an autem ascendentes, pro descendentibus in infinitum, puta pater pro filio. auus pro nepote, possint dicere testimonium? Dic quòd non, nisi in casibus notatis in lege, parentes. C. de testi. & ff. de testi. lege, in testamento. §. per contrarium. † Collaterales autem pro alijs collateralibus non coguntur inuiti esse testes, sed volentes bene possunt testificari capitu. licèt extrà. de testi. & capitu. postremo. de appel. & ideo quando ipsi deponunt, consilium est quod in eius dicto dicatur qualiter volentes testificati sunt, vt in authentic. presbyteros. C. de episcop. & cleric. † Adde tamen quod frater pro fratre ad alterius impugnationem repellitur vt domesticus, quando simul habitant. admittitur, si est causa ciuilis parua: secus si esset magna vel criminalis, quia in istis nedum ipse, sed nec vllus alius de linea trāsuersali admittitur. argumen. lege, ad petitionem. C. de adno. diuer. iudi. Si autem non testificatur ad alterius personæ impugnationem. sed solum ad fratris sui defensionem, puta ne puniatur de habili hæresi, tune admittitur eius testimonium, vt extrà de præsumpt. capitu. literas. Ex quo infertur quod frater inquisitus de homicidio potest producere fratrem in testem, quia hoc facit ad sui defensionem, quia tractat de damno euitando, princeps verò de odio. argumen. l. si quis vxori. de furtis. Ias. May. Producere fratrem. Adde quod ad probandum innocentiam & defensionem admittuntur fratres, domestici & minus idonei Spe. in titu. de inquisitio. §. primo versicu. sed nunquid Bald. & Saly. in d. l. parentes. C. de testi. Eundem Bald. in consi. ccccl xix. incip. tres sunt casus. in v. vol. Pau. de Cas. in consi. ccvij. inci. super primo. Floria. de S. Petro. in l. testis idoneus col. fi. nu. 6. ff. de testi. Io. de Platea supra de sta. §. in testib. col. fin. versi. item admittitur domesticus & ibi istum col. fi. versi. quid de fratre. & Marc. Anto. Baueri. col. pe. versi. limita & quod familiares. Ang. Are. in tract. maleficio. in glo. & dictus Titius se defendendo. col. iij. nu. 18. Io. de Ana. in consi. lis. inci. visa inquisitione. nu. 1. Alex. de Imo. in consi. v. inci. in casu inquisitionis. col. ij. vers. testes autem prædicti. in j. vol. in consi. cix. inci. visis & vt oportet consideratis. eo. vol. in in consi. xxiij. inci. animaduersis. colum. pen. nu. 37. in ij. vol. in consi. ccxij. inci. visis & discussis scripturis col. fin. in eo. vol. & in consi. cxix. incip. viso processu inquisitionis. col. ij. versic. nec obstat si diceretur. in vij. col Bart. Cæpol. in consi. lv. causarum criminali. incip. in l. serum. in prin. Ant. Rosel. in consi. xlvj. inter prædicta consilia Cæpo. inci. quidā D. Zacharias. col. ij. versi. & licet gl. Pari de Puteo tract. Syndica. in §. Torturalo uij. in versi. sequitur quæstio. versi. & addas notum singulare. Fely. in c. cum oporteat in v. no. extrà de accusa. Ias. in l. vt vim. col. j. ff. de iusti. & iure vbi philip. Deci. col. vj. versi. nam iura fauent, & ibi quoque Clau. de Seysel. in j. lectura. col. ix. versi. confirmantur etiā prædicta & in repe. eo. xxiij. ver. vj. & vlt mo limita. Iaso. in l. sed & si quis. in prin. in vltimis verbis ff. si quis cautio. Eandem Phili. Deci in quatenus. ff. de reg. iur. & in l. & nihil. ver. propter innocentiam. eo. t. t. & in l. si is apud quē. col. x. ver in eadē gl. C. de edendo. & in l. si is qui cul. pen. ver. & in probādo innocentiā. C. qui test. fac. pos. in c. es par. el ij. col. pe. ver. xiij. fallit. de of. de leg. & in c. quoniā contra falsam. col. j. ver. iij. no. de proba. Io. Crot. in tract. de testi. nu. 28. cum seq. versi. iuj. fallit. Hyppoly. de Marsi. in l. j. §. ad q. col. iiij. ver. vlti. § ounc. ff. de quæstio. & in §. si quis vltro. col. xiij. versi. & adde quod innocentia. in d. l. j. & in l. & in l. voius §. cogniturō. col. x. ver. item nedum ipse reus eo. o. & in sua pract. crimi. in versi. v. oportune. col. iiij. versi. item scias. quod ad probandā innocentiam. & in consi. lxviij. inci. visa accusatione iniuriarū. nu. 18. & 19. in singulari lix. incip. innocentibus. Io. de Arno. in sing. xxv. inci. etiam præcedentibus. & sing. xl. inci. quod nunc dicam. And. Alciat. in tracta. præsumptio. reg. j. præsumptio. xxuj. rho. Gramma. in consi. xij. causa. crimina. incip. in causa istorum fratrum de Castiglinno. nu. 19. & 20. & in eius decisio. xxxiij. inci. in præsenti decisi. nu. 14. Pau. de Grillā. intra de relaxatio. carcerato. q. iij. Excellentissimum D. Hiero. Gigantem in tract. criminis læsæ maiest. in tit. quomodo & per quos cri. læsæ maiest. probetur & præclarū D. Pet. Folle. in pract. crimi. in ij. par. ij. par. ver. itē quod sororem venenauit. nu. 17. & in versic. recipiantur defensiones, & insignem D. Iaco. Nouel. iu sua pract. eiusdem materiæ in tit. de testi. no. 48. & in suo tracta. defensio. reo. nu. 20. car. 65. Ioan. Bapti. Zilettus Venetus.

Secundò not. quod linea ascendens & descendens incipit à primo gradu, transuersalis autem incipit à secundo, quia non habet primum. Rationem dicam in gl. Item no. quod pater & mater a sunt in primo gradu lineæ ascendentium. Filius & filia in primo descendentium: auus & auia in secundo, similiter nepos & neptis in secundo, frater & soror in secundo lineæ transuersalis. proauus proauia in tertio, quo ad amitam, patruum, auunculum vel materteram. Filij duorum fratrum vel sororum, vel fratris & sororis, sunt in quarto inter se, licet sint in tertio quo ad amitam, patruum vel auūculum: & sic de singulis. Item not. qui dicantur consanguinei. Item not. † quod consobrini b appellantur filij duarum sororum: patrueles autem fratres appellantur filij duorum fratrum: filius sororis & filia fratris appellantur consobrini & amitini. Item not. quod † positis aliquibus exemplis sufficit subijci regulam generalem. & concor. l. si seruus seruum. §. inquit. ff. ad leg. aquili. Ex quo colligitis, † quòd exempla non restringunt regulam. c concor. l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de dam. infect. l. scite oportet. §. fina. ff. de excusa. tuto. lege, fina. de iur. & fac. ignor. Item notæ, regulam quod de iure ciuili vnaqueque persona adiecta habet nouum gradum generare. Item nota, † quòd res oculis subiecta facilius deprehenditur, quàm immissa per aures. glos. alleg. versus Horatij. facit illud vulgatissimum, Certior aure arbiter est oculus. In fi. gl. in verbo, secundò. De hoc dicite vt statim dicam in declaratione materiæ.

ADDITIONES.

a Pater & mater. Adde Doct. in c. non debet. de consan. & affi.

b Consobrini. Adde quod si aliquis acceperit consobrinam suā in vxorem demum secuta est dispēsatio Papæ an filij interim concepti sint legitimi vel non. vide per Cyn. qui dicit super hoc consuluisse in l. si contra. C. de nupt. & per Odofre. in l. qui contra C. de incestis nup.

c Exempla non restringūt regulam. Adde gl. in c j. ne cler. vel mona. Card. Zab. in c. ecclesia. in fin ij. op. de electio.

In fi. glo. in verbo, hactenus. a pro declaratione iuris canonici & ciuilis, & etiam intelligentiam huius materiæ, & eorum quæ pertinent ad illam, quedam videnda sunt primò, est videndum quali er fiat dinumeratio graduum de iure ciuili & de iure canonico, secundum diuersitatem rationem vtriusque iuris. Item & secundò vsque ad quem gradum deferantur hæreditates & tutelæ. Item vsque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quarto, vsque in quo gradu b possit dispensare Papa quædam. Et quintò circa materiam examinabuntur per conclusiones. Circa primum dicite, quòd † quo ad lineam ascendentem nulla est differentia inter ius ciuile & ius canonicum: vtroque enim iure pater & mater sunt in primo gradu ascendentium, & similiter filius & filia descendentium, & sic suprà & infrà in infinitum, quia dinumeratione graduum lineæ ascendentium & descendentium, vtrunque ius habuit respectum ad stipitem, id est, ad communem parentem, vt hic cum glo. xxxv. quæst. secunda capitu. ad sedem. † In linea c transuersali inter ius ciuile & ius canonicum duplex est differentia. Prima, quia iure ciuili frater & soror sunt in secundo gradu, iure canonico sunt in primo. Ratio differentiæ sumitur ex regula iuris ciuilis quæ dicit, vnamquamque personam adiectam nouum gradum generare, vt hic in versicu. hactenus. Vnde cum ego sum in primo gradu patri meo, si nascatur mihi frater vel soror, ex generatione huius personæ causatur nouus gradus, & consequenter appellatur in secundo. Sed iure canonico ideo appellatur in primo, quia ius canonicum non considerauit dinumerationem graduum in linea transuersali habito respectu ad stipitem, idest, communem parentem: sed considerauit quod duo fratres, duæ sorores tribuunt initium lineæ transuersali, ideo in primo gradu illius lineæ illos constituit. Secunda differentia, est quia iure ciuili regula traditur quod in linea transuersali sola persona adiecta facit nouum gradum, vt hic iure autem canonico pro regula traditur, vt ad causandum nouum gradum duæ personæ requirantur dicto capitulo ad sedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicum dinumerat gradus ex ratione copulæ matrimonialis: vnde cum ad causandam copulam matrimonialem requiratur concursus duarum personarum, ita ad causandum gradum quo ad eam: sed ius ciuile dinumerauit gradus quo ad hæreditates & tutelas, vt cum tutela & hæreditas deferatur de vna persona in

aliam

illam, nimirum si vnaquęque persona generat nouum gradum. Ista fuit ratio posita in dicto cap. ad sedem. Quo igitur ad inhibendam vel permittendam copulam matrimonialem dinumerabuntur gradus secundum ius canonicum: quo autem ad tutelas & hæreditates deferendas connumerabuntur secundum ius ciuile. 12 † Circa secundum dicite, quòd vsque ad primum gradum deferuntur hæreditates & tutelæ, vidistis suprà titul. j. §. fi. cum sua gloss. & supra de legi. iu. & in tex. & in gloss. 13 † Circa tertium dicite, quòd olim erat prohibita copula matrimonialis vsque ad septimum gradum agnationis vel cognationis inclusiuè: hodie autem est prohibita vsque ad quartum gradum inclusiuè, dinumeratione facta secundum ius canonicum. c. non debet extra de consan. & affi.

ADDITIONES.

a Hactenus. No. primò ex gloss. in verbo hactenus. † quòd computatio graduum quæ fit de iure ciuili, seruatur vbi tractatur de successione habenda. sed illa quæ fit secundum iura canonica, procedit vbi tractatur de matrimonio celebrando. Vnde si statutum dicat, quòd cognati excludantur extantibus agnatis vsque ad tertium gradum, quia tractatur de successione debet fieri computatio de iure ciuili. Ias. May.

b Quo gradu possit. Vsque in quo gradu. Adde Doc. in c. non debet. de consang. & affi.

c In linea. De iure autem canonico isti fratres essent in primo gradu. Et est ratio, quia ius ciuile habet respectum ad cespitem, id est, ad communem parentem. sed ius canonicum facit saltum de vno fratre ad aliũ, nec habet respectum ad cespitem, vt infrà in glos. & dixi in §. inter eas. suprà de nupt. Et aduerte, quod de iure ciuili in computatione graduum stipes ipse connumeratur. text. est in l. Iurisconsultus. §. sunt ex lateribus in versicu. idem faciendum. ff. eodem. Secus est de iure canonico. Et aduerte, quia ex transuersalibus puto, quòd ideo non sit primus gradus de iure ciuili, quidquid dicit gloss. hic, quia licet de iure ciuili quælibet persona faciat gradum, tamen in transuersalibus vna persona non potest facere gradum primum: quia vbi non est nisi vna persona, non dicitur transuersalia: ergo necessariò sunt duo. & duo faciunt duos gradus. Ias. May.

Sed hic dubitatur: pone quod vnus sit in quinto gradu trãsuersalium, alius sit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existentem in quarto gradu, illa impeditur: si inspiciamus personam existentem in quinto gradu, permittitur. Dicite quod copula est permittenda: quia quoto gradu remotior distat à stipite, eodem gradu distat à quolibet descendente capitu. final. extra de consang. & affinit. Illud tamen est palam quòd inter ascendentes & descendentes est prohibita copula matrimonialis in infinitum. vnde si Adam viueret vxorem habere non posset. §. inter eas. & ibi glo. suprà 14 de nupt. † Sed quod de gradu a affinitatis? Dicite, quod olim a tatione affinitatis esset prohibita vsque ad tertium gradum, vt aliquid dixere. veritas tamen est, quòd solum prohibetur quo ad gradum primum, vt not. glos. in c. non debet. extrà de consan. & affi.

ADDITIO.

a Sed quid de gradu affinitatis. Item not. † quod ad probandam 15 consanguinitatem & affinitatem admittuntur testes consanguinei qui melius sciant genealogiam, & etiam possunt deponere de auditu ma-16 iorum suorum. c. licet de testibus. xxxv. q. ij c. j. † Et probatur aliquos fuisse consanguineos per quasi possessionem, qui reputabantur sic, vt in c. per tuas. extrà de proba. Possessionis tamen continuatio non habet locum in beneficijs, vt no. Inno. in d. c. per tuas. Ias. May.

17 † Sed nunquid per coniunctionem illicitam causatur affinib tas b? In hoc articulo non parcam in totum verecundiæ. Archi. xxxv. q. iij. c. extraordinaria. dixit per hanc dissolui matrimonium, & in hoc benè, sed non causari affinitatem, propterea quia affinitas est regularitas personarum ex nuptijs descendentium. l. non facile. §. affines. ff. de gradi. vbi ergo non sunt nuptiæ, ibi non causatur affinitas. Sed glos. tenuit contrarium in §. affinitatis. suprà de nup. quæ communiter comprobatur, per cap. tuæ. & per cap. concordare. extrà de eo qui cogno. consan. vxo. suæ. c. discretionem. extrà de consan. & affi. Stat igitur conclusio, quòd per illicitam coniunctionem contrahitur affinitas. Sed quid si quis non intrauit claustra vuluæ, in circuitu tamen palpitauit, vel seras reserauit, sed opus non expleuit, an contrahatur affinitas? Glos. in d. c. extraordinaria. dicit quod non. 18 Item dicit illud quod non dico. † Dixit Innocent. quod ad causandam affinitatem requiritur concursus vtriusque seminis: sed tamen causa euitandi peccata, ius canonicum & sancta mater ecclesia in dubio præsumunt ex copula concursum vtriusque sanguinis & maris & fœminæ interuenisse. c. iuuenis. extrà de 19 sponsa. † Addite prædictis, quòd si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorem, postmodum habeat copulam cum ea, sine alijs verbis intelligitur validum matrimonium extunc contractum nec cum alia contrahere posset, sed matrimonium postea contractum esset dissoluendum. c. is qui fidem. extrà. de sponsa.

ADDITIO.

a Affinitas. Adde Host. & Abba. in c. fraternitati. de eo qui co. consan. vxo. suæ. Archi. in. Mo. Io. And. & Docto. in c. j. de spon. lib. vj. Car. Zab. & Card. Alexan. super rubrica affinitatis. Car. Alex. in c. de illo. de eo qui co. consan. vxo. suæ. Car. Zab. in c. iuuenis. in ij. col. de spon.

20 Subsequenter quæritur, † an ratione cognationis spiritualis matrimonium impediatur. circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem & cõmatrem impeditur matrimonium, ac etiam inter patrem spiritualem & filiam susceptam ex sacro fonte: & hoc, siue illa cognatio spiritualis fuerit causata per sanctum baptisma, siue per sanctum chrisma. xxx. quæstione quinta. capitu. si quis vnus. Addite prædictis quod si maritus & vxor tenuerit aliquem vel aliquam ad baptisma, a vel chrisma, quilibet eorum a efficitur compater vel commater. d. c. si quis vnus. & hoc verum quando tempore cognationis contractæ cõstabat inter eos matrimonium. secus si ex post facto fuerit contractum. c. Martinus Bertam. extrà. de cogna. spiri. cum sua glo. E contra autem si tenueris ad sacrum chrisma vel sanctum baptisma filium vel filiam meam ex alia muliere quàm vxore, no efficitur tibi cõmater. c. qui spiritualem. xxx. quæstio. v. Ratio, quia in contrahenda cognatione spirituali maritus & vxor copulant sibi actum, & non passiones: quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere, quia sunt 21 duo in carne vna. d. c. si quis vnus. in fin. † Sed quid si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptisma an concubina efficiatur commater? Videretur quod sic. Nam ideo vxor hoc casu ef-22 ficitur commater, † quia est eadem caro cum marito. d. c. si quis vnus. Alij ibi tenuerunt contrarium, quorum sententia magis placet, quia absurde dictum videretur quod spiritualitas super improbata, causaretur ex vtraque scriptura & hominum opin. 23 † Non obstan. quod concubina & fornicator dicantur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, id est, duo conuenientes in eodem opere carnali: & ita exponit glos. in d. c. in eo. Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam quæ fuit tibi commater ante matrimonium? Dicite quod sic capi. post vxoris obitum. xxx. quæstio. iij. Sed quid de filijs duorum compatrum, an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite quod sic, siue nati fuerint ante compaternitatem, siue post dummodo matrimonium non contrahatur cum eo vel cum ea, per quorum alterum deuentum fuit ad compaternitatem. c. j. c. su-24 per eo. de cogna. spiri. Sequitur videre † vsque ad quem gradum possit Papa dispensare? Dicite breuiter, quòd in gradu ascendentium & descendentium non posset Papa dispensare vt copula matrimonialis contrahatur. Non posset enim Papa dispensare quod filia patri copularetur. Item in linea transuersali in gradu primo non posset Papa dispensare quòd frater sorori nubat. Item nec in gradu secundo, linea existente inæqualiter. Vnde non posset dispensare quod neptis patruo nuberet vel auunculo. In linea vero transuersali benè posset dispensare vt consanguinea consanguineo copularetur, ita communiter concluditur in literas. extra. de resti. spo. facit. c. gaudemus. extra. de 25 diuor. † Sed an Papa possit dispensare vt matrimonium semel contractum dissoluatur? Dicite breuiter, aut fuit per copulam carnalem consummatum, aut non. Priore casu non potest posteriore autẽ sic: quia primo casu effecti fuere duo in carne vna, secundo vero non. Item quia matrimonium consummatũ sa-26 pit naturam ex constitutione diuina. † contra quàm papa non potest dispensare. c. proposuit. extrà. de concess. & præben. sed matrimoniũ non consummatum sapit naturam ex cõstitutione ecclesiæ, contrà quam Papa benè potest dispensare, ista est glo. 27 ordi. in c. ex publico. extrà de cõuer. coniu. † Sed nunquid maritus & vxor possint se separare? Dicite, aut copula non est subsecuta, & tunc quilibet eorum altero inuito potest separare matrimonium per ingressum religionis: secus si copula fuerit subsequuta: nisi vterque concordauerit, & vterque pariter intra-

uerit religionem, vel alter qui remanet in seculo sit talis conditionis & qualitatis, quòd nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eum: vt quia sit ætate confectus.c. quidam.c. verum.c. vxoratus.c.cum sis præditus.extrà.de conuer.coniu.

ADDITIO.

a Quilibet eorum. Adde glos. in verbo cum quo. in c. Martinus.de cogn.spirituali.

De seruili cognatione. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de cognatione & successione cognatorum, verum quia naturali iure inspecto inter seruos cadit cognatio, & dubitari posset an inter eos esset successio & ideo de seruili cognatione meritissimè intitulauit. Nec obst. quod inter illum titulum de successione cognatorum, & istum, sit titulus intermedius, de gradibus: quia ex quo pertinet ad materiam horum titulorum, continuatio non vitiatur.l.duos reos.§.fi.ff.de duo.re.

1 *Par in gradu aliquando, parem, in successione excludit.*
2 *Regula quòd qui proximior est in gradu, prior sit in successione, quandoque fallit ut hic.*
3 *In successione prima causa est descendentium.*
4 *Hodie non existentibus liberis, succedunt ascendentes, salua gradus prærogatiua.*
5 *Frater & soror an pariter admittantur cum patre & matre.*
6 *Agnationis & cognationis differentia hodie est sublata.*

ILLVD AVTEM. Diuiditur in quinque. Nam in prima refert statutum iuris antiqui. In secunda refert statutum iuris noui. In tertia elicit conclusionem ex dictis à principio tertij libri vsque nunc. In quarta ponit regulã. In quinta exceptionem. Secunda ibi, (nostra.) Tertia ibi, (repertis.) Qarta ibi, (toties.) Quinta ibi, (exceptis.) Hoc dicit. Filij liberti vel libertæ, etiam in seruitute concepti vel conceptæ, parentibus succedunt, excluso patrono, & inter eos est mutua successio. Nota primò summarium. Secundò not. a in versi. repertis. a † aliquando euenire vt qui est par in gradu, 1 alium parem excludat à successione: vnde filius excludit auum à successione paterna, & hoc hodie non est immutatum authẽ. defuncto.C.ad Tertulia. Item colligitis euenire aliquando, vt proximior gradu ab vlteriore excludatur: vnde cognatus proximior ab agnato remotiore excluditur, & hoc hodie est innouatum, quia ita succedunt cognati sicut agnati.in authen.de hære.quæ ab intestato defer.§.j.

ADDITIO.

a Repertis. No.ex §.repertis. † quòd licet sit regula quòd qui pro-2 ximior est in gradu, prior sit in successione vt videmus in §.si plures. suprà de legitima agnatorum successione. fallit tamen quandoque, scilicet quando quis est remotior in gradu, sed potior in successione, vt patet in liberis, qui quantumcunque sint in longissimo gradu, excludunt agnatos & cognatos proximioris gradus: & etiam excludunt filij eorum auum ab hæreditate patris sui, quantumcunque pater idémque auus sit in primo gradu respectu filij eiusdemq; patris ipsius nepo-3 tis: † quia in successione prima causa est descendentium, auth.in successione C de suis & leg.hære. Hodie verò agnati non excludunt cognatos anterioris gradus, quia sublata est differentia agnatorum & cognatorum.in authen.de hære.quæ abinte.defer. & vidimus in §.de suc-4 cogna. † Et similiter hodie non existentibus liberis succedunt ascendentes, salua gradus prærogatiua.authen.cessante.C.de leg.hære.Cum ascendentibus vocantur aliqui collaterales.authen.defuncto ad Tertullianum.& hic in glo.fin.Iason Mayn.

Item not. quòd toties par in gradu admittitur pariter, vel proximior vlteriorem excludit, quoties non existunt descendentes & hoc verum iure nouissimo. Item hoc verum quando non extant agnati & hoc immutatum est siue correctum.

Finaliter nota, quòd illa regula fallebat in fratre vel sorore emancipatis, qui licet ius agnationis perdidissent, cæteros tamẽ agnatos in gradu vlteriori excludebant: sed hodie hæc fallentia appellatur regula, non fallentia, vt suprà dixi. In glo. pertinere.ibi.l. penul. Et est ratio illorum casuum, ne ex re tradita & vendita defuncti præiudicium libertati deferatur. In fin. Non obstan.hoc, quia licet in veritate inspecta, esset seruus, fictione tamen iuris liber moritur, vt ibi habetur. In fin. glos.in versic. alterius. De hoc dicite vt dicam in dicto.§.si autem, vbi traditur propria materia. In glo.toties.ibi, hæreditas. Hæc opin.communiter tenetur hîc, & in authenti. defuncto. C. ad Tertulia.
5 Sed diceret aliquis † nonne frater & soror admittuntur pariter cum patre & matre? Certe sic, sed pater & mater excludunt auum, ergo frater & soror illos excludent lege, de accessionibus.ff.de diuer.& tempo.præscrip. Solut. Dicite quod frater & soror sunt æquales patri & matri illis existentibus, illis autem deficientibus, æqualitas causata in patre & matre trãsit in auum & auiam, & pariter admittuntur. Cætera dicite vt in dicta au-6 thenti.defuncto. In fin. glos. dicite, quòd † hodie est sublata differentia agnationis cognationis, vt in d.§.j.in authen.de hære.quæ ab intesta.defer.

De successione libertorum. Rubi

Continuatur ad præcedẽtes hoc ordine. Suprà visum est de successione ingenuorum. verum quia in bonis libertorum est dare successionem: ideo meritissimè intitulatum est de successione libertorum.

1 *Patronus quomodo liberto succedat.*
2 *Paupertas potius prodest quàm obsit.*
3 *Præteritio ascendẽtium ex linea materna habetur pro exhæredatione.*
4 *Statuto disponente quòd extantibus liberis masculis, filia non succedat, extantibus masculis iuste exhæredatis filia succedit.*
5 *Legitimatio de filio naturali & spurio facta, non citatis his qui sunt ab intestato successuri, non ualet.*
6 *Legitimatus quo ad dignitates, non intelligitur legitimatus quo ad iura succedendi.*
7 *Legitimatus à Principe seculari non intelligitur legitimatus quo ad ordines suscipiẽdos. Legitimatus à Papa sic, tam in spiritualibus quam temporalibus.*
8 *Hæredes liberti an possint conuenire patronum sine uenia.*
9 *Quod reuerentia debeatur patrono est fauor ex parte patroni.*
10 *Statutum quòd filie non succedant extantibus masculis, est fauorabile ex parte filiorum, odiosum uerò ex parte filiarum & ad nepotes earum non extenditur.*

NVNC. Diuiditur in quinque. Nam in prima refert ius legis.xij.tabularum. In secunda ius prætorium. In tertia refert ius legis Papiæ. In quarta refert constitutionem suam. In quinta tollit libertinos, dedititios, & latinos. Secunda ibi, (qua de causa.) Tertia ibi, (postea l.Papia.) Quarta ibi, (sed nostra.) Quinta ibi, (sed hæc de 1 his.) Hoc dicit. † Lege duodecim tabula. a licebat liberto in testamento impunè præterire patronum: ab intestato verò patronus liberto succedit, filijs legitimis & naturalibus suis, vel etiam legitimis tantum non extantibus. Iure verò prætorio & ex testamento & ab intestato ad dimidiam partem vocabantur, nisi extarent filij legitimi & naturales. Lege autem Papia si libertus fuerat maior centenario, & duos aut vnum haberet filium, patronus ei in virilem succedebat. Si verò tres aut plures, nequaquam. Constitutione autem noua, si libertus fuerit minor centenario, ex testamento patronus ei non succedit, ab intestato verò liberis non extantibus in totum succedit. Si verò fuerit maior centenario, ab intestato omnis hæreditas ad patronum defertur, ex testamento verò tertia defertur si nullos habuerit liberos, vel habuerit sed exhæredauerit vel præterierit, vt superior ex linea materna, ita quòd illis querelæ locus non relinquatur. Et liberti dedititij & Latini hodie sunt sublati. hoc dicit.

ADDITIO.

a Lege xij.tab. Iure ergo legis xij. tab. libertus nullos habens liberos, poterat testando in totum excludere patronum: sed de iure prætorio tenetur sibi relinquere dimidiam. alias patronus rumpit testamentum pro dimidia. Item l.xij. tab. adoptiuus filius abintestato excludebat patronum, sed iure præto. secus Ias.May.

Not. primò, summarium. Secundò not. quod glos. colligit 2 † quod paupertas habebit potius prodesse quàm abesse: sed à

tali

ſ illi prodeſſe libera nos domine.ᵃ dixi ſuprà ex quib. cauſ. non poſ. & de materia paupertatis ᵇ dicatis vt ibi. Item not. quod † præteritio aſcendentium ex linea materna habetur pro exhæredatione,ᶜ dixi in §. mater. ſuprà de exhære. ideo non repeto.

ADDITIONES.

a Domine. Adde Ange. in l. j. in fi. C. de ope. liber.

b Paupertatis. Quis dicatur pauper & quomodo hoc probetur. vide Bello. conſi. xvj. nu. 5. cum ſeq.

c Exhæredatione. Item patet hic quod paria ſunt non eſſe liberos, vel eſſe, & eſſe iuſtè exhæredatos: vt ſi ſubeſt iuſta cauſa præteritionis matris. † Quod facit ad ſtatutum, ſi ex eo diſponatur quod extantibus liberis maſculis filia fœmina non ſuccedat: quod ſi extant maſculi, ſed iuſtè exhæredati, cum pro mortuis reputantur filia fœmina ſuccedet, & teſtamentum rumpit, quòd tenuit Barto. in l. j. §. ſi pater. ff. de coniun. cū emanci. libe. † Ex quo infertur, quòd legitimatio facta de filio naturali & ſpurio, non citatis vel vocatis his qui ſunt abinteſtato ſucceſſuri, non valet. l. penul. ff. de natali. reſti. niſi legitimatio fieret in vita patris eo volente vel poſt, mortem ex patris diſpoſitione, de quo per Barto. in l. Gallus. ff. de libe. & poſthu. † Sed quid ſi Imperator legitimat aliquem quo ad dignitates, an intellegatur legitimatus quo ad iura ſuccedendi? Dic quod non. arg. l. librarius. ff. de iure aureorum anulorum. † Et adde quod legitimatus à principe ſeculari, non erit legitimatus quo ad ordines ſuſcipiendos: ſed legitimatus a Papa ſic, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus. Vide Innoc. in c. per venerabilem. extrà qui fil. ſint legi. & ibi Io. And. Iaſ. May. [A principe ſeculari legitimatus, & c. Adde An. de Roſellis & Ludo. de Sardis in ſuis tractatibus de legitimatione.]

Item not. quod patronus hodie ſuccedit liberto abinteſtato liberis non extantibus, in totum. ipſis autem extātibus excluditur: Ex teſtamento verò extantibus liberis ſimiliter excluditur: non extantibus autem, ad ſolam tertiam partem bonorum vocatur, ſi maior fuerit libertus centenario, id eſt, facultates maiores centum florenis habuerit: aliàs autem patronus in totum excludetur. Si verò hoc caſu libertus patrono minus tertia parte reliquerit, patronus teſtamentum non impugnat, ſed vſque ad ſupplementum tertiæ partis petit. Et per hunc text. d. Christophor. Caſtellio. d. Signorolus de Homodeis Mediolanen. do. Raph. Ful. dederunt alium intellectum, & antiqui gloſſatores, ad difficilem. l. omnimodo. C. de inoffic. teſta. in verbo, vel alio modo retractando. vt non intelligatur illa lex de liberis præteritis, qui dicunt teſtamentum nullum, ſed intelligatur de patronis præteritis à liberto: quia ita petunt ſupplementum vſque ad tertiam, ſicut liberti vſque ad legitimam, & teſtamentum non tenet. Et iſte fuit intellectus eorum de quibus ſuprà. Item not. quod patroni & cæteri deſcendentes ab eis, ſiue ex linea deſcendenti, ſiue ex linea tranſuerſali, ſuccedunt liberto vſque ad quintum gradum: quod intellexit gloſ. noſtra. & Doctor. communiter ſequuntur, vt tranſuerſales ipſius patroni ſuccedant vſque ad quintum gradum, deſcendentes autem ex patrono ſuccedant vſque in infinitum. Item not. quod liberti deditij & latini hodie ſunt ſublati. In gloſ. repleatur ibi lege, ſecunda. Et hoc verum indubitanter quando patronus conuenitur nomine proprio. Quid autem ſi conueniatur nomine alieno? Dicite vt in lege, ſed ſi hac. §. fina. ff. de in ius vo. & in lege, bonori. ff. de ob. præſt. An † autem hæredes liberti poſſint conuenire patronum ſine venia? Dicite quod ſic: ſed tamen nō poſſunt conuenire liberti libertos patronorum ſine venia: Ratio, † nam quod reuerentia debeatur fauor ex parte patroni, & ideo ad eius liberos extenditur, quòd autem libertus eſſe debeat, eſt odium, & ideo ad eius hæredes non extenditur, iſta fuit ratio glo. in dicta lege, ſed ſi hac lege. §. fina in lege ſecunda. C. de in ius voc. Quas gloſ. infert Bald. ad interpretationem ſtatutorum, vt ex parte perſonæ cui fauor tribuitur extendatur ſtatutum, ex parte autem perſonæ in cuius odium ſtatuitur, reſtringatur. † Et ideo ſi ſtatuto caueatur. quod extantibus filijs filiæ nō ſuccedant, ex parte filiorum quia ſtatutum eſt fauorabile, extendetur ad nepotes, ex parte autem filiarum quia eſt odioſum non extendetur ad nepotes earum. de quo in dicta lege, ſecunda & lege, maximum vitium. C. de lib. præt. & Barto. in lege, liberorum. de verbor. ſignificatio. & in lege, prima. ff. eod. tit. In fin. gloſ. colligitis, quæ ſint iura patronatus & qualiter ea tollantur. In fin. gloſ. in verbo, quintum. Hæc vltima eſt verior, vt hæc vltima quæ fit hic in litera ad quintum gradum, habeat locum in his qui veniunt ex linea tranſuerſali ipſi patrono: ſecus in his qui veniunt per lineam deſcendentium. Et ita tenetur communiter.

De aſsignatione libertorum. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà viſum eſt quemadmodum patroni & eorum liberi ſuccedant libertis, verum quia liberti interdum conſueuerunt aſſignari liberis patronorum, ideo de hac aſſignatione tractaturus intitulauit de aſſignatione libertorum.

1. *Aſsignatio liberti tollitur ſi ille cui eſt aſsignatus moritur ſine liberis.*
2. *Libertorum aſsignatio fit quibuſcunque uerbis, & in quacunque ultima uoluntate.*
3. *Contractus in ultimis uoluntatibus iniri poſſunt.*
4. *Aſsignatio pignorum pro pecunia mutuata etiam uerbo uel nutu fieri poteſt.*
5. *Filio emancipato poteſt aſsignari libertus.*
6. *Ius patronatus non tranſit ad hæredem extraneum eius cui aſsignatio facta eſt.*
7. *Ius patronatus tranſit in fiſcum publicatis bonis patroni.*
8. *Filij emphyteutæ an in emphyteuſi ſuccedant bonis emphyteutæ publicatis.*

IN SVMMA. Poteſt pater cui velit ex liberis aſſignare libertum, quibuſcunque verbis & in quacūque voluntate, quo ipſe ſolus iura patronatus cōſequatur. hoc dicit.ᵃ

ADDITIO.

a Hoc dicit. Vel ſic. Patronus habens duos vel tres liberos in poteſtate, poteſt vni eorum aſſignare libertum: per quam aſſignationem ille ſolus quo ad domini patronus reputabitur, & ſi ſine liberis decedat ille cui aſſignatio facta eſt, ius patronatus ad alios reuertetur. Emācipato autem aſſignari nō poteſt. imò ſi poteſt aſſignationem emancipetur euaneſcit aſſignatio, quæ poteſt fieri quibuſcunque verbis & etiā nutu. &c. b. d. Iaſ. May.

Nota primò, licere patrono habenti duos plures ſuæ liberos aſſignare vni ex eis libertum vel libertam. † Item nota, hæc aſſignatio tollitur, ſi ille cui eſt aſſignatus moriatur ſine liberis, vel emancipatus extiterit. Item no. quòd † quibuſcunque verbis & in quacunque vltima voluntate eſt licitum patrono aſſignare vni ex liberis libertum vel libertam. concord. lege, prima. §. aſſignare. ff. eodem. † Ex quo dicit not. gloſ. in lege, hæredes palam. §. fina. de teſtamen. quod in vltimis voluntatibus poſſunt iniri contractus,ᵃ quemadmodum & in illis libertus aſſignari.ᵇ

ADDITIONES.

a Contractus. Qui contractus poſsit fieri in vltima voluntate. vide Bello. conſil. lxj. nume. 8. qui ſubdit quòd tunc nihilominus iudicatur actus inter viuos.

b Aſſignari. No. vlti. ex iſto titu. de aſſignatione libertorum. † quòd ſi is cui mutuas pecuniam, promiſit tibi aſſignare infrà tantum temporis certa pignora quæ æquiualeant ſorti ſub certa pœna, quòd hæc aſſignatio pignorum potuit fieri non ſolum apportando pignora manualiter, ſed etiam verbo vel nutu, vt euitet pœnā: quæ quidem pœna dicitur adiecta in fraudem vſurarū. Si ille erāt ſolitus fœnerari. aliàs nō ſecundum Saly. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum. petat. & ibi gloſ. Iaſ. Mayn.

In fin. gloſ. in verbo, euaneſcere. Dicite quòd prima vera, † ſcilicet vt filio emancipato aſſignatio fieri poſſit, ac etiam filio in poteſtate, ſed eo emancipato tollatur: quia priore caſu pater eſt certus de conditione filij, quæ non poteſt immutari: poſteriore autem eſt incertus, quia eius conditio eſt mutabilis. Et ideo ea mutata intelligitur reuocare aſſignationem. arg. in l. cum quis. in l. ſi cum Cornelius. in fi. ff. de ſol.ᵃ

ADDITIO.

a ff. de ſolu. Not. † quòd ius patronatus non tranſit, ad hæredem extraneum eius cui aſſignatio facta eſt, ſed ſolum ad liberos eius. Et ſic patet quòd ille cui facta eſt aſſignatio, non poſſet alteri aſſignare, quia non tranſit ad extraneum. Et ſic videtur quòd non tranſeat ad fiſcum: quod eſt verum ſingulariter, ſed cum vniuerſitate omnibus bonis patroni publicatis, ſic, vt tenet gloſſ. in l. quædam. de acquirend. rerum domi. † Secus autem in iure patronatus quod tranſit in fiſcum publicatis bonis patroni, vt tenet gloſſ. notabilis in cle. paſto. de re iudic. † Idem in emphyteuſi, quæ cum tranſeat ad filios, vt quia quis eſt ſtipulatus ſibi & filiis ſuis, quo caſu filij licet non ſint hæredes patris ſuccedunt in emphyteuſim, vt not. Bartol. in l. iurenut. ff. de oper. liber. non tranſit tamen ad fiſcum, quia nec ad extraneum, vt not. Salyn. in

lege.prima C.de bonis lib. Ias.May. Ius patronatus ad hæredem non transit. Adde glo.in lege.si operarum.ff. de oper.lib. Bald. in l.in insulam.ff solut.matr mo. Anto.de But.in c.cum secuum. de iure patrona. Paul.de Leaza.in disputatione inci patronus.)

De bonorum possessionibus.[a] Rub.

ADDITIO.

a Possessionib. Vide laté de omnibus bonorũ possessionibus & earũ origine Bello. in tract.rub C. qui admitti. Adde Scripta per Clarissimum D.Hipolytum Riminaldum in d.rub.C.qui admitt i. Zilettus.

1 *Libelli uerba improprientur ut sustineantur.*

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de hæreditatibus quæ ex testamento & abintestato deferuntur iure ciuili, & partim iure prætorio: verum quia prætor interdum emendauit: interdum confirmauit ius ciuile in successione testati & intestati & intestati, dando bonorum possessionem ideo de his tractaturus intitulauit de bonorum possessione.[a]

ADDITIO.

a Possessione. Adde tamen, quòd licet hic bono. possessio. sit nomẽ iuris, quòd tamen possessio bonorum est facti, & est quando quis adipiscitur tenutam & possessionem corporalem bonorum: & hæc propriè non cadit in incorporalibus quæ quasi possidentur. l. si seruus. §. incorporales. ff. de acqui re.domi. licet procederet libellus in quo quis peteret se immitti in tenutam & corporalem possessionem iuris incorporalis, † quia verba libelli improprientur vt sustineantur. l. sed si possessori. & ibi not. de iureiuran. Similiter aliud est possidere, & aliud in possessionem esse. l. si quis ante. de acqui. poss. Ias. May.

1 *Bonorum possessio delata à prætore est iuris & non facti.*
2 *Posthumus alienus iure ciuili non poterat hæres institui. secus de iure prætorio. & nu. 6.*
3 *Partus portio uiscerum appellatur.*
4 *Partus habetur pro nato cum de eius commodo tractatur.*
5 *Posthumus est triplex.*
7 *Legatum factum illi qui desiit esse in rerum natura, pro non scripto habetur.*
8 *Bonorum possessio multiplex est & quibus competat. & quæ sint necessariæ.*
9 *Bonorum possessio contra tabulas an detur patri contra testamentum filij emancipati.*
10 *Prætor non potest quem ipso iure hæredem facere, sed facit bonorum possessorem.*
11 *Hereditas iure ciuili delata perpetuò peti potest.*
12 *Digniores altiore loco sedere debent, & qui dicantur digniores.*
13 *Ordinaria & extraordinaria est bonorum possessio.*
14 *Tempus bonorum possessionis tributæ parentibus durat anno: in cæteris autem personis non nisi centum diebus.*
15 *Ius accrescendi & successorium edictum in quibus bonorum possessionibus locum habent.*
16 *Bonorum possessionem agnoscere coram iudice sine solennitate hodie sufficit.*
17 *Bonorum possessio quæ sit iuris, & quæ sit facti.*
18 *Bonorum possessio quare sic appelletur.*
19 *Testamentum in quo filius est præteritus de iure prætorio ualet: sed uenit rumpendum per contra tabulas.*
20 *Dictio, ex, aliquando insinuat causam remotam, aliquando causam proximam.*
21 *Dies quando intelligantur continui, & quando utiles.*
22 *Tempus non currit non ualenti.*
23 *Bonorum possessio secundum tabulas an necessaria sit. Quid de bonorum possessione contra tabulas. nu. 24.*
25 *Bonorum possessio unde liberi, unde cognati, unde legitimi, an sint necessariæ. nu. 16 & 27.*
28 *Bonorum possessio unde uir & uxor an sit hodie necessaria.*

IUS BONORUM. Hoc dicit. Bonorum possessiones inuentæ sunt à prætore, partim causa emendandi, partim causa confirmandi ius ciuile. Qui vocantur iure prætorio non sunt statim hæredes, nisi prius agnita bonorum possessione. Et licet olim essent decem bono. possessione ordinariæ, hodie autem sunt solummodo sex, & vna extraordinaria: & bonor. possessio. quæ datur liberis vel parentibus durat anno, illa autem quæ datur cæteris durat spacio centum dierum vtilium, in quibus bonor. possessio. habet locum, & ius accrescendi, & edictum successorium, & sufficit illas peti coram iudice sine solennitate. hoc dicit. totus titulus. Nota, primo ius prætorium adinuenit bonorum possessione. causa emendandi[a] & confirmandi ius ciuile circa hæreditates deferendas.

ADDITIO.

a Emendandi. Declara vt hic in glo. in verbo emendandi, & not. ex ea differentiam inter emendare & supplere: quod not. propter statuta quæ debent propriè intelligi lege, prima. §. si is qui nauem. ff. de exerci. Ias. May.

1 Item no. in ver. ius, † quòd bonorum possessio à prætore delata appellatur iuris & non facti, a concor l. iij. §. bonorum. ff. † Item not. quòd olim de iure ciuili non poterat posthumus hæres alienus institui, sed iure prætorio fuit permissum, ac à iure ciuili postea subsequenti, Fuit ratio determinandi & iuris antiqui & iuris noui Iure enim antiquo ideo non poterat posthumus alienus hæres institui, quia institutio videbatur non posse fundari super non ente. ar. in l. j. §. j. ff. de eo qui pro tut. l. tutor petitus. §. Seu egressæ de tut. & cu. da. ab his. Faciunt quæ habentur in l. iij. de acqui. hære. Vnde cum partus nondum natus nõ dicatur adhuc editus, † imo antequam edatur portio viscerum appellatur. l. j. §. ex non scripto. ff. de ven. inspi. veluti super non ente fundari non poterat. Ratio autem determinandi iure nouo ea fuit quia licet nondum esset natus, † tamẽ ex quo de eius commodo tractatur, debet haberi pro iam nato. l. qui in vtero. ff. de stat. ho. l. quod dicitur. de verbo. signifi. Sed contra prædicta op. & imo videtur quòd iure ciuili antiquo potuisset hæres posthumus institui: vnde oppo. de l. placet. ff. de libe. & posthu Sol. Dicite quòd † triplex est posthumus.[c] quidam est posthumus suus, ex suo corpore natus, & iste etiam poterat ex iure ciuili, & antiquo hæres institui, ita loquitur. d. l. placet. & hoc in honorem ipsius sanguinis. ar. in l. j. §. largius. de suc. edi. Quidã est posthumus suus ex alieno corpore natus, prout est ille qui nascitur ex nutu & filio præmortuo: & iste licet iure antiquo ciuili non poterat hæres institui, ex prouisione tamen Galli rectè hæres instituitur. l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu. Quidam est posthumus alienus, ex alieno corpore natus, puta, instituo partum nasciturum ex tali, quam nec ante cognouerat, nec postea cognouit, & iste non poterat iure ciuili hæres institui, sed ex æquitate prætoris & iure ciuili subsequenti hæc talis institutio recepta fuit. ita loquitur hic: de hoc est glo. ord. in d. l. Gallus. de lib. & posthu.

ADDITIONES.

a Non facti. Differunt enim inter se bonorum possessio iuris & facti ex quo resultant maximi effectus Bellono. lib. iiij. supputa. c. xv. numero 5. & 6.

b Antiquo. † Addo inquantum dicitur iure antiquo. Sed aduerte, quia secundum hanc rationem sequeretur quòd etia posthumus suus non potuisset hæres institui iure antiquo: nisi dicas, prout etiam iste infra, in posthumo suo esse speciale propter coniunctionem sanguinis & suitatem. §. posthumi. suprà de hære quæ ab intesta. † Et facit, quia quemadmodum legatum factum illi qui desijt esse in rerum natura est pro non scripto l. vnica. §. & cum triplici. & §. in primo. C de cadu. tol. ita etiam videbatur non valere legatum aut institutio facta illi qui non est in rerum natura. Et dum dixi, propter coniunctionem sanguinis, facit, quia etiam si eum non instituisset, successisset, quia est suus, d. §. posthumi. quod non est in alieno Et ad supradictam rationem antiquorum bene facit. §. post mortem. instit. de lega. vbi non poterat legari post mortem, tanquam dispositio esset super non ente futura. §. post mortem institu. de inut. stip. Et eandem rationem sentit ille tu §. posthumi. supra de exhær lib. Mihi placet ratio iurisconsulti in lege, si quis posthumos. §. primo. ff. de liberis & posthumis. quæ est notabilis, videlicet, quia in alieno posthumo est suspitio, & turpis. eodem modo in posthumo nurus suæ non sic in suo & ex ventre vxoris suæ. Iaso. Mayn.

c Posthumus. De his posthumis vide Bellon. suprà de exhæredatio. libero. in euidentia §. posthumi.

Not. in verbo, aliquando ius prætorium interdum adinuenisse bonorũ possessiones causa non emendandi, nec repugnãdi, sed causa confirmandi ius ciuile. † Item not. quod hæredibus institutis competit[a] bono. pos. secundũ tab. de iure prætorio.

rio Liberis verò præteritis competit bono. poss. contra tabu.b Ab intestato verò liberis competit bono.possess.vnde liberi. Agnatis vero bono.posses.vnde legitimi. Cognatis bono. poss.vnde cognat. Viro in bonis vxoris & è contra, competit bono.posses.vnde vir & vxor. Aliæ quatuor bono.posses.quæ deferebantur vel patrono, vel extraneo manumissori, vel illa quæ appellabatur tanquam qui ex familia, vel illa quæ dabatur x.personis excluso manumissore, hodie penitus sunt reprobatæ, & sex solum confirmatæ.

ADDITIONES.

Competit. Adde quod illæ septem bonorum possessiones que tribuūt ius in proprietate conceduntur, cum causæ cognitione. sed sunt tres aliæ extraordinariæ, quæ non tribuunt ius in proprietate, sed in possessione tantum, & conceduntur sine causæ cognitione, quas tres enumerat glo. in verbo extraordinarium. Prima est Carboniana. per quam pupillus cui mouetur quæstio status & bonorum mittitur in possessionē bonorum ipsorum, iudicio reseruato in tempus pubertatis. l.j. in princ. de Carbo edi.c. & l.j C.eo. Secunda, quæ datur nomine ventris. l.j. §. de inspiciendo. ff. de ven. inspi. Tertia est quæ datur gratia litis agnoscēdæ, id est, querelæ intentandæ filio emācipato exhæredato, qui erat incognitus de iure ciuili, vnde ad querelam non admittebantur nisi prætor eum cognosceret & habilitaret ad intētandum querelam inofficiosi testamenti, & vt admissus non posset postea rupto testamento repudiare & testatorem intestatum facere. & creditores deludere, secūdum Saly. in l.ij. C. de inoffi. test. & per hanc honorum possessionem non aduocantur bona: vt est tex. in d.l.ij. & si ista non petitur, non trāsmittitur querela ad hæredem. vt ibi Nunquid hodie iste. vij. bono. posses. habeant locum? Dicit glo infrà eo §. si quod sic, ex quo non reperiuntur correctæ, & potest quis eis vti si vult. Sed an hodie sint necessariæ sicut olim? Dic vt per glo. & Bar. in l. certum C. vnde legi. scilicet quod bono. poss. secundum tab. est necessaria in multis casibus. Primò, quando posthumus rumpit testamentum sua natiuitate, & moritur viuo testatore. l. posthumus ff. de iniu. test. Secundò, quando testator cuius capitis diminutione testamentum fuit irritum, reperitur sui iuris tempore mortis supra quī mo testa infir. §. non tamen. ex noua tamen voluntate codicillis declarata. l. qui liberis. §. testamento. ff de bo. pos. secundum tabu. Tertius est in filio sub conditione instituto, qui pendente conditione potest petere secundum tab l.ij. §. si sub conditione. ff. de secun. tab. Quartus casus, quando filius iam natus præteritus approbat testamentum, vel moritur viuo testatore, quia validatur iure prætorio. l. filio præterito. ff de iniu testa. Quintus casus est, vbi propter fauorem instituti non potest hæreditas adiri de iure ciuili vt tribuit ius, tunc potest peti bono. posses. l. cum hæres. ff ad Trebel. Sextus est casus, quando conditio turpis impossibilis in testamento adiecta est quæ à prætore reijcitur. l. reprehendenda. C. de inst. & subst. Septimus casus, quando præteritus tacet anno vult, quo casu scriptus hæres habet secūdum tab. l. si impuberes. §. fi. ff. de Car. edi. Et est effectus, quia institutus qui petit secundum tab. potest interim agere contra creditores. & fructus lucrari, arg. l. mulier. ff. ad Trebel. & potest præscribere propter titulū l. & generaliter. ff de noxa. Secunda bonorum possess. contra tabu. est etiam necessaria in filio emancipato præterito cum causa. nam habet necesse venire per contra tabu. infra annum, vbi filius in potestate eo casu diceret nullum, & etiam posset contra tabulare, vt not gl. in §. ex hæredat. in authen. de hæred. & fal. Tertia vero & quarta bonorum possessio scilicet vnum liberi, vnum agnati, & vnde cognati, non sunt necessariæ, quia sublata est omnis differētia agnationis, cognationis, emācipationis, & patriæ potestatis, saluo quod in vno casu bono. posses. vnde liberi. & vnde leg. tunc, posset euadere necessaria, secūdū opi. plurīū Doctorum tenentium quod quādo pater & nepos erat in potestate aui, exclu so patre non potest filius venire ex sua persona nisi de iure prætorio, l. qui se patris. C. vnde liberi. & sic tenet illam. l. non esse correctam, licet Bar. ibi contra. Ias. May.

b Contra tabul. †An autem bonorum posses. contra tab. detur patri
9 contra testamentum filij emancipati? Dicit hic glo. quod sic. sed ab intestato vbi filius haberet vnde liberi. pater habet vnde legitimi, quia non repetitur bono posses. vnde proximi, vt hic in glo. Filius tamen ad successionem matris intestatæ non habet bon. poss. vnde liberi, vt hic in glo. sed vocantur per vnde cognati, vt suprà ad Tertul. Similiter non habet contra tab. aduersus testamentum matris, quia mater non habet filium in potestate. l. illud ff. de contra tab. Ias. May.

a Item no. a in §. quos autem. b quòd illi qui vocantur ad hæ
b reditatem defuncti per bo. poss. de iure prætorio, non efficiuntur statim & ipso iure, hæredes sed solum bonorum possessores possessione accepta. Not. rationem, quia per ius ciuile vel aliam constitutionem prudentium efficitur quis ipso iure hæres,
c non autem per ius prætorium. c Ex quo infertur illud quod vul
10 go dici consueuit, quod †prætor non potest facere quem ipso iure hæredem esse, nec factum desinere. Sed etiam in hoc sem per dubitaui, quia mea sententia videretur, quod si per ius ciuile possit quis ipso iure hæres fieri, multo magis per ius prætoriu
d rium, d cum sit viua vox iuris ciuilis. & illud potest corrigere, emendare, & immutare. l. ius pluribus. §. primo. & lege. nam & ipsum. ff. de iust. & iure Si igitur hoc, bene sequitur iure prætorio quē posse fieri hæredē ipso iure: quia qui habet potestatem iu per eam habet quoque super causam. lege. de accessionibus. §. j. ff de diuer. & tēp. præscri. Præterea Senatusconsultum pōt ipso iure annullare leg. iu. l. cætera. l. apud Iulianu. & l. Senatus. ff. eo l. g. primo. Item potest ipso iure annullare conn actum. l. Senatus. ff. de contrahend. emp. ergo magis ius prætorium potest dispensare circa actum vt executionem demandetur, vt quis solo iure prætorio hæres efficiatur. Ad illum tex. in ver. nam prætor solus hæredem non facere potest. ego alia sic respondebam quia fateor, ex quo prætor in acquirenda hæreditate per bono. poss. exquisiuit formam vt priusquam ipsa bono. posses. agnoscatur non potest quis ipso iure hæres fieri nisi primum forma fuerit obseruata: Probabam ego hoc exemplo optimo. Nam alibi videmus quòd vbi lex vel senatusconsultum aliquid dispo nit nulla exquisita forma ille actus ipso iure executioni demandatur. secus vbi actui forma adhibetur lege. fi. C. si man. ita fuc. alie. lege. qui Romæ. §. Calimachus. de verbo. oblig. & est glo. ordi. in lege. ij. de do. ti. generali, Nō aut. m neg. tex. iste, quia si prætor voluisset, non potuisset forma nō adhibita statuere vt quis ipso iure hæres efficiatur, Contraria opi. est communior nemine discrepante.

ADDITIONES.

a Item not. Pro intellectu huius. §. vide quæ latissimè scribit Clarissimus, D. Hyppolitus Riminald. in repeti. rubr. C. qui admitti. nu. 6. cum seq. & insignem. D. Nico. Bello. lib. supputa. c. x. Zilettus.

b Quos autem. No. secundo ex hoc. §. quos autem. quod ius succedēdi est ampliandum non restringendum ideo cognati sunt ampliati vsque ad x. gradum. vt voluit glo. in §. fi. suprà de succe. cogna. Ias. May.

c Pretorium. Et sic licet de iure ciuili quis fiat vere hæres, tamen nō fit de iure prætorio directo hæres, sed est hæres vtiliter & in effectu: ideo oportet quod coram iudice petat intra annum vel centum dies, vt infrà eo. §. cum igitur. aliàs excluderetur a beneficio prætoris, secū
11 dum Bartol in l. ij. ff. eod. †Illa autem hæreditas quæ defertur a iure ciuili, perpetuò petitur vsque ad centum annos, vt vult glo. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Ias May.

d Ius pretorium. Et pro ista opi. videtur tex in §. emancipati. ibi, euenit vt suus hæres fiat. suprà de hære. que ab inte. & in l. j. C. vnde liberi. ibi, pro rata portione hæredes eos extitisse palam est, sed solue, exponendo hæredes, id est, bonorum possessores. Ias May.

Item nota. in verbo altiore. & glo. similiter colligit, quòd
12 †digniores loco altiore sedere debeant & ille appellatur di-
a gnior, qui licet iunior prius ad dignitatem euolauit. a Ex quo dixit, quòd mortuo Priore collegij, antiquior doctor non ætate, sed dignitate, debet officium Prioratus exercere. nota. fuit
13 dictum Bar. in l. j. de ali. pup præstan. †Ex vet. septima. Nota, quòd duplex principaliter est bo. pos. alia ordinaria, alia extra-
b ordinaria. b quæ ideo sic appellatur, vt quia vaga, vel quia ius
14 non tribuit, vt glo. dicit. †Item nota, quod tempus bo. pos. tributæ liberis parētibus durat anno: tributæ verò cæteris, durat centum diebus vtilibus. Qui dicantur dies vtiles & continui, videbis in d. glo. Item nota. bonum esse ne creditores tradentur in consequendo suum creditum, ne crediti obligatione pro
15 temporis parte priuentur, Item nota. †quod in istis bo. pos. habet locum ius accrescendi, & edictum successorium, vt vno repudiante vel moriente non expectetur finis anni, vel centum dierum, sed statim alteri accrescit, vel alter sequens in gradu admittitur: Quod facit ad quæstionem. Concessum est officium Capitaneatus vel rectoratus vel Potestariæ, alicui per annum præsentem, alteri verò pro anno sequenti: primus nondum finito anno moritur, an secundus statim admittatur, an expectandus sit finis anni? Iste text. facit quod statim admittatur. ibi, si quis ita &c. & pro hoc allego tex. & doct. in l. ii. quis hæres insti
16 tuatur. de hære. insti. Finaliter not. quòd †hodie sufficit agnosce
c re. bo. pos. coram iudice sine solennitate. c concor. l. fi. C. qui ad
17 mit. ad bo. pos. possunt. In fi. glo. pe. nota. †quod bo. pos. est iuris. Sed contra hoc oppo. & imo videtur quod sit facti. lege. prima. §. adipiscimur. ver. Officius. & ver. si vir. de acquir. pos. Sol. dixerunt aliqui, multum referre in ordine proferendi ver-

d ba. d Si enim ita dicatur, bo.possessio.tunc est iuris, quia hæc verba sonant in ius, vt hic, & l.ij.§.bonorum.ff.eodem. Si verò dicatur, possessio bonorum, & tunc est facti, quia verba sonãt in factum. & ita loquitur. §.adipiscimur. & §.iuxt. Eodem modo dixerunt referre, an quis in procuratorio promiserit soluere iudicatum, quo casu non releuatur procurator ab onere satisdandi de iudicio sisti. an verò promiserit iudicatum solui, quo casu procurator releuatur: quia hæc verba iudicatum solui. o es clausulas sub hac promissione comprehendit, de quibus in l. iudicatum solui.ff.iudi.sol. Sed tamen hæc nputreprobatur communiter, quia verba transposita idem significant l.præposteri. C.de test.l.quidam ita.ff.de pec.leg. Idem enim hæc verba important, bo.pos.& possessio bonorum: soluere iudicatum & iu

8 dicatum solui. Vnde communiter dixerunt quòd † bonorum possessio potest dupliciter considerari: vno modo in substantia & in modo essendi, & ista appellatur iuris, vt hic. & dicta l.ij.§.bonorum.ff.eodem. Alio modo essendi, sed in modo formandi, & in iudicium deducendi, & tunc est facti, & in facto versatur, & loquitur. §.adipiscuntur. & §.si vir. Simile videmus, quia contractus in essentia sunt iuris, in modo formandi facti appellantur. l.si quis alio.de cura.furio. Sic ergo cõcludo, quòd

19 bo.pos.substantialiter iuris est, essentialiter facti est. Sed † tunc dubitatur quare appellatur bonorum possessio? Docto. respondent quòd ideo appellatur, quia fuit inuēta à prætoribus. qui non potuerunt facere hæredem quem perpetuo, propterea quòd eorum officium anno terminabatur nisi à de perpetuis & temporalibus actio.circa prin. vnde solum faciebant possessiones bonorum, vnde bo.pos.sunt appellatæ & comprobatæ à iure ciuili illis qui illas acceptauerunt, propterea vtiliter hæredes fiunt in virtute iuris ciuilis ius prætorium comprobantis: sed illis nomen est relictum, quia origine respecta fuit ... fuerunt ab eo nomen.

ADDITIONES.

a Prius ad dignitatem euolauit. Adde quid si esset in eodem die doctoratus, de quo recurritur ad alias conditiones secundum Bar. in l.j. ff. de obsequijs. Bald. in c.cum olim.de consue. Ioan. de Ana. in rubri. de magist.

b Extraordinaria. De hoc bonorũ possessione extraordinaria quæ & quales sit, & quando possit competere, vide Bello. lib.j. supputa.cap.xv.

c Solennitate. An hodie requiratur amplius decretũ, vide Bello. l b. iiij.c.j. supputa.

d Proferendi verba. in lib.d.iij. supputa.cap.xv.nu 6. & in tracta.tub. C.qui admi.col.b.

In fi.gl.in verbo onerario Dicite quòd non ob. hæc l. quia loquitur in casu in quo quis repellitur à successione de iure ciuili propter suum delictum aut quia hæreticus, damnatus in metallum vel deportatus, quo casu non succedit nec de iure prætorio, quia non est dignus æquitate prætoria: ita loquitur contrarium. facit l.j. C de hære. insti. Secus vbi quis non repellitur à successione propter factum damnatum, sed ex rigorositate iuris ciuilis, quo casu illa rigorositas æquitate prætoria mitigatur, & illi prouidetur de bo.pos. ita loquitur hic. In glo. contra. tab.ibi, quos autem not. quòd testamentum in quo filius in potestate est præteritus, nullum dicitur de iure ciuili contrariũ tenuit glo. in l fil.o præterito. ff. de iniusto rup. sed opin. huius glo. est communior. de qua in dixi supra de exhære.lib. in princi,

20 & dicatis vt ibi, Secundo colligitis † quòd testamentum in quo filius in potestate est præteritus dicitur validum de iure prætorio, sed venit rumpendum per contratabu. Vltramontani tenuerunt quòd sit nullum de iure prætorio, & quod bo.pos. non datur contra tab. ad rumpendum tab. sed datur ad succedendũ l.j.in fi.ff si tab. testamẽo nulle extra de quo in l. posthumo. C. de contra tab. dixi supra de exhære.lib. Et hoc satis. Ibi, compe-

21 tere non potest.not. † quòd dictio ex, non insinuat causam proximam, sed remotam. Aliquando insinuat causam proximam vt cum dicimus bo. pos. secundum tabu. & ex testamento, de quo in l.ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & in lege. qui liberis. §. ex incendio de incen.rui. & nau. & in l.qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. In fine glo. in verbo extraordinaria, quia aliæ sunt claræ. Hec glo. inquantum dicit erica bo.pos. causa li-

a tis agnoscende a communiter approbantur. Vltramõtani dixerẽ illam non reperiri, de quo in l.certum. C. vnde cognati. In fin. glo. in verbo vtiles. Item debet esse dies non feriata, quia b

b lis diebus iudicis copia haberi non potest: & hoc comprehen-

21 ditur in gl. cum dicit opus esse haberi copiã iudicis † Dies autẽ cõtinui appellãtur, qui cõnumerãtur tẽporibus & feriatis & non feriatis habetur. Aliquãtamẽ sunt dies, qui ab initio sunt Voles, sed ex postfacto sunt cõtinui. Aliqui qui semper sunt vtiles: sed in l. 14 tis de qui d. eatis vt habetis per gl.in d.l.j.in fi.de duer.& ré

22 po.præscri. † Ex quo colligitis, quòd illi qui non potuit, nõ currit tempus: nec dicitur contumax si non venit: & si iudex pro tribunali non sedebat. Eodem modo non incidit Villa in pœnã si malefactorem quem capere non potuit, iudici non præsentauit, de quo in l.cum ipse. & ibi per Bar. ff. de execu. tut. In fine, glo. si si queratur an bo.pos. olim & hodie fuerunt vtiles & ne-

23 cessariæ: hoc licet habere ex earum discursu. † Capio igitur, bo. pos. secundum tab. Et hæc regulariter non fuit necessaria, fuit

b tamen vtilis b quia affert commodum duplici ipse videndi arg.in l.iij.§.fin.de lib.leg. fuit tamen & adhuc est necessaria in tribus casibus, quos notauit gl. in l.certum. C. vnde legitimi.

24 & dicatis vt ibi, Capio bn.pos. contra tab. & † ista olim fuit necessaria pro filio emancipato præterito, qui iure ciuili non vocabatur: ac etiam hodie est necessaria, quia licet emancipatus hodie ab intestato succedat vt suus, vt in authen. de hæred. quæ abinte. defer.§.j.ex testamento tamen secundum communem opinionem non succedit nisi de iure prætorio l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Capio bo.pos. vnde liberi: &

25 † ista olim fuit necessaria liberis emancipatis, hodie autem non est necessaria, sed solum vtilis, quia ita ab intestato succedunt iure ciuili emancipati, sicut in potestate tenentur. d.§.primo. de hæ-

26 re. que abintest. defe. Capio bo.pos. vnde legitimi. & illa nec olim nec hodie fuit necessaria, sed solum fuit vtilis, propterea quod legitimi lege.xij.tabula, fuerunt vocati supra de legi.ag-

27 na.succes.in prin. Capio bo.pos. vnde cognati. & † illa fuit necessaria olim, quia cognati excludebantur de iure ciuili: hodie autem est vtilis, quia ita succedunt cognati excludebantur de iure ciuili: hodie autem est vtilis, quia ita succedunt cognati vt

28 agnati. d.§.j. Capio bo.pos. vnde vir & vxor. & † illa olim & hodie fuit necessaria, quia vir & vxor ad mutuam successionem non vocabantur de rigorositate iuris ciuilis propterea quod nulla inter eos nec agnatio nec cognatio causata fuisset, sed solum quædam affinitas. l.non facile. §. affines. ff. de gra. l.minus. C. de hæ.insti. Cæteræ autem quatuor bo.pos. cum sint reprobatæ, vt hic, ideo illas omitto. Denique dicite, quòd agnati & cognati pariter admittuntur: quemadmodum hæredes defertur de iure ciuili vsque ad decimum gradum, vidistis gl. in §. fi. supra de succes. cogna. & ita hæ. de bo.pos. deferuntur vsque ad decimum gradum. glo.in l.certum. C. vnde legi.

ADDITIONES.

a Litis agnoscendæ De hac bonorum possessione, vide Bello. in tract. rub. C. qui admitti col.pe.

b Fuit tamen vtilis. An fuerint vtiles nec ne, vide Bello. in d.tract.ru. C.qui admittũ.per totum.

De acquisitione per arreg. Rub.

Continuatur ad præcedentes per hunc modum. Quia bona quædam nobis acquiruntur per aditionem hæreditatis, aut per bo.pos. aut per arrogationem, aut per aditionem bonorum causa libertatum conseruandarum. §.fi. supra per quas perso. nobis acqui. ideo viso supra de hære. & de bo.pos. sequebatur videre de acquisitione per arrogationem: ideo subijcitur rubrica, de acquisitione per arrogationem.

1 *Filius arrogatus quicquid olim quærebat, quærebat patri arrogant.*

2 *Pater arrogatiuus & pater naturalis à patri procedunt quantum ad acquisitionem fiendam per filium.*

3 *Filius arrogatus æquiparatur filio naturali & legitimo quo ad acquisitionem.*

4 *Pater arrogator non succedit in societate contracta per filium.*

EST ET ALTERIVS. Filius arrogatus ex eisdem causis acquirit patri arrogatori, ex quibus filius legitimus patri naturali in potestate retenens acquirit: licet tute veteri aliud statutum fuisset. hoc dicit. Nota, primò per arrogationem acquiri bona titulo vniuersali.

Secundò no. quòd † olim quidquid habebat filius arrogatus, acquirebat patri arroganti, propterea quòd æquum videtur quòd cui se committur, committeret & sua .l. qui liberis. §. testamento de secun. tab. & ar. in l. hac lege. C. de pac. conuen. hæc regula fallebat in his quæ capitis diminutione tollebantur, & propterea vsus & vsusfructus debiti huic filio, patri arrogatiuo non acquirebantur, quasi essent capitis diminutione perempti sed tamen hodie minima capitis diminutione, non perimuntur vt dictis in §. fina. suprà de vsufru. Item nota, † hodie ad acquisitionem fiendum per filium, á pari procedunt a pater arrogatiuus & pater naturalis: quia solum bona filij arrogati ei acquiruntur quo ad vsumfructum, proprietate filio reseruata: eo autem mortuo pater succedit b pleno iure in bonis, nisi sint liberi qui illum excludant, vel aliæ personæ de quibus in gloss. Finaliter not. quòd si pater filium arrogatum conuentum pro debitis non defendit, fit missio in possessionem bonorum ipsius filij. Noo sunt alia, quia gloss. sequent. omnes sunt claræ.

ADDITIONES.

a Procedunt † No. ex isto tex. q hodie filius arrogatus æquiparatur filio naturali & legitimo quo ad acquisitionem & alienam sicut pater non obligatur nec potest conueniri pro contractibus filij legitimi & naturalis nisi in peculio. l. j. ff. de pecu. nec cogitur eum defendere si nõ vult. in casibus in quibus non est legitimus administrator, quia non habet vsumfructum l. si filij. ff. de iniur. sed potest pater pati eum detrudi in carcerem. l. cum filij. C. qui bo. ce. pos. licet glo. dixerit oppositum in l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. ita nec pater arrogator cogitur. l. in arrogatione. ff. de pecu. Sed an pro debito filij fiat executio in aduentitijs postea filio obuenitis, dic vt Bar. in l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de dam. infect.

b Succedit Adde † tu, quod non tamen succedit pater arrogator in societate contracta per filium, quia quis non cogitur habere socium quẽ non vult. l. actione. §. societas. ff. pro socio. Similiter nec sibi acquiruntur ea quæ capitis diminutione arrogati pereunt. vt sunt obligationes operarum liberti, qui libertus liberatur tempore manumissionis, de quo per glo. & Bartol. in l. si non sortem. de condictio. inde. Similiter per arrogationem perdit agnatione sed ius succedendi tãquam agnates non perdit, quia non tollitur pe. minimam capitis diminutionem vt suprà de capi. di. §. quod autẽ. & sic videtur quod cum hodie sit sublata differentia agnatorum & agnatorum. §. j. in autheut. de hære. quæ abintestato. §. si verò quod hodie filius naturalis emancipatus & arrogatus succedit patri. Ias. May.

De eo cui liber. cau. bo. adijciun. Rub.

Cõtinuatur sic. Suprà visum est de acquisitione quæ fit per arrogationem, & in titulo vniuersali: verum quia est alia quæ fit per adiectionem bonorum causa libertatum conseruandarum. §. fin. suprà per quas personas nobis acqui. ideo de eo tractaturus intitulauit, de eo cui libertatis causa bona adijciuntur.

1. *Quis potest petere sibi adijci bona causa libertatum conseruandarum, si relicta fuerint ex testamento, siue abintestato.*
2. *Verbum Cautio. quomodo capiatur.*
3. *Princeps commodum priuatorum suo ante ponit.*
4. *Petens bona sibi adijci: non tenetur creditoribus hæreditarijs nisi in uirtute cautionis.*
5. *Ille cui adijcitur bona causa libertatem conseruandarum, & succedens hæredi non implenti uoluntatem defuncti, dicuntur successores anomali.*
6. *Tutus iure communi, deuincit illum qui tueri potest iure singulari.*

ACCESSIT AUTEM. Per adiectionem bonorum causa libertatũ cõseruandarũ factã, res nobis titulo vniuersali acquirũtur. h. d. Diuiditur in septẽ. In prima refert cõstitutionẽ Diui Mar. In secũda refert verba cõstitutiõis. In tertia mouet tacitũ obiectũ. In quarta tollit quãdã dubitationẽ. In quinta decidit incidentẽ qõnẽ. In sexta infert. in septima epilogat & decidit per remissionẽ. Secũda ibi, (verba rescripti ita se habẽt.) Tertia ibi, (& ne huius rei.) Quarta ibi, (in primis.) Quinta ibi, (si is qui) Sexta ibi, (hæc cõstitutio.) Septima ibi, (sed cum multas.) † Nota. primò, quòd quis potest petere bona sibi adijci causa libertatum conseruandarum, siue relicta fuerint in testamento, siue abintestato. Et verum, dummodo caueat creditoribus idonee de solido eorũ credito persoluendo. Idem esset si caueret vni ex creditoribus, dummodo ab alijs fuisset constitutus ad hanc cautionem recipiendam. & debet cauere cum pignore vel fideiussore, nisi creditores fuissent contenti nulla cautione, probatur hoc in l. tertia. §. fideicommissa. ff. de fideicommiss. liber. Ex quo colligitis, † quòd licet verbum, cautio, a nude prolatum intelligatur de verbali promissione. l. sancimus. C. de verborum significatio. si tamẽ proferatur cum additione verbi, idoneæ, intelligitur cum pignore vel fideiussore, vt hic. & facit l. si mandato meo. §. pe. ff. mand. b

ADDITIONES.

a Verbum cautio. Adde Ias. Maynum late de hoc verbo tractantem. in l. sancimus. C. de ver. signi. Zilettus.

b ff. mand. Not. secundò ex §. sua quod inspicitur quod euenire potest, id est, quod quis possit institui vel ne, vt hic, & l. iiij. §. j. ff. de fideicom. li. & habetur in l. si idem cum en. de iurisd. om. iu. & per Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. obli. Ias. May.

No. in ver. & ne huius. quod ille qui adijcit bona causa libertatum conseruandarum, fiscum excludit: olim tamen fiscus nõ excludebatur. l. iij. §. pe. de fideicõ. lib. Ex quo colligitis, † quòd princeps commodum priuatorum suo proprio præponit, faciunt quæ habentur in procemio sexti libri. Not. in ver. item in primis, quòd sicut quis auditur petens sibi adijci bona causa libertatum conseruandarum in testamento relictarum, ita auditur si fuerint abintestato relictæ: & hoc verum, siue ille qui petijt adijci sit vnus ex illis quibus libertas relicta est, siue extraneus. lege. fin. circa fin. C. de test. manumiss. Nota. in ver. successor. a quòd † ille qui petit adijci sibi bona, non dicitur succedere defuncto per repræsentationem, sed per annihilationem, hinc est quòd non tenetur creditoribus hæreditarijs, nisi in virtute cautionis. l. iij. §. j. de fideicom. lib. concor. simile quòd habetur in lege. si constante. §. fina. ff. sol. ma. & in l. quot. es. ff. de noua.

ADDITIO.

a Successor. Et adde hic gloss. in verbo successor. quæ est in §. in primis. quæ dicit, anomalo hærede, quòd † ille cui adijciuntur bona causa libertatum conseruandarum & ille qui succedit hæredi non implenti voluntatem defuncti, dicuntur successores & hæredes anomali, vide de isto anomalo successore post Bar. in l. j. C. de sac. san. eccl. in lectura vbi dixi. Ias. May.

Item no. in §. si is qui, quòd ille qui abstinet se ab hæreditate, non impedit petentem adijci sibi bona, licet possit in integrum restitui ad adeundum vel immiscendum. Ex quo colligitis † quòd ille qui est tutus iure communi deuincit illũ qui tueri potest iure singulari. concor. l. iiij. in prin. ff. de fideicom. lib. Et suadetur ratione, quòd ius commune veluti potentius superat ius singulare. l. eius militis. §. militia missus. ff. de test. mili. Ex ver. constitutio. Not. quòd sicut adiectio bonorum causa libertatum conseruandarum fieri potest quando sunt relictæ in testamento vel abintestato. ita eodem modo potest fieri quando sunt relictæ actu inter viuos, si de earum reuocatione timeatur, propterea quòd in fraudem creditorum factæ esse dicantur. Not. finaliter quòd multæ quæstiones fuerunt orte circa hanc adiectionem bonorum. & diui Marci constitutionem, quæ patent ex l. fin. C. de test. manu.

De success. sublatis quæ fiebant per bono. ven. ex sena. Claud. Rubrica.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de multiplici specie successionum: quia sunt quædam quæ hodie sunt sublatæ, vt est illa quæ fiebat per bonorum traditionẽ vel senatuscon. Claudinum, ideo de his tractaturus intitulauit de success. sublatis.

1. *Olim qui cadebat à syllaba cadebat à toto.*
2. *Senatusconsultum quo mulier amore seruili bacchata serua fiebat & bona amittebat, hodie est sublatum.*
3. *Lex per aliam legem primò factam suppleri potest.*

ERANT. Successiones quæ olim per traditionem bonorum ex rigorositate iuris ciuilis, vel ex senatusconsult. Claudiano fiebant, hodie sunt sublatæ. hoc dicit. Not. primò summarium.

Secundò no. quòd † olim quicad. bar á syllaba cadebat à to to, hod e est immutatum, l. j. & per totum. C. de for. Item nota. quòd sublata radice morbi tolitur & vitium. Item nota, quòd † Ienatusc. per quòd mulier libera amore serui bacchata ser ua efficiebatur & bona perdebat, hod. e est sublatum. concor. l. vnica, C. de senatusc. claud. & l. j. lib. C. de l. b. cau.

Addi. † Et sic nota quod vna lex potest suppleri per aliam etiam primo factam. l sed & posteriores. de legi. Sim liter vnum statutum: quia recipit interpretationem passiuam, non actiuam. l. j. de mu. & ho. de quo plene in l. omnes populi. de iusti. & iure Ias. May.

De obligationibus. Rub.

1 *Differentia inter contractum & obligationem.*
2 *Statuta sunt propriè intelligenda.*
3 *Ordo intellectualis est considerandus, non attendenda scriptura.*
4 *Actiones an ex obligatione nascantur.*

Hic titulus aureus est, & in materia contractuum clauis, est que pulcherrima repetitione condignus in quo hunc ordinē à me obseruatum iri volo, vt fructuosis & vtilibus articulis praepositis, veras maiores conclusiones eliciam, Caetera autē quae ad bene esse ad materiam subiungi possent, vobis futuris temporibus studio camerario videnda relinquam. a

ADDITIO.

Relinquam. † Premitte pro euidentia huius ti. ex mente glo. hic q differentia est inter contractum & obligationem: quia contractus siue contrahere est facti, & in facto consistit, vt emere, locare, & pignorare &c. Et est triplex contractus, scilicet proprius, improprius, & magis im proprius. Proprius est, quando hinc inde, id est, ex vtraque parte oritur obligatio. l Labeo. §. contractum. de verb. sig. vt est in emptione, locatione, & similibus. Improprius est, quando solum vna pars obligatur, vt in donatione, locatione, in qua donās solum obligatur, & quandoque de custione l. Aristo. §. fin. de do. Et in mutuo, in quo recipiens obligatur tantum ad restitutionem. l. ij. ff. si cer. pe. Et in stipulatione, quando solum vna pars obligatur: tunc est propriè contractus, ita intelligitur instā de diuisione stip. §. conuent onales. Magis improprius contractus est quando ex nulla parte oritur obligatio, sed potius facta dissoluitur. vt est transactio vnde pacto facta, ex qua non agitur ad intereffe ante implementum conditionis, de quo per Bart. in l. siue apud acta. C. de transactionib. Et vt est liberatio per acceptilationem in fra quib. mo. tollitur obligatio in prin. Si ergo statutum facit mentionem de contractu, intelligitur de proprio et ideo statutum dictans quod praescribatur decennio contra negligentem petere sibi debitum ex contractu alieno, non habebit locum in promissione facta ex stip. vel alio contractu, in quo solum vna pars obligetur, † quia statuta sunt propriè intelligenda l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. & per glo. in d. verbo contractum, Sed obligatio quae oritur ex contractu seu facto est triplex. scilicet naturalis & ciuilis, naturalis tantum, & ciuilis tantū. Et ex ipsa obligatione oritur actio. que est ius persequendi, vt infra, de actio. in prin. Praecedit igitur contractus tanquam pater, ex quo producitur obligatio tanquam filia: ex qua obligatione oritur actio, quae est tanquam neptis, vt dicit glo. in l. & an eandem. §. actio. de exceptio. rei iudi. & in l. j. in glo. magna. circa medium ff. de edendo. Aliquando oō tamen est natiua, sed datiua, quia de facto intentatur, vt est in l. vbi pactum. C. de transactio. Ias. May.

a Glo. rubricae continuat rubricam ideo ea non cōtinuo ● Ibi §. fin. & lege. j. ff. de statu. ho. In glossa. ibi, praemittit, quasi dicat, quemadmodum ex ordine naturae videndum est prius de matre, quae debet prius in natiuitate praecedere filiā ita ex ordine artis videndum est prius de obligatione que intellectu & scriptura debet praecedere actionem. Quod autem dixi in scriptura intelligite ad bene esse, non de necessitate. Et per hoc nō obstat, quod Imperator in codice, & Iureconsulti in volu. ffo. rum, praeposuerunt de actionibus, & postea de obligationibus: qui. licet ex ordine scripturae de actionibus praeponatur, x or dine tamen intellectus intelligitur praepositio de obligationibus, † qui ordo intellectualis b est considerandus, non autem scriptura. l. nec enim. ff. de sol. l. ij. §. prius. de vulg. & pup. Sed contra praedicta instabis. Nam † si obligatio est mater actionis, ergo deberet producere actionem sibi similem: quia nihil tam naturale quam vnum quod que generare sibi simile, l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. sed obligatio producit actionem sibi dissimilem, ergo &c. Probo minorem. Nam obligatio est de iure gen. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. actio verò de iure ciuili. l. j. §. deinde ex his. ff. de origi. iu. ergo producitur filia dissimi c lis matri. Sol. c dixit Cy. quòd licet obligatiōes sint de iure gen tium essentialiter, tamen quia ius ciuile praestat eis ac producendas actiones ab eo veluti praestante formentum denominantur, ar. in §. fin. si prā de pa. po. Habeas ergo considerare ex semone orto contractum, ex contractu obligationem ex obligatione actionem, ex actione formam agendi, & iudiciū, ex iudicio sententiam, & ex sententia execut onem. Et haec satis, cetera dicite vt dixi infrà de actio. in princip. vbi sui longior &c.

ADDTIONES.

a Continuo. Hanc continuationem Glo. quanquam sequuntur Doctores reprehendit hic Bellonus, qui tenet Imperatorem in hoc titulo tractare adhuc de rebus.

b Intellectus. Et si tu instares, si attenditur ordo intellectus, ergo sequitur quod etiam in hoc libro si praeposuisset titulum de actionibus huic titu. non male fecisset, quia secundum ordinem intellectus intelligeremus post positum. Dico quod malefecisset, & malum ordinem fer uasset. & plus dico, quod in tit. & C de actio. & obli. attendimus ordinem intellectus, hic autem non. Et rationem diuersitatis assigno, quia in ff. & C est posita rubrica. simul de actio. & obl. vnde in eis quae simul & coniunctim sunt, non est dare prius nec posterius, nec attendimus quid prius ponatur aut scribatur, vt est tex. no. in l. quędam in testamento. ff. de pecu. leg. Solum ergo tunc attendimus ordinem intellectus & non scripturae, his autem n isto libro istae rubricae sunt diuisim & separatim positae. vnde bene tunc attendimus quid praecedat aut sequatur. Hac theorica vtuntur in simili Doct. in l. j. §. prius. ff. de vulg. & pup. & habes per istum supra de rul. subst. in fin. prin. & in §. liberis, suprà de pup subst. Ias May.

c Sol. Declara hāc solutiōnem vt per Bellonum hic, quem vide, quia etiam tenet contra communem, quòd actio oriatur ex contractu.

1 *Titulus ad titulum est continuendus.*
2 *Paria sunt aliquid inducere, & inductum comprobare auctoritate sua.*
3 *Obligationes ex contractu sunt in quadruplici differentia.*
4 *Obligationes ex contractu an re tantum contrahantur.*
5 *Cōligatio triplex est.*
6 *Obligatio naturalis quotuplex sit, & qui sint eius effectus, & nume ro. 7, 8, 9, 11, 12, 16, & 17.*
7 *Donatarius tenetur donatorem agentem alimentare.*
8 *Solutum indebitum per errorem non repetitur.*
10 *Obligatio naturalis prouenit propriè ex consensu, & valet in quacunque persona habente consensum.*
13 *Dcus inter simplicem loquellam & iuramētū non facit deriuatariam.*
14 *Mulier quae ex forma statuti non potest se obligare sine consensu parentum, non potest facere pactum de non petendo.*
15 *Mu i r quae ex statuto non potest contrahere, non potest pactum de non petendo facere.*
18 *Obligatio ciuilis sola, non naturalis, in chirographo ante biennium nata est.*
19 *Confessio extraiudicialis nihil disponit circa obligationem, sed solum probat.*
20 *Naturalis obligatio causata est ex consensu.*
21 *Intellectus ad l. qui pecuniam. ff. si cer. pet.*
22 *Pactum de non petendo tollit obligationem naturalem ipso iure.*
23 *Cessante ratione legis, cessat ipsa lex.*
24 *Ciuilis obligatio non est substantia.*
25 *Obligatio naturalis causatur de iure gentium.*
26 *Intellectus l. si id quod dominus. ff de condi indebiti.*
27 *Seruus manumissus nouus homo est effectus.*
28 *Debitor ucrus ille appellatur à quo tanto exigi potest.*
29 *Testator si grauat unum ex haeredibus ut tenetur soluere debita, quo modo intelligatur.*
30 *Debita inexigibilia defectu actionis, possunt compensari, sed inexigibilia defectu exceptionis comp nsari non possunt.*
31 *Obligatio naturalis pr ducit effectum compensandi.*
32 *Sententia absolutoria tollit ciuilem obligationem per exceptionem, naturalem nullo modo tollit, & numero. 33.*
34 *Naturalis obligatio non tollitur per sententiam absolutoriam, inique latam, & num. 37. & 39.*
35 *Actus agentium non debet operari ultra voluntatem eorum.*
36 *Consentire uidetur qui à sententia absolutoria non appellat.*
38 *Sententia & iuramentum aequiparantur quo ad aliquid probandum, non quo ad aliquid disponendum.*
39 *Obligatio naturalis tollitur per iuramentum.*
40 *Pater non obligatur filio ciuiliter, nec è contra, sed bene naturaliter rei appel*

14 *Rei appellatione facta continentur.*

42 *Statutum quòd mulier non possit sine consensu parentum obligari, non habet locum in muliere neminem habente.*

43 *Sententia lata super inepto libello est nulla, nec ex ea oritur actio in factum nel officium iudicis,*

44 *Contractus appellatione, intelligitur contractu ultrò citroque obligatorius.*

45 *Statutum quòd qui non petierit debitum ex contractu intra decem annos cadat à iure suo, non habet locum in creditore ex mutuo.*

NVNC. Non summatur breuius, sed diuiditur in quinque partes. Nam in prima continuat titulum ad precedentes. In secūda ponit obligationis diffinitionē. In tertia ponit vnam diuisionem obligationum. In quarta ponit aliā diuisionem, In quinta ponit vltimæ diuisionis Secunda ibi, (obligatio est.) Tertia ibi, (omnium autem.) Quarta ibi, (sequens.) Quinta ibi, (prius.) In tex. ibi, obligationes, vt apertè postea de actionibus loquatur. Not. † primò, titulum ad titulum a esse continuandum concor. l. ij. de statu. ho. cum simi. quod dixi Bal. verum non de necessitate, sed ad bene esse vt titulus quisque proxima copulata procedat. l. cum de lanionis. §. asinam. de fundo instru. instrumento quæ legato. No. diffinitionem obligationis, quæ clare patet in litera. Item notab quòd obligationes aut sunt prætoriæ &c. Hæc prima diuisio respicit causam efficientem, à quo, scilicet iure obligatiōes producantur in esse, Item nota, in tex ibi comprobatæ, † partia esse aliquid inducere & inductum comprobare auctoritate sua cū cor. l. j. §. sed quia. C. de iure vete. enucleando. Item no. in versi. sequens. quòd obligationes proueniunt aut ex contractu. aut ex quasi contractu, aut ex maleficio, aut ex quasi. Et ista secunda diuisio causam materialem respicit ex qua inducitur obligac tio, Item nota, in ver. prius. c quòd † obligationes que proueniunt ex contractu, aut dicuntur prouenire seu causari re, aut verbis, aut literis, aut consensu. Et hec tertia diuisio respicit causam formalem, hoc est, secundum quid formentur & qualificentur obligationes.

ADDITIONES.

a Titulum ad titulum. Adde l. Imperator. ff. de . indi. addictio.

b Ad omnes hos. §. sequentes. vide infrà Bello. loco suo.

4 In ver. sed prius. † § Sed contra istum tex. opponitur & imò videtur quòd obligationes ex contractu contrahantur re tantum, vt infrà de oblig. quæ ex maleficio. in prin. & l. ex maleficijs in prin. ff. de actio. & oblig. vbi dicit text. quod obligationes ex maleficijs nascuntur re tantum, vt iniuria, & tamen illa committitur re, verbis, & literis. Prolo. & fortius: maleficia committuntur facto & sic re dicto, & sic verbis consilio, & sic consensu & scriptura, & sic literis. Ista motiua facit glo. in d. l. ex maleficijs. in prin. ff. de acti. Quò ad propositum dic. quòd non dicitur maleficium nisi illud quod fit re. Aliud autem appellatur aut male dictum, aut male scriptum, aut malé consultum, quod rescripsit Ang in d prin. infrà de oblig. que ex maleficio. Secundò opp. quod obligationes ex contractibus sint tantum tres, vt l. j. in prin. ff. de actio. & obli. Solue vt ibi in glo. Et tene quòd iure forum. non sit nota obligatio literarum. Ia. s. May.

Est & quarta, quia quædam sunt reales, quædam verò personales, & per eas consequi debeamus, de quibus dixi infra de actio. in prin. & ista respicit causam finalem. Contra tex. & perdicta opp. & videtur quod non sint obligationes competenter diuisæ quia obligationum quædam sunt naturales, quædam verò ciuiles l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiusso. l. in his. §. Imperator. ff. de solutio. Solu. dicunt Doct. quòd hic voluit diuidere obligationes efficaces quod ex eo suadent, quia diffinit obligationem efficacem. & ille sunt abusiuæ. vt hæc. in iuribus supra alleg. Et ideo pro intellectu materiæ dicite, quòd † triplex est obligatio, naturalis tantum, ciuilis tantum, naturalis & ciuilis mixta. † Naturalis est duplex: quædam est naturalis incognita iure ciuili, a vt est illa qua disponitur ex lege naturæ, vt benefacienti benefaciamus. Et hæc subdiuiditur: quia quædam in meris & puris terminis naturalibus est, cuius est effectus: quia primò operatur presumptam donationem. l. si non numerandi. §. vnde papinianus. ff. man. Secundus effectus est, quia † obligat donatarium ad alimentandum donatorem egentem. glo. est no. in l. fi. C. de reuo. do. Tertius effectus est, quia facit valere donationem sine insinuatione quæ aliàs non valeret. gl. est ordi. in l. Attilius Regulus. ff. de donatione. Quædam est naturalis non relicta in meris terminis naturalibus, sed reducta ad necessitatem præstationis, vt est quòd libertus benefaciat patrono, qui sibi benefecit præstando libertatem. Effectus huius obligationis est duplex. Primus, quia potest cogi dupliciter à iudice præstare id quod lex statuit, puta operas & similia. l. j. §. si patronus. ff. de off. præfe. vr. Secundus effectus est, quia † solutum indebitum per errorem non repetitur. l. si non sortem. §. libertus. ff. de conditione. inde. Secunda species principalis naturalis obligationis est quæ prouenit ex pacto nudo, & ista non producit actionem. l. iurigentiū. §. sed cū nulla. ff. de pact. Effectus huius naturalis obligationis est quadruplex secundum Docto. Primus, quia solutum indebitum naturaliter non potest repeti. l. naturaliter. de actio, & obli. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiusso. Secundus effectus b est, quia potest cum debito efficaci compensari. l. etiam. ff. de compe.

ADDITIONES.

a Iure ciuili. † Quæ sit obligatio naturalis incognita prorsus à iure ciuili, & qui sint eius effectus. & hoc nota ad similitudinem filiorum, de quibus dixi suprà in tit. de adoptio. in prin. & quæ scripsi suprà in ti. de iure naturali gentium & ciuili. in prin. Et dum dicitur hic, alia naturalis est incognita à iure ciuili, intellige, scilicet dispositi: quia circa causam ius ciuile nihil disponit, nec approbando nec improbando. Et illa quæ hic ponūtur sunt ex mente Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & melius cadunt infrà in glo, necessitate. dum ponit vnum effectū obligationis naturalis. Mihi autem in hoc puncto, quotuplex sit naturalis (quia Bar. in d. l. ex hoc iure vbi ponit hanc materiā, eam bene non explanat,) videtur sic dicendum ex mente tamen ipsius Bar. quòd principaliter duplex sit obligatio naturalis. Quædam quæ est introducta solo instinctu naturæ, vt benefacienti benefaciamus, ab anti, quod est cōtra, & doron donatio, quasi contraria donatio, vt declarat glo. in d. l. sed si lege §. consuluit. & ista credo esse de iure naturali, quod est commune etiam brutis, cum ista etiam conueniant animalibus brutis, vt pa [illegible] ad sensum, & ita etiam expressè firmat Nicola. de Neapo. hic. Et ista est duplex: quædam quæ est relicta in puris & meris terminis naturalibus solius instinctus: quædam quæ est redacta ad necessitatem, vt hic per istum Quædam & secundò principaliter est obligatio naturalis inducta non dico instinctu naturæ, imò ratione naturali quæ dictat pacta conuentiones fidémque seruari. Et ista etiam est duplex, Quædam est fomentata à lege ita vt pariat actionem, iuxta l. legitima ff. de cap. & l. legem. C. de pactis. Quædam est relicta sine fomento, & ista operatur effectum, de quibus hic per eum. Est postea quædam alia ad liberandū de qua in l. si vnus. §. pactus ne peteret ff. de pact. Ista theorica plus mihi placet cæteris, quæ tamen sumitur pro maiori parte ex verbis Bart. in d. l. ex hoc iure. Quæ sit obligatio naturalis cognita à iure ciuili, sed adeò est recepta vt si quis virtute ipsius soluat non potest repetere, vt iur. infrà alleg. Adde quòd † ista obligatio naturalis prouenit propriè ex consensu, & cadit in quacunque persona habēte (etiam si sit seruus) consensum l. Stichum. § naturalis ff. de solu. Secundum probatur in l. naturaliter. l. frater à fratre, de condi indebiti. & similiter pupillus proximus pubertati obligatur, non tamen infans obligatur, quia caret intellectu l. j ff. de noua.

b Secundus effectus. † Circa secundum effectum hic positum, quòd debitum naturaliter tantum potest cum debito effici compensari. l. etiam. hic alleg. ff. de compensationi. Multum. ba. l. quæcunque eo. tit. Glo. ibi respondet, quòd in obligatione naturali non obstat aliqua exceptio, cum non pariat actionem & ideo nimirum si possit compensari & ad illum tex. non potest aliter bene respondere. Ex hac solutione ego infero nomiter vnum mirabile: quòd si esset naturalis sola quæ pareret actionem. quod tunc illo casu debitum naturale non operaretur compensationem, etiam in sententia absolutoria quæ tollit ciuilem ipso iure, secundum veram opi. Bar in l. Iulianus. verum debitorem. in prin ff. de condi. inde in vj colum. quicquid ibi dicat gloss. in verbo natura & glo. hic in verbo necessitate, & remanet naturalis sola, certè illa naturalis sola est potens ad producendum actionē, eò quia semel fuit iuncta cum ciuili, vt videmus in exemplo naturali de muliere quæ semel fuit iuncta viro, vt tenet & declarat Bar. in d. l. Iulianus verum debitorem sed sibi obstat exceptio rei iudicatæ. §. item si iudicio. infrà de excep. certè sequitur quòd illa naturalis non sit potens ad compensandum, quia parit actionem. & sibi obstat except. d. l. quæcunque. Et ex hoc sequitur maxima limitatio ad d. l. etiā, & quòd hic & vbique dicitur quòd naturalis sola est potens ad cōpensandū, verū est & procedit in naturali quæ semper fuit sola. secus autem sit in naturali quæ semel fuit iuncta cum ciuili, quia illa nō est potēs ad cōpensandū. Ista est magna & inaudita limitatio & multū mirabilis: quia si naturalis quæ sēper fuit sola & est frigidior, est potēs ad cōpēsandū quātomagis deberet illa quæ est potētior, quæ parere, potest actionem primum contra naturalem quæ semper fuit sola

si ageretur, obstaret exceptio intentionis & facti, quia ageret de facto, & nihilominus est potens ad compensandum: quantò magis illa per quam agitur iuridicè, & obstat exceptio vera cognita, quia non inoenio ista ab alijs fuisse cognita sed istud tenet Bar. in l. procurator, ad exhibendum. .primum. ff. rem ra.ha. & in l. si pœnæ causa in princ. & in l. qui inuicem. ff. de condi. indeb. & domi. Alexand. in l. j. de condi. Ias. Mayo. [Ad princip. huius additionis adde, an debitum compensatione cum fructibus, inno. in c. ad nostram. de iureiur.]

12 Tertius† effectus est, quia potest deduci tale debitum naturale in constitutum, & fieri exigibile. l. j. §. an debitum. de cõsti. pecu. Quartus effectus est, quia potest accedere pro tali obligatione naturali fideiussor, qui efficaciter obligab.tur. d. l. fideiussor. & l. fi. ff. de iureiur. Vos addite vnum effectum, quia operatur vt ex interpellatione facta pro huiusmodi debito naturali quis in mora constituatur vt stipulatio pœnalis committatur glo. est ordi. in l. nuda. C. de contrahen. & commit. stip. Addite sextum quia operatur vt per denuntiationem euangelicam cõ-
13 pellatur debitor huiusmodi debitum soluere:† quia inter sim-
a plicem loquelam a & solennem non facit. Deus differentiam c. j. & Doc. no. extra. de pac. Adijcite septimum, quia obligat quem ex pacto liberatorio amplius non petere. Glo. est ordi.
14 in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.† Ex quo dixit notabiliter Bartol. si mulier prohibetur ex forma statuti se obligare sine consensu parentum, non poterit facere pactum de non petendo, quia hoc tale pactum obligat paciscentem naturaliter non pe-
15 tere.† Amplius dixit Bald. quòd si statutum prohibeat mulierem contrahere, quòd non poterit facere pactum nudum de non petendo, quia tale pactum appellatur contractus gloss. est aurea in l. prima. in princip. ff. de actio. & obligatio. Est etiam naturalis obligatio quæ prouenit ex contractu solenni, sed non producit actionem, non propter frigiditatem contractus sed propter conditionem personarum: vt est quando per contractum filius promittit fratri vel patri in potestate eadem constituto, scilicet fratre. l. fratre à fratre. de condict. indeb. vel si pupillus ex contractu obligetur alicui sine authoritate tutoris. l. prima. in fin. ff. de noua. l. pupillus. de authoritate tuto. & hoc
16 satis de naturali obligatione.† Est & ciuilis obligatio tantum b 1
b & hæc subdistinguitur, quia quædam est ciuilis quæ semper fuit & est sola, de qua dicam in gloss. Quædam est ciuilis quæ nunc est sola, sed semel fuit admixta naturali: & est quando est pactum de non petendo & de hac etiam dicam cum gl. Quædam est quæ semper fuit & est admixta naturali, vt est illa quæ prouenit ex solenni contractu. Et sic habetis tertiam speciem quæ appellatur naturalis & ciuilis.

ADDITIONES.

a Inter simplicem loquelam. Adde text. in capitul. iuramenti. xxij. quæstione quinta gloss. fina. in capitul. clericus. de iureiurand. Archi. in capitu. primo de sepol. libro sexto. Cardi. Zaba in capitul. ad aures. in quarta quæstio. quòd metus caus. idem Cardi. in capit. debitores. de iureiur. Abb. in c. qualiter. de pac.

b Tantum.† Adde quòd alia est ciuilis, quæ ex iuris solennitate producit cessante naturali consensu, vt not gloss. in l. naturaliter. C. de non nu. pecu. & hæc est illa quæ propriè oritur ex chirographo ante biennium. l. in contractibus. C. de non nu. pecu. & habetur infrà de literarum obligatione. Item ille qui tenebatur naturaliter & ciuiliter, & iurauit se non debere. l. fina. ff. de iureiur. Item ei qui tenetur naturaliter & ciuiliter, & fuit factum pactum de non petendo. d. §. pactus & l. j. de condi. inde. Ias. May.

a Glo. j. a ibi. in literarũ obligatione. Colligitis ex hac glos.
18 quòd† in cirographo ante biennium nata est ciuilis obligatio sola, nõ autem naturalis. Ia. de Are. damnauit hanc glossam dicens, quòd nulla obligatio neque naturalis neque ciuilis est nata. Moueor primò: nã mutuũ est contractus qui celebratur re infrà tit. j. in prin. & l. ij. ff. si certum petatur. Sed hic nulla res nulláque pecunia est numerata, ergo nulla obligatio est nata. Secundò mouetur ipse, quia in ista confessione inest conditio, si pecunia numerabitur. l. fin. C. de non nume. pecu. ergo antequam pecunia numeretur, & sic conditio purificetur. nulla obligatio oritur. l. cedere diem. ff. de verborum significatio. & §. omnis. infrà de verborum obligatio. Et hanc opin. firmauit Bartol. per l. qui pecuniam. ff. si certum petatur. per l. pe. ff. quæ res pig. oblig pos. per l. prima. §. finali. ff. qui potio. in pigno.
19 habean. Hanc opinionem suadebat domi. Christ. ratione tali.† Nam confessio emanata extra iudicium nihil disponit circa obligationem, sed solum probat. l. Publia. §. finali. ff. deposit. ergo ex huiusmodi confessione non erat obligatio na-
ta. Ego suadeo istam opinionem per textum, apertum satis infrà de lit. obli. ibi, vt cum hodie quæri non potest. Petrus verò de Bellapertica tenuit totum econtra, videlicet quòd ante biennium non solum ciuilis, verum etiam naturalis dicatur
b nata. b fretus primò, in talem cõfessum datur actio, sed agẽti nõ numeratæ pecuniæ obstat exceptio. l. si ex cautione. & l. in cõtractibus. C. de nõ nume. pe. ergo erat vtraque obligatio nata, vt vidistis supra eo. in rub. Secundò mouetur, nam talis cõfessus potest condicere liberatatem à debitore. l. si cum exiguam. C. de cõdi. ob causam. & l. si quasi. C. de non nume. pecu. ergo erat obligatio. l. decem de verbo. obliga. Tertiò mouetur quia ista confessio habet formam suam: & licet fiat vt pecunia numeretur, naturalis tamen obligatio interim impediri non debet, vt vidimus in titulo de condi. ob causam. Hanc opionem ego suadeo ratione duplici. Prima ratio, quia ista confessio habet annexam tacitam promissionem confiteor recepisse, ergo confiteor reddere. l. cum quid. ff. si cer. pet. ergo ex tali promissione tacita, erit obligatio nata. præterea promissio facta sine causa, parit mero iure obligationem efficacem. l. ij. §. circa ff. de excep. do. ergo & ista facta cum causa, quę postea ad actum non est deducta. Ego semper arbitratus sum opi. glo. esse veriorem hoc loco, vt
20 sola ciuilis non autem naturalis sit nata.† naturalis est causata ex consensu. l. Stichum. §. naturalis. ff. de sol. sed iste qui confitetur non consentit, quia decipitur. l. si per errorem. ff. de iurisd. om.
c iud. ergo non est nata naturalis, quis enim sani capitis c dixerit hunc confitentem consentire si putauit pecuniam non numerari debuisse: Quod autem sit nata ciuilis, probatur, quia hoc chirographum habet formam suam, & à lege receptam, ergo est nata ciuilis, vt infrà de lit. ob. in princip. Non ob. quod mutuũ sit contractus re, & hic nulla res interuenerit, quia illud procedit in mutuo naturali, at nos loquimur in mutuo naturali, at nos loquimur in mutuo ciuili, & tunc secus, & de hoc est glo. in l.
d ij. §. fi. ff. si cer. pet. Non ob. quòd in tali confessione insit d cõditio illa: quia est conditio tacita, & extrinsecus veniens à verbis, quæ non habet effectum suspẽdere. l. conditiones quæ extrinsecus. de cond. & demon.

ADDITIONES.

a Hæc glo. est multum intricata & obscura ideo eam declara vt per Bellon qui postea multa opponit contra diffinitionem obligationis.

b Hanc opinionem Petri sequitur Bellu. contra communem. qui latè discutit hunc articulum hic.

c Capitis. Hanc rationem clarè reprobat hic. Bello.

d Insit conditio. Vel dic melius secundum Bart. in l. j. in v. col. ff. de condi. inde. qui respondet negando, quia imò purè promittit confidens de numeratione futura. Ias. May.

21 Non† ob. d. l. qui pecuniam. cum simi, alleg. per Bart. quia non loquitur de promissione de recipiendo in futurum, de qua promissor liberare se potest non recip endo, vel verius non obligare non recipiendo. Non ob. argu. do. Christo. quòd confessio non disponat: quia illud verum in mutuo naturali, & in quocunque contractu qui re celebratur. Secus in mutuo ciuili, & in alijs contractibus, qui verbis, literis, aut consensu perficiũtur l. quidam. & l. Lucius. ff. de consti. pecu. Non ob. versi. vt cũ hodie. infrà de lit. oblig. quia respõdetur quòd tunc post biennium obligatur, scilicet efficaciter. ante tamen erat obligatus ciuiliter. Non ob arg. Pe. quod in confessum detur actio, sed obstat agenti exceptio non numeratæ pecuniæ: quia loquitur de exceptione intentionis & facti, quæ nullum ius præsupponit in agentè glos. est ordi. in l. qui se debere de condi ob cau. Non ob quòd ista confessio habeat formam confessionis, sed non habet formam promissionis, & per hoc non obstat titulus de condi. ob cau. quia ibi promissio interuenerat & rei traditio. Non ob. l. si exiguam. & l. si quasi. quia loquuntur de obligatione facti condicenda. Non obst. quod ex ista confessione insurgat tacita promissio, quia respondetur quod illa promissio licet insurgat, tamen quia est erronea non producit naturalem obligationem tanquam vacuatã consensu. l. Stichum. §. naturalis. de sol. iuncta l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iudi. Nom ob. l. ij. §. circa ff. de exce. doli. quia loquitur in promissione qui est actus disponendi, & obligationem producendi: nos verò loquimur
a in confessione qui non est actus dispositiuus. l. Publia. a in fi. ff. de positi. quia habet formam literarum receptam à lege ciuiliter, & ideo obligatur.

ADDI-

ADDITIO.

a Poblia. Vel quòd illa l. Publia. §. fi. loquitur in contracto depositi qui re celebratur, ex quo contractu verum est, quòd solum ex scriptura non oritur obligatio: sed nos loquimur in contractu qui scriptura, & sic literis celebratur, & idem puto velle istum dicere. Ias. May.

a In ea glo.[a] ibi, §. præterea. Concludit ergo glo. quòd † pa-
22 ctum de non petendo tollit obligationem naturalem ipso
b iure.[b] Sed contra hoc opponitur & videtur quòd naturalis
non tollatur ipso iure. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. Solu. Ibi
loquitur de pacto obligatorio de non petendo, quod non
inducit ipso iure naturalem obligationem: nos verò loqui-
mur de pacto liberatorio de non petendo, quod tollit natu-
ralem ipso iure. l. Stichum. §. naturalis. ff. de so. Ratio diuer-
sitatis sumitur ex regula iuris Fauorabiliores. Sed iterum
contra, & videtur quod nulla obligatio tollatur neque na-
turalis neque ciuilis: quia non obstante pacto, creditori in
debitorem datur actio. §. præterea. infrà de excep. ergo nul-
la fuit sublata: alioquin sequeretur absurdè dictum, quòd
sola ciuilis produceret actionem. Sol. Dixit Bar.[b] quòd licet
sola ciuilis obligatio quæ semper fuit sola, non producat
actionem, tamen illa quæ semel fuit cum naturali coniun-
cta producit: Probat exemplo naturali: nam licet mulier
quæ nunquam fuit masculo coniuncta non possit produ-
cere partum, tamen illa quæ semel fuit coniuncta, masculo
sublata, & partu concepto, potest producere partum. Ego
puto responsionem Bart. bonam, sed rationem non proce-
dere: Nam licet causa efficiens & rem in esse producens, si
tollatur de medio, res ipsa in esse producta conseruetur, vt
est in fabro, qui licet moriatur, cultellus tamen remanet: &
fabricatore domus, qui licet moriatur, ædificium tamen nõ
perit: & sic in masculo, qui licet moriatur partu concepto,
partus tamen non perit: non tamen est ita quando causa est
producens, & productum in esse conseruans: nam sublata
causa, tollitur ille effectus producendi: Hinc est quòd dici-
23 tur, † cessante ratione legis cessat ipsa lex: quia ratio legis est
causa nedum producẽs legem in esse, sed etiam productam
conseruans. c. erit autem lex. distin. j. Sic in proposito, natu-
ralis & ciuilis obligatio est causa nedum producens actio-
nem, sed etiam conseruans, vt probatur hic in diffinitione:
ergo ea sublata deberet impediri actio. Vnde redde aliam
rationem, quòd ex ista ciuili semel iuncta cum naturali,
ideò producitur actio, quia adhuc durant reliquiæ antiquę
naturalis. arg. in l. vnius. §. seruus meus. ff. de quæstio. & in l.
j. in fin. cum sequen. ff. rerum amo. In ea. glo. ibi, hic diffini-
tur. Not. ex glo. hic diffiniri naturalem & ciuilem obliga-
tionem simul. Aliqui dixerunt, quòd hic diffinitur natura-
24 lis sola, & quòd † ciuilis obligatio non est substantia, sed
qualitas naturalem qualificans: quod communiter repro-
batur: quia sequeretur quod non esset ciuilis obligatio de
per se, cum qualitas siue subiecto esse non possit, argu. in l. j.
ff. de serui. leg. quod tamen est falsum, vt suprà dixi, ideo gl.
tenebitis.

ADDITIONES.

a In ead. glo. Et dum glo. allegat. l. j. §. j. in fin. de verbo. oblig. est corrupta, & debet allegare. §. ij. qui incipit. Si quis ita ad fin. Ias. May.

b Ipso iure. Quomodo hoc debeat intelligi, vide Bello. in lib. ij. supputa. c. j. vbi plura dicit, circa d. §. pactus ne.

25 In ea glo. in fin. no. ex glo. † obligationem naturalem[a] cau-
a sari de iure gentium. pro qua est. l. cum amplius. §. is natura
debet. ff. de reg. iur. Sed opponitur, & imò videtur quod sit
de iure naturali primæuo, non autem de iure gentium: nam
seruus obligatur naturaliter domino. l. nec seruus. ff. de pec.
l. si id quod. ff. de condi. inde. & tamen seruus de iure gen-
tium habetur pro nullo. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. Solu.
b dixit Barto.[b] Quædam est naturalis obligatio ex instinctu
naturæ proueniens, vt quòd benefacienti benefaciamus: &
illa est de iure naturali primæuo omnibus animalibus conue-
niens. l. sed & si lege. §. sed consuluit. ff. de pet. hære. Quæ-
dam est naturalis obligatio quæ prouenit ex consensu, &
ista prouenit de iure gentium. l. cum amplius. suprà allega.
Non obst. quòd seruus obligetur naturaliter, & tamen iure
gentium pro nullo habeatur: quia respondetur, quòd du-
plex est ius gentium: vnum quod statim atque creatæ gen-
tes fuerunt in esse productum, est, ab exordio naturalis crea-
turæ, vt, quòd pacta fideisque seruentur: quo iure nondum
seruitus, nondum bella producta erant: & eo iure inspecto
seruus naturaliter obligatur. & dicitur naturalis obligatio
ex eo iure gentium. Quoddam est ius gentium secundariũ,
quod excrescente hominum militia fuit ipse productũ, quo
iure inuenta fuerunt bella, seruitutes, captiuitates, & eo iu-
re seruus non obligatur. §. præterea. infrà quib. mo. tol. obli.
l. seruus Titio. ff. de fideiuss. Fateret tamen quòd effectus tri-
buti obligationi naturali retinendi & compensandi, non
c haberent locum[c] in seruo obligato. † Non obstat. l. si id
26 quòd dominus. quia loquitur in domino obligato seruo na-
turaliter. & eodem modo. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de
condi. & demon. Probatur etiam per titulum. C. an seruus
ex suo facto. Probatur etiam ratione. Nam si seruus aliquid
soluat quod naturaliter tantum debet, poterit tamen à do-
mino repeti, quia non potuit soluisse in præiudicium domi-
ni. Item nec potuit compensari debitum seruo, quia illud
est acquisitum domino. l. placet. ff. de acqui. hæred. Et si di-
xeris, nonne seruo manumisso poterit habere locum effe-
ctus compensandi & retinendi? Respondeo quòd non,
27 † quia seruus manumissus nouus, homo est effectus. l. qui
d res. §. aream. ff. de solu. l. cum actum. ff. de neg. gest.[d] Glo. su-
e per verbo necessitate. ibi, velleiano. Not. ex[e] glo duo, Pri-
28 mum † quòd ille appellatur verus debitor, à quo debitum
tanquam ab inuito extorqueri potest. facit l. fideicommissa.
29 §. si rem. ff. de lega. iij. Ex quo dixit Bar. quòd † si testator gra-
uauerit vnũ ex hæredibus vt teneatur soluere debita, quòd
intelligitur de debitis exigibilibus, non autem de his quæ nõ
possunt exigi defectu actionis & obligationis, vt ex debitis
ex pacto nudo, vel de his quæ non possunt exigi propter vi-
res exceptionum. alleg. l. si is cui. §. Flauius. ff. de sol. Quod
verum limitat Bal. quando testator haberet alia debita exi-
gibilia: si autem nulla haberet, intelligeretur etiam de debi-
tis non exigibilibus. arg. optimum in l. fundus qui locatus.
ff. de fund. instru. instrumentóque legato. & vt actus potius
valeat quam pereat. argu. in l. quoties. ff. de reg. iur. Si tamen
testator mandauit omnibus exolui pro salute animæ suæ,
non venirent exoluendæ pœnæ debitorum. Ratio, quia cũ
testator adiecit illa verba, pro salute animæ suæ, visus est se
referre ad forum pœnitentiale, quo inspecto delictorũ pœ-
næ non debentur. Gl. est ordi. in c. fraternitatis. xij. q. ij. dictũ
in l. quibus diebus. ad fin. de condi. & demon. Secundò col-
30 ligitis ex glo. † quòd quædam sunt debita inexigibilia ex de-
fectu actionis & obligationis, vt est debitum ex pacto nu-
do, & talè debitum compensari potest. l. etiam. ff. de cõpen-
f sa. Quędam sunt debita inexigibilia in virtute exceptionis,[f]
& talia compensari non possunt. l. quæcunque. & ibi glo. ff.
de compen.

ADDITIONES.

a Obligationem naturalem. Adde l. cum amplius. in §. is natura debet. ff. de reg. iur. Ange. in l. indebitam. in j. col. ff. de condi. inde.

b Dixit Bart. Contra hanc solutionem quæ est communis. tenet hic Bello. bonis rationibus.

c Locum, Hoc dictum Port. reprobat hic Bello. quem vide vt intelligas terminos.

d Neg. gest. Port. non scribit super glossella in ver. iuris vinculum. ideò vide hic Bello. eam declarantem.

e Not. ex glo. Et ad istam glo. dum dicit de exceptione Macedoniani & Velleiani. si vis scire quæ sit ratio fundamentalis quòd dictæ exceptiones non tollunt naturalem neque ciuilem obligationẽ, vide notabiliter Bart. in l. j. in pe. col. ff. de condi. inde. Ias. May.

f Exceptionis, Intellige hanc gloss. vt per Bello. qui considerat diuersus casus.

In ea gl. ibi, fideiussor. Aduerte ad alium effectum: quia
31 † hæc naturalis obligatio producit effectum compensandi.
a l. etiam. ff. de compensa. In ea gl.[a] ibi, §. hæc disputatio. col-
b ligitis ex glo.[b] quòd † sententia absolutoria iniquè lata tollit
32 ciuilem obligationem, non ipso iure, sed per exceptionem:
naturalem verò obligationem nullo modo tollit, & idem
tenet glo. in l. cum à te. ff. de dolo. in §. item in iudicio. infrà
de excep. Glo. verò in l. j. ff. de condi. inde. tenet quòd ciuilis
ipso iure tollatur. l. miles. §. iudicari. de senten. & re iudi. l.
actori. C. de iureiur. ergo eodem modo & per absolutoriam
ipso iure dissoluetur, regula iuris. Nihil tam naturale. Sed

hæc gl.communiter approbatur. Ad argumentum respondetur, quòd facilius quid in esse producitur quam productum tollatur.l.patre ff.de his qui sunt vel ali.iur. & probatur in materia proposita: nam verborum obligatio. licet quamcunque obligationē inducat, tamen acceptilatio, quæ est etiam creatura iuris ciuilis, nō tollit etiam quamcunque obligationem.§.item per acceptilationem.infrà quib. mod. tol.ob.l.an inutilis §.acceptum. & l. si acceptolatum.ff. de acceptilat.

ADDITIONES.

a In ea.glo. Por.omittit aliud quod tangit glo.an acceptilatione tollatur obligatio.ideò vide hic Bello.declarantem.

b Ea glo. † Et dum glo.hic dicit, quòd per sententiam non tollitur ipso 33 iure ciuilis,sed eliditur per exceptionem,& allegat l. iulianus. illa l. probat quòd non tollitur natur- alis:sed de eo quòd glo. dicit de ciuili,ibi nihil probatur.Sed quòd glo.hic dicit ,quòd non tollitur ciuilis ipso iure sed ope exceptionis,habes declaratum in d.l.iulia.in glo.in verbo,natura.& ibi vide Bart in viij.col. & seq.in verbo,expediti sumus de prima gl. vide tamen eundem Bart.ibidem , qui reprobat hoc,& tenet quòd imò ciuilis ipso iure tollitur in xj.col.in versi. sequitur videre de sententia absolutoria . Et ad ista vide in §. item si in iudicio.infrà de except. Et ad ista vide in §.item si in iudicio infrà de excep. Et dum iste dicit quòd ista glo. communiter approbatur, malè dicit, vt suprà dixi. Et adde quòd dict.l. Iul.potest probare id quod dicit glo inducendo.vt ibi inducit Bart.in xj. col.dum text.dicit natura debitor permanet: quasi dicat,non tamen ciuiliter. Ias.May.

34 Secundò colligitis ex glo.quòd † per sententiam absolu-

a toriam, iniquè latam non tollitur naturalis obligatio.ᵃpro

b qua benè facit,l.iulianus.ff.de cond.l.iudex ff.eod.l. procurator ad exhiben. §. j. ff. rem rat. habe. Suadetur & ratione. nam naturalis obligatio causatur ex consensu,& sic de iure gentium.l.cum amplius.§.is natura debet. ff. de reg.iu ergo non debet posse tolli per sententiam quæ est creatura iuris ciuilis, vt hic in glo. Nunc non ob. quod dixit Pet quòd imo nulla tollatur nec naturalis nec ciuilis : quia non obstante sententia, contra debitorem absolutum agi potest:sed agenti rei iudicatæ obstat exceptio §. item si in iudicio. infrà de exce.ergo obligatio nulla sublata, alioqui sequeretur quòd sola naturalis produceret actionem quia respondet Barto. quòd licet ex sola obligatione quæ semper fuit sola, nō producatur actio , tamen ex sola naturali quæ fuit commitata ciuili, oritur actio. d. §. si in iudicio. Et probat exemplo de quo heri dixi , de masculo & muliere. Vos comprobate ratione quam tunc dixi , scilicet. quia durant reliquiæ ciuilis obligationis.argu.in l j.in fin.ff.rerum amota. Huic sententiæ etiam non obst.quod secundo introduxerat. Petr. quòd

35 nulla obligatio tollatur ratione.† nam actus agentium non debet operari vltra volūtatem eorum.l.non omnis.ff. si cert. pet.& iura sunt vulgaria : sed iudex qui absoluit debitorem non gerit in mente velle tollere obligationem causatam sed imò absoluit, quia nullam putat subesse, vt pro iudice bona cōiectura sumatur.l. Herennius. §.Caia.ff.de euic.ergo nulla sublata.quia respondet dn. Christo. quòd licet non gerat in mente, tamen ex quasi contractu qui celebratur per partes in iudicio, tollitur ista ciuilis, agunt enim partes, quæ litigant hoc in iudicio vt iudicis stetur sententiæ.l.iij §. idem scribit. ff. de pecu. Vnde aberrant longè Docto.qui dixere, ex sententia condemnatoria productionem & obligationem, quia hoc non est verum : quia iudex qui condemnat, non agit hoc in mēte vt obligatio aliqua causetur, sed quòd causata executioni demandetur. Dicitur igitur obligatio prouenire , & similiter actio, non ex sententia, sed ex quasi contractu qui celebratur in iudicio, vt suprà dixi. Ego multiplicibus argumentis defensarem quod & ciuilis & naturalis tollatur: Demonstratur sic : Nam in iudicio quasi contrahitur ex quasi consensu litigātium.d.l.iij.§. idem scribit. ergo naturalis tolluntur.l. Stichum.§.naturalis. ff. de solut. Secundò arguitur sic. Naturalis obligatio causatur de iure gentium.l.cum amplius.§.is natura debet.de reg.iur. Sed de iure gen.obedire tenemur sententijs magistratuum.l. veluti ff. de iusti. & iur. c. si quis venerit.de maio.& obe,ergo ex ista tacita obedientia erit sublata naturalis. Tertiò.nam per consensum liberatorium tollitur naturalis obligatio.l. Sti-

36 chum.§.naturalis.ff.de solut.† Sed ille qui non compellat à sententia absolutoria videtur consentire,l.ab eo.C.quomodo & quando in.l.§.C.si sæpius in integ.resti.fue.postho. ergo naturalis sublata.

ADDITIONES.

a Per senten. an absolutoriam. Adde Manb. de Marthesilia. in not. sole not.cxxvj.inci.nota quòd ex sententia Ziletius.

b Obligatio. De hac conclusione & præcedenti , vide hic latè per Bello. qui expedit etiam alia dicta glo.quæ sequuntur omissa à Porcio.

c Sublata. † Istum motiuum habuit iste à Bart. in d.l. Iulianus.in x. col.

37 in ver.quid ergo dicendum est. Sed facilè est respondere,quòd non tollitur per sententiam naturalem:quia cum inducatur à iure gentium non potest tolli nisi per ius gentium , vt hic in glo.nimirum ergo si non potest tolli per sententiam,& ita dicit glo. hic in verbo necessitate. Et Barto. format argu.in alio proposito,cui non caderet ista solu. Vel melius,tenemur obedire sententijs maiorum, verum est quando transierunt in rem iudicatam,

38 vt iste infrà dicit vel sentit. Potes dicere,quòd † sententia & iuramentum æquiparantur non ad aliquid probandum, non quo ad aliquid disponendum,per gl.in l.sed si possessori. §.item si iurauero.ff de iureiur. Vel melius dic,quòd iuramentum est maioris auctoritatis quàm sententia.d. l. ij. ff. de iureiur. vnde non licet arguere à maiori ad minus affirmatiuè. Ias.May.

39 Quartò suadetur sic:† Per iuramentum tollitur naturalis obligatio,l. Stichum. §. naturalis. ergo & per sententiam: quia à pari procedunt sentētia & iuramentum.l.ij. ff. de iureiur. Denique & quintò. Nam si debitor iurauerit soluere vsuras, habet duplicem modum sibi prouidendi. Primus vt soluat, deinde repetat: Alius, vt petat se absolui ab huiusmodi prouisione iurata.c. debitores. extra de iureiur. Sed si talis sententia absolutoria non tolleret naturalem obligationem, certè hoc remedium esset vanum ,quia in virtute solius naturalis obligationis poterat conueniri de iure canonico. cap. j. extra de pact, & ibi not. Sed possetis respondere, quòd hoc argumentum non concludit:quia imò etiam si naturalis non fuisset sublata nihilominus debitor conueniri non posset, quia erat obligatus in salutæ animæ vt vsuras remitteret. Vel dico quòd ideò ibi tollitur naturalis, quia illa sententia erit & iusta & æqua, & iudex gerebat in mente eo casu euellere omnem obligationem subsecutam ex promissione turpi:sed in casu nostro sententia absolutoria erat iniqua. Ad argumenta mea possetis respondere , quòd procedunt in sententia quæ transiuit in rem iudicatam, à qua non est appellatum : vel si appellatum fuit appellatio est deserta; quia tunc magis virtute consensus subsecuti . quàm insurgentis ex quasi contractu, tollitur naturalis. In ea gl. in fi.

40 not.† patrem filiofamiliàs non obligari ciuiliter, nec è contra, sed bene obligari naturaliter. Not. rationem gl. Sed vos addicite subtiliorem. Nam ideo pater filio non obligatur ciuiliter nec è contra : quia inspecto iure ciuili pater fingitur vna persona.§.ei qui.infrà de inutil.stip.l.fi C. de impu. & ali subst. vnde inter eos non cadit ciuilis obligatio, & in eodem subiecto concurrit actio & passio contra l.suo §.pe. ff.de lega.j. Sed ideo inter eos oritur naturalis, quia naturalis est iuris gentium. l.cum amplius.suprà alle. quo inspecto non dicitur filius eadem persona cum patre , quia ius gentium solam veritatem intuetur , non autem fictionem operatur.l. ex hoc iure.& ibi not. de iusti. & iure. Hæc verò limitabitis, quòd pater non obligatur ciuiliter filio in potestate, nec è contra in bonis aduentitijs vel profectitijs:in bonis autem castrensibus vel quasi, benè obligatur ciuiliter pater filio & è contra. Et ideo dixit alibi glo quòd in causis castrensibus vel quasi potest cedi actio & obligatio, tene men-

41 ti. Glo. super verbo,rei in fin.not. † appellatione rei ᵃ facta

a quoque conueniri. Ex quo dixerunt aliqui , quòd si statuto caueatur quòd pro quacunque re petita soluatur solidus pro libra, quòd habebit locum in facto petito : quod verū limitat hic Bald. quando tale factum petitum erat æstimabile, vt librum scribi , domum ædificari, & fossam fodi. Si autem esset inæstimabile, vt facere vxorem consentire, tunc nihil esset soluendum : quia verba statuti debent intelligi in casu possibili, hoc est, quo res æstimari possit. l. non solum. ff.de actio.& obliga.l.si ideò.C.ad Syl. Et ideo dixit Bartol.

42 quòd † si statutum dicat, quod mulier sine consensu paren-

b tum non possit obligari, ᵇ habet locum quando habet parentes:sed si neminem haberet , posset sola obligari. Tutissimum tamen esset hoc casu adhiberi auctoritatem iudicis in defectum parentum, sicut alibi adhibetur pupillo in defectum

fectum tutoris, l. pen. C. qui adm. it. ad bono. possess. l. si infanti. §. j. C. de iure delibe.

ADDITIONES.

a Rei Quid veniat appellatione rei, vide hic disfusè per Bellonum.

b Possit obligari. An si statuto caueatur, quòd mulier sine consensu parentũ non possit obligari, habebat locum si parẽtes illa mulier non haberet vel oe, vide suprà de legi. agn. succes. in pu. & vide in l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. j. vbi de hoc.

a b Glo. a in ver. secundum. b

ADDITIONES.

a Glo. in verb Hæc gl. in ver secundum omittitur à Portio, ideò eam expedias, vt per Bellonum, quem etiam vide ad omnes glo. sequentes, quas idem Porti non tangit vsque in fin. tituli.

b Verbo secundum Glo. super verb. secundum. Diuiditur in quatuor partes, prout quatuor modis intelligit text. in illa dictione, secundum, cum sequentibus verbis. Et ista glo. in finalibus verbis. ibi, Item percõ-
43 petentes actiones est singularis ad hoc, quòd † sententia lata super inepto libello est ipso iure nulla, nec ex ea oritur actio in factum vel officium iudicis, & ita eam allegat Bald pro singulari in l. actori. ad fin. C. de re. exe. vbi dicit formaliter istam gl. singularem, & non esse alibi in mundo, & ibi ego dixi post eum. Et pro ista glo. facit optimus text. in l. fin. in verbo, nihil agit. ff. de libe. & posthu. quem ad hoc ponderat ibi Bald. Et hanc limito vt procedat quando inepti tudo esset expressa: secus autem si libellus esset tacitè ineptus. quia tunc bene valeret sententia, & dixi post Bald in d. l. actori. Ias. May. [Adde an & quando sententia lata super inepto libello sit ipso iure nulla. & ex ea oriatur actio in factum, vel officium iudicis. Cyn in l. vnica. C. vt quæ desunt aduo. Bald. in l. ex hoc iure. in pen col. ff. de iusti. & iu. & in l. o. eod. titu. & ibi Clau. de Seysel. col. j versi. quærit et am ex præmissis Bal. Eundem Bal. in repe. l. ij. col. xiij. ff. de iureiur. & in l. nisi. ff. de tut e. & ratio. distrahen. in c. licet. in iij. col. de procu. in l exceptionem. col. iij. C. de proba. in l. ij. ad fin. C. de re iudic. & in l. certa ratione C. quando prouoca. non est nece. Salyc. in l. actori. C. de reb. credi. Anto. de But. in c. examinata. de iudici. Abb. Panor. in c dilecti in iij. not. de emptio & vendi. Alexan. de Imo. in l. vinum. in finalibus verbis. ff si cert. pet. & in consi. lxxix. incip. perspectis verbis. in fin j col. in ij. volu Ant. Corset. in sing. incip. nihil agit. nu 2. Fely. in c. cum ordinem. col ij. versi. & illum text. valde not. Abb. de rescript. Ias. in §. omnium nu. 147. infrà de actio. in l. j. nu. 12. C. de iur. & fac. igno. Hippoly. de Marsil. in l. vnius. §. custodiæ col. ij. ver. ex quibus omnibus potest limitari. ff. de quæstio. Robe Maran. in trac. de ordi. iudicio, in vj. par. nu. 61. in parnis. & Franc Curti. iunio. in consi. clxiij. incip. in causa vertente inter nobiles Rubertum. nu. 6. in ij. volu. Ioan. Bapt. Ziletus.]

44 Glo. super verbo ex contractu, in fin. no. † appellatione con-
a tractus, intelligi propriè contractum vltro citroque obligato-
b rium: b pro quo. l. Labeo. ff. de verbo. sign. in glo. alle. Ex quo di-
45 xit Bart. quòd † si statuto caueatur, quod qui non petierit debitum ex contractu intra decem annos cadat à iure suo, non habet locum in creditore ex mutuo, quia ille non est propriè contractus, cum solum recipiens obligetur non autem numerans. Glo. super verbo consensu, in fin. dicite vt dixi suprà in princ. vbi clarius explicaui.

ADDITIONES.

a Appellatione contractus. Adde an comprahenditur stipulatio largè vide per Ial. in l. iij. in lxxiij. col. vet. ead glo. C. de iure emphyt & an veniat distractus vide in l. fin. in princ. & ibi ponderat Bald C. si tuto. vel cura. & an veniat testamentum. vide in l testamentum, C. de testa. Et an veniat quasi contractus vide insti. de actio.

b Obligatorium. Contrarium tenet Bellonus lib. secundo supputa. cap. ij. vbi declarat l. Labeo, §. contractum.

a Quib. mod. re a contrahi. obli. Rubric.

ADDITIO.

a Vide hic Bellonum qui quærit, an hæc rubri. idem significet. quod rubri. ff. de reb. creditis.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Quia obligationum quæ ex contractu proueniunt, quædam re, quædam verbis, quædam literis, quædam consensu celebrantur suprà tit. j. §. fin. in princ. l. j. ff. eo. ideo de his per ordinem tractaturus, ab his obligationibus exordium fecit, quæ re contrahuntur.

1 Mutuum est contractus qui re celebratur.
2 Pactum nudum an prouocat actionem.
3 Exempla non restringunt regulam, sed ponuntur ut regulam declarent.
4 Mutuum in quibus rebus consistat, & à deposito differat.
5 Solutio in mutuo fit in eadem re in genere & bonitate.
6 Mutuus etymologia.
7 Pactum nudum quot modis sumatur & nu. 11.
8 Pactum uestitur cohærentia contractus.
9 Differentia inter uestimentum re, & rei interuentu.
10 Pactorum uestimenta.
11 Intellectus l. nuda fo de contrahen. emptio.
12 Mutuum unde com; oritur.
13 Mutuum quatuor modis reconciliatur.
14 Certi condictio est duplex.
15 Argumentum de mutuo ad indebitum solutum udet.
16 Genus nunquam excludit suam speciem.
17 Genus nunquam transit in speciem nisi addatur differentia.
18 Certi condictio competit pro interesse petendo.

a RE CONTRAHITVR a OBLIGAtio. Hoc principium repetibile & difficilè est, aperiam quàtope: e potero ipsam materiam. Diuiditur in quinque partes. Nam in prima determinat mutuum appellari contractum re. In secunda declarat, in quibus rebus constare possit mutuum. In tertia, in quibus rebus fiat solutio mutui. In quarta ponit etymologiam vocabuli. In quinta ponit, quæ actio oriatur ex mutuo. Secunda ibi. (mutui autem.) tertia ibi. (& quandoque.) Quarta ibi, (vnde & mutuum.) Quinta ibi. (ex eo.) Hoc dicit in summa Ex mutuo quod re contrahi dicitur consistente pondere, numero, vel mensura, oritur actio
b quæ appellatur certi condictio. Not. b primò, † mutuum ap-
1 pellari contractum re, ea fortè ratione, quia res ipsa perficit contractum. licet enim in mutuo consensus & verba interueniant, tamen quia rei traditio substantiat contractum, non appellatur contractus consensu ex verbis, sed contractus re, tanquam à causa potentiori. argu. in l. Hermaphroditum. ff. de sta. ho. Et eadem ratio reddi potest in quibuscunque alijs contractibus quæ re contrahuntur.

ADDITIONES.

a Re contrahitur. Quare dicantur obligationes re, cum tamen interueniat consensus. vide hic per Bello. qui etiam præmittit quotuplex sit mutuum.

b Not. primò. Quòd conuentio de mutuando est nudum pactum,
2 quod non arctat: † quia pactum nudum de iure ciuili nullam producit actionem l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pact. Sed de iure canonico secus, quia producit actionem. c. j. de pac. & ideò necesse est vt ex tali conuentione agatur quæ vestitur per aliud istorum, vestimentorum, de quibus in glo. Adde quòd mutuum aliquando dicitur ciuilè, & aliquãdo naturale, vt hic, & l. ij. in fin. ff. si cert. pet. & de mutuo & testibus deponentibus vide suprà de rerum diui. §. venditæ. & Bar. in d. l. ij. & Canonistas in c. si cautio. de fide instru. Ias. May.

3 Not. in verbo veluti, † quòd non solum mutuum appellatur contractus re, verum etiam & alij. Nam dictio Veluti, stat
a explicatiuè: exempla autem a regulam non restringunt, sed solum ponuntur vt regula declaretur. l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de dan. infect. l. scire oportet. § fina. de excusa. tuto.
4 l. fin. de iureiur. & f. c. igno. † Not. in secunda parte, mutuum solum consistere in his rebus quæ pondere, numero, mensura-
b ue consistunt. Ratio, quia hæ res in genere suo functionem b recipiunt id est, similitudinem & liberationem. l. ij. ff. si cert. pet. & in hoc differt à deposito & commodato qui contractus in
5 cæteris rebus fieri possunt. † Not. subsequenter, quòd mutuum
c exolui debet in eadem re in genere c & bonitate: si tamen eadem res mutuatur mihi, nihilominus mutuũ appellatur. quod limitat glo. in l. ij. ff. si cert. pet. quando res fuit tradita eo animo vt accipientis fieret, aliàs appellaretur commodatũ, aut depositum. Vnde si traderem tibi mille aureos vt teneres sub banco, vt diues appareret, non dicitur mutuum, sed commodatum: quia mei tradentis intentio non fuit transferre dominium casus est. l. iij. §. fin. ff. commodati. Item not. etymologiam mu-
6 tui: quia † mutuum ex eo appellatur, quòd ẽx de meo tuum. l. ij. appell ita. ff. si cert. pet. d Ex quo colligitis tenere argumen-
d tum ab etymologia vocabuli, d quod est verum negatiuè, non autem affirmatiuè sumptum de quo dixi suprà de tutelis. in princ. Finaliter not. ex contractu mutui oriri actionem quæ appellatur certi condictio. An vero vna solum pro mutuo cõpetat, an verò duplex, magna est controuersia & subtilis subtilitas, de quo d. cam super glosis.

ADDITIONES.

a Exempla autem. Adde glo. in c. j. ne cler. vel monach. l. damni infecti. in §. fi. ff. de dam. infec. Card. Zab. in c. ecclesia. in ij. opposi. de elec.

b Functionem Hæc functio quomodo intelligatur. vide Bello. libr. j. supputa capit. iiij.

c In genere. An genus sit de substantia mutui, vide Bello. libr. j. supputa cap. v.

d Etymologia vocabuli. De hoc argumento ab etymologia vocabuli, vide late Bello. suprà in princ. de testa. in iij. quæstio.

Glo. j. quia hæc tractat de vestimentis pactorum, ideo benè est vt præmittamus quæ dicantur pacta nuda, [a] nec enim prius quærendum est de vestimentis, [b] quam de ea re quæ vestiri debet. l. conficiuntur. de iure codi. c. dissoluendum. extra de spon. 7 Ideò præmitto, quòd † pactum nudum sumitur principaliter duobus modis. Vno modo appellatur conuentio inter duos pluresue habita, & in meris terminis naturalibus relicta. l. legem. C. de pac. l. iuris gent. §. quinimò. ff. de pac. Et hoc dicitur nudum multipliciter. Vno modo appellatur nudum à forma ciuili, vt in iuribus suprà alle. Aliquando appellatur nudum à causa, sed tamen est vestitum à forma: vt quia solenniter promisi tibi dare mille sine causa, tibi agenti obstat exceptio doli. l. ij. §. circa. ff. de excep. doli. l. nuda. ff. de dona. l. nunquam nuda. de acquir. rer. domi. Aliquando dicitur nudum à consensu, vt cum contrahentes aliud agunt in mente, & aliud exterius simulant. l. nuda & imaginaria. ff. de contrahen. empt. ita loquitur totus titu. C. plus vale. quod agi. Aliquando dicitur nudum à traditione rei. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquir. rer. do. §. interdum. suprà de re. diui. Aliquando & secundo casu principali sumitur pactum nudum pro aliquo consensu emanente ex solenni contractu, puta mutuo tibi mille: ex hoc mutuo insurgit quidam consensus quòd mihi reddas. l. cum quid. ff. si cert. peta. & hoc modo sumendo hoc pactum dicitur miraculosè nasci vestitum, vt statim dicam. Aliquando tamen dicitur quid nudum ab accessorio, vt suprà de vsufru. in fin. princi. vt est proprietas ab vsufructu separata quæ nuda appellatur. Aliquando quid dicitur nudum à vestibus & bonis, vt iste exulauit nudus à patria. l. tutelas. in fin. ff. de capitis dimi. His itaque 8 præmissis venio ad glo. In glo. ibi, l. petens. Not. † pactum vestiri cohærentia contractus: quod verum intelligunt Doctor. siue talis contractus sit stricti iuris, siue bonæ fidei. Sed præceptor meus suo diuino ingenio, cum disputaret sub domino Raph. Ful. tentauit aliud, dicens quòd pactum nudum non vestitur cohærentia contractus stricti iuris, nec tale pactum informat contractum stricti iuris: Mouetur ex pluribus, sed pauca & meliora recitabo. Mouetur primò, quia omnia iura quæ dicunt pactum informare contractum iuxta quem apponitur, apertè loquuntur de contractibus bonæ fidei: ergo secus in contractibus stricti iuris, quia frustratoriè adijcerentur illa verba, bonæ fidei. l. in bonæ fi. C. de pac. l. iuris gent. §. quinimò. ff. de pact. Secundò mouetur ratione colloquata. Nam omnis informatio præsupponit extensionem, vt contractus extendatur ad id quod est in pacto deductum, vt sic pactum dicatur pars contractus. l. fundi partem. de contrahen. empt. sed cõtractus stricti iuris non patiuntur extensionem rei vel personæ. l. quidquid astringendæ. de verbor. obliga. l. ista stipulatus. §. Chrisogonus. eo. tit. ergo contractus stricti iuris non informatur, quia non extenditur. Denique mouetur: nam fictio non debet plus operari quam veritas. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Sed quòd pactum informet contractum, nihil est aliud dicere, quã quòd deductum in pactum, fingatur deductum in contractu. Modo sic, Si pactum appositum iuxta contractum stricti iuris, puta stipulationis, informaretur, certè essent duæ stipulationes. l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. ergo non vna informata. Præterea sequeretur (dicit ipse) vnum absurdum, quòd certi condictio quæ competit ex stipulatione in qua deductum est quid certum, competeret ad incertum, si in pacto esset deductum: quod est absurdum, vt condictio detur ad incertum, & hanc opi. hoc biduo comperi tenere do. Christopho. de Castellio. Mediolanen. Duo sunt iura quæ obstant huic opi. scilicet, l. lecta. versic. dicebam. ff. si cert. peta. Sed respondent ipsi, quòd illa lex non loquitur de pacto informatorio quòd præsupponit extensionem, sed loquitur de pacto reformatorio, quòd non præsupponit extensionem, sed moderationem, quam benè patiuntur contractus stricti iuris. casus est in l. j. §. cum adijcitur. ff. de verbo. obli. Secundò obstare videtur. l. petens. C. de pact. Sed respondent. d. Christopho. quòd ibi, non agitur ex pacto adiecto, sed ex stipulatione solenni, sed quia illa lex varios patitur intellectus, dicatis vt ibi. In ea. glo. in l. ex-9 plicatio. not. † differentiam inter vestimentum re, & vestimentum rei interuentu: quia primum statim producit actionem secundum ex interuallo: quam sententiam damnauit. Do. Raph. Fulg. & Do. Christopho. Mouentur ipsi, quia si hæc differentia c esset bona, sequeretur [c] quod si ego conueni tibi mutuare mille hodie, & cras tibi numeratem, diceretur primum pactum vestiri interuentu rei, non re, quia ab initio actionem non producebat, & tamen hoc est falsum. l. cum enim. ff. de noua. ergo non est differentia vtrum contractus re, an re interuentu vestiatur.

ADDITIONES.

a Nuda. Quæ dicantur pacta nuda: Vide Cyn. in l. legem. C. de pact. & per Cardina. Zaba. in c. j. de pact.

b Vestimentis. De istis vestimentis pactorum videndus. Ias. in l. iurisgentium. §. quinimò. col. vj. ff. de pact. Et ibi de Fortuni. Garzi. col. xxiij. vbi latè hanc materiam habes Ioan. Bapt. Ziletus Venetus.

c Sequeretur. Sed istud exemplum non est bonum, & in eo potes dicere quòd tale pactum non vestitur re, nec rei interuentu: quia cum pactum sit de mutuando, facta numeratione adimpletum est pactum: ad quid postea tale pactum inuestiretur? Vnde pone exemplum, quando præcessisset conuentio nuda de reddendo pecuniam quæ mutuabitur, iuxta l. cum enim. & l. præcedentem. ff. de dona. hic alleg. Sed ad primum dic quòd vestiretur ad istum finem, vt mutuans postea posset agere. Ias. May.

Secundò mouentur ipsi per §. fin. suprà titu. j. vbi solum recitantur quatuor vestimenta pactorum, re, verbis, literis, & cõsensu: nihil dicitur de vestimento rei interuentu, ergo clauditur sub vestimento rei, ad idem. l. j. ff. de actio. & obliga. Tertiò mouentur subtiliter: nam dicunt ipsi, in contractu innominato do, vt des: non oritur actio ex pacto præcedenti, sed ex traditione subsequenti, vt in mutuo & commodato. l. j. §. item emptio. ff. de re. permu. alioquin, dicunt ipsi, sequeretur absurdum tale, Pone, conueni tecum tempore quo non eras sanæ mẽtis, tibi dare volumen, vt tradas mihi codicem: hic ad mẽsem tempore quo es sanæ mentis, ego trado volumen: si oritur actio ex tempore pacti præcedentis, ex pacto ipso, tunc insanus scilicet tempore conuentionis obligabitur, &c. Vos possetis breuiter defensare communem opi. quia imo est differentia inter vestimentum re, & vestimentum rei interuentu: quia in vestimento re, agitur vt res ipsa reddatur, vt in commodato: vel similis in genere, vt in mutuo: non sic in contractu innominato. Præterea ex contractu re, oritur statim actio, vt dicit glo. In contrarium innominato oritur demum re tradita, non ex traditione rei, vt dicunt ipsi, sed ex pacto præcedenti. l. ex placito. C. de re. permu. Non obst. l. j. §. item emptio. ff. de rer. permu. quia licet ibi dicatur, rei traditio præstat mutuum obligationi in contractu permutationis, tamen non sequitur. ergo ex traditione rei oritur actio, sed purè ex pacto præcedenti. d. l. ex placito. Non obst. quòd sequatur absurdum, quia non est absurdum si dicamus, insanum obligari ne cum alterius iactura locupletetur. l. nam & natura. ff. de condi. inde. In ead. glo. 10 in fin. colligitis ex glo. † octo vestimenta pactorum. Addite nonum, scilicet rei traditione. l. traditionibus. C. de pact. Addite decimum, iuramento. l. fin. de libe. cau. l. vt iurisiurandi. ff. de ope. lib. Addite vndecimum, stipulatione pœnali. l. nuda. de contrahen. & commit. stipu. Addite duodecimum, constituto. l. j. §. an debitum. ff. de consti. pecu. Sed nunc oppo. quòd nullo horum modorum pacta nuda vestiantur: & primo quod non re, non verbis, non literis, non consensu: nam vestimento apponitur quoddam accidens quod potest adesse vel abesse sine subiecti corruptione. l. quod vestimentum. ff. de pecu. sed ista vestimẽta non possunt abesse quin pactum tollatur, igitur &c. Pone enim in mutuo quod res non tradatur, & sic vestimentum tollatur, corruit contractus mutui. Eodem modo in stipulatione tolle solennitatem verborum, & sic vestimentum verbis, corruit penitus stipulatio. Eodem modo in obligatione literarum, tolle vestimentum literis, obligatio penitus corruit. Eodem modo in obligatione ex consensu, tolle consensum, & sic vestimentum,

vestimentum, actus corrupit.l. nuda. ff. de contrahen. emptio. Eodem modo in vestimento cohærentia contractus: nam certè illud non appellatur vestimentum, quia non agitur ex pacto vestito, sed agitur ex contractu. l. fundi partem. de contrahen. emptio. Eodem modo nec legis auxilio vestitur, quia non agitur ex pacto vestito, sed agitur condictione ex lege l. si quis argentum. C. de dona. Eodem modo nec traditione rei, quia traditio rei non vestit pactum, sed executionem mandat. d. l. traditionibus. Eodem modo nec operis nouo, quia ille casus est specialis in republi. qui non est trahendus ad consequentiam. l. quod verò. contra. ff. de legi. Eodem modo nec iureiurando, quia non agitur ex pacto iurato, sed agitur ex virtute iuramenti, vt in iuribus suprà alleg. Eodem modo nec in stipulatione pœnali, quia esset absurdum quod stipulatio pœnalis, quæ est quid secundarium, haberet vestire & regulare principale. l. quod per manus. ff. de iure cod. 11 † Non obst. l. nu. a. quia ibi non agitur ex pacto nudo vt agens consequatur quod in pacto deuenit, sed vt debitor in mora constituatur, vt stipulatio pœnalis committatur. Eodem modo nec constituto, quia non agitur ex primo pacto nudo, sed agitur ex constituto. l. j. ff. de constit. pecu. & per hoc Iac. de Are. & Raph. Ful. dixerunt vnicum esse vestimentum, scilicet rei interuentu. Vos distinguite, quòd pactum nudum sumi potest dupliciter. Vno modo pro conuentione inter duos pluresuè habita, & in meris terminis naturalibus, ita procedant suprascripta argumenta. Aliquando sumitur pro contractu resultante ex conuentione, & tunc dicitur vestiri re, verbis, literis, & consensu: & dicitur vestitum miraculosè à lege, quia cum vestibus in esse productum. D. Christopho. de Castellione dicebat pactum nudum vestiri ex causa alleg. l. iure gen. §. sed cum nulla subest causa. & ibi, insunt quæ legem. ff. de pact. sed cum causa potest distingui multipliciter, & multiplicata innumerata essici vestimenta pactorum. In glo. super verbo, numerando. Dicite ergo quòd in rebus quæ a mutuo tradi debent, considerari[a] debet eorum natura, aptitudo, & consuetudo, & actus qui cum rebus illis concurrat: Vnde in pane non constituitur mutuum: si enim dixero, mutua mihi tres micas istud non appellatur mutuum: quia actus iste numeri trium micarum non conuenit mutuo panis, imo pondus. glo. est in l. ij. ff. si cert. pet. Si tamen panis ad pondus tradatur, b in eum mutuum constitueretur. Glo. super verbo, qualitatis.[b] in fin. Ex hac glo. & l. alleg. in ea dicunt Docto. quòd si monasterium promisisset Doctori plaustrum vini singularis annis vt patrocinium præstetur pro monasterio, quòd non debeat habere plaustrum vini si reperiatur ignarus legum: quia licet de hoc nihil fuerit dictum, intelligitur tamen tacitè actum quod pro expresso est habendum. d. l. cum quid. Glo. super verb. fiat 12 ibi, appellata, † quasi dicat,[c] componitur[d] ex corrupto & integro, quia dominium rei mutuatæ corrumpitur ex parte mutuantis, redintegratur verò ex parte recipientis, ita quòd corruptio vnius est integratio alterius: nam tollitur dominium ex parte tradentis, generatur ex parte suscipientis.

ADDITIONES.

a Considerari. Omnia hæc requisita sigillatim examinat hic Bellon. quem vide etiam ad gl. seq. super verbo quandoque quæ omittitur per istum.

b Qualitatis. An qualitas sit substantialibus mutui. vide Bello. libr. j. supputa. c. v.

c Quasi dicat. Credo quòd nullatenus ista fuerit mens gl. sed gl. voluit dicere quòd mutuum componitur ex corrupto & integro, hoc est, componitur ex meo, & tuum. Primum est corruptum, secundum est integrum. Et hæc est propria mens glo. Bene in se verum est id quod dicit iste, quòd mutuum fit ex corruptione dominij ex parte mutuantis, & reintegratione, ex parte accipientis: sed non est verum quòd illa dictio, mutuum, componatur ex integratione & corruptione, sed componitur. vt suprà dixi: & ita posteà reperi tenere declarare glo. Nico. de Neapo. hic. Las. May.

d Componitur. Hæc declaratio reprobatur per Bello. qui dat aliam.

13 In ca. g. o. in fin. dicite cum non tenuit, † tunc reconciliatur quatuor modis, consumptione, vsucapione, mixtura, & stipulatione, de quibus in d. l. ij. & l. nam & si fur. eo. tit. & in l. si alicui ff. de sol. ad quē me remitto, quia futura esset longa disputatio. sed hæc est cōmunis opini. Gl. super verb. cōdictio. a diuiditur in duas partes. Nam in prima tractat quotuplex sit certi condictio, & an pro mutuo cōpetat certi cōdictio, specialis. In secūda tractat, an certi cōdictio cōpetat pro interesse. In gl. ibi, 14 in princ. Colligitis ex glo. † esse duplicem certi condictionem: vna generalis, competens ex quacunque causa, & contractu, ex quo certum quid petatur alia verò certi condictio specialis, competens ex solo contractu mutui tantum. Glo. in l. quoties. ff. de præs. ver. dixit vnam tantum esse certi condictionem generalem, & quòd pro mutuo non competit certi condictio specialis: & hanc sententiam tenuerunt communiter. Vltramontani.[b] Mouentur ipsi primo. Nam de pluralitate actionis eatenus iudicamus, qua eatenus lege expressum habemus. l. ij. §. deinde ex his. ff. de ori. iur. Sed nulla lege habemus duas certi condictiones, ideò erubescimus[c] cum sine lege loquimur. l. illam. C. de colla. Secundò mouentur ipsi ex probatione singularis numeri: nam vbicunque lex de certi condictione facit mentionem illam profert in numero singulari: & numerus singularis vno solo contentus est. argu. in l. vbi numerus. ff. de test. Tertiò mouentur ex identitate nominis: nam si plures certi condictiones essent deberent in omnibus verificari. l. si idem. C. de codi.

ADDITIONES.

a Condictio. Ad intelligentiam huius gl. præmitte quotuplex sit certi condictio, vt per Bellou. qui etiam disputat an sit duplex, & quid & quomodo dicatur certum, vt per eundem.

b Vltramontani. Adde quòd fuerunt Iac. de Raue. Petr. & Guliel. de Cuneo in l. certi condictio ff. si cert. peta. prout refert Bart in d. l. certi condictio. in primis verbis quam opinionem etiam sequitur Cyn. in rub. C. eod. & ibi Raph. Fulgo. & Albert. de Rosate in rub. ff. si cert. pet. dicens hanc esse communem opi. & ibi Pa. de Cast qui dicit quòd quasi omnes (excepto Barto.) hanc tenent opinionem, & ibidem quoque Raph. prædictus ait, quòd hæc vltramontanorum opinio in secreto conscientiæ suæ plus placet, sed an hæc opinio sit nota vide perscribētes in d. l. certi condictio. in princ. Ioan. Bapt. Zilettus.

c Erubescimus. Adde §. consideramus. in authen. de trienn. & semis. Bald in c. j. in j. col. de iureiuran.

Quartò mouentur ex identitate medij concludendi, quod est vnum siue agitur ex mutuo, siue ex alio contractu: ex quo certus contractus vnicum medium concludendi habet, quia certum, ergo actio erit vnica, quia actiones reguntur penes medium concludendi. l. non debet. ff. de dolo. l. j. ff. de eden. Et hanc tenuit Raph. Ful. fretus primò: nam lex abhorret pluralitatem actionum ex diuersis causis prouenientium, & in personis plurium. l. hæredes. §. pluribus. ff. fami. her. isc. ergo multò magis abhorrere debet multiplicitatem actionum in casu nostro, vbi vnica est causa, & vna persona. Secundò mouetur per istum text. cum dixit. & eo contractu oritur actio quæ vocatur certi condictio: si enim orirentur duæ certi condictiones, certè illud expressisset, sicut expressit. infrà titu. j. in j. tinc. & pro hac parte allegatur. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. pet. Attamen Barto. & communis sententia tenet cum glo. Mouetur primò per rubr. ff. de re. cre. si cert. peta. & certi condictione. nam inquantum intitulat de re. cre. illa rubr. est generalis ad omnes contractus in quibus certum quid deducitur. Cum postea subiungitur, si cer. pet. loquitur tantum de mutuo. Ergo illa clausula, & certi condictione, vt ad omnia referatur, insinuāt vt vna sit condictio generalis, cum refertur ad alia verba, de rebus creditis: alia mutui specialis, cum refertur ad illa verba, si cert. peta. facit. l. talis scriptura. de leg. j. cum simi. Secundò mouetur ipse: nam cum vnicuique contractui sit prouisum de actione speciali. l. iurisgent. ff. de pac. posset mutuum, quod est contractus frequens & elegans, cui multa singularia à lege tributa sunt propter eius frequentiam & elegantiam. l. certi condictio. §. si nummos. l. singularia. ff. si cert. peta. de iniuria sibi illata cōqueri, quòd de speciali actione non esset sibi prouisum. 15 Tertiò mouetur † nam bonum est argum. de mutuo ad indebitum solutum. l. ex maleficijs. §. is quinque. de actio. & obli. & in §. ibi seq. Sed pro indebito soluto repetendo competit actio specialis, vt ibi videbitis, ergo & pro mutuo. Et hanc sententiā tenuit Bald. fretus duplici ratione. Prima: nam cum in mutuo sit duplex materia, vna generalis, quia certū: alia specialis, quia mutuū, deberent duę actiones oriri: quēadmodū homo appellatur animal ex materia generali, quia animatur: ita etiā appellatur rationale ex materia speciali, quia ratione differt à brutis. 16 Secundò mouetur: quia † genus nunquam excludit suam speciem l. j. ff. de adop. ergo certi condictio generalis non exclu-

dit certi condictionem pro mutuo specialem. Et pro communi opi. introduco istum text. & ibi. Ex eo cõtractu oritur actio. Ergo causa immediata quæ producit hãc actionẽ, est cõtractus: quia dictio Ex, insinuat causam immediatã, non autẽ mediatã, quia certum. l. qui liberis. §. ad hæc verba. ff. de vul. & pu. l. j. §. j. ff. de incẽ. rui. & nauf. Ex quibus ipsi concludunt, quòd si quis pro mutuo intentet certi condictionem specialem pro mutuo cõpetentem, videretur illam intentare cum priuilegijs & beneficijs tributi mutuo. Si verò intentet certi condictionem generalem, videtur renunciare beneficijs mutui. facit quod not. glo. in l. si duo. de acqui. hære. Eodem modo si in statuto caueretur, quòd in libello actio specialis proponatur, deberet pro mutuo exprimi certi condictio specialis mutui. Sed contra communem opi. opponitur. † Nam genus nunquam transit in speciem nisi addatur differentia. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. Sed si diceremus certi condictionem pro mutuo esse specialem, non adderetur generi differentia, quia expressio causæ mutui non qualificat actionem, sed rem demonstrat: alioquin absurdum sequeretur, quòd expressio vniuscuiusque contractus in quo certum quid deducitur, argueret multiplicitatem certi condictionum, quod est falsum, ergo vna. Secundò: nam si competeret certi condictio ex mutuo, specialis illa non differret à cõdictione generali: non in origine, quia eadem est origo, quia certum: non in materia, quia eadem est materia, quia contractus re: non in forma, quia eadem est agendi forma: nõ in fine, quia vtrobique ad hunc finem agitur vt certum reddatur. Cũ ergo eadem sit origo, eadem materia, eadem forma agendi, idem exitus siue finis, ergo vna. In eadem [a] glo. in fin. not. ex gl. quòd † certi condictio competit pro interesse petẽdo, pro qua opi. facit ratio gl. Secundò, quia pro l. aquil. competit certi cõdictio l. certi condictio, ff. si cert. peta. sed in l. aquilia venit interesse. l. non solum. ff. de rei vendi. ergo condictio competit pro interesse. Secũdò allegatur. l. certi condictio. suprà alle. ibi, siue ex certo contractu siue incerto. & hæc est communis opi. Alij verò tenuerunt cõtrarium, quos sequitur Raph. Ful. Primò per l. fin. ff. si quis in ius voca. non ierit. Secundò per l. si pœnam. de verb. oblig. Tertiò per l. liber homo. l. a. grande. §. fina. ff. eo. titu. Quartò per l. domos. iuncta. l. quid si nulla. ff. de legat. j. & hæc sententia mihi placet disputatiuè. pro qua allego textum ad literam in l. iij. in fi. C. de inutil. stip. Allego rationem. nam in iudicijs inspicitur forma petẽdi, [b] nunquid debeatur. l. cum quædam. §. fi. ff. de iurisd. omn. iud. Cum ergo interesse in petitione sit incertum, licet sit iudicem certificaturum, hoc non consideratur, sed cõsideratur forma petendi, quæ cum sit incerta nõ patitur pro ea competere certi condictionem. d. l. certi condictio. Et est responsum ad primum argu. Ad alia non respondeo, quia articulus est publicè disputandus.

ADDITIONES.

a Ead. glo. Et dom glo. dicit secus si ad factum, quia in sententia non certificatur quantitas. dic melius secundum Bart in d. l. certi condict. in princ. v col in ver. hoc exposito quæro. & in seq. col. in ver. sumus expediti quòd ideo dicitur continere incertum, nõ quia non possit interesse certificari in sententia, quia posset, sed quia solutio est mutabilis ex parte debitoris, vt ibi per eum. Ias. May.

b Petendi. Istud est arg. glo. in d. l. certi condictio. in princi. in verbo incerto. in vltimis verbis. Sed facilè est respondere: quia etiam attenta petitione, est certum in rerum natura, vt habes ex verbis Barto. in d. l. certi condictio. in princ. in pen. col. Ias. May.

1 Indebitum quid dici potest quadrupliciter.
2 Argumentum de mutuo ad indebitum solutum bonum est.
3 Pupillus non obligatur ex mutuo, uel indebito recepto.
4 Indebitum solutum per errorem transit in dominium recipientis.
5 Soluens indebitum scienter, uidetur donare.
6 Soluens indebitum animo titubante, repetere potest.
7 Debitoris est electio in alternatiuis.
8 Iuri eligendi, per errorem non uidetur renuntiatum.
9 Infans nullo iure obligatur.
10 Pupillus non obligatur naturaliter de promißione facta tutori.
11 Pupillus promittens alteri sine auctoritate tutoris, obligatur naturaliter.
12 Adultus habens curatorem, promittendo sine curatoris auctoritate, obligatur naturaliter.
13 Adultus habens curatorem æquiparatur ei cui est bonis interdictum.
14 Tutor datur personæ, curator uerò bonis.

§. IS QVOQVE. [a] Recipiens indebitum [b] à sponte soluente & per errorem, re obligatur, & condictitia actione tenetur sicuti ex causa mutui, ex qua tamen pupillus non obligatur. h. d. Diuiditur in quatuor partes. Nam in prima ponit dictum: nam accipiens indebitum à sponte soluente & per errorem, ei obligatur & condictitia actione tenetur. Ideo dixit sponte, quia si reciperet à soluente coacto, quia damnatus per sententiam, non teneretur ad restitutionem. l. j. C. de condi. indebi. l. si fideiussor. §. omnibus. ff. man. hoc enim operatur auctoritas sententiæ, contra quam præsumptio sinistra non est capienda. l. Herennius. §. Caia. de euictio. Ideo dixit per errorem, quia si reciperet à sponte soluente ex certa scientia, non teneretur restituere, quasi ei donatum videatur quod soluitur. l. prima. in fin. de condict. indeb. l. cuius per errorem. ff. de regul. iur.

ADDITIONES.

a Is quoque. Ad euidentiam huius. §. premitte quotuplex sit indebitum, vt per Bellonum qui latius insistit, & etiam explicat omnia requisita quæ hic ponuntur per Por.

b Indebitum. † Adde quòd quadruplex est indebitum. Quoddam est 1 animo indebitum, quod nullo modo debetur. Secundò est indebitum naturaliter, sed ciuiliter debitum, vt in chirographo ante biennium: & in eo qui tenebatur naturaliter & ciuiliter, sed est factum pactũ de non petendo, vel iuramento liberatus est à naturali obligatione, remanente ciuili. Et hæc indebita indistinctè repetuntur, siue soluantur ignorantia iuris siue facti probabilis, vt in alieno facto: siue non probabili, vt in suo. Tertiò est indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum, & ista indebita soluta per errorem iuris vel facti minus probabilem, repetuntur: secus si probabilem. Fallit in minore & muliere qui soluendo ignorantia iuris repetunt, nec probant indebitum. l. cum de indebito. de proba. Quartò est indebitum per exceptionem: in quo dic quòd quatuor sunt exceptiones, siue dilatoria, siue temporalis perpetua, siue peremptoria dubia, & rigore iuris conseruandi est introducta. Prima puta est obligatio ad diem, vel cum moriar, quocunque errore solutum non repetitur, quia est certum indebitum. In secunda, scilicet peremptoria seu perpetua, dic, si est fauorabilis, vt Velleiani, quocunque errore solutum repetitur: si odiosa, vt Macedoniani, solutum errore iuris non repetitur secus si per errorem facti probabilem. In tertia, scilicet dubia, vt, si promitto tradere si nauis venerit, vel Titius consul factus fuerit, tunc interim solutum repetitur, quia est dubium an indebitum erat. Quarta verò exceptio quæ fuit introducta ad rigorem iuris conseruãdum, vt exceptio litis pendentiæ contra verum creditorem, exceptio fori, exceptio epistolæ diui Adriani, interim solutum non repetitur, Alias verò quas gratia breuitatis omisi, vide per Barto. & glo. in l. j de cond. inde. & l. error C. de iur. & fac igno. & plenior gl. cæteris in l. cum quis. & ibi latè Bart. C. de iur. & fa igno. Ias. May.

2 Not. † bonum esse argu. de mutuo ad indebitum solutum: quod verum est quo ad substantiam obligationis, & effectum solidæ exactionis: vtrobique enim insolidum petitur quod traditum fuerat: sed quo ad formam in esse producendi non tenet argumentum, mutuum enim producitur ex contractu. Item ille qui mutuat, numerat animo obligandi: at indebitum solutum prouenit ex quasi contractu. Item ille qui soluit indebitum, gerit actum animo dissoluendi obligationem, non autem animo inducendi vt hic. † Nota, pupillum 3 non obligari ex mutuo, [a] vel indebito recepto, nec sibi obligat illum cui mutuat: quia pupillus non potest alienare, & ideo ipse nec mutuare, l. obligari. ff. de auto. tu. Gl. super verbo, actio. [b] ibi, appellamus. Colligitis ex glo. quòd † indebitum solum per 4 errorem, transit in dominium recipientis. Sed contra hoc op. Nam error in causa traditionis impedit translationem dominij. l. si ego. & ibi not. ff. si cert. peta. sed iste qui soluit indebitum errabat in causa, ergo dominium non transfertur. Solut. Distinguite: aut erratur in causa proxima, & tunc talis error impedit translationem dominij: ita loquitur contrarium: aut erratur in causa remota, & tunc non impeditur translatio dominij: ita loquitur hic, quia potentius agit error circa causam proximam quàm remotam. l. iij. §. subtilis. ff. de condictio. [c] ob cause

ADDITIONES.

a Pupillum non obligari ex mutuo. Adde.l.si in rem.& ibi Docto.C. quando ex fac.tut.vel cu Docto.in l.cinctas.ff.si cer.peta. Bal. in l.si quis seruo. C.quòd cum eo. Bar.in l.post mortem.in §.j.ff. quando ex fa.tu.

b Verb.act. Iste omittit Gl.j.super qua vide hic Bello.qui resoluit quædam dicta Decij in l.cuius.per errorem.ff.de regu.iur.

c ff de condi.ob caus. Vt hic, quia non erratur in causa proxima traditionis, quia ego scio bene me tradere ex causa solutionis: sed erratur in causa remota, quia credo me debere soluere, & erro. Et vide glo.no.quæ istud contrarium format, & aliter soluit in §.pe.infrà de ob.quæ ex quasi contractu.& ibi vide clarius istum in hac eadem solutione.Iaf. May.

In ead.glos.in fi.dicitur, quòd tunc demum tenetur furti recipiens indebitum, quando soluens fuit deceptus in perso
a na recipiente.d.l.quoniam.a in l.falsus.§ j.ff.de fur. Glos.super verbo, cepisset.ibi.l.eaquæ. Rationem dicunt Doc.quia videtur solutum ex causa traslationis, quæ impedit soluti repetitionem.l.in sum.ff.de condi inde.ibi.l.fi.vult allegare.l.
5 j.In ea.glo.in fin. Est ratio huius finalis casus: † nam quando quis soluit indebitum scienter, videtur soluere animo donandi, ex quo nullo iure cogente soluit.l.donari.ff.de do. regula iuris, Donari.ergo præsumpta donatio impedit soluti repe-
6 titionem.l.cuius per errorem ff.de reg.iur. Sed † quid si quis non per errorem, nó scienter, sed animo titubante soluit indebitum, an repetere poterit? Dicite quòd sic: quia titubans æquiparatur erranti.l.fin.C.de condi.indebi. Sed quid si ego promisi tibi dare Stichum aut Pamphilum, & credés vtrunque promisisse soluo vtrunque: vnlo repetere vnũ tanquam indebite solutum, tu vis tradere alium, cuius erit electio? Videtur quòd sit tua qui recepisti, quia es debitor de altero
7 duorum illo vel alio: ergo electio est tua, quia † in alternatiuis, electio est debitoris.l.eum qui certarum.ff de verb.obl.
8 l.plerunque.in fi.de iure do.† In contrarium facit, quia ego qui solui per errorem habebam ius eligendi cui iuri per errorem renunciasse non videor.l.mater.de offic.testa.& hæc est veritas per casum.l.pe.C.de condi.inde. Ad argumẽtum respondetur, quòd procedit, nisi error soluentis interuanisset. Glo.super verbo datione.b ibi.l.pupillus Ideo † enim in-
b
9 fans nullo iure obligatur, quia in eo deficit consensus, ex quo naturalis obligatio causatur.l.cum amplius.§ is natura debet.ff.de re iur.non ciuiliter, quia lex ciuilis non approbat actum..l.contra iuris.in prin.ff de pact.In eadem glo.ibi
10 pupillus.No.† pupillum non obligari etiam naturaliter ex promissione facta tutori.Ratio, quia lex resistit huic actui: habuit.no pro iniquo, quòd tutor qui debet procurare ne pupillus alteri obligetur, illum obligari sibi patiatur.ar.in l.an tibi.C.de in lit.dan.tu. Ideo naturalis obligatio impeditur.l.cum lex.ff de fide.l.si non sortem.in prin ff.de códi.in-
11 de.In ead.glo.ibi.l.j.no.† pupillum alteri promittentem sine tutoris auctoritate obligari naturaliter, & hæc est communis opi. Quidam tamen antiqui quorum glossator nomina continuit, in l.pupillum.ff.de reg.iur.quos sequitur Iaco.de Are.tenuerunt hunc pupillum sine tutoris auctoritate pro-
c mittentem non obligari etiam naturaliter: pro qua opi.c introduxi.l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.pet.vbi ex secunda promissione facta per pupillum sine tutoris auctoritate non inducitur nouatio, ergo nec naturalis obligatio.l. j.ff.de noua. Secundò induxi.l.interdum.ff. de condi. indebi. Tertiò induxi rationem, quia pupillus promittendo alteri sine tutoris auctoritate gerit actum contra legem l.contra. ff.de pac.ergo naturalis obligatio impeditur.d.l.cum lex de quibus dicite vt dixi in l.prima.ff.de noua.

ADDITIONES.

a Dict.l.quoniam. De intellectu huius l. quomodo & huius glos.vide Bello.ti.iiij.supputa.ca.xj.& declara gl.seq.super ver.si apparet. quam ista omittit, vt per eundem.

b Ad euidentiam eorum quæ tradit glossa. vide quæ præmittit Bello.

c Bel.hic tenetur cómuné.& respondet fundamẽtis Portij prout per eũ.

12 In ea glos.ibi, idem in adulto.not.† adultum habentem curatorem promittentem sine auctoritate curatoris, obligari naturaliter.& hanc tenuit Bart.& communiter Docto. Absurdum enim videtur pupillũ cui minor est intellectus obligari naturaliter ex promissione sua, & nó adultum. Sed
a tamen plerique. Vltramontani a tenuerunt talem adultum
13 non obligari vllo modo. Mouentur primò, quia † adultus habens curatorem æquiparatur ei cui bonis est interdictum l.si curatorem habens.C.de in te.restit.mi.sed talis cui bonis est interdictum non obligatur naturaliter l.is cui bonis.ff. de verbo.obli.ergo nec adultus. Secundò mouentur, quia iudex dando curatorem adulto videtur ei interdicere administrationem bonorum l.in copulandis. C.de nupt.ergo adultus promittendo, & sic administrando bona sine curatore, videtur facere actum cótra interdictum iudicis, ergo non obligatur naturaliter d.l.is cui bonis. Et per hoc non ob. quod dicitur de pupillo: quia per dationem tutoris interdi-
14 citur bonis, sicut per dationem curatoris: † datur enim tutor personæ, curator bonis siue rebus.l.quia.ff.de testa.tu. de
b quo dicite b vt in l.j.de noua.

ADDITIONES.

a Vltramontani. Bellonus sequitur communem.& resoluit fundamenta vltramontanorum.

b Dicit. Ad gl.si.omissam per istum, vide Bello.qui eam explicat.

1 *Dictio item, est repetitiua.*
2 *Dare est dominium transferre.*
3 *Commodatum à mutuo differt in tribus.*
4 *Culpa præcedens casum, an faciat quem teneri de casu, qui aliàs non teneretur, & nu.17.& 18.*
5 *Casus fortuiti qui dicantur. & nu.6.& 7.*
7 *Sententia iniusta æquiparatur casibus fortuitis.*
8 *Suscipient in se periculum omnium casuum fortuitorum, non tenetur de casu fortuito extraordinario non consueto euenire.*
9 *Furtum inter casus fortuitos non computatur.*
10 *Incendium sine culpa habitantium regulariter non oritur nec inter casus fortuitos connumeratur.*
11 *Differentia nunquid si inter leuissimum culpam & casum fortuitum.*
12 *Commodatum debet esse gratuitum, aliàs si pecunia intercedat erit locatio.*
13 *Commodatarius an in commodato teneatur de dolo, lata culpa, & leui.*
14 *Culpa leuissima uenit in commodato, non in precario.*
15 *Precarium & commodatum tripliciter differunt.*
16 *Vsus equi commodati an finitus censeatur si commodatarius illo uti non potuit.*
19 *Commodatarius an tenetur de custodia equi, si commodans misit famulum suum.*
20 *Fullo an teneatur de rebus sublatis, si scholaris miserit famulum ad res custodiendas ad quas non tenebatur.*
21 *Equi calcaribus sunt uerberandi, & non fustib.*
22 *Conductor tenetur dare bladum bis in die equo conducto.*
23 *Commodatarius an teneatur, si res commodata restituat nuntio commodantis, qui cum ea fugit.*
24 *Habens libros commodatos ac suos in domo, si propter incendium saluet suos & non commodatos, an teneatur.*

§.ITEM IS CVI. Iste.§.facilis. est in litera & glossis in apparatu fertilis & quotidianus Ideo diligenter aduertendum, iuxta l.legaui.de liberis.& posthu. Diuiditur in tres. Nam in prima præmittit commodatum appellari contractum re. In secunda declarat, in quibus differat commodatum à mutuo. In tertia remouet quoddam dubium secunda ibi, (sed is a beo) Tertia ibi, (commodato) & hoc intendit. Commodatum (quòd est enim aliquid grati: vtẽdo conceditur) re contrahi dicitur, de quo quis non tenetur de casu nisi culpa præcedat casum, & in hoc differt à mutuo, quia in recipientem mutuum, dominium rei mutuatæ trásfertur: non sic in recipientem commodatum, quod debet esse gratuitum, & mercede interueniente incipit esse locatio
1 hoc dicit. In tex.ibi, † item. Hæc dictio, Item, est repetitiua. lege in repetendis. de legatis.iij. & repetit quod non solum obligationes præcedentes contrahuntur re, sed etiam sequen-
2 tes. In text.ibi, datur, idest, traditur: † quia dare est dominium transferre.l.vbi autem.§.fina.ff.de verb.ob.& infrà de
a acti.§.sic itaque, quod non fit in re commodata, a vt sequitur in tex. Tenetur autem ille qui recipit mutuum, non eandem rem restituere, vt dixi suprà in princi. Not.primò obligatio-
3 nem commodati re contrahi. † Secundò no.commodatum à mutuo differre in tribus. Primò, quia dominium rei mutuatæ transit in recipientem, non sic dominium rei commodatæ. Secũdum, mutuum minime sufficit reddere, nisi æque
b bonum in eodem genere restituatur. b

ADDITIONES.

a Re commodata. An autem posuit transferri dominium,& nihilominus transferri commodatum.vide Bello.lib.3 supputa.c.vi.

b Restituatur. Quia est corruptus,credo quòd velit dicere quòd in mutuo non debet eandem rem in specie restituere sufficit enim si æquè bona in eodem genere restituat:sed in commodato est secus. Et licet iste videatur facere tres differentias tamen non sunt nisi duæ,vt vult iste text. quia secunda differentia continetur sub prima, vel venit in consequentiam ad primam. Ias. May.

Commodatum verò idem in specie restitui debet. Tertiò quia recipiens mutuum tenetur de casu fortuito,commodatarius verò nequaquam: Ratio, quia recipiens mutuum est obligatus in genere,quod genus nunquam perit.l. incendium.C.si cert.pe. ideo non liberatur:at commodatarius est obligatus in specie, ideo nimirum si interitu speciei liberatur.l quod te.& ibi not.ff.si cert.petat.pe. Secunda ratio est ex,mente d Pet. Nam ideo commodatarius liberatur re commodata casu perempta, quia fortuna quæ fuerit in aliquam rem,voluit præiudicare domino rei.l. quæ fortuitis.C.de pig ac. vnde præiudicat commodanti, qui remanet dominus rei commodatæ: non autem mutuanti,quia dominus non remanet. 4 No.quòd † culpa præcedens casum, facit quem teneri de casu sequenti,qui aliàs non teneretur, concor.l. videamus.l.item quæritur.ff.loc. 5 No. † qui dicuntur [a] casus [b] fortuiti,quos habetis in tex.incendium,ruina, naufragium,latronum aut hostium incursus,concor.l. si vendita.ff.de act.emp.cum simil.[c]

ADDITIONES.

a Qui dicuntur casus fortuiti. Adde l.contractus.ff.de reg.iur. Et qualiter casus fortuitus probetur vide per Iaco.de Are.in l scire oportet.in §. sufficit ff.de exc.tu.Gl.in l iij.in §.si adij;ci.ff.de re mil.Bar.in l j.C.depo. Bar.in l.contumacia in.§.fi.de ra iudi.Bart.in l.si quis.C. de nao.l.bt.xj. Azo.in sum.C.de di.Cy.& Bal.in l.fin. C. de fide instr.Bal.in l.j.C. de dila.quisquis.iiij.q.v.Spe.ti.de dila.in.§.fi. vers.in fum. Arch.& Io.An. in c j de do.& cont.lib.vj. Io.And.in addi.Spe.ti.de ap.in §.nunc breuiter. Ant.de But Ioan.de Imo.in c.querelã.de procur. Bart.consi :nec ponitur quòd ex causa.& an sufficit probare per iuramentum:vide in c. quia propter.de elec.& in c.cum Bertold.de re iu.& per Archid.in cap.j.de do.& contu.l.b.vj.

b Casus fortuiti. † Adde tamen quòd etiam mors dicitur casus fortuitus 6 alleg.glo.in l.fi.in prin.in verbo fortuitus casus.C.de iure dot. Ego allego tex.expræssum in l.in rebus in prin.ff.commo. [Adde Ang.in l.interdum.in no.ff.de iudi.] 7 † Item adde,quòd sententia iniusta comparatur casibus fortuitis.ita dixit no.Bart.in l.falsis.in pe.col.circa fin.C.de furt. 8 Vnum tamen singulariter not.† quòd suscipiens in se periculum omnium casuum fortuitorum, non tenetur de casu fortuito extraordinario non consueto euenire.casus est singo.in l.fistulas.§. si de contrahen.empt. & quòd mors sit casus fortuitus est casus in l. Iul.ff.qui & à qui.quem didici.à Bal.in l.j.in xxiiij.op.C.qui admit.de quibus omnibus plenè vide Bal. in l.quæ fortuitis.C.de pig act. vide sing.Bal.in l.vnica in ij.col.in prin. C.de his qui ante aper.ta. Et quòd mors sit casus fortuitus est tex.in c.quoniã frequenter in prin eara vt lit.non conte.& tex.in l.nuper.circa me. 9 C.de natu.lib. † Item no.qui dicatur casus fortuiti.vt hic.Sed an furtum computetur inter casus fortuitos. Dic quòd non: Ratio,quia non excusat commodatarium.l.cum duobus.§.damna.ff pro sol.nisi fiat per personam 10 domesticam,de qua non erat suspicio,vt no.Cy.in l.j.C.depositi. † Item an incendium computetur? Dic quòd non, quia sine culpa habitantium regulariter non oritur.l.nam salutem.§.j ff.de offi præfe.vigil. Sed si est in domo aliena vt commendatarius euitare non possit, habet regressum contra eum qui est in culpa incendij.l.si seruus.§.si fornicarius.ff.ad legem aquil. Ias. May. [An incendium computetur.inter casus fortuitos. Adde Belenzi. in ca.si egressus.in vlu.colum.de iniciar.& dam.da. in apostil ad Abbatem.]

c Cum si vsib. † Et per istum tex.iuncta gl.j. videtur posse reprehen-11 di quædam gl.reportata sing.in l.iij.§.j.in gl.iij in fi.ff.nau.cau sta. quæ dicit,quòd inter leuissimam culpam & casum fortuitum nihil est mediũ: istud videtur contra hunc text.vbi commodatarius non tenetur de casu fortuito & tamen de leuissima culpa,vt hic dicit glo.in verbo, exactam. iuncto isto tex.Sed intelligendo gl.vt ibi intellige Barto.nihil obstabit. Ias. May.

12 Finaliter no.† commodatum debere esse gratuitum[a] ideo si pecunia intercedat efficitur locatio quia contrarium est amicitiæ,de beneficio mercedem constituere: ille enim qui te [b] prouocat ad benefaciendum mercede constituta, videtur [c] diffidere de tua amicitia l.j.ff.man. Glo[b] super verbo exa[d]ctam. [c] ibi dolus [d] subaudi & lata culpa.

ADDITIONES.

a Gratuitum. Contra istud opponit Bellonus & soluit declarando quomodo differat precarium à commodato.

b Glos super Ad euidentiam Glo.in ver.exactam, vide ea quæ præmittit Bello.

c Exactum. In glo.in verbo,exactam. † Si quæratur an in commodato 13 commodatarius teneatur de dolo.lata culpa.vel leui Dic ex mente Doct. in d.l.si vt certo.quòd si contractus celebratur gratia dantis,tunc recipiens tenetur solum de dolo & lata culpa. Sed si gratia recipientis tantum, tunc tenetur de dolo & omni culpa.sed non de casu fortuito, nisi culpa præcedat casum. vt hic. Si gratia vtriusque tantum, tunc de dolo, lata culpa & leui. Quid si res commodata sit æstimata antequam commodetur? Dic quòd æstimatio semper addidit vnam speciem obligationis pluris,vt per gl.& Bar.in d l.si vt certo. Ias. May.

d Dolus. Adde ad gl.in ver.exact.ibi,dolus. Vnũ singulariter no.quod est maxima limitatio ad hunc tex.& hanc gl.quòd iste tex.procedit quando commodatum est factum ad requisitionem commodatarij aliàs autem si vltrò,tenetur tunc commodatarius solum de dolo.tex.est fin.in l. si vt certo.§.interdum.in fi.in verbo vltro.ff.commo.& ibi gl. & ibidem notabiliter Bar. Ias. May.

a In fi.glos.[a] sed contra op.& † imò videtur quòd in commodato 14 non veniat leuissima culpa.l.quæsitum.§.eum quoque ff.de preca. Sol. illa procedit in precario, nos autem lo-15 quimur in commodato.† Est autem triplex [b] differentia inter cómodatum & precarium. Prima,quia commodatum fit ad certum vsum determinatum, precarium verò conceditur ad vsum non determinatum, ex quo infertur secunda differentia. Nam precarium potest quandocunque reuocari.l pe.& l.& habet ff.de preca. Commodatum verò nequaquam,nisi finito vsu & tempore.l.in commodato.§.sicut ff. commo. Tertia differentia,quia commodatarius tenetur etiam de leuissima culpa,[c] at hic recipiens precarium nequaquam, sed de dolo solum ac lata culpa.l. quæsitum.§.eum quoque ff.de preca. Ratio: nam cum commodans grauetur in hoc, vt non possit sibi prouidere reuocando commodatum nisi finito vsu & tempore, alleuiatur & succurritur ei in alio, vt commodatarius de leuissima culpa teneatur.arg. in l.eum qui.ff de iureiu.quòd secus est in precario. vt suprà dixi quod potest quandocunque reuocari.hac est gl.no. in l.prima ff.de preca.

ADDITIONES.

a In fi.gl. Expedias reliquum huius gl.vt per Bello.

b Triplex differentia. Et has tres differentias ponit gl.magistra. in l.j in princi.ff.de preca. Et quid differt hoc precarium à precario concessione Canonistarum, vide Bar.in l finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam.infec. Ias. May.

c Leuissima culpa. An commodatarius teneatur de culpa vide in l.si vt certo.§.nunc videndum.& § interdum.& in c.j.extra de commo. Iason May.

16 Sed quid pone † quòd ego commodaui tibi equum pro tribus diebus, vt vadas Mediolanum: finitis tribus diebus volo equum: tu dicis, ego non potui ire Mediol. propter maximam pluuiam,an sit finitus vsus commodati.non, vnde non potest reuocare commodatum, quia per me non stetit quominus irem: facit.l.ij.§.j ff.si quis cau. Doct.determinant posse reuocari commodatum. quia cum ego commodans tractum de damno,tu commodatarius de lucro,quòd facere vis ex vsu equi, casus pluuiæ tibi nocere debet,mihi non l.item illa.in prin.ff de consti.pecu.l.si vno.§. item cum quidam.ff.loca. Idem scribunt Doct.in l.in commodato §. sicut.ff.commo. Sed nunc ab extra cótra tex.opponitur. Di-17 citur hic in tex.quòd † culpa præcedẽs casum, [a] facit quem teneri de casu qui aliàs non teneretur. Sed contra hoc opponitur de l.pe.ff.ad l. Rhodi.de iac. Solu. Distinguite: aut ista culpa transiuit in moram, & tunc quis indistinctè de casu tenetur.l.si ex legati causa.ff.de verbo.obl.l. quod te.ff.si cert. petat. Aliquando culpa stat in meris terminis culpæ.& dic, aut non erat prædestinata ad casum, & tunc non facit quem teneri de casu.l. non omne ff.de sta.lib l. si alius.§.est & alia, ff.quod vi aut clam. Aut culpa est prædestinata ad casum, & tunc facit quem teneri de casu,& hoc facit vnico casu,scilicet quando vtroque casu res peritura fuisset; etiam si culpa non præcessisset.l.pe.& l.si ff.ad l. Rhodi.de iact.

ADDITIO.

a Casum Dic † de hoc,an culpa præcedens casum,faciat commodatarium 18 teneri de casu,vt per Doct.in l.si vt certo.nunc videndum.ff commo. vbi dicitur quòd hic,& melius & melius etiam in §.& interdum.vbi hæc omnia ponit Bar. Ias. May.

19 Sed pone iuxta prædicta,† ego recepi in commodato equum à te,& tu misisti regatium:equus perit vel deterior fit malo regimine,an ego tenear?an verò excuser propter famulum tuum? Videtur quod sic,per l.si vt certo.§.si me roga

ueris

ueris.ff.commo.& hoc tenuit glo.singularis in l.pe ff. vsusfru.quemad.ca In contrarium allegatur.l.si soluturus.ff.de solu.l.quarundam.ff.de acqui pos.Vos dicite ex mēte Doct. Aut ego recepi in commodato equum,ac etiam in commodato famulum,& tunc ego non excusor à culpa propter famulum:quia quemadmodum ego teneor diligentiam adhibere circa equum,ita circa famulum,quia ipse commodatus est l.si vt certo.suprà alleg.& loquitur glos.in d.l.pen.de dolo.tamen si culpa non præcessit non teneor.d.§.si me rogaueris.in fine, Aut ego recepi solum equum in commodato , sed tu voluntate tua adhibuisti famulum:& dic aut adhibuisti famulum ab initio statim atque equum commodasti, & tunc non teneor de equo malè gubernato: quia tu diffidere visus es de diligentia mea,& curam famulo tuo committere:ita loquitur.lege si soluturus. & l.quarundam. Ant adhibuisti famulum ex postfacto,& tunc ego bene teneor. Ratio: nam cum ab initio tibi commodanti sit ius quæsitum ea malo regimine,nō debet tibi tolli ex appositione famuli subsequentis.regula iuris, Ius nostrum, & est casus cum glos.in l.si vt certo.§ si me.el.ij.ff commo. Et hoc

a facit ad incantatorum carcerum , a vtrum teneatur pro fugitiuis,si alij custodes appositi fuerunt.

ADDITIO.

a Carcerum. Vide de hac.q.custodis carcerum & præcedenti in l.in commodato.§.si me.el.ij.ff.eo. vbi idem determinatur quod hic. Iason May.

20 † Item facit , an sullo teneatur de rebus sublatis,si scholaris miserit famulum ad res custodiendas, ad quas non

21 tenebatur.l.j.in fin.ff.de libe.agno.† Addite prædictis quòd equi sunt verberandi calcaribus,non fusti.l.j.& ibi Barto.

22 de cutsin publico.libr.xij † Item teneris dare bladum bis in die,alioquin teneris.l.animalia,& ibi Bartol.eodem tit. Sed

23 quæritur: † commodasti mihi librum : venit famulus parte tui requirens librum:ergo trado , ille fugit,an teneat , an verò sim liberatus? Sol. Aut constat de mandato tuo,& sum liberatus. Si verò non constat de mādato tuo,tunc non sum liberatus,& imputanda est mihi maxima credulitas glo.est no,in l.si mihi § pen.ff.commo.quam limitant no. Doc.nisi famulus tuus esset talis persona cuius officio vtebaris ad libros transferendos , vt sunt libelli Docto. tunc ego excusor si credidi. Secus si scholaris mitteret coquum suum . argu. in l.vel vniuersorum ff.de pign.ac. & facit quod legitur de seruiore publico, qui portat signum super birreto cui credi debet.l.magis puto.§.illud.& ibi glo ff.de re.eo.Si verò ego misi tibi librum per famulum meum , & ille fugiat , ita demum ego liberabor , si famulus meus erit bonæ opinionis, & consuetus mihi fidelitatem præstare , aliàs secus.l.argengentum ff.como. onus probandi fidelitatem pertinebit ad me,,quia præsumptio est contra me,quod ex quo nunc fugit esset malæ conditionis in pacto tempore.l. Cassius. de sena. l.si cui § ijsdem ff.de accusa.

ADDITIO.

a De hac.q.& hic dictis vide per Bart.& Doct.in l.eum qui.§.si rem. ff.commo. vbi Barto.etiam facit mentionem de seruitoribus.Adde quod habetur in l si quis vxori.§.apud Labeonem ff.de fur.& ibi Bar.in l.j.ff. depositi.vbi Bart.& vide infrà in pagina.Ias.May.

24 Finaliter quæro : † ego habeo liberos commodatos ac etiam meos proprios in domo vel in naui : non possum salsaluare ab igne vel naufragio nisi meos vel commodatos saluo meos, & commodati perduntur , an ego tenebor? Dicite vt per Barto. Aut mei erant pretiosiores , & tunc excusabor,quia egi quòd diligentissimus quisque paterfa.egisset.l. in rebus.in princi.ff.commo. Aut è contra commodati erant prætiosiores,& tunc non excusabor ratione de qua suprà. Si autem erant æquales in pretio , tunc excusabor , quia mihi licuit præferre salutem propriarum , aliorum saluti. argumen.in lege si quis in graui,§.j.ff.ad Syl. & quia prima charitas incipit à seipso,l.præses.C.de seruit.& aqua.c.inter opera.extra.de spon.& ita tenuit glos.ordinario,in lege.si vt certo.§.quod verò senectute.ff commo.Sed in vltimo membro ego sum dubius , quia maior diligentia exigitur in rebus commodatis quam in proprijs, vt hoc versic. nec sufficit. Præterea nonne commodans prætulit vtilitatem tuam suæ propriæ,vt vtereris re sua.ergo tu ex debito deberes præferre vtilitatem commodantis tuæ propriæ.l. sed si lege.§. consuluit.ff de petit.hære. Præterea grauatur in hoc, quia nō potest reuocare commodatum igni deperditum,ergo debet in alio alleuiari, ne priuetur rei commodatæ dominio. l.eum qui de iureiuran.In iudicando tenerem glos.& Doct. at in facto obseruarem fidem commodanti.

1 *Instrumentum depositi habet paratam executionem nec ei potest obyci compensatio.*

2 *Furtum committitur in inficiendo depositum.*

3 *Depositarius in quo differt à commendatario.*

4 *Depositarius an teneatur de leui & leuissima culpa, & nu.5.*

6 *Depositarius negans depositum, tenetur de dolo , & furtum committit.*

7 *Mala electio arguit culpam.*

8 *Dictio &, est implicatiua.*

9 *Dictiones tantummodo, & solummodo , quæ sunt taxatiuæ , non excludunt casus similes.*

10 *Depositarius an pacto obligari possit de leuissima culpa.*

11 *Depositarius tenetur de dolo & lata culpa, non autem de leui nec leuissima.*

12 *Incendium & furtum regulariter non committuntur sine culpa.*

13 *Culpa semper præsumitur præcessisse in casu dubio.*

14 *Iuramento intrantis hospicium an credatur de rebus perditis, quæ erant in valisia deposita hospiti. & nu.15.*

16 *Hospes an cogatur te cum rebus tuis in hospicium recipere.*

a §.PRAETEREA. Depositum a re contrahitur, b &

b in eo venit dolus & lata culpa, non autem leuis & leuissima quia mala electio eligenti est imputanda.hoc dicit.

ADDITIONES.

a Depositum. † Addite quòd ista actio depositi est priuilegiata in duo-

1 bus. Primò,quia instrumentum depositi habet paratam executionē , nec

2 ei potest obijci compensatio l.pe.C.deposi.& ibi Bar.† Item in inficiendo quis depositum,committit furtum.l.inficiando.ff.de fur.Ias.May.

b Cōtrahi. An dicatur depositū quando trāsfertur dominiū, vide Bel. li.j.suppe.q.c.vij.& an in deposito sit hoc speciale,vt nō possit obijci exceptio dominij eundem Bello.libr.iiij.c.vj.& præmitte quotuplex sit depositum,vt hic per eundem,ad euidentiam huius.§.

No.primò, depositum appellari contractum re.Not.se-

3 cundò,† depositarium non teneri de leui & leuissima culpa:

a & in hoc differt à commodatario. Ratio a ponitur in text. quia depositarius eligitur à deponente, nō sic commodatarius de cōmodāte:& nulla electio est & ei imputāda: Alia ratio,quia depositum fit tantum gratia deponentis , ita quòd depositarius nullam percipit vtilitatem: sed commodatum fit gratia commodatarij qui re commodata vtitur.

ADDITIONES.

a Ratio.† Et ad hoc multum bene facit tex.ille singu.in l.si vt certo.§.

4 interdum.in fi.ff.commo.de quo dixi in.§.præceden.in ij.col.Et ex hac ratione nouiter infero,quòd in quatuor casibus qui ponuntur in l.j.§.j. fi.depo.cum cessat illa ratio tenetur depositarius de leui & leuissima.Cogita.adde tex.in l.cum mandato.in fi.al gl.ff.de minc.& hic adde quod dixi post Bar.in l.Pacta.§.si sub conditione in fi.ff.ad Treb.Ias.May.

b Vtitur. † Tu dic quòd quatuor sunt quæ faciunt depositarium tantum

5 de dolo & casu teneri,scilicet conuentio,dolus,lata culpa mora, & oblatio,vt no.in l.j.§.sæpe ff.depositi.Offerens autem se ad recipiendum depositum non tenetur nisi de leuissima, vt ibi per Barto. An autem bidellus custos sit obligatus &c.vide suprà in pagina præce. [Adde Abb.in c. significauit.de appella.] & adde quòd vbi scholaris non specialiter assignasset librum bidello,sed simpliciter dimisisset in scholis,quòd bidellus perdes librum tenetur ad instar locatoris,secundū.l.si quis vxori.§.apud

6 Labeonem.de fur.& l.dominus horreorum.ff.locati.† Item tenetur depositarius si negat depositum & committit furtum.l.si quis inficiando.ff. de fur.Ias.May.

7 No.quòd † mala electio arguit culpam: vnde qui eligit malum aduocatum , tenetur occasione culpæ.l. vtique. de

8 rei ven.& ibi glo.no.ibi, & ipse nota quòd † dictio Et,est implicatiua.l.cum antiquioribus.C.de iure deli,Gl.super verb.

a dolo.a ibi,quod Nerua. No.ex gl.iuncta cū tex.quòd † dictio-

9 nes taxatiuæ tantummodo,b & solummodo,non excludunt

b casus similes:de quo est gl.ordi.in l.obæs.C.de prædi.mi. & facit quòd habetur in lege in actionibus de in litem iuran.

10 In eadem glos.ibi.§.sæpe. Colligitis ex hac glos.† depositarium teneri ea leuissima culpa si pacto conuentum est. Sed contra hoc opponitur. & imo videtur quòd tale pactū non valeat, vnde opponitur de l.cū præcario.ff de præca.c.fi. extra de condi. appon.Solu. Aut pactum apponitur contra substantiam contractus,& tunc est nullum:ita loquuntur iura cōtraria. Aliqn̄ pactū est cōtra naturā,siue cōtra qualitatē

contractus, non contra substantiam, & tunc bene valet: ita loquitur glos. & l. prima. §. si conuenerit ff. deposi.

ADDITIONES.

a Verb. dolo Ad glossellam primam quam iste non expedit vide hic Belloonum.

b Tantummodo. Adde Bal. in l. j. ff. si quis ius di. nõ obtem. Io. de Imo. in l. seq. C. de prescrip. Doc. in c. cum eccle. sutrina. de causa poss. & proprié. Card. Alexan. in c. mos est. in notabilib. j. dist.

11 † In ea glo. in fi. dicite, quòd depositarius tenetur de dolo & lata culpa, non autem de leui nec leuissima: & hoc ex natura contractus. Aliquando tenetur de leuissima, si hoc pactum fuerit, & hoc ex potestate conuentionis. Aliquando tenetur de casu, & hoc ratione culpæ vel moræ præcedentis Glos super verbo debet. a in fi. Not. † incendium non 12 perpetrari regulariter sine culpa. Et idem dicitur in furto, pro quo l. iij. §. j ff. de offi. præfec. vi. contrarium tenuit glos. in lege cum duobus §. damna. ff. pro soc. l. eum qui. § idem scribit. ff. de furt. Sed Docto. ita concordant. Aut hoc furtum, vel incendium committitur à familiari quæ honestæ vitæ reputatur, ita quòd patrifa. nihil imputari potest. Aut committitur ab alia persona familiari, quia data fuit potatio quædã quæ appellatur officium, & tũc etiã connumeratur inter casus fortuitos: & ita loquitur glo. in d. l. cum duobus. §. damna. Aut committutur ab alia persona, & tunc non potest dici committi nisi culpa præcedente: ita lo-13 quitur hic. † In casu autem dubio semper præsumitur culpam præcessisse. lege si vendita. de pericu. & commo. rei. vendi. l. iij. de offi. præfe. vigi. in ver. plerunque. Sed hic quæritur de 14 quæstione ex facto. † Nobilis intrat hospitium b & tradit hospiti valisiam, hospes reddidit valisiam dissigillatam, nobilis dicit sibi res deficere. quid erit hoc casu? qualiter prouidebitur nobili? Guil. de Cune. in l. j. ff. nau. stab. dicit, aut ista valisia redditur clausa & sigillata, & tunc hospes est liberatus, nisi nobilis probet res plures fuisse in valisia tempore quo hospiti consignauit: Aut redditur dissigillata, & tunc dixit Guilliel. quod stari debet iuramento nobilis de numero & valore rerum, lege si quando. C. vnde vi. capit. si. quod me cau. lege semper. §. hoc inter dicto quod vi aut clã. Barto. contra, quia illa iura loquuntur quando constabat hospitem commisisse delictum, vnde dicit torquendos esse illos de familia. argumen. in l. quoties. C. de naufra. lib xj. debet enim iudex considerare qualitatem personæ, nobilis famam, hospitis qualitatem, & quantitatem rerum quæ perditæ esse dicuntur. Quid enim si peregrinus humilis & plorans diceret se perdidisse magnam pecuniam? hoc debet iudex arbitrari: & ita seruatum fuit in quæstione facti: vt refert ipse in l. j. ff. fur. aduer. nau.

ADDITIONES.

a Vreb. debet. Totam hanc glossam diligenter Belloous hic examinat.

b Hospitium. † De nobili intrante hospitium & tradente valisiam clausam hospiti, quæ postea redditur aperta, vide Bar. in l. prima. ff. fur. aduer. 15 nau. campo. Ias May.

16 Quæritur, † pone quod tu cum rebus tuis adiuisti hospitem, ille recipere noluit, an possit compelli te recipere? Videretur quod non, per l. j in fi. prin. ff. nau. cau. stab. & hoc ibi tenuit gl. Idem tenuit apertius in authen. omnes peregrini. C. commu. de suc. In contrarium videtur tex. in l. j in fi. ff. fur. aduer. nau. Doc. probabilitér ita distinguunt: Aut talis hospes posuit signum publicum ad portam, & tunc ipse recipere tenetur, quia videtur hoc conuenisse cum republica, ita loquitur d. l. prima furt. aduer. naufr. Aut adhuc non posuit, & non tenetur, ita loquitur. l. j. ff. naufr. cau. stab. Et idem dicunt Docto. in quibuscunque artificibus: publicis ideóque aliàs suasi scholaribus vt iudicem adirent, cuius officio fornarius cogeretur, coquere panem, qui hoc facere recusabat.

1 ¶ Creditor qui non accepit pignus bene conueniens debito suo, potest pignus reddere, & creditum petere.

2 In pignore conuentionali siue prætorio tenetur quis tantum de dolo & lata culpa.

3 Creditor per quãtum tempus debeat expectare antequam uendat pignus

4 Hypotheca nuda uoluntate constituitur, pignus non, nisi tradatur.

5 Obligatio omnium bonorum comprehendit etiam futura.

6 Pignoratitia oritur soluto debito, uel aliàs satisfacto.

7 Dolus uel culpa qualiter probetur.

8 Probare quis tenetur, uel debitor culpam uel creditor casum.

a §. CREDITOR. a No. pignus b re contrahi, & in b eo venit dolus, lata culpa, leuis non autem leuissima, quia in eo vtriusque debitoris & creditoris versatur vtilitas. No. secundò regulam, quòd in eo contractu vel quasi, qui gratia vtriusque contrahentium celebratur venit dolus, lata & leuis culpa, non autem leuissima. Not. creditorem non prohiberi petere creditum, licet pignus casu fortuito sit deper-3 ditum. † Quid autem si creditor malum pignus acceperat, nec bene conueniens credito suo, an poterit nihilominus petere creditum, & restituere pignus? Dicite quòd sic, licet consuetudo Venetorum seruet oppositum, tex. est cum glos. in l. creditor. ff. si cer. pet.

ADDITIONES.

a Creditor. † Adde ad §. creditor. Limita hunc tex. vt non procedat in 2 pignore iudiciali siue prætorio, in quo quis teneatur tantum de dolo & lata culpa, non autẽ de leui d. l. prætor. §. præterea. ff. de bon. auto. iudi. pos. 3 Bart. in l. j. ff. de pig. act. † Per quantum tempus debet expectare creditor antequam vendat pignus: Dic vt per Ang. in l. debitoribus. ff. de re iudic. vbi dicit, quod si creditor non est fœnerator, potest statim vendere cum debitor est in mora, etiam per interpellationem extraiudicialem, vt l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. Et addit, quòd si est actum quod non debet vendi pignus, tunc poterit vendi terna denunciatiõe promissa, & hoc fauore publicæ vtilitatis, scilicet vt creditores inuitentur ad mutuãdum, secundum glo. in l. si conuenerit. & vide de hoc in l iij. de iure domi. impe. quæ est lex si. & erit requisita habent locum in fœneratore secundum Ang. vbi suprà. Ias. May.

b Pignus præmitte ad euidentiam quotuplex sit pignus, vt hic per Bal. & latius per eum in §. item seruiana infrà de action.

4 Glos. super verbo, accepit. in fin. Nota. † nuda voluntate constitui hypothecam posse: si verò tradatur, pignus appel-a latur: a dicitur enim pignus quasi pugno captum l. plebis. §. primo. de versicu. sign. Sed contra op. & videtur quòd hypotheca non constituatur nuda uoluntate, quia ius naturale non causatur nisi mediante traditione, vel causa simili. l. traditionibus. C. de pact. Dicunt Doc. quòd illud est regulare. Fallit in constitutione pignoris, quia talis constitutio est modici præiudicij: soluto enim debito, omne ius pignoris re-5 soluitur l. debitor. ff. de præca. Hic est, † quod licet in alienatione omnium bonorum veniant solum bona præsentia l. si ita. ff. de aur. & argen. leg. tamen in obligatione omnium bonorum veniunt nedum præsentia, verumetiam futura. l. j. C. b qui po. in pig. habe. quia illa pignoris constitutio est parui b præiudicij.

ADDITIONES.

a Pignus appellatur Vide Bello. in §. item seruiana infrà de actionibus.

b Parui Per hanc rationem consuluit Bello. in donatione reciproca venire etiam bona futura consi. v. per totum.

Glos. super verbo pignoraticia. in fi. oppo. Glos. commu-6 niter hic & ibi approbatur, † vt pignoraticia actio demum oriatur soluto, vel aliàs satisfacto pro debito. non tamen oritur ex ipso actu soluendi, sed oritur ex constitutione pignoris præcedentis, propter tamen solutionem subsequentem, ita quod solutio non est causa producens actionem, sed est causa remotiua impedimenti: quare illa ratio non nasceretur. Sed dices tu, si oritur ex contractu præcedenti, ergo oritur sub hac conditione, si pecunia soluetur: quæ conditio, soluta pecunia retrahi debet lege sub conditione. ff. de solu. ergo nascitur vt ex retro. Solu. Dicunt Docto quod licet conditione causales vel mixtæ trahantur retro, potestatiuè tamen retro non trahuntur, vt hic, & lege potior & lege qui balneum. ff. qui po. in pigno. hab. super verbo, fortuito. In fine. Hæc opinio gloss. communiter approbatur. Sed 7 modo dubitatur, † qualiter probatur iste dolus vel cul-a pa. a Respondent Docto. quod per coniecturas. argumentum in lege non omnes. §. à Barbaris. ff. de capti. in lege dolum. C. de do.

ADDITIO.

a Culpa. † Quis autem tenetur probare, vel debitor culpam, vel creditor 8 casum? Glo. concludit hic, quòd ad vtrunque spectat probatio. Dic vt per Bar.

Barto. in l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. & veritas est, quod ponit Bar. in l. si creditor. ff. de pign. act. videlicet quòd creditor debet probare amissionem: & in hoc omnes concordant. Sed an idem debet probare se amisisse rem sine culpa, vt in casu latronum: & tunc debitor debet probare culpam. d. l. si creditor. Quidam autem sunt casus qui regulariter non veniunt sine culpa, vt incendium & furtum, & tunc creditor debet probare quòd non fuit in culpa: quod probabit in furto, probando rem surreptam per domesticam personam. l. argentum. ff. commo. & incẽdio, probando incendium ortum in aliena domo. l. si quis furto. ff. ad l. Aquil. Ias. May.

De verborum obligationibus. Rub.

1 Continuatur ad præcedentes hoc ordine.† Suprà visum est de obligationibus quæ contrahuntur re: verum quia sunt & aliæ quæ verbis contrahuntur, ideo de his tractaturus intitulauit de verborum obligationibus. Antequam 2 veniam ad nigrum, † quia ista verborum obligatio stipulatio est appellata, vt hic, & l. j. ff. eodem titulo. ideo pro intellectu huius aurei tituli, præmitte a primò, quid sit stipulatio: Secundò, quotuplex. Tertiò, quo iure fuerit inuenta: Quartò propter quid: Quintò, quæ actio ex ea oriatur: Sextò, quot modis dicatur nulla: Septimò, quare stipulatio 3 fuit baptizata. Redeo ad primum.† Stipulatio sic diffinitur. Stipulatio autem est verborum conceptio, quibus ille qui interrogatur daturum facturúmue se id quod interrogatus 4 est respondit. l. v. §. stipulatio ff. eodem. † Est autem duplex: quædam vera & expressa, & hæc causatur ab homine, de qua loquitur titulus noster. Est & alia quę appellatur tacita & ficta, & hæc causatur à lege. de qua loquitur. lege vnica. C. de rei vxo. act. lege cum ostendimus. § finali. de fideius. com. iuncto l. ij. ad munic. l. non aliter. & l. sequens. ff. de adop. 5 cum si de qua vidistis suprà de adop. §. cum impubes. † Est autem stipulatio prodita de iure ciuili. §. de constituta. infrà de actio. & in hoc differt à cæteris contractibus qui dicuntur 6 proditi de iure gen. lege ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. † Est autem inuenta secundum dominum meum Petrum propter duplicem causam, necessitatis & vtilitatis. Necessitatis, quia lex considerans quod ex pacto nudo non poterat oriri actio propter frigiditatem contractus lege iuris gen. §. quinimo. ff. de pact. voluit adinuenire contractum verbis vestitum, hoc est, stipulationem ex qua actio produceretur. 7 † Ratio enim quare ex pacto nudo non oritur actio est, quia contractus frigidus appellatur, & ex leuitate inconsulte promissor obligaretur: facile enim homines inclinantur multa nudo pacto promittere: Non autem sic per stipulationem. quia cum stipulator interrogat promissorem, demonstrat animum acceptandæ promissionis: & si promissor respondeat, demonstratur etiam constans animus promittendi. Alia causa necessitatis fuit propter nouandas obligationes de iure gentium causatas, & postmodum acceptilatione tollendas, quæ aliàs tolli non possunt, nisi per stipulationem nouarentur. lege an inutilis §. acceptum fieri. & lege si acceptolatum. ff. de exceptio. de quibus videbitis infrà quibus modis. tollen. ob. §. primo Causa vtilitatis fuit, 8 vt homines latiores haberent habenas contrahendi.† Ex hac autem stipulatione oritur certi condictio, si certum contineat: vel actio ex stipulatu, si in ea deducatur incer- 9 tum, vt hic primò videbitis.† Dicitur autem nulla propter quatuor causas. Aliquando est nulla ratione causæ efficientis, vt quia stipulator vel promissor surdi vel muti, vel alitet eorum, ita quod loqui nec se percipere possunt. l. primo in principio. ff. eodem. Aliquando est nulla ratione defectus causæ formalis, vt quia verba habilia non proponuntur, vel quia præposteratur interrogatio & responsio. Aliquando est nulla ratione defectus materiæ vt quia in ea est deductum aliquid impossibile vel turpe. lege generaliter. & l. veluti. ff. eodem. Aliquando est nulla ratione causæ finalis, quæ turpis est, & de hac loquitur lege si plagij. ff. eodem puta, promitto dare x. vt facias homicidium: hæc non est turpis de se, quia dare decem non est turpe: sed dicitur nulla, quia 10 tendit ad finem turpem. † Est autem appellata stipulatio à στερεὸς græcè, quod est firmum latinè, est enim stipulatio contractus firmus validam pariens actionem: & per hoc differt à pacto nudo quod non est contractus firmus, imò debilis, adeoque sterilis, quòd nullum producit actionem vt suprà dixi.

ADDITIO.

a Præmitte primò. Præmitte etiam super Bello quomodo differant verborum obligatio, & stipulatio, & plura alia.

VERBIS.† Stipulatio contrahitur ex interrogatione præcedente, & responsione subsequente, in qua verba omnia sufficiunt, dummodo habilia, & vtriusque stipulantium consensus exprimatur. hoc. d. a Diuiditur a in quinque Nam in prima ponit modum constituendæ stipulationis In secunda ponit actiones quæ oriuntur ex stipulatione. In tertia ponit allusionem vocabuli. In quarta ponit quæ verba requirantur ad eam contrahendã. In quinta decidit vnũ dubium circa prædicta. In sexta, & vltima corrigit quod in quarta parte dixerat. Secunda ibi, (ex qua duæ) Tertia ibi, (quæ hoc nomine.) Quarta ibi, (in hac.) Quinta ibi (vtrum.) Sexta ibi,) sed hæc solemnia.)

ADDITIO.

a Diuiditur. Et ista diuisio est vsque ad. §. omnis. sed totus titulus diuiditur in duos. Prima ponit qualiter verborum obligatio, & sic stipulatio contrahatur. In secunda ponit quot modis possit fieri stipulatio. Secunda ibi. [omnis.] Ias. May.

a No. stipulationem concipi ex interrogatione a præcedente, & responsione subsequente. concor. l. j. ff. e. Et hæc forma ordinis non est hodie immutata: vnde si dixero, promitto tibi dare mille, & tu dicas promittis? stipulatio est nulla propter peccatum formæ. lege Iulianus. §. & si quis. ff. ad exhi.

ADDITIO.

Interrogatione. Et sic not. quòd † de natura stipulationis sunt verba & loquela, consensu mediante & intellectu. Et ideo mutus & surdus non possunt stipulari. Secus in alijs contractibus qui contrahuntur, vt in matrimonio, vt suprà qui. non est permis. fac. test. in §. mutus. Adde quòd etiam non sufficit annutio capitis, quia per eam non obligatur etiam naturaliter, vt no. in l. j. §. si quis ita. de ver. ob. Ias. May.

No. secundò, † ex stipulatione oriri certi condictionem, si in ea certum quid deducatur: & appellabitur certum si exprimat quidditatem, qualitatem, & quantitatem. l. vbi autē non apparet. ff. e. Vnde si tu stipulatus fueris à me tibi dari decem modios frumenti boni, ista stipulatio non continet quid certum: quia licet certa quidditas, scilicet frumentum: & certa quantitas, s. decem, non expressa est certa qualitas hoc est, certa bonitas, licet dicerem modios decem frumenti boni: quia bono melius reperiri potest. verba sunt Iurisconsulti in d. l. vbi autem non apparet. Si verbo in ea deducatur quid incertum, oritur actio ex stipulatu. a

ADDITIO.

Ex stipulatu. Sed in alio contractu si promittatur incerta res, agitur incerti condictione, non autem ex stipulatu. Fallit in dote, vbi licet iotet veniat certa res, agitur ex stipulatione quæ tacitæ inest. l. j. §. j. C. de rei vxo. actio. Ias. May.

† Nota verborum obligationem ideo babtizari nomine stipulationis, quia firmus est contractus: & stipulator idem est quod firmus. No quòd olim vltra formam ordinis, hoc est, interrogationis præcedentis a & responsioni subsequentis, requirebatur forma verborum: hodie verò quæcunque verba sufficiunt, dummodo habilia, & satis cóceptum mentis exprimentia.

ADDITIO.

Precedentis. Quid autem si apparet quòd aliquis promisit aliquid alicui, nec apparet de interrogatione precedente, an præsumatur interuenisse? Dic quòd sic, si verbum profertur à tabellione in instrumento non autem à teste. † Nam quam vis dicat testis quòd talis primò interrogauit, non probat stipulationem, vt in gl. l. j. C. de vsur. & ibi Bar. & infrà de fideiu. §. fi. Ias. May.

Finaliter no † nihil referre qualiter concipiatur stipulatio, dummodo sermo intelligatur per contrahentes, vel interpretem. l. j. in fi. ff. e. a

ADDITIO.

ff. eo. † Et sic diuersitas linguæ non vitiat stipulationem: vnde notarius poterit cōficere instrumentum inter græcum & latinum ionicem stipulantes, mediante interprete qui referat vni verba alterius, vt hic. & l. j. §. fi. ff. eo. & creditur soli notario. l. si quis decorio. C. de falsis. licet aliàs vni soli testi non credatur. l. iurisiurandi. C. de testi. Sed si notarius non habeat notitiam vtriusque linguæ, deberent adhiberi duo testes, si possunt, quia tunc non sufficeret vnus, vt in authen. de non alie. §. quando autem. Et si in instrumento dicat notarius, prædicta sic acta fuisse inter dictos contrahentes. vt constat mihi notario, & tali adhibito ad interpretandum ex voluntate dictorum contrahentium. Et idem debet fieri in iudicijs dum examinantur testes, de quo dic vt per Barto. & Ange. in d. l. prima. §. fina. Ias. May.

Glos. super versi. fieri. a in fin. Dicite quòd ideo litera hic solum exprimit dari vel fieri, quia sub dari vel fieri continetur non fieri; † quia ille qui nihil facit, aliquod facit hoc est, negligētiam vel culpam committit l. iiij. ff. de his quæ in frau. credi. Glos. super. verb condictio b in fin. no. † actionem triticariam concurrere cum certi conditione, nisi pro pecunia numerata intentaretur: Huius rationem dixere aliqui, quòd ideo non competit pro pecunia numerata, quia hæc actio fuit inuenta à quodam rustico qui Triticarius appellabatur, ideoque noluit actionem suam non competere pro pecunia numerata, quia rustici non audēt optare pecunias. l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. no. glos. in l. certi. C. loca Sed hæc est fabula: nam licet rusticus à natura ignobilis sit tamen nobilitatur immensa sapientia. l. prouidendum & l. quisquis. C. de posthu. Præterea rustici non audent optare pecunias, quia non habent, cum à nobilibus rapiatur veluti à barbaris aurum. l. ij. C. de commer. & merca. l. si quis de le. iij. Quare alij dixerunt, quòd triticaria non competit pro pecunia numerata, quia Triticarius erat philosophus, & † philosophi non habent pecunias. l. in honoribus §. sed an philosophus. ff. de vac. mun. Sed hæc truffa est quia licet philosophi philosophiæ naturalis contemnant, vt fuit Tales Milesius, quia inter cæteros sumergebat proprias diuitias, † Philosophi tamen moralis sapientiæ, vt Legum Doctores libenter accipiunt gl. est in l. j in prin. ff. de iusti. & iu. de quorum numero fuit hic Triticarius, vt glo. in l. j. ff. eo. ergo ratio mala. Et dum dicunt Docto. quòd ideo non competit pro pecunia numerata, quia † Triticaria competit solum pro his rebus quarum æstimatio variatur ex tempore, l. j. ff. de Tritica. at æstimatio pecuniæ vna est semper & certa. l. nummis. de in lit. iuran. l. j. de contrahen. empti. vnde pro ea non competit: vnde, incidit in Scyllam cupiēs vitare Caribdim. Nonne instabis adhuc, quare magis competat pro rebus quarum æstimatio variatur ex tempore, quam pro pecunia numerata? Dicunt aliqui, solo at Appollo. vt dixit glo. in l. j. de acquir. posses. Vos dicite, quòd hæc est mera positiua, in qua sufficiat pro ratione voluntas. l. j §. pueritiam. & ibi no. ff. de posthu. l. non omnium. ff. de legi. l. quia poterat. ff. ad Treb. Cogitabis.

ADDITIONES.

Fieri. primam & secundam gl. quas iste omittit expedias, vt per Bell.

Verb. condictio. Ad glo. super ver. stipulamus. quam iste non legit, vide Bello. & similiter ad glossellam inter linearem super ver. ex qua.

Glossa. super versiculo. certo. a in principio. nota. † quòd ex stipulatione facta à lege oritur actio ex stipulatu, siue continet certum, siue incertum: b & in hoc differt à stipulatione vera, formata ab homine. & hanc tetigit glo. in d. l. vnica. & potest ratione suaderi: quia licet reuera deducatur in ea certum, tamen quia non apparet ex pronunciatione hominis, non appellabitur certa. l. vbi autem. ff. eo. Alij verò tenuerunt contrarium, in quorum sententiam ego sum procliuior, c quia non plus debet operari actus fictus in casu fictio quam verus in vero. d l. si is qui pro emptore. de vsuc. ergo non aliter disponetur in dispositione ficta, quam in vera, præsertim cum par sit virtus taciti & expressi l. cū quid ff. si cert. pe. Non ob. quod ex pronunciatione hominis hoc non appareat, quia illud habet locum in stipulatione hominis, secus in stipulatione legis: propterea potest appellari certa, ex quo certificatur per relationem ad instrumentum dotis l. in summa. ff. de sen. & retu.

ADDITIONES.

Verb. certo. An verò incerti condictio sit proprium nomen actionis, & an concurrat cum alia actione. vide hic per Bello. super glo. in ver. ex stipulatu.

Incertum. † Præsupponit ergo iste, quòd ex stipulatione vera de dote reddenda licet certa, nō oritur actio ex stipulatu: quod videtur mihi contra casum. d. l. vnicæ in prin. Sed fortius pro ista parte facit: quia si diceremus quòd speciale sit fauore dotis, quòd licet sit certa, tamen competit actio ex stipulatu, certè esset impossibile: quia si cōcurrerent duo specialia circa idem, quod rogatur stipulatio, & quod actio ex stipulatu detur ad certum contra. l. j. cum gl. C. de do. promis. Sed quod agitur ex stipulatione ad dotem certam, videtur casus in d. l. vnica. post prin. in vers. & nemo. putet. Ias. May.

Procliuior. Vide omnino hic Bellon. qui aliter intelligit, & declarat hanc gl. quam Potius.

In vero. Adde Ias. in l. j. §. voluntatem. autem. col. iij. in vij. no. ff. solu. mat. Ziletus.

In ea glos. in fi. no. † stipulationem vitiari ratione omnimodæ incertitudinis. a quod verum limitabitis, nisi hæc incertitudo veniret certificanda ratione subiectæ materiæ. l. quidam. de leg. ij. l. si cui. de annu. leg. l. Sticus. de leg. iij. l. j. C. de dot. promis. l. quæro. ff. de ritu nupt. Glos. super verbo, firmum. b ibi, hæc consuetudo. Habetur in Lombardia penes rurales, apud nobiles non est recepta: † inhonesta enim est confirmatio per crapulam, capit. ex crapula. extra de vit. & honesta. cleri.

ADDITIONES.

Incertitudinis. Adde tamen. quòd † licet incertitudo vitiet stipulationem, tamen potest declarari per coniecturas. puta per præcedentia. Vnde si mutuasti mihi decem, intelligitur stipulatio subsequens de his decem mutuatis. Secus si promitto tibi decem per stipulationē quæ mihi mutuasti. deinde alia vice similiter per stipulationem promisi tibi decē, intelligitur in dubio de alijs decem, nisi dicatur, computata in hac stipulatione omni alia promissione facta secundum, Barto. in lege triticum. ff. eodem Ias. May.

Verb firmam Ad omnes glossa. huius. §. quas iste ommittit vide hic Bellonum.

Glos. super verbo, stipulari. Si dixero, promittis mille, & tu annuas humeris vel capite non contrahitur obligatio. l. j. § si quis ita. ff. eo. quia † conceptus mentis debet deprehendi per verba, non autem per signa. Sed refert Barto. quòd vidit quendam dominum de Gabrielis de Vgabio qui erat tantæ subtilitatis quòd comprehēdebat ad motum solum labio-

rum

30 tum quemcunque loquentem. Quæro, † quare stipulatio appellatur contractus verbis, non re, vel consensu, cum in ea veniat consensus & res? Respondeo, a quòd ideo denominatur à verbis, tanquam a causa formali substantiāte. l. Iulianus. scribit. §. sed si quis. ff. ad exhib.

b Gloss. quibuscunque. b

ADDITIONES,

a Respondeo. Vide Bello. suprà tit. proximo in prin.

b Quibuscunque. In gl. quibuscunque. in fi. vltra Ang. hic. puto quòd alia sit ratio. quia si diceremus stipulationem valere, esset eò, quia constaret de solo consensu sed solo consensu non potest stipulatio confici, vt dicit gl. præcedens igitur &c. Ias. May.

Stipulatio pura est, quæ neque diem, neque conditionem habet illa in diem appellatur cui dies est adiecta.

1. *Ex stipulatione in diem agi non potest, quousque ultima dies perfectè labatur.*
2. *Stipulatio annua pura est, & transit ad heredem.*
3. *Stipulatio conditionalis quæ sit.*
4. *Creditor conditionalis an dicatur propriè creditor, ita ut comprehendatur à statuto faciente mentionem de creditoribus.*
5. *Testator mandans satisfieri creditoribus suis, intelligitur de credito efficaci, non de eo qui exceptione repelli potest.*
6. *Stipulationes istæ æquiparantur, promitto tibi mille, si non ascenderis Capitolium & promitto tibi mille cum morieris Conditio negatiua morte impletur.*
7. *Spes conditionalis stipulationis ad heredem stipulatoris transmittitur.*
8. *Dos promissa puellæ intelligitur cum fuerit nubilis ætatis.*
9. *Promissor ex stipulatione pura licet possit statim conueniri, non tamen statim ad soluēdum compellitur, quod autem tempus habere debeat uide hic.*
10. *Debitor offerens uelle soluere, debet offerre solutionem congruo loco & tempore.*
11. *Debitum confitenti dantur decem dies ad soluendum, de consuetudine seruata. nu 14. & 13.*
12. *Melioris conditionis esse non debet ille qui est in dolo & debitum inficiatur, quam ille qui bonam fidem cognoscet & debitū palam confitetur.*
16. *Paria sunt promittere in diem uel ex die.*
17. *Agi potest ante diem mero iure, ex stipulatione ante diem concepta.*
18. *Iudex in ultima die peremptorij, etiam altera parte non ueniente, potest sententiam proferre.*
19. *Intellectus ad l. more romano. ff. de ferijs.*
20. *Intellectus ad l. non minorem. C. de transactio.*
21. *Sententia non potest ferri de nocte nisi in tribus casibus.*
22. *Dies termini an computetur in termino, & supra numero 18. cum sequen.*
23. *Solutio faciēda est in principio anni, ab eo qui decem annuus soluere promisit.*
24. *Solutio facienda est in fine anni, ab illo qui decem singulis annis soluere promisit.*
25. *Solutio an in principio uel fine temporis fieri debeat, cum tempus adijcitur dictæ obligationi nu. 26. & 27.*
28. *Spes conditionalis stipulationis transit ad heredem stipulatoris, & idem est in alijs contractibus nu. 29. 30. 31. 32. & 33.*
31. *Conditiones in contractibus retrotrahuntur.*
32. *Quare in contractibus conditiones retrotrahantur magis quam in ultimis uoluntatibus.*
33. *Testatorum uoluntates liberæ esse debent, & ambulatoriæ usque ad mortem.*
34. *Cautio Mutiana non habet locum in contractibus, sed solum in ultimis uoluntatibus. nu 35. 36. 37. & 38.*
35. *Argumentum de ultimis uoluntatibus ad contractus tenet.*
36. *Spes legati conditionalis non transmittitur ad heredem.*
38. *Cautio Mutiana locum habet si in stipulatione deductum, est tale quid quod non est transitorium ad heredem.*
39. *Testator an possit prohibere cautionem Mutianam.*

§. OMNIS STIPVLATIO. Iste §. est nota dignus & quotidianus. Stipulationum quædam est pura, cui nec dies nec conditio est adiecta, & ex ea cedit, sed non venit dies. Quædam verò conditionalis a cui cōditio est adiecta, & ex ea, neque cedit neque venit dies ante purificatam conditionem. Et spes conditionalis stipulationis transmittitur ad hæredem, hoc dicit. Diuiditur in duas partes. Nam in prima ponit diuisionem trimembrem. In secunda, diuisionis membra prosequitur. Secunda ibi, (pure.)

ADDITIO.

a Conditionalis. Ad euidentiam præmitte tres species conditionum, vt per Belloom.

1 † Not. primò, stipulationem puram appellari cui nec dies nec conditio est adiecta, & ex ea statim cedere & venire diem agendi. Illa verò appellatur in diem, cui dies est adiecta. ex cāque cedere diem, sed non venire statim. Not. † ex stipulatione in diem a non posse agi quousque vltima dies perfectè elabatur. b

ADDITIONES.

a In diem. Concor. l. j. in fin. ff. quando dies vsusfru. leg. cedat. & leg. cum qui calendis de vet ob Limita singulariter, vt scribo in libro veteri in verbo debitor. & ibi vide aliquid pulchrum in materia. & vide Ange. hic. Ias. May.

b Elabatur. Addo in versi. aut dies. Nisi tempus inesset miserationis gratia, quia tunc non impedit actionem, nec compensationem. l. si cum militi ff. de compensa secundum Bartol. in dicta l. quod dicimus. Iason Mayn.

Not. diem adiectam stipulationi intelligi appositam fauore promissoris: ideo si ante soluere vellet, & fauori suo renunciare, audiretur. l. stipulatio, §. inter cætera. l. centesimis. ff. eodem.

3 No. †, hanc stipulationem, promitto tibi decem annua quo ad viuam, puram esse & ad hæredem etiam mero iure transire: sed ipso petente taciti pacti obstabit exceptio. Ratio: nam cum ego promiserim ista annua quo ad viuas, limitaui hanc promissionem quo ad tēpos: vnde tu, & ego videmus tacite recōuenire ne post tempus vitæ tuæ obliger vllo modo. Et si dicas, si ego promissor & stipulator limitaui promissionem ad tempus vitæ, cur ergo vltra transmittitur hæc stipulatio ad hæredem? Respondetur vt hic in litera: quia tempus non est modus inducendi, nec tollendi obligationem. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obli. tempus enim nihil est, sed rerum concomitantia appellatur, vnde hæres stipulatoris non virtute elapsi

4 temporis, sed taciti pacti repelletur. † No. ex ver. sub conditione, illam stipulationem appellari conditionalem, a quæ in euentu alicuius rei est suspensa, ante eius euentum nec cedit, nec venit dies agendi.

ADDITIO.

a Conditionalem. † An autē creditor conditionalis dicatur propriè creditor: ita vt in statuto faciente mentionem de creditoribus cōprebendatur? Dic quòd largè capiēdo posset appellari creditor, quo ad spem obligationis transmittendæ ad hæredem l. cedere diem. ff. de verborum significa. Et quo ad quædam alia quæ notaui in glo in l. 1. cui. de actio. & obliga. Sed strictè sumendo nō dicitur propriè creditor, nisi qui fidem alterius credendo secutus est l. j. ff. si cert. pet. Et ideo, si statutum dicat, quòd ad petitionē creditorum capiatur debitor, vel instrumentum guarentigiatum executioni mandetur, intelligitur creditor largo modo, quomodocunque alium obligatum habeat. Secus si dicat ad petitionem eius qui credidit, quia tūc accipitur strictius, prout qui

6 est secutus fidem alterius, secundū Bart in d. l. j ff. si. cer pe. † Quid autē si testator mādat satisfieri omnibus creditoribus suis: Dic intelligitur de credito efficaci, non autem de eo quo potest exceptione repelli, secundum Bart. in l. si is cui §. Flauius ff. de sol. facit l. legam. & ibi no. ff. de liberatione legata. Ias. May.

7 No. singulariter in ver ita, † has stipulationes æquiparari, promitto mille si non ascenderis Capitolium, & promitto mille cū morieris. Ratio: nam cum vt dixi ex stipulatione conditionali non possit prius agi quam fuerit conditio purificata, & hæc cōditio, si non ascenderis Capitolium, non possit verificari nisi per mortem tuam, quia te viuo nunquam purificatur, si enim non ascendisti hodie, poteris cras ascendere, ideo rectè huic æquiparatur, promitto cum morieris: Et hic ver. adducitur pro casu illius communis opi. quod in contractibus non habebat

8 locum cautio Mutiana. de quo statim pulchrè videbitis. † Nota ex §. conditionali spem conditionalis stipulationis ad hæredem stipulatoris transmitti, & in hoc differt à legatis conditionalibus, quorum spes ad hæredem legatarij non transmittitur. §. sub conditione. C. de cadu. tol. Rationem dicam infrà. Glo. ff. super verbo, cōfestim ibi, §. fi. Aliquando & tertio stipulatio

9 differtur in diem ratione personæ stipulatoris: † vnde si promis-

sero puellæ dotem, intelligitur cum erit nubilis ætatis: quia vbi non potest consistere matrimonium, ibi nec dos. l. quintilium. vbi cisus. ff. vbi pupill. edu. debe. & ita faidie respondi, & ita iudicatum fuit. Aliquando & quarto recipit diem ex natura causæ stipulationis: vnde si promitto tibi pro soluenda mercede magistri, vel pro exoluenda pensione domus, intelligitur hæc promissio conferri in eum diem quo ex conuentione vel consuetudine solui consueuere mercedes magistrorum & pensiones habitantium. l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando di. leg. ce. In eadem gloss. ibi, l. promissor. colligitis ex gloss. 12 † quod licet promissor ex stipulatione pura statim conueniri potest, non potest tamen statim compelli ad soluendum, sed dari debet terminus decem dierum. Sed gloss. not. in l. quod dicimus. ff. de solut. dixit hoc tempus esse moderandum iudicis arbitrio a: cuius sententia est communiter approbata. Nam ex quo hoc tempus non est à lege determinatum iudicis arbitrio est relinquendum l. prima. ff. de iu. delibe. Non obst. l. promissor. de consti. pecu. quia loquitur in casu speciali. Ratio: nam cum ibi constituens grauetur in hoc, quia ex pacto nudo actione de constituta conueniri potest, contra regulam. l. iurisgen. §. sed cum nulla. ff. de pac. alleuiari debet in alio, vt terminus decem dierum saltem tribuatur. Vnde dixit Bartol. aut dies inest obligationi ex promissione promissoris, & illud non est in iudicis arbitrio, quia lex non tollit beneficium promissoris, glos. in l. prima. C. si aduer. vend. Idem si inesset ex qualitate illarum quatuor causarum, de quibus suprà. Sed aliquando tempus datur causa miserationis, & hoc tempus communiter committitur iudicis arbitrio l. si cum milites. ff. de compen. Fallit in tribus casibus. Primus est in casu in quo dies esset certa à lege statuta: quia terminum legis præterire non liceret. §. ex actio. C. de rei vxor. actio. Fallit in constituto. d. l. promissor. Fallit in condemnato per sententiam difinitiuam, cui dantur à lege quatuor menses. l. ij. & l. fi. & qualiter per totum. C. de vsu. rei iu. quod tamen arbitraret verum, nisi magna causa subesset arctandi vel prorogandi illud tempus quadrimestre. l. ij. ff. de senten. & re iu di. & est glo. nota, in l. iiij. §. condemnatum. eo. tit.

ADDITIO.

a 31 Arbitrio. † Adde tamen quòd debitor offerens velle soluere, debet offerre solutionem congruo loco & tempore, vt voluit glo. suprà de obliga. in prin. & de die apposita solutionem an relinquatur arbitrio iudicis. vide Bartolum in l. tarum ff. de solut. Ias May.

2 In ea glo. in fi. No. ex glo. † de consuetudine seruari quòd confesso debitum detur terminus decem dierum ad soluendum. Idem tenuit gloss. in lege. si debitori. ff. de iudicio. & sequuntur communiter Docto. Sed quòd ista consuetudo sit cor 13 ruptela, & non consuetudo, arguitur sic. † Nam non debet esse melioris conditionis ille qui est in dolo, & debitum inficiatur, quam ille qui cognoscit bonam fidem, & debitum palam confitetur l. non solum. ff. de noxa. Sed ille qui negauit debitum, quique facit actorem frustrari litibus sumptibus & laboribus, habet tempus quadrimestre ad soluendum. l. ij. C. de vsu rei iudic. ergo erit melioris conditionis quam ille qui debitum confessus est: ergo ista non est consuetudo, sed corruptela, cui æquiquitas & ratio est aduersa, ideo non est seruanda. c. fi. extra de consue. Possetis dupliciter respondere, vel dico subtilius, cogitare scilicet quod ideo condemnatus per sententiam habet lon a gius tempus, a quia grauatur in alio: quia postquam semel negauit, velit nolit tenetur subire iudicium, et si paratus fuerit contineri. l. si reus paratus. ff. de procu.

ADDITIO.

a 14 Tempus. † Et pro ista ratione videtur tex. in l. si domus. §. in pecunia. ff. de leg j. in verbo, nec iure gentium Sed in veritate ibi in fi. dicitur, quòd si negauit, & lis est contestata, hoc officio iudicis dirimendum est Ecce quòd ibi non dicitur quòd cogitur iudicium suscipere: vnde puto quòd ille textus sit intelligendus secundum textum not. in §. fin insti. de perpe. & tempo. acti officio iudicis, scilicet, quod erit, absoluere eum qui negauit, si postea satisfaciat. Adde, quòd aliam rationem ponit Puteus sen er in l. si domus. §. in pecunia. ff. de lega. pri. Ego puto fortè aliam rationem posse assignari, quare breuius tempus detur confesso, quàm condemnato: quia lex præsomit quòd ex quo quis confitetur, & sic agnoscit bonam fidem, quòd debet esse magis paratus solutioni, quam ille qui litigauit & sic nunquam delibe raoit solsoluere nimirum ergo si confessio, magis parato solutioni, lex voluit breuius tempus assignari optimum simile in l. fin cum glo. ff de fer. vbi, minores dilationes dantur accusatori quam reo, tanquam magis parato. benefacti l. pure. §. si ff de excep. do. Et si dicas, ergo dolus volentis litigare sibi est vtilis? Respondeo quod non, quia immò punitur in alio, per condemnationem expensarum. Tamen contra istam rationem facit, quia si verum est quod lex præsumeret eum paratum solutioni, nullum terminum sibi daret, vt dicit glosa in l. si debitori. per text. l. debitoribus. ff. de re iudi. Sed die quod lex non præsumit eum paratum solutioni in totum, sed magis quam eum qui litigauit. Ias May.

15 † Et si dicas, si cogitur subire iudicium cogitur dolo suo. Respondetur, quia ille dolus suus ex alio punitur: quia victus victorio expensis condemnatur. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. eum quem temere. ff. eodem. sed iste qui confitetur palam, non tenetur iudicium subire, Vel aliter respondetur, quòd licet condemnato detur tempus quadrimestre, illud tamé à iudice moderari potest, vt supra dixi: quia si videret causam prorogandi vel minuendi illud, posset. quid enim si humilis & deploratus confiteretur se debere mille, si ad hoc ipse condemnaretur an daretur tépus decé dierú vel quatuor mensiú: Quid etiam si diues & magnipotens confiteretur vel condemnaretur dare xx. denarios, haberet ne decem dies vel quatuor menses: Puto quod non, sed glossa. respexit communem a facti accidentiam. a Vel cogi. bis. Glo. super verbo, in diem. 16 Nota † paria esse promittere in diem vel ex die. quia non nisi finita die poterit promissor conueniri. Si autem promittatur vsque ad diem, tunc poterit interim conueniri, non autem postea. Et idem est dicere ad diem, sicut vsque ad diem. Gloss. super verbo, potest in fi. Ex hac glo. nota. † ex stipulatione in diem concepta mero iure ante diem agi posse. & idem tenuit glo. in l. certi condictio ff. si cert peta. sed contra eam facere videtur. l. j. ff. quando di. vsus. leg pe. Item contrafacere videtur. l. certi conditio. in prin. si cer. pe. Vnde vos ita dicite: Si quæratur, an ante diem stipulationis sit nata actio mero iure: aut ista dies inest expresse de conuentione partium, vel tacitè ex appositione loci, & tunc mero iure ante diem agi potest, sed agenti obstabit exceptio doli. §. præterea. in glo. alleg. l. iij. § si quis. ff. de eo quod cer. loco. Non ob. l. certi condictio & litera nostra, quia habet intelligi vt iacet quòd ante diem non potest agi, scilicet in effectu: quia agens doli exceptione repellitur. Aut dies inest ex natura rei, & tunc ante diem nullo modo potest agi. Ratio, quia quando dies inest ex natura rei, ista talis stipulatio sapit naturam conditionalis stipulationis. l. j. in fi. de cor. ditione & dæmon. Vnde nimirum si ante euentum conditionis non est nata actio, quia nec obligatio. §. sub conditione, infra proxi. Sed dicet quispiam: quid enim refert an mero iure nata sit actio sed exceptione elidi possit, an nullo modo sit nata, cum neutro b casu condemnatio subsequatur? Respondeo longa differentia b est: quia quando est nata mero iure actio, nisi opponatur exceptio, iudex conuentum condemnabit, quia in actione fundatū est iudicium. Sed quando nulla est actio, etiam si nihil opponatur, iudex non condemnabit. Dixit tamen egregiè, Bartol. quòd quando tempus est annexum stipulationi, ita quod iudici de hoc constet, quod absque alia exceptione opposita per reum repellet agentem. l. cum qui ita §. cum qui ita. ff. eodem.

ADDITIONES.

a Facti accidentiam. Vide hic Bellonum assignantem aliam rationē.
b Differentia. De hac differentia vide latius Bellonum libro secundo suppura. capi. ix.

Glos. super verb. nec ipso. in fin. Dicite vt statim dicam in glos. in ver. at si ita. Glos. super verbo, tribui debet. ibi, sedea bunt. Not. ex glo. a quòd † Iudex in vltima die peremptorij, 18 etiam altera parte non veniente, potest sententiam proferre: Huic sententiæ non obst. primo hæc litera, quæ videtur tribuere totam diem: quia in casu nostro elapsis vesperis intelligitur finita dies, cum amplius sententia ferri non possit. d. §. sede19 bunt. † Non ob. l. more romano. ff. de fer. quia loquitur in terb mino dato ad probandum: vnde cum probationes etiam fieri possunt post vesperas, non intelligitur finita dies nisi nocte media, vt d. l. more. sed hic loquimur in termino dato ad audiendum sententiam: vnde cum elapsis vesperis non possit senten20 tia ferri, habetur tunc dies pro finita. † Non ob. l. non minorem C. de transactio. quæ loquitur in contractu transactionis, quia

ita

ita celebrari potest de nocte sicut de die: at sententia proferri non potest de nocte, vt infra videbitis. Faterer autem, quòd si iudex vellet facere gratiam absenti, posset ipsum expectare in castrinum ca. consuluit. extra, de offic. & pote. iudic. deleg. Posset etiam de nouo citari. l. si post dictum. ff. de iudic. In eadem gloss. ibi, iudicare. not. † sententiam de nocte non posse ferri: & hoc est regulariter. Sed fallit in tribus casibus. Primò, quando litigantes consenserunt quod de nocte proferatur: quia huic solennitati quòd in vesperis proferatur renunciare possunt ca. de causis. extra, de offic. & pote. iudic. delega. & est gloss. ordin. in §. sedebunt. in gloss. allega. Secundò fallit, quando instantia esset eo die finitura. ar. in l. secunda. ff. de fer. Tertiò hæc regula fallit, nisi ex consuetudine esset institutum vt sententia de nocte proferretur, vt sit Mediolani. c. cum dilectus. extra, de fide instru.

ADDITIONES.

a Not. ex gloss. De hac quæst. glo. est casus clarus in c. consuluit. extr. de offi. de leg. ij alleg.

b Termino. † An autem dies termini computetur in termino, vide not. Bartol. & Ange. in l. prima ff. si quis cau. Innocen. in capitu. pia. extra de except. & Ioan. Andr. in cle. quamuis. extra, de appel. & per Iaco. de Are. in l. Gallus. in princip. de liberis & posthumis per Specul. in tit. de cita. §. viso. circa finem, & eundem in titul. de appella. §. restat. versic. sed nunquid dies. Ias. Mayn. (Dies termini an computetur in termino. Adde Gloss. in capit. interiorum. secunda quæstio. septima Gloss. in cap. super eo. de app. Glos. in capitu. statutum. de præben. Glo. in cle. quamuis. de appel. Gloss. in capit. j. iiij. quæstio. quinta. Ioan. Andr. in ca. fœlicis. de pe. lib. vj. in nouella. Pau. de Lea. in cle. causam. de elect. Bartol. in l. j. in §. si maritus. ff. de liber. agnoscen. Bald. in l. eos. §. finantem. C. de appella.

A D D E. An dies termini computetur in termino. Glo. in l. Gallus. in princip. in versicu proximus. ff. de liberis & posthu. & ibi Alber. Bald. Ang. Ioan. de Imo. Gloss. in l. vbi lex. ff. de regu. iur. Glo. in ca. quisquis. in ver. ex ca. iiij. q. v. glo. Inno. Goffre. Host. Io. And. Bal. Io. de Imo. Ab. Pan. Philip. Fran. Car. Alex. & Philip. Deci. in c. super eod. el. ij. de appellatio. Specul. in tit. de appel. par. ij. §. restat. versi. sed nunquid dies Ioan. Andreæ in c. quam sit. in ver. electio. de electio. lib. vj. & ibi etiam Zenzilin. & Philip. Franch. Eundem Ioan. Andr. in c. cupientes. col. j. versi. post consensum. de electio. eo. lib. vj. & in ca. pra. de exceptio. eo. lib. vj. & in c. frequens de restitu. spoliato. eo. lib. vj. & ibi Paul. de Lea. & Philip. Fran. ad fin. Ioan. Andr. in ca. solet. de senten. excommunica. eo. libr. vj. Domi. de Rosa dersilio. ccviij. inci. terminus Iaco. de Are in l. j. §. sed si maritus ff. de libe. agno. & ibi Iaco. Butriga. Cyn. Rav. Albe. de Rosa. Bal. Saly. Pau. de Cast. Lodo. Roma. Alex. de Imo & Ias. Bald. in l. si ante nuptias. ff. solu. matri. in l. si quando. in v. q. C. de testi. in l. si duobus. §. sed & si quis in fi. C. communia de leg. & in l. si ea col. fi. versic. item nopro terminis. C. qui accusa. non pos. in c. vigesimum. extra, de offi. dele. & in consi. ccxlvj. incip. propon. tur quòd dictum compromissum. in v. volumi. Angel. de Perusio seu ot. in consi. ccccuj. incip. Paulus Centolini. in princip. Petr. de Ancha. in cap. si propter. col. iij. versic. sed quæro post gloss. de rescrip. lib. vj. & in capitu. j. de resti. spolia. eod. lib. vj. & ibi Ioan. de Imol. & Domi. à S. Gem. ota. Pau. de Castr. in consil. cccccxcviij. incipien. dies dati termini in princip. in j. volumi. Ioan. de Imo. in ca. sicut olim. col. iij. de appella. & in consil. xj. incip. in casu præmisso. circa medium. Eundem Domini. à Sancto Gem. nia. in consil. xcj. incipien. præmitto quod possessori col. ij. versi. excluditur. Alexand. de Imol. in l. Labeo. paulo ante fi. ff. de iureiur. Per Philipp. Corne. in consil. cclxxix. incip. in hac consultatione. col. ij. versi. quidquid autem fit. in iiij. volu. Insignem Fran. Turzan in regulis iuris reg. xxxix. & præclariss. Tiraquel. in tract. de vtra. retract. j. Gloss. xj. no. 18. cum sequen. Ioan. Bapt. Zilettus.

c De nocte. Adde an, & quando sententia possit ferri de nocte text. in cap. consuluit de offic. deleg. & ibi gloss. in versi. tenebras. & quæ ibi etiam Io. And. post Hosti. Anto. de Butr. Abbas Panor. col. fin. Ioan. de Imo. & Fely. col. antepen. & Philip. Deci. col. pen. Cyn. in l. non minorem. C. de transact. & ibi quoque Barto. Bald. Alexand. de Imol. & Ias. Barto. in l. more Romano ff. de ferijs. & ibi Bald. Angel. Salyce. Paul. de Castr. & Ias. Bald. in l. casus. C. de test. Ang. de Are. in l. ij. §. dies. col. pe. ff. quando appel. sit. Practi. Papiens. in form. senten. diffiniti. in glo. Nos Bernardinus. no. 37. in paruis. Pet. Philipp. Corne. in consi. liiij. col. pen. in ij. volu. Robert. Maran. in tracta. de ordi. iudicio. in vj. par. versi. actorum numer. 42. & in versicul. sententia. numero. 92. in paruis. Ioannes Bapt. Zilettus.

Glo. super verbo, annuos. ibi, quia hoc anno Not. ex glossa. † quòd si ego promisi dare decem annua, quòd ista decem sunt soluenda in principio cuiuslibet anni. Idem si dixero, quotannis. l. nec semel. ff. quando di. lega. ce. & in hoc bene, per l. ij. C. quando di. leg. ce. † Si autem promisero tibi dare decem singulis annis, tunc ista decem sunt soluenda in fine cuiuslibet anni, & in hoc malè: quia paria sunt promittere decem annua, & promittere singulis annis. lege. nec semel. §. nouissimè. quando dicitur lege. ce.

ADDITIONES.

a Singulis annis An promissum singulis annis debeatur in principio anni vel in fine, vide bonum tex. pro hoc in l. cum annos. ff. de condi. & demon. Ias. May.

b Vide Bellonum saltuantem hic glo. & reprehendentem Portium, & subdentem pulchram quæstionem nouam in hac materia.

Vnde si quæratur, † an in principio temporis vel in fine, fieri debeat solutio, cum tempus adijcitur alicui obligationi ita pulchrè distinguite. Aliquando tempus apponitur causa demonstrandæ obligationis. Aliquando ponitur causa differendæ obligationis. Aliquando ponitur causa multiplicandæ obligationis. Aliquando ponitur causa diuidentiæ obligationis. Si quidem apponitur causa demonstrandæ obligationis: tunc statim promissa debentur, nec finis temporis expectatur: quia hoc agunt contrahentes vt sic fiat. l. liber. homo. l. decem ff. eodem. Si verò apponitur causa differendæ, tunc debetur in fine temporis. l. qui hoc anno. ff. eodem. §. qui in hoc. infrà de inutil. stipu. Ratio: nam cum tempus apponitur causa differendæ obligationis, intelligitur appositum fauore promissoris: secundum ergo fauorem eius est interpretatio facienda, quæ vult vt in fine debeatur, vt hic, & l. eum qui calen. ff. eodem. Si verò apponitur causa multiplicandæ obligationis, tunc debetur in principio cuiuslibet temporis. l. j. quando di. leg. ce. Ratio, quia talis multiplicatio temporis est facta in fauorem stipulatoris, vnde debet secundum eius fauorem regulari, qui ita se habet vt in principio debeatur. Si verò apponatur causa moderandæ obligationis, quæ de sui natura effectualiter fuisset perpetua, tunc sentiunt Doctores quod in principio anni debeatur: quia cum stipulator grauetur in hoc vt obligatio de se perpetua liberetur & moderetur, alleuari debet vt in temporis principio fiat solutio. l. eum qui. § ita ff. eodem. Si verò apponatur causa diuidentiæ, tunc debetur in fine temporis. Nam cum illa diuisio fiat in fauorem promissoris, debet secundum eius fauorem interpretatio fieri, qui ita se habet, vt in fine cuiuslibet termini debeatur. l. lecta. in medio. ff. si cer. pe.

ADDITIONES.

a Distinguite. Vide Barto. ponentem hanc distinctionem temporis. l. qui hoc anno. ff. eo. & per Bar. in l. si quis a conscribendo. C. de epis. & cle. Ias. May.

b Temporis. † Et hoc regulariter est verum, siue tempus ponatur in accusatiuo, vt l. non putabam. de condi. & demon. l. siue in ablatiuo, vt l. qui hoc anno. hic allegata. Fallit fauore liberorum, in quo sufficit esse inceptum, licet non completum vt. si lego filio meo cum peruenerit ad annum. xx l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. iuncta l. qui hoc anno. ff. eo. Secundò fallit, vbi verba referuntur ad recipere debentem, tunc in initio debetur. vt, Stichus seruus meus anno secundo post mortem meam sit liber. l. si ita fuerit libertas. ff. de manu. testa. Item si tempus apponatur in genitiuo, vt, dum talis fuerit x. annorum. l. si cui annua de leg. j. Ias. May.

c ff. Si cer. pe. † Fallit quando aliquid esset implendum ex parte stipulatoris promissori, quia tunc promissor non erit obligatus antequam stipulator adimpleuerit, vt l. si seruus communis meus & cashen. pecu. ff. de th. & vide in l. qui hoc anno. ff. de ver. ob. Ias. May.

a Glo. in ver. facta.

a Facta. In gloss. in verbo, facta. in fi. dum dicit quod est puta abnegatiua, id est, non conditionalis, credo quòd velit dicere quod est pura, & non conditionalis, sed abnegatiua respectu personæ hæredum: quia si eueniat stipulatorem mori, licet mero iure trâseat ad hæredes, eò quia pura & perpetua, vt hoc tex. tamen hæredibus petentibus abnegabitur, id est, denegabitur: vel etiam est abnegatiua respectu ipsiusmet stipulatoris, si petat ante annum. Ias. May.

Glo. in verbo, contingit. in fi. No. ex glo. † spem conditionalis stipulationis ad hæredem stipulatoris transire: quia in stipulatione versatur factum stipulatoris, qui nedum sibi, sed etiam hæredi prouidere coniecturatur, quod secus in legato vel hæreditate conditionali, quia ibi non versatur factum hæredis vel legatarij, sed testatoris, qui solum intelligitur velle prouidere & legatario & hæredi instituto, non autem hæredi legatarij, & hæredi hæredis, cum legata & institutiones fiant ad benemerita. l. nec adiecit. ff. pro soc. vnde hæredes legatarij vel hæredis non intelliguntur vocati, quia tanquam incerti non potuerunt de testatore benemereri.

ADDITIO.

a Transire. † Et adde quòd idem est in alijs contractibus, quia spes conditionalis contractus transmittitur. l. necessariò. §. quòd si pendente. ff. de perica. & com. rei uen. & l. j. C. vt actio. de hære. & contra hære. Ias. May.

Sed hanc reprobat Bar. † quia in stipulatione non semp

interuenit factum stipulatoris, vt est cum notarius stipulatur tertiæ personæ l. non aliter. ff. de adop. l. ij. ff. rem ra. ha. vnde ipse
31 reddit aliam rationem. † Nam in contractibus conditiones retrotrahuntur. b l. si filiusfamilias. ff. de verbo. obliga. l. potior. & qui balneum ff. qui po. in pig. ha. vnde cum retrotrahantur nimirum si spes ad hæredem transmittitur, cum veniente conditione fingatur retro ius acquisitum defuncto: quod non est sic in vltimis voluntatibus, quia in illis conditiones non retrotrahuntur. l. quæ legata. ff. de reg. iu.

ADDITIONES.

a Reprobat. Hanc rationem glos. saluat Bello. aliter eum deducêdo.
b Retrotrahuntur. Adde Bart. & Docto. in l. filius famil. ff. de ver. obligationibus. Io. Bap. Ziletus.

32 Sed dicetis tu, † quare magis in cõtractibus cõditiões retrotrahũtur quàm in vltimis volũtatibus? Respõdebat D. Christo. de Castel. quòd ideo in vltimis voluntatibus non retrotrahuntur, quia extremum ad quod, non est habile: nam si retrotraheretur, fingetur testator retro obligatus, quod est absurdum,
33 † cum voluntates testatorum debeant esse liberæ & ambulatoriæ vsque ad mortem. l. j. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. iij. in fin. ff. de adimen. lega. vnde ratione defectus extremi ad quod fictio translatiua temporis ad tempus debere retrotrahi. l. bonorum. ff. rem re. ha. Sed ista ratio non habet saporem: nonne testator potest facere legatum purum? nec ex hoc legato purè relicto sequitur aliqua absurditas, quia per hoc testator non obligatur in vita, sed hæres suus post mortem: ergo eodem modo si cõditio retrotrahatur, quia ista retrotractio fingit legatum legatum retro purum, non autem testatorem retro obligatum, cum aliàs dicerem D. Rapha. Cuma. præceptori meo ab opinione Bart. recessit, & D. Christo. tenuit opinionem glos. sic declarantis vt suprà. Non ob. igitur prædictis quod dicit Bart. notarium posse stipulari, & tamen ibi pactum stipulatoris non interuenit, quia licet non interuenit pactum stipulatoris verè, Interuenit tamen repræsentatiuè. l. qui autem. §. fin. ff. de cõsti. pecu. Finaliter hunc tex. limitant Docto. procedere in conditione casuali, non tamen in conditione potestatiua: quia spes stipulationis conceptæ sub conditione potestatiua non transmittitur ad hærede. Nam ideo spes stipulationis conceptæ sub conditione causali vel mixta transmittitur ad hæredem, quia illa conditio quandocũque eueniat retrotrahitur, quia subest quod imputari potest non implenti. l. quidam cum filium. §. fin. ff. eo. l. potior. & l. qui habet eum fini. ff. qui po. in pig. ha. Denique
a vers. si quis ita inducitur a pro casu, quòd † cautio Mutiana non
34 habet locũ in contractibus, sed solum in vltimis voluntatibus b
b Pro cuius euidentia præmitto, quòd per cautionem Mutianam prouisum est hæredibus & legatarijs, quibus est apposita conditio negatiua, cuius vera existẽtia non potest haberi nisi per vltimum vitæ spiritum: quia conditiones negatiuæ non recipiunt veram existentiam, nisi ad impossibile deducatur, vt dicitur in probationibus negatiuis. l. magnam. C. de cõtrahen. & cõmit. stipu. hæc habentur in l. Mutianæ. ff. de condi. & demon. Et si ille qui cauerat contrafecerit, tenetur eum recepti cum fructibus restituere l. hæres meus. §. qui post cautionem. ff. de condi. & demon. l. cum filius. §. qui Mutianam. ff. de leg. ij. An hæc igitur promissio cautionis Mutianæ vendicet sibi locum in contractibus? Glo. in l. Mutianæ dixit quòd non. Idem tenuit glos. in l. j. C. de pac. pro qua allegatur hic casus in ver. si quis ita. Nã procedunt à pari hæ stipulationes, promitto tibi mille cum morieris, & promitto tibi mille si non ascenderis Capitolium, sed ex prima te agi viuo non potest, ergo nec ex secunda. Secundò allegatur. Nam Mutius solum tribuit hoc beneficiũ in vltimis volũtatibus, ergo nõ extẽdẽda prouisio ad cõtractus. l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. l. quod vero cõtra. ff. de legi. quia ibi tractatur
35 de fauore, † & non tenetur. de vltimis voluntatibus ad contractus, regula iuris. In testamentis. c. cum dilectus. extra de dona. Contrarium tenuit gl. in l. si apud acta. C. de transac. & illam secutus fuit Guil. de Cu. quòd in contractibus habebat locũ cautio Mutiana. Mouetur primò per l. Imperatores. §. fi. de appel. per l. si fideiussor. §. fi. qui satisd. co. per l. harum. & per l. cgi. ff. si serui. ven. Sed vos tenete communem, pro qua adducebat. D. Pe. rationem. Nam ideo habet locum in vltimis voluntatibus, quia pium fuit prouidere hæredibus institutis legatarijsque, qui non poterunt sibi prouidere: contrahentibus verò non fuit prouidendũ, quia subest quod stipulatori imputari potest, cum passus fuit talem conditionem apponi, quam sciebat non posse verificari aliter quam per mortem suam. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de ver. obli. Sed ego ad-
c duco rationem vltra alios vrgentem. c Nam ideo in vltimis voluntatibus habet locum cautio Mutiana, ne voluntas testatoris
d fiat elusoria: d quia nec legatarius in vita conditionale habere legatum poterat, nam conditio nõdum erat verificata, nec etiam
36 hæres suus habere poterat post mortem. † quia spes legati conditionalis non transmittitur ad hæredem. §. sub conditione. C. de cadu. tol. & sic dispositio testatoris omni tempore, & in omni persona legatarij & hæredis erat elusoria Sed non sic in contractibus, quia licet stipulator in eius vita non posset consequi commodum ex stipulatione hæres tamen suus consequabatur quia spe conditionalis stipulationis ad hæredem transmittitur, vt hic. vnde cum stipulatio non efficeretur in totum elusoria, non fuit necessaria prouisio Mutij.

ADDITIONES.

a Inducitur. quòd. Hic textus quamuis ad hoc inducatur per Docto. tamen non probat: vt per Bellon.
b Voluntatibus. Dubito de hac ratione, quia quamuis cesset ista ratio proxime præcedens, tamen adhoc militat alia supradicta D. Petri, q æquum non fuit prouidere in contractibus cum sit qui d possit imputari contrahenti. Ial. May.
c Vrgentem. † An cautio Mutiana habeat locum in contractibus vel
37 ne, vide de hoc in glos. & per Doct. hic alleg. & glo. in l. si non apud acta. C. de transac. in l. dedi. ff. de condi. ob cau. & in l. ita stipolatus. ff. de verbo. obl. & in authen. cui relictum. C. de indic. vidui tollen. Iason May. (An cautio Mutiana locum habeat in contractibus. Adde in l. j. C. de pact. Bar. in l. insulam. in § quædam. ff. loca. Et an habet locum in donatione cã mor. Vide per Bal. in authen. cui relictum C. de indic. vidui. tol. (Adde Ludo. Roma. in singula. cccclxxxiiij. incip. dubitaturã cautio. Mutiana & Fran Ripa. in l. ita stipulatus. numero. 45. ff. de verbo. obligatio. Zilettus.)

38 Ex † quo infero, quòd si in stipulatione fuisset deductũ tale quid quod non esset ad hæredem transiturum, tunc haberet locum cautio Mutiana, Vnde si promitto tibi vsumfructum si nõ ascenderis Capitolium, tunc quia vsusfructus nõ transmittitur ad hæredem, ne in totum stipulatio efficiatur elusoria, habebit locum cautio Mutiana: hoc fuit dictum Bal. in authen. cui relictum: C. de iudi. vidui. tol. alleg. l. Titio cum morietur. ff. de vsufruc. Non ob. iura allegata in contrarium, quia loquuntur de alia cautione quæ non præstat ius in re, imò facilè conceditur, nos autem loquimur de cautione Mutiana quæ præstat ius in in re, imò difficilius conceditur. Sed contra prædicta oppo. & imo vester quòd in conditionibus negatiuis appositis dispositioni vltimæ voluntatis, quæ possunt aliter verificari quam per mortem legatarij, habebat locum cautio Mutiana. l. cum tale. ff. de condi. & demon. Sol. Illa conditio posset verificari aliter quam per mortem legatarij: attamen quia illa verificatio inducebat expectationem tristis euentus habet locum cautio Mutiana, Cui sententiæ non ob. l. pater. Seuerinam. §. socrus. eodem titulo. quia respondeo defendendo ibi glo. quòd ibi loquitur mala vxore quæ gaudet morte mariti: & quod ibi vxor esset mala probatur ex litera, quia ibi eius culpa erat factum diuortium à marito. Sed iterum opponitur quòd absque cautione Mutiana debeat legatarius percipere legatum: vnde quod lego tibi fundum, si non ascenderis Capitolium quam primum ascendere potuisti, & non ascendisti, debet conditio pro purificata haberi: vnde oppo. de l. libera. §. j. ff. de ma. testa. Solu. ibi loquitur in libertate relicta quæ non potest in cautione Mutiana deduci, quia semel præstita infringi non potest, & inæstimabilis est. † Finaliter oppo. fortiter, quòd testator qui legauit sub
39 conditione quæ non potest impleri aliter quàm per mortem legatarij, videatur actum elusorium fecisse, ex quo scit legatarium in vita non posse percipere, propter defectum non purificatæ conditionis, nec etiam ad hæredem transmittere, vnde non videtur habere locum cautio Mutiana. text. est in l. finali. de manu. test. Sol. Ibi loquitur quando apparebat de mente testatoris velle facere legatum elusorium, vnde tunc non habet locum cautio Mutiana, ne ei tribuatur fauor inuito. Ex quo

eliciunt

eliciunt Doctores. quòd testator potest prohibere cautionem Mutianam.

1 ¶ Stipulatio pura recipit diem ex adiectione loci.
2 Voluntatis quæstio non est habenda, ubi verba sunt clara.
3 Angustiæ temporum uiciant in contractibus stricti iuris, secus in contractibus bonæ fidei.
4 Conditio de præterito, uel de præsenti non suspendit obligationem.
5 Facta quando in stipulationem deducuntur, consilium est ut pœna certæ quantitatis in stipulatione adijciatur, & nu. 8.
6 Pœna semel exacta an iterum posit exigi si contrafiat his quæ posita sunt in stipulatione.
7 Probatio interesse contra cuposum admittitur.
9 Promissio an ualeat, si in instrumento promittatur interesse & expensæ, pro quibus promittitur stare iuramento stipulatoris.
10 Iudex potest iuramentum intemperatum moderari.
11 Iudex modo longum, modo breue tempus, inspecto sexu, ætate & ualetudine promissoris, & inspecto itinere loci, constituere potest.
12 Conditiones in futurum collatæ, quæ necessariam habent existentiam non differunt obligationem.
13 Interesse qualiter probetur.

§. LOCA ETIAM INFERI. a Stipulatio pura & de forma recipit tacitã diem ex adiectione loci. h. d. Nota, pri-
1 mò, † stipulationem puram de forma, recipere diem ex adiectione loci. Ratio, quia non est verisimile hos contrahentes inflectere animum ad impossibilitatem. l. non solum. ff. de actio. & obli. Vnde coniectura fit, quia voluerunt inesse tacitũ tem-
b pus b quo ad locum peruenire posit: ideo, quia si appareat de contraria voluntate, vt quia prouisi hodie dare Carthagine, sti-
2 pulatio redditur inutilis, quia † vbi verba sunt clara, non est quæstio voluntatis habenda. l. ille aut ille. §. cum verbis. de le. iij. l. continuus. §. cum ita. ff. eodem.

ADDITIONES.

a Censeri. Ad glossas huius. §. cum sequen. quas iste omittit. vide super omnibus Bellonum.

b Tacite tempus. Et istud tempus in iudicijs erit computãdum, quia dabuntur. xx. miliaria pro qualibet dieta. l. j. ff. si quis cau. Tamen in cõtractibus datur tempus arbitrio iudicis secũdum qualitatẽ persõnarum
3 & temporis d. l. continuus. §. cum ita de verb. obli. † Et istud quod hic dicitur, quòd angustiæ temporis viciant procedit in contractibus stricti iuris, secus in contractibus bonæ fidei. l. insulam. §. j. ff. loca. & ibi Bart. Hinc est quòd cum vltimæ voluntates sapiant naturam contractuum bonæ fidei. l. minorum. cum gl. & ibi Bart. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necessè quòd idem erit in vltimis voluntatibus. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos quos Gadibus. & ibi Bartolomæus. & alij. ff. de le. j. Ias. May.

4 Not. in §. conditiones. † conditiones ad præsens vel præteritũ tẽpus relatas non suspendere actum stipulationis, imò statim aut infirmare aut validare: quia ignorantia nostra non consideratur, sed maturara scientia concor. l. cum præsens. ff. eodem. si cer. pe. Sola ergo conditio de futuro habet actum stipulationis suspendere, quia eius euentus est incertus per naturam. No. in §. non solum res, sed & facta in stipulatum deduci posse. No.
5 consilium, quòd † quando facta in stipulatum deducuntur, bo-
a num est subijcere pœnam a certæ quantitatis si facta non fuerint concor. l. j. ff. de præto. stipu. Sed dices tu, quare magis lex consuluit, quòd quando facta in stipulatum deducuntur, pœna certæ quantitatis adijciatur, quam quando res in stipulatum deductæ sunt: Respondeo, nam quando res deductæ sunt cogitur promissor præcisè velit nolit promissionem adimplere. l. vbi autem. §. fi. ff. eod. vnde satis est stipulatori. Sed quando facta in stipulatum deducuntur, non cogitur promissor si nolit facere, sed liberatur præstando interesse stipulatori. lege. stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. ff. eo. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. Vnde cum difficile sit stipulatori interesse b probare, iuxta nota. in l. vnica. C. de sen. quæ pro eo quod inter. Ideo salubre fuit consilium quòd stipulatio pœnalis certæ quantitatis adijciatur stipulationi primææ, vt promissore non satisfaciente releuetur stipulator ab onere probandi interesse suum.

ADDITIONES.

a Pœnam. † An autem pœna semel exacta iterum posit exigi, si con-
6 tra fiat his quæ posita sunt in stipulatione? Dic quòd non: nisi sit dictũ quòd toties committatur quoties contra factum sit, vt hic in glo. fi. & l. qui fidem. de trãsactio. Item adde, quòd vtrunque non potest exigi, scilicet res & pœna, sed de altero debet actor esse contentus. l. rescriptum. §. si pacto quo. ff. de pact. nisi sit dictum ratio manente pacto d. l. is. qui fidem. Ias. May.

b Interesse probare. Adde tamen quòd † contra culposum admittitur
7 probatio interesse, vt hic in glo. in verbo probare. Et si hospes deneget restituere valisiam scholari, vel ipsam reddit insigillatã poterit scholaris probare interesse, & res sibi deficientes, per iuramentum, secundum Bar. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Et addit quod licet de interesse petito nihil sit probatum, si inde iudicij cõstet ex aliquibus informationibus ex suo officio receptis, debet in eo condemnationem facere. l. j. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam. Ias. May.

8 Sed † dices, in hoc est consilium iniquitatis: quia ista promissio pœnæ intelligitur apposita in fraudem vsurarum l. rogasti § si tibi. ff. si cer. pe. ergo consilium nullum, cum vsuræ sint improbatæ etiam iure ciuili. auth. ad hæc. C. de vsu. habetur in l. j. C. de summa tri. & fide catho. Sol. Aut stipulatio pœnalis est adiecta præstationi certæ quantitatis, & tunc præsumitur facta in fraudem vsurarum, ideóque nulla: ita loquitur. l. rogasti. Aut est apposita facto, & tunc non intelligitur facta in fraudem vsurarum, ita loquitur hîc, Sed contra oppo. quod stipulatio pœnalis adiecta dationi quantitatis valeat & teneat, nec in fraudem vsurarum facta videatur. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. eo. Sol. Aut apponitur loco interesse, aut loco contemptus. Priore casu dicitur nulla, & in fraudem vsurarum facta: posteriore verò casu dicitur valida, & ad puniendum contumaciam interposita: & loquitur. §. alteri. & l. cum pœna. ff. de arbi. Contra secundum mẽbrum oppo. & videtur quod stipulatio certæ pœnæ adiecta facto, dicatur nulla, & in fraudem vsurarum facta: vnde oppo. du l. rogasti. §. si tibi. cum glo. sua. si cert. pe. Sol. Distinguunt Doctores. quòd quædam sunt facta quæ habent annexa commoda pecuniaria, puta, scribere librum, & tunc talis promissio bene est nulla. Quædam sunt facta quæ non habent annexa commoda pecuniaria, & tunc talis promissio est valida: puta, promittis silere in iudicio pro me: & pro hoc allegat glo. in l. sed si q is §. fi.
a ff. si quis cau. quod est multum restringere hanc literam. a

ADDITIO.

a Hanc literam. Sed aduerte, quia hoc nullatenus est restringendum, vt hic dicit iste, nam ista sunt valde diuersa: quia hic loquitur quando stipulatio interesse apponitur loco facti, ibi autem quando apponitur vsura id quod debetur ex principali contractu. Ias. May.

Tamen Domini Pedemontani sequentes theoricam Doctorum, has fallentias committant vt vsuras euadant. Dicunt enim, promittis mihi dare mille calẽdis Augusti, & si non dederis promittis venire & stare super tali hospitio cum decem equis quoad mihi solueris, & si non steteris promittis mihi dare centum nomine pœnæ: dicunt illam promissionem de centum valere & tenere, quam adiectam facto, quod non affert mihi stipulatori commodum pecuniarium, scilicet stare super hospitio: vnde valet tanquam apposita loco contemptus. Ego dico quòd quærunt cum ratione fraudem, & cum iure vsuram recipere, & legem fallere de contractu ad contractum, & de facto ad rem, contra no. in l. fraus. ff. de legi. Sed hic apertè quæritur. Pone in
9 instrumento quotidie apponitur † quòd quis promittit interesse & expensas, pro quibus promittit. & protestatur stare iuramenta stipulatoris, an et ista promissio valida, vt tuo iuramento stare compellar: Cy. & Bar. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. tenuerunt huiusmodi promissionem nullam, Freti ratione tali: quia vester inuitare stipulatorem ad delinquendum, vt deierando summas expensas & summum interesse à promissore consequeretur, ergo nulla. l. conuenire. ff. de pact. dota. Bart. in l. fi. de præto. stipu. tenuit talem promissionem mero iure valere, sed tamen non posse reuocari antequam stipulator iurauerit, sicut si ego detulero tibi iuramentum, antequam iures, reuocare possum. l. si quis iusiuran. C. de rebus cre. Bald. cuius mihi sententia placet, tenuit talem promissionem ipso iure in effectu valere & tenere. Primò, quia est vallata voluntate promissoris & stipulatoris, ergo valida. l. j. §. si conuenit. ff. depositi. Item, quia licet promissori releuare stipulatorem ab onere probandi interesse, vt hic. Item licuit renuntiare iuri suo. d. l. si quis in conscribendo. Ad l. si quis iusiurandum. respondet ipse, quòd ideo ibi potest reuocari iuramentum, quia erat delatum in fauorẽ ipsius

ſtipulatoris: & ideo cum ius eſſet ſibi quæſitum ex contractu, ſibi non poteſt auferri.a

ADDITIO.

a Auferri. Quid autem ſi quis promittit ſub pœna non petere, vel quæſtionem mouere, ſi poſtea moueat & eum pœniteat, an incidat in pœnam? Dic vt per glo. & Bart. in d.l. qui fidem. & l. amplius non peti. ff. rem ra. habe. Iaſon May.

Non ob. ſecundo, quòd detur materia deierandi: quia reſpondetur, nequaquam: quia † ſi intemperatè iuraret, iudex iuramentum moderari deberet. l. videamus. §. j. ff. de in lit. iuran. Glo. ſuper verbo. tempus in fi. qui † iudex habebit arbitrari inſpecto ſexu, inſpecta ætate, valetudine promiſſoris, inſpecto tẽpore & itinere locis & ſecundum has qualitates & circunſtantiam debebit modo breue, modo longum tempus ſtatuere. d. l. continuus. §. cum ita de verb. obli. Gloſ. ſuper verbo naturam a ibi ſub conditione. No. ex glo. † conditiones in futurum collatas quæ neceſſariam habent exiſtentiam, non differre obligationem: quòd verum limitate, ſi proferatur per tale quid quod tempus ſignificat, puta, promitto cum morieris. §. id autem inſ. à de inuti. ſtipu.

b Glo. in ver. probare. b

ADDITIONES.

a Naturam. Ad hanc Gloſ. vide forti. Garzi. in l. iuriſgentium. §. & ideo. colum. xvj. ff. de pact. qui illam reprobat. Zilettur.

Probare. In glo. in verbo probare. Adde, ſi vis videre † qualiter probetur intereſſe, vide in iuribus in ea allegatis. & extra quòd me cau. c. ſi. in princ. & melius in c. ſi diligenti extra de fo. com. & ff. de vi & vi ar. l. iij. §. interdicto. & iij. q. iij. c. quod frater. & in d. c. ſi. quòd me cau. per Inno. vide de hoc etiam per Bar. in l. uema. ff. de duobus reis. in fi. appa. Iaſ. May. (Qualiter probetur intereſſe, adde Doct. in l. j. §. cõdemnatio. ff. de tabul. exhib. & ibi Bart.

De duobus a rei ſtipula. & promit. Rubrica.

ADDITIO.

a De duobus. Declara per intelligentia materiæ ſingula verba rubricæ vt per Bellonium.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra viſum eſt de verborum obli. & ſic de ſtipulatione rerum: & quia in eo duæ pluréſue perſonæ interueniunt: quo fit vt duo pluréſue rei aut ſtipulandi aut promittendi conſtituantur, ideo ex ordine intitulatum eſt de duobus reis ſtipulandi & promittendi.

1 *Duplex effectus obligationis plurium rerum ſtipulandi, & plurium reorum debendi.*
2 *Diſparitas in adiectione conditionis uel temporis, non impedit conſtitutionem plurium reorum debendi.*
3 *Verbum Reus ſumitur dupliciter.*
4 *Accuſatus & conuictus, quòd mulierem uiolenter cognouerit, utrum rectè condemnari queat.*
5 *Probatio dubia non releuat probantem.*
6 *Probationes in criminalibus luce meridiana clariores eſſe debent.*
7 *Rei plures quot modis hodie conſtituantur. & nu. 8. & 9.*
10 *Duo rei in quocunque contractu conſtitui poſſunt.*
11 *Imparitas an uitiet conſtitutionem duorum reorum, & numero. 12.*
13 *Conſtitutioni duorum reorum an renuntiari poßit.*
14 *Rei debendi an inſolidum poßint conueniri.*

ET STIPVLANDI. Non ſummatur breuius. a

ADDITIO.

a Breuius. Iſte titulus diuidit' in quatuor partes principales. In prima ponit qualiter fiãt duo rei ſtipulandi. In ſecunda, qualiter duo rei fiãt promittendi. In tertia ponit effectus ipſorum reorum. In quarta ponit vnum dictum ſeu vnam deciſionem circa plures reos promittendi. Secunda ibi, (duo pluréſve rei.) Tertia ibi, (ex huiuſmodi.) Quarta & vlti. ibi, (ex duobus reis.) Hoc dicit. Pro reſponſione promiſſoris facta ſimul duobus ſeparatim ſtipulantibus, conſtituuntur duo rei ſtipulandi hoc primo. Et ſi duo promittant eidem eandem pecuniã efficiuntur duo rei promittendi. hoc ſecundo. Ex natura duorum reorũ eſt vt à ſingulis ſolidum debeatur, ſed vnius ſolutione vel acceptilatione omnium tollitur obligatio. hoc tertio. Et imparitas conditionis vel temporis non impedit conſtitutionem duorum reorum. h. d. quarto & vltimo. Iaſ. May.

Not. primò, duos pluréſue reos & ſtipulandi & promittendi conſtitui poſſe. Not. in ver. ſtipulandi. modum concipiendi obligationem plurium reorum ſtipulandi. Not. in verſic. duo. modum concipiendi obligationem plurium reorum debendi ſiue promittendi. † No. in verſi. ex huiuſmodi duplicem effectum obligationis plurium reorum ſtipulandi, & plurium reorum debendi. Primus, quia pluribus reis ſtipulandi inſolidum res debetur, & plures rei debendi inſolidum obligantur. a Secundus, quia ſolutio facta vni ex correis ſtipulandi, perimit totam obligationem, & liberat ſoluentem à correo ſtipulandi. Eodem modo ſolutio facta per vnum ex correis debendi, perimit totam obligationem, & alterum liberat. concor. l. ij. ff. eo. Finaliter no. † quòd diſparitas in adiectione conditionis vel temporis, non impedit conſtitutionem plurimum reorum debendi concor. l. ex duobus ff. eo.

ADDITIO.

a Obligantur. Quando poſſint inſolidum conueniri, & an creditor accipiat partem debiti ab vno, videatur diuidere obligationem vide Belloo. conſi. xv.

Glo. j. in fi. Poteſt & alio modo appellari reus à re, id eſt veritate: vel à re, id eſt, à contractu: vel a re, id eſt, à firmitate, vt ibidem no. in gl. d. l. j. Ex quibus colligitis, quòd iſtud verbum Reus, poteſt ſumi dupliciter vno modo actiuè, cum dicitur reus ſtipulandi: alio modo paſſiuè, cũ dicitur reus promittendi. Simile habetur in l. ij. ff. eodem. Ex quibus dixit Bart. in a q. facti † Caius accuſatus fuerat quòd cognouerat Bertam violenter: producuntur teſtes qui dicunt vera eſſe contenta in accuſatione an probabunt quòd Berta fuerit paſſa violentiam: Determinat ipſe quòd non. nam iſtud verbum Violenter, poteſt dupliciter intelligi. vno modo quòd cognouit violenter actiuè, quia ipſe eam violauit vt eam cognoſceret: vnde † dubia probatio non releuat probantem. l. non nudis. l. non epiſtolis. C. de proba. c. in præſentia. extra eo. Dixit tamẽ Ang. iudicem rectè facturum ſi teſtes reperit, vt verbum dubium, violenter, declarent. hoc autem facere poteſt. vt no. gl. in §. ſi vero in auth. de teſti. Bar. in l. eos. ff. de fal. Canoniſtæ in c. cum clamor. extra. de teſti. Sed cõmunis factorum accidentalia ita ſe habet. vt potius mulieres violentur à viris quàm è conuerſo gl. eſt in l. vnica. §. ſponſam. C. de rapi. virgi. Attamen in caſu iſto, quia † verſatur cauſa criminalis in qua debent probationes lucem meridiana clariores b exiſtere. l. fi. C. de probatio. ego ſtarem cum Bar. Gloſ. ſuper verbo reſpondeo in ſi. c Colligitis ex gloſ. quòd ad hoc vt conſtituantur duo pluréſue rei ſtipulandi oportet quòd hoc agatur tacitè vel expreſsè. ſed ſufficiebat tacitè agere iure veteri, † hodie vero opus eſt vt hoc expreſsè agatur, per auth. de duo. re. & auth. hoc ita. C. eo. de duo. re & hoc tenuit glo. in l. ij. ff. eo. In l. ſi mandato meo. §. ſi tuus. in l. creditor. §. j. ff. man. Glo in d. auth. hoc ita viſa eſt tenere contrarium, quam communiter Doct. ſequuntur: quia circa formam conſtituendi reos debendi vel ſtipulandi, nihil eſt immutatũ, d ſed ſolum eſt immutatum circa effectum ſolidæ exactionis: olim. n. quilibet reorum debendi poterat inſolidum conueniri omnibus etiam præſentibus & ſoluendo exiſtentibus, vt hoc reſponſo, & ver. ex huiuſmodi. & l. ij. ff. eodem. Hodie verò ex æquitate ſtatutum eſt, quòd ſi omnes ſint præſentes & ſoluendo, diuidatur inter omnes petitio: ita loquitur d. auth. hoc ita. & auth. vnde ſumitur. Sed quo ad formam, vt e dixi tam iure nouo quàm veteri poſſunt duo pluréſue rei & ſtipulandi & promittendi conſtitui, ſiue hoc agatur expreſsè vel tacitè. Expreſsè cum ita dicitur. Promitto Caio interrogãti decem, & decem Titio, vt ſint duo rei ſtipulandi tunc res eſt clara, quia apparet de mente contrahentium. Tacitè verò agitur pluribus modis. Primò, cum adijcitur verbum, eadem: promitto tibi mille promitto Caio: ex hoc ver. eadem, demonſtratur mens conſtituendi duos reos ſtipulandi. Eodem modo ſi promiſsio fieret ſubalternatiua perſonarum, promitto tibi aut Titio mille: quia alternatiua attribuit actum obligationis inſolidum vnicuique. l. ſi duo. ff. de verbo. obli. Eodem modo ſi diceret alterutri veſtrũ. l. ſi ex toto §. fi. de leg. j. Eodem modo ſi diceret, promitto, tamen quod ſolutio facta vni, me liberet ab alijs: quia exprimitur id quod eſt in natura plurium correorum.

ADDI-

ADDITIONES.

1 In quæstione. Ad hanc quæstionem vide Bart. in l. filiusfamil. às. ff. de testa. in l. si ita scriptum. ff. de manu. testa. & in l. si vxor. §. si quis vxori. ff. ad l. Iul. de adulter. Ang. in l. cum res. C. de vi bono. rapto. Ioan. de Imo. in l. ij. ff. de duo. reis, & ibi Rapha. Cuma. Fran. Areti. & Excellent. Do. Ioan. Ronchegall. nu. 50. cum seq. Matthæ. de Matthesilla. not. cij. incip. nota quòd si capitulum. Abb. Panor. in c. dudum. el. ij. col. xij. ver. ego ellego. de elect. qui dicit quòd istud dictum Bar. est notabile. Alex. de Imo. in l. j. col. ij. ver. facit quòd voluit Bar. ff. de acqui. possess. & ibi Vincentii Hercula. col. iij. ver. not. quinto. & Guilhel. Ponta. Perusi. col. ij. viij. ver. quam diuersitatem. Fely. in c. in præsentia. col. viij. ver. quinto limita. extra de proba. & ibid. Philip. Deci. colum. ix. ver. quarto. idem in simili. Fely. in c. auditis. col. pe. ver. & adde quòd si excipiens, extra de præscrip. qui dicit hoc dictum Bar. esse stupendum. Ias. in l. non hoc col. ij. ver. sexto adde. C. vnde legiti. Hippoly. de marsi. in rub. C. de probat. nu. 350. & in sing. cclxvij. inc. p. dubia probatio. & in cons. ij. incip. altissimum refugium. nu. 3. in consi. ciij. incip. qui dereliquerunt re. nu. 24. & in consi. cxxxij. incip. in nomine Sanctæ Trinitatis. nu. 6. Claudi. de Seysel. in repet. l. vt vim. nu. 113. ff. de iusti. & iure. & Philip. Deci. in c. quia B. in prin. extra de iudi. & in l. ij. §. creditū in ij lectura. col. iij. ver. & ex his redditur dubitabile dictum. ff. si cer. pet. Io. Bab. Zilettus.

b Clariores. Adde l. absentem. in princi. ff. de pœnis. l. ad nos. C. de appella. c. sciant cuncti ij. quæst viij. c. Epiphanium. v. q. vltim. Alber. de Glandi. in tract. malefi. in rub. de præsump. & indi. dubita. colum. ij. ver. tamen in criminali causa. Bar. in l. pecuniarijs quæ est lex finalis in fin. ff. de scrip. & in l. quod Nerua. col. v. ver. iuxta hoc quero. ff. de positio. Ange. de Vbal. in consilio. iij. incipi. publicatus est processus. Pet. de Anchora. in consilio xxiiij. incipi. visa inquisitione. circa prin. & in consilio xxviij. incip. rationes inductæ. circa fin. And. de Iser. in c. j. §. publici latrones. de pace ten. & eius viola. Abb. in auditis col. penultima versicu. sed contra prædicta. de præscriptio. Anto. de Alexan. in l. j. §. creditum. colum. iij. versiculo quia in delictis. ff. si cer. pet. Francis. de Areti. in cōsilio clxiij. incipien. sicut Ioan. colum. iiij. versiculo non ob. notata in c. cum oportet. Augusti. de Bonfranci. in additio. ad tracta. Ange. de Malefi. in glo. Audream auxiliatorem nume. aa. Matthæ. de afflict. in constit. Regni Siciliæ incipien. terminum vitæ. col. ix. versicu. & refert ita tenuisse Gaudi. & in consti. incipien. in quæstionibus colum. iiij. in viij. no. & Hippoly. de Marsi. in l. vnica col. xxiiij. ver. sed in causis criminalibus. C. de captu. virgi. Io. Bap. Zilettus.

c Verbo spondeo in fi. Intellige hanc glo vt per Bellon.

d Immutatum. Adde in † quod in duobus reis credendi hodie nihil
8 est innouatum nec in modo constituendi, nec in modo exigendi, secundum Barto. in l. iij. §. hic quarto. ff. eod. sed in duobus reis debendi, seu promittendi, quòd idem est. Similiter nihil est innouatum in modo constituendi, quia constituuntur hodie per illa verba per quæ olim, vt hic sentit glos. Sed in modo exigendi hoc est innominatum: quia licet omnes rei sint obligati insolidum, tamen habent beneficium nouarum constitutionum de duobus reis, vt vnusquisque solum cogatur pro parte sua, quando omnes sunt præsentes & soluendo: secus si alter esset absens, vel non soluendo, vel renunciasse, vt authentic. hoc ita. C. eodem. Item quando duo rei debendi conueniuntur pluribus libellis, cum protestatione, quòd vult vno esse contentus, debet processus communiter fieri. d. auth. hoc ita. nec potest in vna super sedere & in alia procedere. Ias. Mas.

e Vt dixi. Et Port. sequitur hic Bellonus contra Ioan. Fab.

f Correorum. † Adde quod etiam per dictionem, insolidum, con-
9 stituuntur duo rei. iij. §. vbi. ff. eod. Quarto per adiectionem, quilibet. l. si pluribus. de legatis secundo. Item si interueniat, in oratio copulatiua, & est vnicus actus promittendi & duarum rerum expressio, vt ego & Titius decem promittimus. l. stipulatio ista. §. cum qui. de verb. oblig. Ias. May.

a Glo, in ver. [a] spondeat. [b]

ADDITIONES.

a Ver. spondeat. In glo. spondeat. Ista gl. iudicio meo malè opponit: quia hic non dicitur de interuallo, imò si incontinenti fieret ista promissio non diceretur duo rei, quia non agitur tacitè vel expressè quod constituantur duo rei, vt hic dicitur super glo. præcedenti, super verbo spondeo, eò quia hic non est dictio, eadem ita istum tex. intelligit Bar. in repe. authen. hoc ita. in prin. ij. col. C. eo. & Bart. in l. ij. §. j. ff. eodem. Ias. May.

b Spondeat. Hæc glo solet haberi super verbo, respondeat, & malè, ideo vt eam intelligas, vide omnino Bellonum, & Ad alias glo. sequentes quæ non leguntur per istum.

a Glo. in ver. liberat [a] in fi.

a Ver. liberat. † An autem in quocunque contractu possint consti-
10 tui duo rei? Dic quod sic. l. & an eadem. ff. eod. non autem in obligatione facti indiuidui vel seruitutis. l. rem hæreditariam. ff. eod. de euict. de quo per Barto. in l. ij. ff. eod. Qua autem actione repetat vnus correus ab alio quod soluit nomine illius, vide per Bart. in l. reos. ff. eod. Ias. May.

a Glo. super verbo, ex duobus. in fin. Dicite clarius [a] ex mente Barto. quod † duplex est disparitas, [b] quædam est. n. disparitas quæ nunquam reduci potest ad paritatem, & illa vitiat constitutionem duorum reorum: ita loquitur contrarium quod contingit quando disparitas non est iure permissa. Quædam verò est disparitas quæ reduci potest ad paritatem, & ista non vitiat constitutionem duorum reorum: huiusmodi est disparitas in die vel sub conditione: ita loquitur lege, ex duobus. & §. iste.

ADDITIONES.

a Dicite clarius. Circa hanc materiam disparitatis Ias. opponit vt per eum, sed vide Bellonum confutantem eius dicta.

b Disparitas. † Vide de hoc plene Barto. in dicta lege dudum. ff. eo.
12 Et Aduerte. quòd dum glo in vlti. sol. distinguit, quòd aut est imparitas in quantitate vel re debita, & illa impedit, sed in alijs secus. licet nullus impugnet istam solutionem, tamen est de directò contra dictam legem eadem. §. sed & si quis vbi non erat imparitas in quantitate, sed in alijs, & tamen impedit. Et solutionem quàm ponit iste hic, ponit Ioan. Fab. & Barto. in dicta lege, & an eadem. §. sed & si quis. Sed non placet mihi, quia est contra legem si ex duobus. §. fin. vnde mihi magis placet vltima solutio. glos. hic. Nec obstan. illud quod dicebam statim de dicto §. sed & si quis. quia dico quod imò ibi loquitur in eo quod habetur loco quantitatis, prout etiam dicit Ioannes. Fabri. hic Iason. Mayn.

a Glos. vlti. [a] in fine nota, ex glossa. † constitutioni duorum
13 reorum renunciare posse [b] & ita tenuit glossa, in authentica,
b hoc ita. C. eodem & approbatur ideóque notarij in instrumento hodie illud apponunt, & est vtile, quia quilibet insolidum conueniri poterit etiam omnibus præsentibus soluendo existentibus qui tunc reducuntur ad iura vetera, quibus hoc permittebatur. Sed multi notarij renunciare faciunt, nec tamen sciunt quid sit ista constitutio, & ideo renunciatio nulla, si renuncians ignoret. l. mater. ff. de inof. testa.

ADDITIONES.

a Glos. vlt. Circa hanc glo. an. §. fin. huius tituli sit correctus per ius authenticorum, vide Bellon. hoc late disputantem.

b posse. † Adde tu quod beneficia nouarum constitutionem sunt duo, quæ probantur in dicta authent. hoc ita Primum beneficium est, quia causa duorum reorum debet communiter examinari, nec debet fieri vnum litigium cum vno, & aliud cum alio, vt suprà dixi in præcedenti apostilla, & est textus in authentica. hoc ita. Aliud beneficium, quòd solū conueniantur pro parte, & renunciantes illi authent. intelliguntur istis duobus renunciare, licet notarij hoc ignorent. Et dum subdunt notarij, & renuncianc epistolæ diui Adriani, hoc fit vt tollatur illa dubitatio, quæ est, an isti duo rei videantur inuicem fideiubere. de quo infrà eodem Aduerte, quia pondero hic esse singularem & mirabilem glo. quamuis per alios non ponderetur, volentem. quòd licet sit expressè actum quod quilibet reorum debendi teneatur absolidum, per hoc non dicitur renunciatum beneficio authen. hoc ita nec per hoc quod expressè actum fuerit quilibet tenebitur insolidum pro parte sua, pro sua virili. Sed in veritate hoc idem vult apertè text. in dicta authenti. hoc ita. & in dicto. §. primo in authentica. de duobus reis. Ias. May.

De stipulatione seruorum. Rub.

1 *Titulus hic qui loquitur de seruis habet locum in monacho quo ad abbatem & in liberis ad parentes.*

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra titulo pri. & titulo præcedenti, visum est de stipulatione liberarum personarum verum quia interdum serui stipulantur, ideo de his tractaturus intitulauit de stipulatione seruorum. Ad euidētiam præmitto, quod licet iste titulus sit tractaturus solummodo de stipulatione seruorum, quo fit vt parum amolumenti nobis afferre videatur, eò quod in his partibus rara sunt mancipia, tamen
1 ex alio redditur vtilis valde: quia † quod in eo dicitur de seruis quo ad dominum, vendicat sibi locum in monacho quo ad abbatem, nota. Innocenti. in capitulo, cum olim. extrà. de priui. Barto. in lege, prima & in lege, si seruus communis. ff. eodem. titulo. Item habet locum in liberis quo ad parentes in quorum sunt potestate, vt infrà, eodem versiculo idem iuris. est igitur diligenter aduertendum.

1 *Ius stipulandi causatur non ex persona serui, sed ex persona domini.*
2 *Seruus potest heres institui, ac ei legari potest si dominus potest heres institui.*
3 *Monachus nec frater minor possunt heredes institui, nec legatum ei factum tenet.*
4 *Legari potest fratribus minoribus ut uendant & ex pretio alimenta percipiant, uel ut ecclesiam fabricent.*

5 *Forenſi ex forma ſtatuti bonorum immobilium incapaci. Legari poteſt aliquid immobile ut uadat, & ſi ſimpliciter legatum fuerit poteſt legatum percipere offerendo ſe ciui uenditurum uel pretium rei legatæ conſecuturum.*
6 *Seruus hæreditarius poteſt hæreditati iacenti ſtipulari.*
7 *Duæ fictiones circa idem cadere non poſſunt, & nu. 9.*
8 *Hæreditati furtum fieri non poteſt, niſi in tribus caſibus.*
10 *Aquiſita hæreditati acquiruntur poſtea adeunti hæreditatem.*
11 *Forma quadruplex interponendæ ſtipulationis per ſeruum.*
12 *Argumentum ualet quo ad acquirendum, de ſeruis quo ad dominos, de liberis in poteſtate quo ad parentes, de monacho quo ad prælatum.*
13 *Dicta hic in ſeruo ut fiat differentia ab ſub nomine proprio ſtipulatur uel appellatiuo, locum habent in monacho, inſtitore, & mercatore ſcribente in libro uel epiſtolæ expreſſo ſuo nomine proprio uel nomine appellatiuo.*
14 *Dicta hic de ſeruo fructuario, ut acquirat ex re & opera ipſi domino, locum habent in monacho alicuius monaſterij poſito ad regimen alicuius eccleſiæ: ut illi eccleſiæ acquiritur ex re & opera ſua.*
15 *Seruus cùm ſtipulatur factum à ſe fiendum non quærit domino ſed ſibi.*
16 *Seruus communis ſtipulando acquirit dominis ſuis pro portione dominica, niſi in tribus caſibus.*
17 *Hæreditas an repræſentet perſonam defuncti.*
18 *Seruus communis ſtipulando per nomina propria acquirit dominis pro uirili, non autem ſtipulando per appellatiua. & nu. 20.*
19 *Commiſſio Principis facta rectori quando tranſeat ad ſucceſſorem.*
21 *Neceſſitudo ſanguinis uincit præſumptionem quæ oritur ex expreſſione dignitatis.*

a SERVVS. Non ſummatur, ſed diuiditur[a] primo in duas. Nam in prima determinat, ſeruum ſtipulari poſſe. In ſecunda ponit formas ſtipulationis interponendæ per ſeruum, Secunda ibi, (ſiue autem.) Illa ſecunda ſubdiuiditur in quatuor. Nam in prima tractat, qualiter ſeruus vnius ſtipulari poſſit. In ſecunda excipit. In tertia ponit qualiter ſeruus plurium ſtipulari poſſit. In quarta ponit vnam exceptionem. Secunda ibi, (ſed cum factum.) Tertia ibi, (ſeruus cõmunis.) Quarta ibi, (quod ſeruus communis ſtipuletur.)

ADDITIO.

a Diuiditur. Iſte titulus licet per Docto. multifariam diuidatur, ego tamen diuido eum medullitus in ſex partes principales. In prima ponitur dictum expreſſum, ex quo aliud tacitum ſequitur. In ſecunda ponitur ilatio ex dicto. In tertia ponitur ampliatio dicti. In quarta ponitur extenſio. In quinta ponitur fallentia. In ſexta & vltima ponitur aliud dictum cum tribus fallentijs. Secunda ibi, (ſed hæreditas.) Tertia ibi, (ſiue autem domino.) Quarta ibi, (idem iuris eſt.) Quinta ibi, (ſed cum factum.) Sexta & vltima ibi, (ſeruus communis.) Et in prima parte dictum expreſſum eſt, quòd ſeruus ex perſona domini habet ius ſtipulandi. Ex hoc ſequitur tacitè, quòd ſi ſtipulatur acquirit domino, ex cuius perſona habet ius ſtipulandi. Ex quo infertur quod hæreditas eſſet iacens &c. vt ſuprà in ij. parte. Hoc dicit. Quicquid ſeruus ſtipulatur, ſiue ſtipuletur ſibi ſiue domino ſuo, ſiue conſeruo, ſiue impersonaliter, quærit domino ſi viuit: aliàs quærit hæreditati iacenti perſonam domini defuncti repræſentanti, niſi ſtipuletur factum tantum eius perſonam reſpiciens, quia tunc ſibi ſoli & non domino quærit. hoc dicit. primo. Et ſeruus communis ſibi vel dominis ſub appellatiuis nominibus vel impersonaliter ſtipulando, pro portione dominica quærit eiſdem: ſed proprijs nominibus expreſſis ſtipulãdo, tũc quærit pro virilibus: niſi iuſſu vnius fuerit ſtipulatus, quia tunc ſoli iubenti quærit. Item quod non poteſt quæri vni ex dominis, quæritur alterius. hoc dicit. §. ſeruus vſque in fin. &c. Vel ſic dicit ſecunda pars. Seruus communis ſtipulando, vnicuique dominorum pro eorum portione acquirit, niſi vnius iuſſu, aut vni nominatim fuerit ſtipulatus, aut niſi deductum in ſtipulatione vni ex dominis nõ poſſit quæri. h. d. vſque ad fi. Iaſ. May.

1 Not. primò, ſeruum ſtipulari poſſe. † Not. hoc ius ſtipulandi cauſari non ex perſona ſerui, ſed ex perſona domini. Nam ſtipulatio eſt actus ciuilis. §. de conſtituta infrà de actio. at ſeruus eſt incapax eorum quæ ſunt iuris ciuilis. l. quidam. ff. de pœnis. nimirum ſi ius ſtipulandi non habet ex perſona ſua: ſed ideo
2 ſtipulatio tenet, quia domini perſona conſideratur. † Et ideo dicunt Docto. in ſeruo legatario vel hærede inſtituto, vt ita demum legatum vel hæredis inſtitutio teneat, ſi dominus ſit capax hæreditatis & legati. l. neque per ſe. C. de hæredi. inſti. l. nec
3 minus. ff. eod. † Et idem in monacho: vnde ſi inſtitueretur hæres frater minor, a vel aliquid eidem legaretur, non valet inſtitutio neque legatum. primò, quia fomentum ſuſcipere non poteſt ex perſona fratris minoris, nec etiam ex conditione ordinis eſt capax bonorum. cle. exiui de paradiſo. de verbo. obliga.
4 † Dixit tamen glo. ſing. in c. vnico, in verbo, demum. de reli. do.
b lib. vj. quod licet non poſſit aliquid legari fratribus minoribus b vt illud habeant in patrimonio, poteſt tamen legari vt vendant,
5 & ex prætio alimenta percipiant, vel eccleſiam fabricent. † Ex
c quo dixerunt aliqui, quòd ſi ſtatuto caueatur quod forenſis c acquirere immobilia in ciuitate non poſſit, poteſt tamen ei legari aliquid immobile vt vendat. Amplius, ſi fuerit aliquid ſimpliciter legatum forenſi, poteſt legatum percipere ſi offerat ſe illud venditurum ciui, vel prætium rei legatæ conſecuturum, de quo in lege, apud Iulianum. §. fina. cum l. ſeq. ff. de legat. j.
6 Item not. † ſeruum hæreditarium poſſe ſtipulari hæreditati ia-
d centi: d quia hæreditas perſonam defuncti repræſentat. Sed di-
e ces tu, hic inſurgunt duæ fictiones. e Prima, quia hæreditas repræſentat defunctum. Secunda, factum ſerui hæreditarij fingitur factum hæreditatis iacentis, quòd videtur contra lege, cum poſt. §. gener. ff. de iure. do. promiſ. Solu. dicite quod factum ſerui non fingitur factum hæreditatis iacentis, imo fun-
7 datur in perſona ſerui hæc ſtipulatio. † Vel dicite, quòd non
f eſt abſurdum duas fictiones f concurrere, quando vna venit in conſequentiam alterius. l. ſub conditione. ff. de ſul.

ADDITIONES.

a Minor. Si inſtitueretur hæres frater minor. adde Barto. in tractat. minoricarum.

b Minoribus. Adde iſtum ſuprà de leg. §. ſed non vſque. nu. 24. & ibi habes additionem meam. Ziletus.

c Forenſis. Adde iſtum. in dicto. §. ſed non vſque nu. 23. & ibi vidi additionem meam. Ziletus.

d Iacenti. † An autem huic hæreditati iacenti poſſit fieri furtum?
8 Dic quod non niſi in tribus caſibus, de quibus in iſta gl. ſcilicet quando res erat pignorata vel commodata, vel in qua vſusfructus erat conſtitutus alteri, vt hic. Et licet non poſſit agi furti, tamen poteſt crimine expilatæ hæreditatis, quæ eſt arbitraria, vel actione in factum ciuili, vt lege, fin. C. eod. Et ratio quare non detur, quia furti actio non datur niſi pro re poſſeſſa lege, falſus. §. qui alie. in verbo dereliquit. ff. de furt. & hoc dicit. text. expreſſus in lege, prima §. Scæuola. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fu. quæ poſſeſſio non eſt in hæreditate dicto §. Scæuola. vnde quando eſt penes alium depoſita vel pignorata, vel alius habet vſumfructũ, & ſic ab alio poſſidetur, committitur furtum Iaſ. May.

e Fictiones. Adde tertiã fictionem, ſcilicet, hæc ſtipulatio acquiritur hæredi poſtea facto: quia hæres quandocunque adierit fingitur vſque retro à tempore mortis adiuiſſe, vt dicitur infra proxi. notab. Iaſo. Mayn.

f Duas fictiones. † Vel dic melius, licet duæ fictiones non poſſint
9 cadere circa idem, vt iuribus hic allegatis, poſſunt tamen cadere circa diuerſa. Et ad tertiam fictionem de qua ſuprà, dic, quòd illa benè venit in conſequentiam. Iaſ. may. [Adde an duæ fictiones ſiue duæ ſpecialitates poſſint ſimul concurrere. Adde per Philip. Cor. conſi. xxiij. incip. viſo in j. volu.]

10 †Item not. acquiſita hæreditati acquiri poſtea adeunti. Ratio, quia hæres quandocunque adierit, fingitur adiuiſſe à tempore mortis. l. hæres quandocunque. de acquirenda hereditate.
11 Not. in §. ſiue. † quadruplicem formam interponendæ ſtipulationis per ſeruum. Prima, vt ſtipuletur domino. Secunda, vt ſibi. Tertia, vt conſeruo. Quarta vt ſimpliciter. Not. in verſic.
12 idem iuris. † bonum eſſe argumentum quo ad acquirendum, de ſeruis quo ad domino, de liberis quo ad parentes, in quorũ
a ſunt poteſtate: & idem dicite de monacho quo ad prælatum, a vt not. Innocent. in capitu. cum olim. extrà. de priui. vt ſuprà, dixi.

ADDITIO.

a Prælatum. Pro hoc vide text. in ſi ſeruus communis. ff. eodem &
13 ibi Barto. qui dicit, quòd † ea quæ hic dicuntur de ſeruo, vt fiat differentiam ab ſub nomine proprio ſtipuletur, vel appellatiuo, idem debet dici de monacho, & idem in inſtitore & mercatore ſcribente in libro vel epiſtola expreſſo ſuo nomine proprio vel nomine appellatiuo. ibi
14 vide Barto. † Adde etiam, quòd ea quæ dicuntur de ſeruo fructuario, acquirat ex re & opera ipſi domino ita de monacho alicuius monaſterij poſito ad regimen alicuius eccleſiæ vt illi eccleſiæ acquiratur ex re vel opera ſua, ſecundum Barto. in lege, prima §. ſi fructuarius. ff. eodem & vide etiam de monacho & ſeruo per Bartolum. in lege, cum hæredes §. fina. ff. eodem. in capitu. cum olim. extrà. de priuilegijs. Iaſo. Mayn.

15 No. in §. ſed cum factum. † quod cum ſeruus ſtipulatur factũ à ſe fien-

à se fiendum, non acquiritur domino. Ratio, quia stipulatio tunc fundatur in serui persona nec consideratur persona domini. Ratio rationis: nam licet seruus sit incapax eorum quæ sunt iuris ciuilis, & tamen capax eorum quæ sunt facti & naturæ. l. qui natura. suprà allega. vnde cum factum stipulatur, acquirit
16 sibi, non autem domino. Not. in §. seruus. quod † stipulatio facta per seruum communem pluribus, acquirit omnibus dominis pro portione dominica. Fallit in tribus casibus. Primus, quando seruus stipularetur vni ex dominis nominatim, quia illi soli tunc acquireretur. Secundus, quando stipularetur simpliciter, iussu tamen vnius præcedente, quia tunc etiam illi soli acquireretur. Tertiò fallit quando res deducta in stipulatum non posset acquiri alteri ex dominis, quia tunc illi acquireretur insolidum, in cuius persona acquisitio fundari potest. Glo. super verbo, defuncti. in fin. Ratio autem ponitur ibi. Nam ideo
17 † representat personã defuncti, quia illa fuit certa & determinata: sed persona hæredis est incerta & indeterminata: & ideo illã nõ repræsentat, quia repræsentatio præsupponit obiectum repræsentatum esse certũ. Et si dixeris, nõne est certum quis sit hæres institutus? Respondeo, quia licet hoc certum sit, non est certum tamen an hæreditatem aditurus, an verò repudiaturus sit § primo, suprà de hære. quali. & diffe. Glo. super verbo, factuum. in fin. & per hoc non ob. §. non solum. suprà per quas perso. no. acqui. Glo. super verbo, seruus. in fin. not. ex gl. quod
18 † si seruus plurium simpliciter stipuletur aliquid, vel stipuletur expresso nomine appellatiuo, acquirit domino pro portione dominica. Si autem expressis nominibus proprijs & appellati-
a uis, a & tunc si nomina propria præponantur, acquiruntur per viriles. Ratio, quia nomina appellatiua subsequentia stant de-
19 monstratiuè, non autem dispositiuè. Idem è contra. † Ex his dicunt no. Docto. quod si princeps committit aliquam causam Rectori, expresso nomine appellatiuo, quòd illa commissio transit ad futurum Rectorem: quia commissio est facta dignitati quæ est perpetua. c. si gratiosæ. extrà de rescrip. lib. vj. Si autem committit expresso nomine proprio non transit ad futurum Rectorem, quia non dignitati, sed personæ est commissio facta. Si autem committat sub nomine proprio & appellatiuo, & tunc si proprium præcedat, non transit ad futurum Rectorem, quia appellatiuum subsequens stat demonstratiuè non dispositiuè. Si autem appellatiuum procedat, & tunc transit ad futurum Rectorem ratione de qua suprà. Hæc omnia limitant singulariter Doctores esse vera in nomine dignitatis quæ non habet dependentiam ab alio: si autem dependentiam haberet, tunc qualitercunque scribatur nunquam transit ad successores. l. si Augustæ. de leg. ij. secundo. Vnde si principes committeret causam vicario Episcopi, vel vicario Potestatis, quia dignitas vicariatus dependet à dignitate Potestatis, non transit ad successo-
b rem: de quo in c. Abbas. extrà de offi. & pote. iudi. deleg. b

ADDITIONES.

a Appellatiuis † Et ad hanc glossa. in verbo, stipulatus, dum facit
20 differentiam, an seruus communis stipuletur per nomina propria, an verò per appellatiua, vt primo casu quæratur per viriles, secundò non: puto quod possit ratio esse diuersitatis licet nullus hic dicat, quia non posset stipulari per nomina propria nisi inter ea ponatur copula, salua ratione recti sermonis: sed de natura copulæ est attribuere vim verbi per viriles. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. re. l. j. & ij. C. si plures vna sententia. secus si fiat stipulatio per nomina appellatiua, vt si dicas, promittis dominis meis? Et si dices attéta hac ratione sequeretur, quòd si seruus stipuletur hoc modo, promittis dominis meis Titio & Meuio? quód acquireretur per viriles, cum hic sit copula, & tamen hoc est falsum, cum hic præcedat nomen appelatiuum, secundum glos. istam per omnes hic approbatam. Potes dicere vt iste hic dicit: quia cum præcesserit nomen appellatiuum per quod iam secuta est dispositio iuris, certe nomina propria intelliguntur postea posita ad declarãdum. non ad disponendum, vnde nimirum si illo casu copula interposita nihil habet operari. Cogita tamen si melius dici potest. Ias. May.

b De offic. iudic. deleg. Adde & not. singulariter, † quòd necessitu-
21 do sanguinis vincit præsumptionem quæ oritur ex expressione dignitatis. Vnde si relinquatur Abbas sancti Ambrosij distributor rerum alicuius, quia est eius affinis, non transit hoc ad eius successorem. ita gloss. sing. in capitu. secundo. de testa. lib. vj. de quo vide in lege, eum qui de verborum obligationib. quod not. & quod not. Baldus, in capitulo, vno. §. si verò in titu. de feud. guardiæ. in vsib. feudo. circa fin. Ias. May.

Glo. in ver. stipulatus. a

ADDITIO.

a Stipulatus In glo. in verbo, stipulatus. quæ incipit hic distinctum. Hanc glos. impugna. licet Docto. hic nihil dicant, vt impugnat glos. in dicta lege, pro & tene opinio. antiquorum, quos refert glos. hic in fin. & quos sequitur glos. in dicta lege, penulti. & ibi Barto. in summario. Ias. May.

De diuisione stipulationum. Rubr.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de stipulationum materia, verum quia earum multiplex est species. ideo de his tractaturus intitulauit de diuisione stipulationum.

1 ¶ Stipulationum species quot sunt. nu. 5.
2 Cautio pretoria fideiussores requirit, iudicialis verò nuda promissione contenta est.
3 In pretorijs stipulationibus non licet aliquid immutare.
4 In iudicialibus stipulationibus vno heredum contrafaciente pena contra omnes committitur.
6 Merum quod dicatur.
7 Iudex quibus casibus principaliter adeatur.
8 Vtile est scire, quæ dicantur pretoriæ, quæ iudiciales stipulationes.
9 Cautiones à statuto inductæ, an dicantur pretoriæ uel iudiciales. ut uideatur an fideiussores præstandi sint, an uerò non.
10 Consilium totum populum representat in condendis statutis.
11 Statutum à prioribus uel ancianis populi uigore eorum officij conditum, ius pretorium dicitur.
12 Stipulatio à statuto interposita, an erit pretoria uel iudicialis, ita ut effectus de quibus hic habeat.
13 Stipulatio à liberi hominis non ualet, licet ualeat uenditio facta ignoranti.
14 Cautio pretoria quæ appellitur, & quæ cautio iudicialis.
15 Cautio rem pupilli saluam fore est communis.
16 Stipulatio de rato interposita à procuratore actoris est communis & numero 17.
17 Cautio pretoria quare requirat pignus, iudicialis non.
18 Cautio rati aliquando interponitur ex conuentione extra iudicium.
20 Asserens se procuratorem post receptam solutionem potest compelli ad exhibendum procuratorium instrumentum. uel ut caueat.

STIPVLATIONVM ALIAE. Non summatur, quia diuidendo procedit. sed communem habet diuisionem, quia in prima ponit dictum quadrimembre: In secunda dictũ membra prosequitur. Secunda ibi, (iudiciales.) Not. primò,
1 † quadruplicem diuisionem stipulationum: quia quædam appellatæ sunt iudiciales, quædam prætoriæ quædam conuentionales, & quædam communes. & tam iudiciales quam prætoriæ concor. l. v. in princ. ff. de verb. obliga.
a concor. l. j. ff. de præto. stip. Not illas appellari iudiciales, a quæ ex iudicis officio interponuntur, illas verò prætorias nuncupari, quæ ex ædicto prætoris mortui interponi solent. Et prouenit
2 plurimum huiusmodi cognitio, quia † cautio prætoria fideiussores requirit. l. generaliter. §. in omnibus. ff. de præto. stip. at iudicialis nuda promissione contenta est. l. sancimus. C. de verbo
b significatio. b

ADDITIONES.

a Iudiciales. Adde Andre. Alcia. lib. Parado. j. ca. j. Zilettus.
b Verbo sig. Istud est verum. Adde tu alias differentias. Prima, quia prætoria est annalis, quia tantum durat officium prætoris: sed iudicialis
3 est perpetua, vt infra de perpe. & tempo. ac in princ. Secundó, † quia in prætorijs non licet aliquid immutare. l. in conuentionalibus. ff. de verbo. obli. secus in iudicialibus. l. omnibus. de iudi. Tertió, † quia in iudicialibus vno hæredum contrafaciente pœna committitur contra omnes. l. e. eadem. §. Cato. ff. de verbo. obligation. secus in prætorijs, quia solum pœna committitur pro parte. lege pœnales ff. ad l. falcid. Ias. May.

5 Not. † etiã illas appellari conuẽtionales, quæ ex cõuentione partium, circonscripto edicto prætoris mortui & mandato iudicis viui interponi solent. Not. illas appellari communes quæ ex edicto prætoris mortui, & mandato iudicis viuis viui inter-

hoc sit inductum à prætore, nec alibi hoc dicitur. Cogita: sed habes text. quod sic de edicto prætoris, in l. seruum quoque, §. prætor ait. ff. de procu. Ias. May.

b Procuratorum. Not. quod † quando quis soluit alicui qui dicit
10 procuratorem se esse, de quo tamen non constat, solutione facta potest compelli vt instrumentum procuræ exhibeat caueat, secundum Bar. Ias. May.

c Procurator. De hac exceptione tu non es procurator. vide Bellon. consi. xxvj. nu. 8.

De inutilibus stipulationibus. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà visum est de multiplici specie stipulationum, verum, quia stipulatio redditur inutilis varijs ex causis. ideo de his tractaturus intitulauit de inutilibus stipulationibus.

1 *Stipulatio facti alieni iurata an valeat.*
2 *Impoßibilitas de natura & impoßibilitas de iure parificantur.*
3 *Nemo potest stipulari rem suam sibi dari, sed bene tradi.*
4 *Casus aduersaq; fortuna non est consideranda.*
5 *Initium prius consideratur in stipulationibus.*
6 *Actus non vitiatur, quando casus superueniens ad eundem finem tendit ad quem ipse actus.*
7 *Stipulatio liberi hominis cum seruus erit non valet.*
8 *Legatum libertatis factum libero homini cum seruus erit valet.*
9 *Argumentum à contrario sensu non est sumēdum, quando resultat prauus intellectus.*
10 *Stipulatio liberi hominis vel rei sacræ facta à promissore & stipulatore scientibus est nulla.*
11 *Moræ odio fingitur res extare in rerum natura, quæ non extat.*
12 *Legatum rei impoßibilis præstari valet.*
13 *Stipulatio hominem liberum sibi tradi valet.*
14 *Dos propter inopiam sequestrata, non debet tolli de sequestro, licet maritus ad facultates peruenerit.*

OMNIS RES. Titulus iste diuiditur in quatuor partes. a In prima tractat, quemadmodum stipulatio redditur inutilis ex defectu causæ materialis. In secunda tractat, quemadmodum reddatur inutilis ex defectu causæ formalis. In tertia tractat, quemadmodum reddatur inutilis ex defectu causæ efficiētis. In quarta tractat, quemadmodum reddatur inutilis ex defectu causæ finalis. Secunda ibi, (præterea.) Tertia ibi, (mutuum.) Quarta ibi, (quòd ex turpi.) Rursus prima subdiuiditur in duas. Nā in prima ponit dictum affirmatiuum. Secundò illud declarat. Secunda ibi, (& si quis.) Rursus secunda subdiuiditur in quatuor. Nam in prima tractat, quando stipulatio continet impossibilitatem de natura. In secunda, quando continet impossibilitatem de iure. In tertia respondet tacitæ quæstioni. In quarta determinat aliam quæst. Secunda ibi, (idem iuris.) Tertia ibi, (neque.) Quarta ibi, (at nec.) Et hoc dicit in summa. Omnis res siue mobilis, siue immobilis, quæ nostro commercio subijci potest, in stipulatum deduci potest: & euentus rei in quem præsens status non inclinat, non est considerandus: & actus perit quando deuenit ad eum casum in quo incipere non poterat.

ADDITIO.

a Partes. Vel melius, istud principium vsque ad §. si quis alium. potest diuidi in quatuor partes principales prout iste diuidit hanc secundam. Vel sic diuide in quinque. In prima ponitur dictum generale. In secunda ex illo dicto infertur ad stipulationem quæ continet impossibile de natura. In tertia prosequere vt hic. Ias. May.

Not. primo, omnem rem siue mobilem siue immobilem,
a dummodo sit in commercio nostro, in stipulatū deduci posse. a

ADDITIO.

Deduci posse. Et circa primum notabile dubitat hic Ioan. Fab. † numquid stipulatio facti alieni iurata valeat. Et dicit quod de iure ciuili clarum est quod non, per l. non dubium. in fin. C. de legi. tamen de iure canonico secundum eum forte est secus, per c. ex rescripto. extrà de iureiur. Ego teneo quod imo etiam de iure ciuili valeat. Moueor: nam iuramentum habet vim clausulæ, vt actus valeat omni modo quo valere potest lege, cum patet. §. filius matrem. de legatis secundo. Intelligitur ergo promittens cum iuramento factum alienum, scilicet promittere se facturum & curaturum: & isto modo actus valebit. Et hoc sensit hic in vj. fallen. Angel. de Aret. Reperi postea quòd istam opinionem meam tenet Ludoui. in lege, stipulatio ista in princip. ff. de verborum obligationibus. quem refert. Ange de Aret. in §. versa vice infrà eod. quem vide, quia pro hoc allegat ibi duos text. iuris canonici, videlicet capitu. ex literis. electione secunda extrà de sponsa. & in illis duobus locis glo. primæ expresse tenet hanc sententiam. & ita tenet in terminis Baldus. per dicto capitu. ex literis. in lege, prima C. de non nume. pecu. Ias. May.

Nota, secundò, eam rem quæ nunquam fuit, nec esse potest in rerum natura, vt hippocentaurum: vel quæ fuit nec esse potest, vt homo mortuus, in stipulatum deduci non posse, quia executio est impossibilis per naturam. Nota, in verbo, idem iuris. rem sacram religiosam, & publicam, in stipulatum dedu-
a ci a non posse: quia licet executio sit possibilis de natura, tamen ex quo est impossibilis de iure, actus vitiatur. Ex quo aliud
2 colligitur † parificari impossibilitatem de natura, impossibilitati de iure: vnde dici solet, quæ de iure prohibita sunt impossibilia esse lege, apud Iulianum. §. fina. cum lege, sequent. ff. de legat. primo.

ADDITIO.

a Deduci non posse. Possunt tamen deduci in alijs contractibus de quorum natura non est transferre dominium inter ignorantes tantum vt hic in glo. in versicu sacramen. quam no. Nam semper emptor debet esse ignorans: alias si sciens, sibi imputatur. Sed de scientia venditoris non curamus, vt habetur in l. liberi. ff. de contrahen. emptio. Ias. May.

No. in ver. credebat. in duplici loco à contrario sensu, quòd si quis stipulatur se emere hominem liberum, a vel rem sacram, stipulatio valeret. de quo dicam in ver. credebat.

ADDITIO.

a Liberum. Semper enim debet esse emptor ignorans, aliàs sibi imputaretur quare emerit. sed in vēditore non curatur si sciuerit, vel ignorauerit, quia saltem semper tenetur ad restitutionem pretij, vt no. in d. l. liberi. Et ad glo. hic vide Bar. qui eam impugnat in l. si liber homo. in prin. ff. de verbo. obli. Ias. May.

3 Not. † non posse quem stipulari rem suam quod verum est, scilicet dari, hoc est, dominium transferri, quia continet impossibilitatem. Ex quo enim est sua, amplius fieri non potest. §. sic itaque. infrà de actio. Sed bene potest stipulari quis rem suam tradi, cuius possessio est apud aliquem. l. nemo. ff. de verbo. obligat. l. si in emptione. §. rei suæ. de contrahen. empt. Item post stipulari rem suam sibi dari sub aliqua conditione, & si tempore euenientes conditionis sua non reperitur, stipulatio tenebit. l. si rem. de verbo. obliga: Et sic est expedita glo. super verbo suam Not. stipulationem rei sacræ vel religiosæ, vel liberi hominis, non stare in pendenti, vt videtur an sit futura prophana, vel li-
4 ber homo futurus seruus: † quia casus aduersáque fortuna non est consideranda. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum
5 obligatio. Not. † in stipulationibus prius considerari initium. concord. l. insulam. de verborum obligatio. No. quòd quando res deuenit ad casum in quo incipere non poterat, actus ipse vitiatur. Vnde si res prophana in stipulatum deducta sacra effi-
a ciatur, stipulatio annullatur. a

ADDITIO.

a Annullatur. † Vide Bar. in l. pluribus §. & si placeat. de ver. obli. vbi dicit, quòd quando casus superueniens ad eundem finem tēdit ad quē ipse actus, non vitiatur tunc. §. e contrario suprà de leg. & Specu. in titu. de do. inter virum & vxorem qui tenet contrarium: quia promittendo curam, non dicitur promittere factum suum, scilicet se curaturum, ideo obligatur. Iason May.

7 † Item no. non valere stipulationem liberi hominis cum seruus erit, quia casus aduersaque fortuna non est consideranda. quod verum est quo ad odium ipsius hominis liberi, quo autē
8 ad eius fauorem bene considerari debet. † Vnde valeret huiusmodi legatum, lego tibi libertatem cum seruus eris: quia hic de fauore suo tractatur: & est casus in l. generaliter. §. si libero homini. ff. de fideicō. lib. Glo. super verbo. credebat. in fi. Ex hac
6 glo. no. duo. Primum, † quod argumentum à contrario sensu
a non est sumendum quando resultat prauus intellectus, imo est subaudiendum verbum, maxime, & in hoc benè: pro qua lege, conuenticulam. C. de episcopis & clericis lege, secunda. C. de
10 conditione inserta. Secundum est, quòd † stipulatio libe-

hominis vel rei sacræ facta à promissore & stipulatore scienti-
11 bus est nulla, nisi promissor fuisset in mora: † quia tunc propter odium moræ fingitur res extare in rerum natura quæ non extat. l. si seruus. §. effectus. de verbo. obli. & hanc sequuntur communiter Doctn. pro qua primò facit d. l. inter stipulantem. §. si Stichum. Secundò. d. l. promissor. de consti. pe. Tertiò. l. in venditionibus. §. si. de contrahen. emp. Quarto, quia procedunt à pari stipulatio hominis mortui & hippocentauri, vt hic. Quinto, quia huiusmodi stipulatio non potest executioni demandari, nec quo ad rem hic patet, nec quo ad æstimationem. ar. in l. dotalem. de testa. mili. cum glo. sua. Sed aliàs disputatiuè tenui contrarium, vt in casu scientiæ valeat stipulatio hominis mortui & rei sacræ. Mouebar per istum tex. qui non sine mysterio vsus est bis verbo, credebat, & loquitur semper in causa ignorantiæ. Secundò mouebar per l. j. §. si id quod de actio. & obli. Tertiò mouebar, quia in casu dubio ea interpretatio sumenda est, vt quàm tutissimo sit loco res bona fide contracta: sed hic sumus in dubio, an voluerit stipulari hominem mortuum, rem sacram, vel ipsius stipulationis æstimationem: ergo interpreta-
12 tio fienda vt æstimatio tribuatur. Denique mouebar: † nam legatum rei impossibilis præstari, de iure valet, quo ad hoc vt æstimatio debeatur. l. cætera. §. si duobus. l. Senatus. ff. de leg. j. ergo sic erit in proposito. Non ob. l. inter stipulantem. §. si Stichum & l. promissor. quia loquuntur in casu speciali, igitur ratio sententiæ non ob. & hoc per tex. nostrum, & iura suprà alle. Non ob. l. domin. §. si. quia loquitur in cõtractu emptionis, qui non valet si fiat à sciente. Ratio, quia res ipsa dari nõ potest: nec verisimile est quod emere voluerit æstimationẽ, quia prætium prætio non cõparatur. l. si ita fideiussorẽ. ff. de fid. iu. Secus in stipulatione in qua videtur stipulari æstimatione. Non ob. quod d. particetur stipulatio hipocẽtauri, & stipulatio hominis mortui, quia illud verum in casu ignorantiæ in quo loquitur. §. iste sed in casu scientiæ non procedit, quia stipulatio hippocentauri nõ valet, quia hippocentaurus dari non potest, nec etiam æstimatio quia quod nunquam fuit, nec erit, nec est, æstimari non potest: sed homo mortuus potest æstimari tanti, quanti valebat quando viuebat. Item res sacra potest æstimari tanti quanti valebat cum erat prophana, ideo stipulatio valida. Non obstan. l. dotalem. cum glo. sua quia illa gl. communiter reprobatur per l. si duobus. de leg. j. Cogitabitis. Glo super verbo, sacra in fi. not. rationem quare valeat emptio liberi hominis ignoranter facta, stipulatio autem facta illum dari, minime. Ex quo infer-
13 tur quod † si quis stipularetur liberum hominem trad., valere & teneret: quod verum est quo ad hoc vt ex contractu ipso venditor ad interesse conueniri possit, non autem vt res tradita vsucapi possit. vt debitis in §. quod autem. suprà de vsucap. Secundò colligitis rationem, quare res aliena vendi possit, non autem pignori obligari: cui consona est glo. in l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. Glo. super verbo, extinguitur. in fin. Dicite quod ideo ibi actus nõ vitiatur, licet ad eum casum peruenerit à quo incipere non potuisset, quia ille casus tendebat ad eum finem ad quem actus tendebat, scilicet vt legatum valeret:
14 & ideo dixit glos. in l. vbi adhuc. C. de iure do. quòd † dos sequestrata propter inopiam non debet tolli de questro, licet maritus ad facultates peruenerit, & sic ad eum casum quo dos nõ potuisset sequestrari. Ratio, quia sequestrum & titulus facultatum tendunt ad vnum finem, vt dos sit salua mulieri.

ADDITIO.

a Argumentum à contrario sensu. Adde quod argumentum à contrario sensu dicitur intellectus subauditus in proprius, & coniecturatus: vt est Glo. & ibi Io. And. & scribentes in c. publicato. de elect. Abb. & Io. de Imo. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. sine cõsen. c. & per Bar. in l. omnes popul. ff. de iusti. & iu. Bal. in l. conuenticulam. C. de episc. & cle. Lu. Ro. in l. si cum dotem. ff. sol. mat. Saly. in repe. d. l. si cum dotem.

1 *Stipulatio in qua deducitur factum alienum est nulla.*
2 *Aliena membra necessitari non possunt.*
3 *Stipulationes quare inuentæ.*
4 *Promittens aliquid alium facturum intelligitur promittere se curaturum quòd faciat.*
5 *Stipulatio ualet in qua promittitur cura alieni facti.*
6 *Promissor soluere potest adiecto solutioni, etiam inuito stipulatore.*
7 *Adiecto qui conditionem suam in deterius mutauit, solui non potest, & nume. 26.*
8 *Dictio, Et, posita inter personas inducit diuisionem.*
9 *Ius accrescendi non habet locum in contractibus, nisi in contractu emptionis & uenditionis.*
10 *Ius accrescendi locum habet in ultimis uoluntatibus.*
11 *Maior fauor debetur ultimis uoluntatibus, quam contractibus.*
12 *Vtile per inutile non uitiatur in separabilibus, & nu. 36.*
13 *Pater stipulatur filio & è contra, & dominus seruo & è contra.*
14 *Vox filij uox patris & è contrario: uox serui uox Domini & è contrario.*
15 *Pater & filius una eademque persona censetur. & nu 16.*
16 *Filiusfamilias an sit astrictus obligationibus patris & è contra.*
17 *Heres astrictus est obligationibus defuncti: quia eadem persona cum defuncto fingitur.*
18 *Stipulatio per quam promittitur factum alienum non ualet, etiam si pœna adijciatur.*
19 *Promissio facti alieni ualet in quibuscunque stipulationibus pretoriis.*
20 *Stipulatio habere licere, quæ sit & quæ comprehendat.*
21 *Promissio facti alieni, in quibus casibus ualeat & teneat.*
22 *Vassallus domino non stipulatur, nec ciuitati eius.*
23 *Promittens defendere domum uenditam, an teneatur eam defendere manu armata, an uero de iure & de facto.*
24 *Minæ præcedentes an faciant indicium ad torturam contra minantem.*
25 *Facultas soluendi adiecto non transit ad eius heredem.*
26 *Facultas soluendi adiectæ tollitur si mutatio fiat in deterius.*
27 *Litis contestatione tollitur facultas data soluendi adiecto.*
28 *Stipulatio alteri facta ualet quando stipulatoris interest illam executioni mandari.*
29 *Prætor solam æquitatem, non ueram subtilitatem inspexit.*
30 *Procurator stipulari potest domino præsenti, & acquiritur domino actio sine cessione.*
31 *Stipulatio alteri facta tenet quando quis obligatur ita stipulari ex necessitate officij.*
32 *Stipulatio facta alteri super re sua ualet.*
33 *Regula, quod nemo alteri stipulari potest limitatur. & nu. 34.*
35 *Verba stipulationis possunt multipliciter concipi.*
36 *Intellectus ad l. parui. §. j. ff. de arbit.*
37 *Indiuiduum multipliciter sumitur.*

a §. SI QVIS ALIVM DATVRVM. [a] Promissio alieni
1 facti, nõ autem cura, est ipso iure nulla. h. d. Not. primo, † stipulationem in qua deducitur factum alienum, esse nullam. Et videtur esse ratio, quia videtur quodammodo impossibile pro-
2 mittere alienum factum, quia † non potes necessitate membra aliena. l. liber homo. ff. ad l. Aquil.

ADDITIONES.

a Si quis alium. Ad declarationem huius. §. & eius materiæ, vide Barto. Socin. si ita est in tract. fallentia. reg. cccxxvj. & Card Pari. in consi. cix cum seq in j. vol. Zilettus.

b Esteratio. Vel etiam est ratio, quia † stipulationes sunt inuentæ vt
3 vnusquisque stipuletur quod sua interest. vt l. stipulatio ista. §. alteri. ff. eodem. Fallit in casibus vt hic no. in glo. & illa ratio quæ assignatur hic reprobatur in l. stipulatio ista. in prin. ff. eo. Ias May.

c Aquil. Adde tamen, quòd † quando aliquis promittit aliquid alium
4 facturum intelligitur promittere se curaturum quòd faceret. l. qui antè §. sed & si. ff. de consti. pec. & est text. in l. quoties quis. ff. de verbo. ob. Ias May.

5 No. † valere stipulationẽ in qua promittitur cura alieni facti. Ratio, quia promissor non promittit factum alienum, sed promittit factum proprium, quòd ipse curabit. l. fi. §. si cert peta.

a No. secundò, nõ valere stipulationem alteri factam Ratio [a] ponitur in §. alteri. infrà eod. & ibidem clarè dicam. No. tertiò, quòd licet obligatio quæ exurgit ex stipulatione non possit conferri in personam tertij, solutio tamen conferri potest

6 No. quòd † promissor soluere põt adiectio solutioni [b] etiã
b inuito stipulatore, & soluens liberatur l. vero procuratori. ff. de sol. & in hoc differt à mandatario, cui inuito mandante solui non potest: Nam acquisitiuum est ius promissori ex forma stipulationis vt soluere possit adiecto, ergo sibi non auferendum regula iuris, Ius nostrum.

ADDITIONES.

a Alteri factam. Adde Fortuni. Garzi. in l. j. in princi. in xiiij. col. ff. de pact. Zilettus.

b Solutioni. † Hoc verum nisi talis adiectus mutauerit statum vel

fuerit

fuerit lis contestata à stipulante: non tamen adiectus potest agere, vt hic in gloss. quod not. quia factori vel procuratori qui prius erat bonæ opinionis & famæ, non potest solui si mutauerit statum & efficitur ribaldus & lusor secundum Bart. in l. cum quis ff. de solu. vide infrà in gl. in verbo. Seio. Ias. May.

No. etiã, quòd adiectus solutioni quasi mandatarius stipulatoris dicitur: & ideo si solutionem receperit, illam stipulatori restituere tenetur ratione mandati.ª

ADDITIO.

a 8 Mandati. No. in ver. quòd si quis. quòd † dictio, Et. posita inter personas, inducit diuisionem. vide text. & Bart. in l. iij. §. si quis. ff. de eo quod cer. lo. eius quòd personis attribuitur, adeò quòd licet teneat stipulatio vnius ex parte, valet tamen ex parte alterius. & sic vtile non vitiatur per inutile, de quo infrà in gl. Ias. May. (De dict. & vide Albe. Ros. in suo dictionario super ista verb.

9 a Not quòd † in contractibus ª non habet locum ius accrescendi. hoc verum, nisi esset contractus emptionis & venditionis, quia tunc habet locum ius accrescẽdi. l. fundus ille ff de contrahen. empt. Ratio, quia venditor grauatur in æstimatione pretij, & fortasse rem empturus aliter non esset: & dicatis vt ibi. Et in hoc differunt contractus ab vltimis vo-10 luntatibus, quia † in illis habet locum ius accrescendi. §. his 11 ita. C. de cadu. tollen. quia † maior fauor debetur vltimis voluntatibus quam contractibus. regula iuris, In testamentis.

ADDITIO.

a 12 Contractibus. † In contractibus non habet locum ius accrescendi. & sic habes ex isto. §. † qualiter vtile per inutile non vitiatur: & est verum in separabilibus, vt hic, de quo vide Bart. in l. græcè. § illud. ff. de fideiuss. Ias. May.

13 Finaliter nota. † patrem stipulari filio & è contra: domi-14 num seruo & è contra: Nota. rationem quia † vox filij vox patris & è contra. Item vox serui vox domini, & è contra. Quod verum intellige in filio in potestate constituto, quia 15 † ratione vinculi paternæ potestatis vna eadẽmque perso-a na ª iudicantur. l fi. C. de impub. & alijs substi. secus est in filio emancipato. l. si mater. §. si hominem. cum gl. sua. de exce. rei iudi.

ADDITIO.

a Persona. Et circa hunc tex. † qui vult. patrem & filium censeri vnam 16 & eandem personam aliàs dubitaui: quia secundum hoc sequeretur, quòd filius esset astrictus obligationibus patris, & è contra. sicut videmus, 17 † quòd hæres ideò est astrictus obligationibus defuncti, quia fingitur eadem persona cum defuncto, in authentica. de iureiur. à mo. præ. in prin. tamen istud est falsum. per titu. C. ne fil. pro pa. Credo, licet istud in specie scriptum non meminerim me legisse, quòd de rigore iuris pater teneatur ad obligationes filij, & è contra, per rationem supra scriptam. sed quòd istud ex æquitate sit immutatum per illum titu. C. ne fil. pro pa. Et ideo cum mysterio Imperator posuit titu. C. vt actio. ab hæredit. & contra hæreds. in quo hæres tenetur ad obligationes defuncti, & postea titulum. C. ne vxor pro ma. & titulum. C. ne fil. pro pa. quia videbatur quòd propter coniunctionem ipsi etiam tenerentur ad eorum obligationes, quòd non est: Et ita dicit glo. in rubri. C. ne vxor pro ma. & vide Bal. in rub. C. ne fil. pro pa. Et si diceres quare ergo sicut eximitur filius ab obligationibus patris ex æquitate tituli supra scripti, ita ex æquitate non eximitur hæres obligationibus defuncti? Respondeo quòd eadem æquitas non est in herede quæ est in filio: nam hæres nõ repræsentat defunctum nisi ex facto suo, scilicet adeundo & volendo esse hæres: sed filius inuitus & sine suo facto suo repræsentat personam patris, & idem contra naturam si fuit æquum disponere id quod disponitur in tit. C. ne fil. pro pa. in filio, quòd non fuisset æquum disponere in hærede. Et credo, quòd ista sit mera veritas. Ias. May. (Patrem & filiũ censeri vnam & eandem personam, adde. l. ff. C. de impub. & ali. sub. gl. in ver. & filio. in c. j. de summa. Trin. vj. Are. in c. studeat.)

a Glo. in ver. si quis alium.ª

ADDITIO.

a Si quis alium. Diuide hanc gl. in quatuor partes principales. In prima ponit rationem ad hunc tex. In secunda, vnam fallentiam generalem. In tertia ponit quinque fallentias speciales. In quarta & vltima opponit & soluit. Secunda ibi, (nisi pœna promittatur.) Tertia ib, (nisi in casibus quinque.) Quarta & vltima ibi, (nonne quis.) Ias. May.

18 In ea. glos. Ibi, versa vice. Dicite, quòd † cum factum alienum promittitur, promissio est nulla, licet pœna subijciatur: non tamen promissio pœnæ habet validare stipulationem præcedentem, sed habet efficere vt metu pœnæ pareatur eidem. argu. in l j. C. de arbi. & dicam in §. alteri. infrà e. In ea glo. ibi. l. quoties quis alium. Dicite, non esse speciale in stipulatione de iudicio sisti, vt promissio facti alieni va-19 leat, † licet est regula re in quibuscunque prætorijs stipulationibus vt promissio alieni facti valeat. l j. & ij. rem pu. sal. fo. Ratio, quia in stipulationibus prætorijs versatur æquitas. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. lo. vnde æqua interpretatio fuit quod illis intelligatur promissum interesse, si a factum alienum præstare non poterit.ª

ADDITIO.

a 20 Non poterit. † Adde huic glo. dum in ea exemplificatur de stipulatione habere licere. & dic, quòd ista stipulatio habere licere, est illa qua vtantur communiter notarij in instrumentis, dum dicunt. Et promisit ab omni homine & vniuersitate defendere &c. quòd liceat sibi re habere licere, & ea vti. In qua stipulatione venit etiam promissio extraneorum molestantium: quod intellige verum, quando interponitur super contractu de cuius natura venit euictio, vt no. gl. in l. inter stipulantem. in prin. de verbo. obligatio. aliàs hæc stipulatio de sui natura comprehendit solum factum promittentis, & eorum quos promittens prohibere potest. l. stipulatio ista. ff. eo. Ias. May.

In ea. glo. ibi. l. si quis ita. Dicite non esse speciale in ædilitijs actionibus, vt promissio facti alieni teneat: sed est regulare in quacunque promissione facti, quæ insurgat ex natura præcedentis contractus. l. emptorem. § fi. de acti. empt. & 21 ideo ponite regulam quòd † promissio facti alieni non valet nec tenet. Fallit in prætorijs stipulationibus. Secundò fallit, vbi factum insurgit ex natura contractus. Tertiò fallit in persona hæredum promissoris, qui dicũtur esse persona cum defuncto. facit. l. stipulatio ista habere licere in prin. ff. de verbo. obligationi. in authentica. de iureiur. à mo. præ. a in prin.

ADDITIO.

a In prin. Et sic illa regula quòd quis alteri stipulari non possit, fallit in eo qui iuri alterius subiectus est ratione dominij, obedientiæ vel vsufru-22 ctus: secus si alio iure. † Vnde vasallus domino non stipuletur, nec ciuitati eius. secundum Ange. in l. stipulatio ista. § alteri. de verbo. oblig. fallit in alijs.

23 Sed pone quòd † ego vendidi tibi domum & promisi a defendere ª de iure & de facto, an tenebor illam defendere manu armata? Dixit Bar. quòd illa verba, de iure & de facto possunt intelligi tripliciter. Vno modo de iure & de facto, hoc est, siue iudex in casu euictionis condemnauerit æquè vel iniquè, & sic de iure & de facto & captiosè, l. si per imprudentiam. ff. de euic. Secundò modo possunt intelligi de iure & de facto: de iure, quia præstabo tibi iura mea. de facto quia defendam te armata manu, iuxta. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. Tertiò potest intelligi de iure, quia præsentabo tibi iura, & instrumẽta mea: de facto, quia solicitabo causam, sequar aduocatos & procuratores. l. si parentes. C. de euic. & secundum hunc modum intelligenda est illa promissio, non autem secundum alios duos modos l. fin. C. de act. empti. quia debet illa promissio ita interpretari ne iniquitatem conti-24 neat. argu. in l. in his. de condi. & demonstr. † Pro quia facit quoddam dictum Ange. qui dixit, quòd si intulisti mihi grauem iniuriam, & ego coram testibus dixero, ego illum vlciscar, ego vindicabo: licet postea aut mortuus aut vulneratus b reperiatur, ego nõ debeo poni ad torturam ᵇ per illa verba, & si essem homo consuetus talia facere. Ratio, quia illa verba, ego vindicabo, ego vlciscar, possunt intelligi dupliciter: Vno modo armata manu, alio modo de iure, hoc est vlciscar in iudicio: & secundum hunc modum in dubio illa verba intelliguntur gl. est ordi. & ibi, etiam Ang. in l. j. C de his qui. vt indi.

ADDITIONES.

a Promisit defendere. Adde quid importet verbum defendere Cy. Bal. & Saly. in l. fi. C. de actioni. emp. Bar. in j. constitu. forum in prin. col. pe. vers. quæro. quid importent. & in l. stipulatio. ista habere licere. in princi. col. ij. ver. quæro. aliquis vendens. ff. de ver. ob. & ibi Alex. de Imo. col. pe. ver. dubitauit hic Bar. & Ias. col. fi. in prin Bal. in cons. incip. præmittendum est. quod extat inter consilia Ange. eius fratis cons. clxxvj Pet. de Anch. in cons. lxxxvij. inci. omisso primo dubio. circa medium Ab. Panor. in c. fi. col. j. vers. sed dubiũ est. extra de empti. & vendi. Io. de Ana. in ca. olim. col. v. in duobus locis. extra de ac. & ibi Fely. col. fi. vers. & tangit hic Io. de Ana. Ange. Aret. in tracta. malefi. in gl. & dictus Titius. nu. 31. ver. quid autẽ si quis promiserit. & ibi Augusti. de Bon franci. de Arimi. in addi. Alex. de Imo. in cons. cxv. inci. super eo quòd quæritur in iij. vol. Mart. de Garatis Lau. in tract. de principalibus sub rub. de confedera. pace & conuen. prin. vet. lvj. Fely. in c. causam. quæ co. xiij. ver. similiter dicit Pet. de Anch. de rescr. Ant. Fran. de Doctoribus Patauin. in addi. ad Ab. Panor. in c. j. de offi. or. col. pen. ver. an teneatur promittens aliquẽ defendere Phili. Deci. in l. non videtur defendere nu. 5. ff. de reg. iu. Ladoui. Gozadin. in cons. cxiij. incip. cũ illustr. sims Domina. nu. 43. Alber. Brun. in consi. lxxvj. feudali. incip. dubitatur regia maiestas. vers. nam vt dicebat. Ludo. Carett. in l. obseruare curabis. §. circa quartũ. nu. 133. in parum. C. quo.

A

ap.non recipi.& excellen.D.Iacobum Nouellum in suo tracta.defensio. reo in j. par.nu.3.Io. Bab.Zillettus Venetus.

b Ad torturam. Adde an minæ faciant indicium ad torturam cum da percussora ignoratur Spe qui ponit hanc quæstio.in ti.de præsumptioni. §.species.ver.sed pona.P.minatus est. Albert.de Gandi.in tracta.malefi. in ru.de aliquibus quæstioni.varijs malaficij.co.iij ver.item pone quæstionem.quidam fuit minatus Titio, Cy.in l.meum.C.quod met.caus.& ibi Albert Bal.& Alex.Cy.in l.j.C.si quis imperato.maladi. & ibi Bald. & Saly.& Bar.in tracta.de quæstio.col.iij.ver.& an fuerit minatus.Bal.& & Io.de Imo.in l.fi.colum.pen.ver.vltimo inducti.ff.de hære.insti.Ang. in l.fi.C.de quæstio.& in l.j.C.de his quib.vt indig.Pau.de Cast.& Iasin d. l.j.Ant.de Butrio.in c.tertio loco.extra de proba. Ab.Panor. in c.literas. col.ij.ver.no.quòd.suspicio.extra de præsum.& in c.scribam.in fi.eo. tit. Ang.de Are.in trac.malefi.in glo.fama publica.nu.19.ver.quæro quid si aliens minatus.& ibi Ang.de Bonfrancis.in addi.Domini.a S. Gemin. in c.secundum.xviij.di.Fran. Bru.in trac.de indici.in j.par.q.iij.ver.quæro vlterius an minæ.Pari.de Puteo in trac.syndicatus.§.tortura.li.j. vers. & an si quis diserti.nu.j cum seq.Fely.in c.afferte.co.iiij.ver.datus aliud exemplum extra de præsumptin.Iasin l.j.col.iiij.ver.iij.facit solẽnis decisio C.de ser.fugiti.Hipp.de Marsil.in cons.iij.inci.de vultu.tuo.nu.13. & in consi.lxij.inci.munda cor.meum.nu.j.cum seq per tot.consilium.& in sua praxi cri.§.diligentes.nu.81 & 86.Mar.Antoni.Blãcum in l.fi.nu. 183.ff de quæstio.Stephan.Bertrao.in cons j ou.7.in j.vo.in cons.cxxvij. nu.12.in ij.vol.& in consi.ccxciij.nu.17.in iij.vol.in tribus libris secundæ editionis.Card.Pari.in cons.liiij.nu.33.in iij.vo.Illustre.D.Ludo.Gatum in consi.incip.in causa inquisitionis formatæ.nume.15. quod est impressum in j.vol.consiliorum criminaliũ diuersorum Doctorũ cons.xcix. Lud.Cateri.In l.obseruare curabis.in pric.num.481.in parui.C.quo ap. non reci.Io.Milleum in trac.de indicijs.nu.28 cũ seq.Præclarissimum D. Io.Bap.de Plotis in l.si quãdo.nu.885.ver.vij.indiciũ.C.vnde vi.Insignẽ D.Iodo.Damhouderi.in praxi cri.c.x.inci.& si præfectis capitis.nu. 20. Clarissimũ D.Petrũ Follieriũ in sua praxi eiusdẽ materiæ.in ij.par.prin. in vers.itẽ q sororẽ veneuauit.nu.6.23.24.& 26.& Excel.D.Ia. Nouellũ Venetũ in sua pari.tituli præfacti.in rub.indicia quæ præcedere debeãt. & in suo tracta.defensio-reorum.nu.36.in rubr.an indicia pro reo danda sint.nu.50.Io.Baptista Zillettus.

Gl.super verbo, Seio in fi. Ex hac gl tria no. Primũ quòd 25 †facultas soluendi adiecto non transit ad eius hæredem: est enim industrea & fiducia electa in adiectio.ar.in l.diem proferre.§.j.de arbi.Secundò colligitis,facultatem soluendi adiecto tolli mutatione status,& mutatione morum. quod verum est,si mutatio fiat in deterius secus si fieret in meliorem statum.l.eum qui.§.qui filio.de verb.obli.Ex quo dixit Bar. 25 quòd † si ego constituero Caium procuratorem ad exigendum à debitoribus meis,qui Caius postea vir improbatæ vitæ effectus fuerit,tu debitor si ei solueris non liberaris, quia mutauit statum in deterius: Tu quoque debes cogitare, me tacitè reuocasse mandatum.vel reuocaturum fore si scirem 27 mutatum.d.l.eum quis.l.eum Cornelius.ff.de solu.† Tertiò no.quòd lite contestata tollitur data facultas soluendi adiecto:quia ex præuentione acquisitum est ius stipulatori, de qua in d.l.si quis stipulatus fuerit.ix.in melle.de sol. Glo.super verbo.nihil. a

ADDITIO.

a Nihil.Diuide hanc glo.in quatuor partes principales. In prima ponit rationem ad hunc tex.In secunda ponit xv.fal.In tertia, ex his fallentijs infert vnum.In quarta & vltima circa dictas fall. n.refert opi.Mar. quam reprobat.Secunda ibi,(Fallit tamen in casibus.) Tertia ibi,(his enim casibus.) Quarta & vltima ibi,(sed Mar.dicebat rursus.)Secunda principalis potest subdiuidi in xv.particulas prout xv. sunt falleontiæ, partes de se patent. Ias.May.

Glos.super ver nihil ibi.§.si quis insulam. Ideo valet stipulatio.his casibus alteri facta, quia stipulatoris intererat rem pup.sal.fore creditori vel procuratori suo soli.Ex qui- 28 bus colligitis † quòd stipulatio alteri facta valet & tenet, quando stipulatoris interest illam executioni demandari.In ea.gl.ibi,in causæ.in fi Hoc operatur æquitas prætoria quæ 29 abundat in prætorijs stipulationibus.† Prætor enim solam æquitatem,nõ veram subtilitatem inspexit l quod si Ephes. ff.de eo quòd cer.lo.Ex quibus colligitis,quòd in prætorijs stipulationibus valet stipulatio alteri facta.In ea. glos.ibi, si procurator præsentis, hoc operatur præsentia domini. Ex 30 quo colligitis, † procuratorem posse stipulari domino præsenti,& acquiritur domino actio sine cessione In ea.gl. 31 ibi.l iij hoc operatur necessitas officij.Ex quo colligitis† valere stipulationem alteri factam,quando quis obligatur ita stipulari ex necessitate officij,vt est in curatore furiosi & similiter.In ea.gl.ibi.§.ex his.hoc operatur.auctoritas officij ipsius iudicis vel notarij.In gl.ibi.l.quoties.hoc operatur dominiũ 32 rei quòd est in persona illius cui stipulatur.† Ex quo colligitis,stipulationem alteri factam super re sua valere & tenere.

33 In eo.gl.in fi. Stat igitur regula,quòd† nemo alteri stipulari potest. Fallit quando stipulatoris interest. Fallit in procuratore stipulante domino præsente. Fallit in prætorijs stipulationibus. Fallit vbi quis necessitate officij stipulatur. Fallit in iudice & notorio propter officij auctoritatẽ. Fallit quando stipulatur super re tertij ipsi tertio. Fallit quando stipulatur personæ sibi subiectæ. a

ADDITIO.

a Subiectæ. † An quis alteri possit stipulari vel no. Et circa vltimam fal- 34 huius gl.quando pater stipulatur filio post mortem, intellige quando pater stipulatur filio vt filio:secus si stipuletur filio vt extraneo.l.si tibi decem millia.§.si pactum.& ibi vide Bart.in l.& hæredi.§.ml.ff de pac.Ias. May.

35 Dixit tamen Bar.† quod verba stipulationis penitet concipi multipliciter. Vno modo, quòd verba obligationis & verba executiua referantur ad personam stipulatoris, puta, promittis mihi quòd dabis mihi mille? & res est clara quòd stipulatio valet & tenet Secundo modo cõcipi potest,quòd verba obligationis & verba executiua referantur ad personã tertij,puta,promittis Titiò quòd dabis sibi mille? & tũc ista stipulatio est nulla funditus,etiam in casibus allegatis in gl. præterquam in vno,scilicet quando quis stipulatur ex necessitate officij, vt in actore municipum, & curatore furiosi.l. eum qui §.si actori.ff.de constu.pecu.gl.est in l stipulatio ista a §.si stipuletur.a ff.de ver.ob.& est communis sententia, licet aliqui contra tenuerint.

ADDITIO.

a §.Si stipuler.In l.stipulatio ista.§.si stipuler.ff de verb.ob.vbi tractat hanc materiam & in l.j.& ibi ponunt Doc.C.per quas perso.no.acquir.& Bal.in l.illud.C.de sac.sanc.eccl.& Ang in §.alteri.vbi ponitur, quando verba executiua & obligatiua conferuntur in personam tertij & stipulatoris,non interest an de iure canonico valet vel de iure ciuili. Iason May.

Item potest concipi quòd verba obligationis proferantur in personam tertij.puta,promittis quod dabis mille Titiò? & tunc valet in casibus in gl.allegatis.quia subauditur verbum,mihi.l.stipulatio ista.§.si sicut.ver cæterum. de ver. ob.Potest & concipi quòd verba obligationis conferantur in personam stipulatores,verba verò executiua in personam tertij,puta promittis mihi quòd trades Titiò fundum? tunc valet in casibus allegatis in gl.de quo per Ang. plenè in lege a quod si procurator.ff.de procu.a

ADDITIO.

a ff de procu.Quando quis possit soluere adiectio in stipulatione & soluendo liberetur.vide de hoc in l.verò procuratori.ff. de sol.& an talis facultas transeat ad hæredem.vide in l.cum quis.de verb.ob.in glos. Iason May.

36 Gl super ver.si quis.in fi.† Non ob.l.parui.quia aut loquimur in indiuiduis & tunc vtile per inutile vitiatur: aut loquimur in diuiduis,& tunc vtile per inutile non vitiatur. l.j.§.est autem.& §.Trebatius.ff de aqua quoti.& æsti. Sed dices tu nonne in l.parui.personæ erant diuiduæ. Sol. Dici- 37 te quòd † indiuiduum sumitur multipliciter. Vno modo natura,vt seruitutes.l.ij.§.j.ff de ver.ob. Secundò sumitur indiuiduum accessione,quia sublato principali tollitur accessorium.l.ij ff de pec.leg. Tertiò sumitur in dispositione legali. l.cum quæritur.ff de admi.tu. Quartò sumitur indiuiduum forma l.græce.§.illud.ff.de fideins.& videbitis infrà de fide. Quintò sumitur indiuiduum dispositione & voluntate hominum contrahentium:ita loquitur.l. parui.§.j. Meus enim contrahentis erat, quod vnus arbitrorum non posset sine alio arbitrari.

1 *Dicta in præfationibus intelliguntur tacitè repetita in sequentibus.*
2 *Testis qui respondendo capitulo super quo fuit interrogatus,dicit cõtenta in eo uera esse prout uidit,uidetur confiteri cum omnibus circumstantijs quæ possunt per uisum comprehendi.*
3 *Diuersitas responsionis approbata à stipulatore,ualidat actum stipulationis.*
4 *Stipulatio quando uitietur propter diuersitatem responsionis.*
5 *Determinatio una plura respiciens determinabilia, debet ea æqualiter determinare.*
6 *Argumentum bonum est de tempore ad quantitatem.*
7 *Diuersitas in tempore annullat in totum stipulationem.*

8 *Intellectus ad l.j.§ si stipulanti.ff de uerb.obliga.*
9 *Copulatiue attribuit actum stipulandi unicuique rei insolidum.*
10 *Stipulatio facta alternatiuè, promittis dare Stichum aut Pamphilum? si respondeas promitto dare Stichum non ualet.*
11 *Stipulans alternatiuè maiorem aut minorem summam, credit firmo quòd promissor, de minore summa promittat.*

§.PRAETEREA. INVTILIS. Iste.§. notabilis est valde & hoc dicit. Si interrogationi responsio non congruat, stipulatio vitiatur.a

ADDITIO.

a Vitiatur. Addo item vitiator ratione subiectionis & potestatis Item ratione morbi h.d. vsque ad.§.pupillus.Ias.May.

Not. primò, stipulationem vitiari si interrogationi responsio non congruat. No. secundò, responsionem simpliciter factam, intelligi factam repetitione qualitatum appositarum in interrogatione. Ex quo colligitis, quod † dicta in præfationibus, a intelliguntur tacitè repetita in sequentibus concor.l. Titia.§.idem respondit.ff. de verb.ob.

ADDITIO.

a Præfationibus A o dicta in præfationibus intelligantur repetita in sequentibus.vide in l.eum qui certarum.in princ.ff.de verb.ob. Et idem dicunt Docto.in † teste qui simpliciter respondendo capitolo super quo fuit interrogatus, dicit contenta in eis fore vera prout vidit, videtur confiteri cum omnibus circunstantijs quæ possunt per visum comprehendi. or.huius tex.& hoc voluit Ao.&. Bar.in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de ver.ob.vbi etiam ponunt de statuto quo cauetur, quòd quis teneatur simpliciter respondere positionibus vel capitulis, qualiter dicatur hoc fieri, & vide super hoc Bal.in l.iubemus.C.de ap & in l.j.de confes.& in l.si quidem.de exce.Ias.May.

Glos.super verbo non respondeat. ibi.l.j.§. cum adiecit Not. quod † diuersitatis responsionis approbata à stipulatore, habet actum stipulationis validare. Sed contra, nõne pro forma est vt interrogatio responsionem præcedat.l. obligamur.§.verbis ff.de act.& oblig.l.j.C.de vsuc, ergo stipulatio nulla. Licet enim diuersitas incontinenti stipulatori placuerit, non tamen est verum dicere interrogationem ita præcessisse. Sol.dicit Bar. quòd licet vere ea forma interrogatiõem non præcesserit, tamen ex quo incontinenti diuersitas placuit, dicitur interrogatio præcessisse, & habetur actus pro valido. facit.l.licta.ver.dicebã.ff.si cert.pet.l in gl.ibi, quæ est contra.no.quod † diuersitas in qualitate vitiat in totum stipulationem. Si verò sit diuersitas in quantitate, vitiat solum in illa parte quæ interrogationi non congruit. Et est ratiò differentiæ: quia qualitas ita qualificat respicit totam stipulationem, sicut defectus formæ. ergo vitiat totam, quia qui detrahit qualitati detrahit soli stipulationi: sed diuersitas in quantitate non respicit nec qualificat totam stipulationem, sed solam partem. Ego aliàs dixi quòd huiusmodi stipulatio sit in totum nulla, promittis decem? promitto quinque. Mouebar primò per istum tex. qui æquiparat huiusmodi stipulatiões, promittis.x.promitto.v.promittis pure? prommitto in diem vel sub conditione. Sed vltima, ratione disparitatis in respondendo est in totum nulla, † quia vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare.l.iam hoc iure. C.de vul.& pu.l.quãuis. C.de impu. & alijs substi. Præterea nonne † bonum est argu. de tempore ad quantitatẽ quia sicut summa est pars stipulationis, ita & dies siue tempus.l.j.§.j.de eden.l.vinum.ff.si cert.pet.l.miles ff.de re mil. Si ergo † diuersitas in tempore annullat in totũ stipulationem, ergo & diuersitas in quantitate. Præterea nonne fideiussio contrahitur per stipulationem.l blanditus.C.de fideius.& tamen ea in totum vitiatur si disparitas fuerit in augmentatione quantitatis.l.græce.§.illud.de fidei.ergo sic in opposito † Ad l.j.§.si stipulanti respondebam, quod ille.§.debet intelligi quãdo diuersitas illico placuerit stipulari. Suadebam hac ratione. Nam cum inter illum.§.& §.si quis simpliciter, sit apposita in medio regula versiculi, cum adijcitur debet referri tam ad sequẽtia quam ad præcedentia.c.secundo requiris extra.de ap.l.iij.§ filius inter medias.ff.de lib.& post. Cogitabitis. in ea gl.in fi Ex hac gl. tria colligitis, Primum, quod si quis interrogauerit copulatiuè, an promittas sibi Stichum & Pamphilum dare, si respondeas, promitto dare Stichũ, valet stipulatio in Sticho. Ratio, quia tot sunt stipulationes quot sunt res: istat n. copulatiua Et, attribuit actum stipulandi vnicuique rei insolidum.lege reos.§.cum in tabulis.ff.de duo re.lege scire debemus.ff.de verbo.oblig. Cum ergo tot sint stipulationes quot res simul copulatæ, vna vitiata alia non vitiatur l.prima.§.pe.de ver.obl. Et idẽ esset si stipulator ita interrogasset, promittis dare Stichum Pamphilum, quia licet non fuerit apposita Et, signatur tamen punctus, qui loco habetur copulæ, quia duo substantiua iungi non possunt sine culpæ, ista est gl.in l pretia rerum. ff.ad l.fal.l.cum duobus.§.damna.ff.pro so.in l.j.§.duæ causæ.ff.de Car.ed. Secundò colligitis, quod † si aliquis interrogauerit alternatiuè, promittis dare Stichũ aut Pamphilum, & tu respondeas promitto dare Stichum, stipulatio est penitus nulla. Ratiò, quia licet in interrogatione fuerint plures species, tamen quia non fuerunt aliquo modo copulatæ sed distinctè positæ, vna est stipulatio.l.si duo.ff.de ver.obl.vnde vitiata & corrupta in parte, vitiatur in totum. Tertiò colligitis, quòd si quis stipuletur alternatiuè summam maiorem & minorẽ. puta, promittis dare.x.valet stipulatio in x. quia verisimile est quod † tu qui stipularis credas pro firmo quòd ille promittet minorem summam, & in illa cadet consensus vniformiter vtriusque: ista est ratiò Iuriscon.l.inter stipulantem.§ si stipulante me.ff.de verb.ob. Sed tu dices quòd non est bona, quia idem esset in alternatiua specierum. si enim dixero promittis Stichum aut Pamphilum, nonne credibile, est, quòd tu promittis viliorem tamen si promiseris vnum tantum, stipulatio est nulla vt suprà dixi So. Non est eadem ratio in speciebus, quæ in summis siue in quantitatibus: quia in speciebus cadit affectio, & fortasse, illa species quæ etiam apud me vilior, erit apud te longè prætiosior.l.planæ.§.pe. de lega.j. Vnde possum probabiliter dubitare, quem habeas cariorem, quem verò meliorem. At in summis siue in quantitatibus nulla cadit affectio, nisi fortasse induceretur affectio ex adiectione personæ vel loci, puta promittis mihi dare x quæ debet Titius. Aut xv. quæ debet Caius, vel promittis dare x. Romæ aut xv. Ianuæ, tunc aliud esset.l. is cui. de noua.vbi ex singularis.

a *Filius à patre, nec seruus à domino, nec è contrario, stipulari potest.*
a *Filiusfamilias alteri non obligatur præterquam in Macedoniano & uoto personali nu 11.*
3 *Mutus neque stipulari neque promittere potest.*
4 *Surdus omnino non potest stipulari neque promittere.*
5 *Furiosus neque stipulari neque aliter contrahere potest.*
6 *Stipulans dicitur negocium gerere.*
7 *Pupillus proximus infantiæ potest stipulari.*
8 *Obligatio inter patrem & filium consistere potest in auentitijs.*
9 *Filiusfamilias pro pecunia sibi mutuata non obligatur.*
10 *Macedonianum cessat in mutuo facto filio causa studiorum.*
11 *Filius quando possit intrare religionem sine consensu patris.*
13 *Infans an stipulari possit.*
14 *Infans, & furiosus an transmittant hæreditatem.*
15 *Filius an obligari possit cum auctoritate patris.*
6 *Legum correctio est uitanda.*

§.ITEM INVTILIS. Patria vel dominica potestas stipulationem vitiat.h.d.a

ADDITIO.

a Hoc dicit. Adde tu, quòd popillus maior infante, etiam sine auctoritate tutoris sibi acquirere & stipulari potest, sed sine tutoris auctoritate obligari non potest. item consensus & auctoritas patris non sufficit vt filiusfamilias se possit obligare. hoc dicit vsque ad §.si impossibilis. Iason May.

No. quod † filius à patre dominus à seruo stipulari non potest, nec contra. Et est ratio, quia frustratoriè stipularetur dominus vel pater quod suum est.§.sic itaque. infrà de actio. Item, quia si filius stipularetur vel seruus, statim acquireretur patri vel domino.l.placet.ff.de acquir.hære.vnde remaneret inutilis contractus, contra l.dominus.ff.de condi.indebi. Not.in ver.sed seruus differentiam inter filiumfami.& seruum, quia filiusfa. extraneo obligari potest, seruus verò nequaquam.a

ADDITIO.

a Nequaquam. Adde † quòd filiusfamiliàs non obligatur alteri præterquam in Macedoniano & voto realis nam vouendo se daturum aliquam rem reipublicæ, vel Deo, vel Sanctis, nõ obligatur etiam naturaliter sine

consensu patris, vt hic in glos. nec potest hoc casu conueniri ab episcopo vt impleat votum, licet aliàs episcopus cogat relicta soluere. l. nulli. C. de episco. & cleri. Et si dicat, quomodo obligatur filiusfami. ciuiliter & naturaliter homini mortali? Respondet gl. in l. si quis rem. §. voto. ff. de polli. quòd minus agitur cum Deo quàm cum homine. arg. l. Celsus. de arbit. & vide infrà in glo. In voto autem personali potest, puta vouere de intrando religionem, vt hic in gl. & l. fi. §. j. C. de epis. & cle. & hoc etiã sine consensu patris. Ias. May.

3 †No in versic. mutuum. Mutuum non posse stipulari neque promittere, & hoc ex defectu habilitatis organi: debet enim in stipulatione conficienda interuenire loquela, non 4 autem signa. l. j. ff. de verbo. obli. Not. †surdum omnino non posse stipulari neque promittere, & hoc ex defectu auditus, qui debet interuenire in stipulatione conficienda, vt d. l. j. Si autẽ audiret, sed cum difficultate, tunc posset stipulari, quia non appellatur surdus, sed surdaster, no. glo. in l fi. ff. de lega. 5 tu. †No. in §. furiosus. furiosum nõ posse stipulari, nec age- 6 re aliquod negotium. Ex quo colligitis, † quòd ille qui stipulatur dicitur negotium gerere, quia stipulati est aliquid a facti. l. consilio ff. de cu. furio. No. in § pupillus. [a] pupillum 7 posse stipulari. Item no. quòd † licet proximus infantiæ non multũ distet à furioso, nihilominus iure speciali receptum est vt stipulari possit. concor. l. j §. pe. ff. de act. & obli. de quo dicam per glos. Finaliter no. quòd licet impubes possit obligari cum auctoritate tutoris, non tamen potest obligari cum auctoritate patris in cuius est potestate. Ratio dicitur b in gl. Gl. j. [b]

ADDITIONES.

a Pupillus. Adhunc. §. vide Io. Crotum. in l. j. nu. 36. ff. de ver. obli. & ibi Bart. Sexin. col. pe. in prin. Zil.

b Gl. j. Circa gl. primam quæ vult ciuilẽ obligationem non cadere inter patrem & filium, nisi in castrensibus vel quasi: adde tu multum not. quòd 8 † hodie etiam in aduentitijs cadit ciuilis obligatio inter patrem & filium. tex. est & ibi no. Bart. in l. iubemus. §. fi. C. ad Treb. Et ista glo. dum habet. quòd licet ciuilis obligatio non cadat inter patrem & filium tamen naturalis sic. Quæ sit ratio diuersitatis ponit latè Bart. in d. l. frater à fratre. in v. & vi. col.

a Glo. super verbo obligari. [a] ibi, excipe. hæc exceptio venit à primo dicto gl.

ADDITIO.

a Obligari. Et dum glos. ista dicit in princi. & postea, nisi in sex casibus: & sic vult quòd filius emancipatus regulariter teneatur nisi in sex casibus dubito & semper dubitaui: quia inter istos sex casus in quibus filius non tenetur insolidum, iste est vnus quando filius est emancipatus. Cogita. & vide gl. in d. l. ij. quòd cum eo. Ias. May.

9 In gl. ibi l. j. †no. filiũ fa, non obligari pro pecunia sibi mutuata: & est speciale hoc casu, quia contractus iste multum frequentebatur, & filij qui viuo patre soluere non poterant, insidiebantur vitæ parentũ: vnde statutum est in odium creditoris ne mutuando, effectualiter possint filijfamilias conueniri. l. j. ff. ad Macedo. Et idem esset in quacunque re sibi mutuata colore perpetrato vt vendatur, & pecunia per filium recuperetur. l. sed si Iulianus. §. mutui. ff. eod. tit. Hoc 10 tamen beneficium † Macedoniani cessat in mutuo facto filiofami. in causa studiorum. d. l sed Iulianus. §. quod dicitur 11 & l. Macedoniani C. eo. tit. In ea gl. in fi. no. † filiumfa non a obligari voto reali: [a] secus de voto personali. l. Deo nobis. C. de episcopi. & cleri. Rationem dicite vt in d. §. voto. lege. b si rem [b]

ADDITIONES.

a Voto reali. Et si dicis si filiusfa. potest obligare personã, quæ est cunctis rebus pretiosior. l. libertinimẽ. ff. de ædi. edic. quantomagis res. Potes dicere quòd non potest obligare res, quia non sunt suæ: sed personam, sic. quia est libera, non autem serua. Hinc est quòd res castrenses & quasi possunt obligare, secundum Io. Fab. hic allegantem. Inno. ita tenere in c. scriptura extra de voto. Et si dicis, nemo est dominus membrorum suo- 12 rum. l. liber homo. in prin. ff. ad l. aquil. cogita. † & pone exemplum in voto personali. puta vouẽdo quòd vult intrare religionem, quòd potest facere etiam sine cõsensu patris. quòd intellige, si pubes, vel saltem doli capax, quia tunc possunt se obligare diabolo. extra de delic. puc. ca. pueris. multomagis Deo. Ias. May. [Item filiusfamilias sine consensu patris causam spiritualem agit. Ad id quod dictũ est, quòd nemo est dominus membrum suorum. Adde l. sed & si. in §. si ipse seruus. ff. de pecu. C. y. in l. rescripta. C. si contra ius vel vti po. gl. in c. non inferendam. xxiij. quæst. iij. Ab. in c. cum olim. de re iu. Doc. in c. sicut. ij. q. j.]

b Si rem. Ibi. l. si rem. & ibi gl. assignat rationem. quia minus agitur cum Deo quam cum hominibus. Ista ratio non est bona, quia per hoc sequeretur, quòd obligaretur respub. quod est falsum, vt hic dicit gl. concor. l. si pupillus. §. si sub condi. ff. de noua. Ias. May.

a Glo. in ver. proximus. [a]

ADDITIO.

a Proximus. Ad glo. proximus. vide similem glo. in l. pupillus. ff. de reg. iu. & Bar. in l. j. ff. de noua. & ibi ponit, quare ista diminutio temporis ita fuit facta. & Io. Fab. hic referentem opiniones. Ias. May.

13 Glossa. super verbo multum. in fine. Si quæratur, an † ina fans [a] stipulari possit: [b] Aut loquimur in infante naturalib ter & ciuiliter: naturaliter, quia stipulari nõ potest ciuiliter, quia est minor septennio, & hic nullo modo stipulari põt. l. j ff. de ver. ob. Aut loquimur de infante ciuiliter, sed non naturaliter, quia minor septennio, sed loqui potest, tunc etiam stipulari non potest nisi vno casu, cum stipulatur rem pub. sal. fo l. seruum ff. rem pu. sal. fo Aut est proximus infantiæ, id est, septennio, siue maior septennio, & hic habet aliquem intellectum, & tunc potest stipulari, vt hic in vers. sed quod quod diximus.

ADDITIONES.

a An infans. An infans stipulari possit, vide in l. j. per Bar. ff. de noua. 14 Et † aduerte, quia non puto hanc glos. bene dicere. dum vult in princip. quòd infans transmittat hæreditatem non aditam, furiosus. nõ. Nam non est differentia inter eos: quia si infans habeat patrem, transmittit: si habet tutorem non transmittit. Et rationem ponit ibi glos. quæ colligitur ex glos. hic in verbo patre. quia hæredes infantis possunt habere regressum contra tutorem, & non contra patrem. Ita dicit glo. ibi, scilicet in d. l. si infanti. in prin. §. j. Idem est etiam in furioso: quia si furiosus habeat patrem, transmittit: secus si habeat curatorem. d. l. fin. §. j. & §. sin autem. C. de cur. furio. ita quòd nõ est differentia quantum ad transmissionem inter infantem & furiosum, contra gl. istam ad quam Doct. non aduertunt. Ias. May.

b An infans stipulari possit. Adde an infans stipulando sibi acquirat absque tutore: scilicet cum stipulatur sibi rem suam saluam fore. vide per Ang. in l. donatarium. versic. & bene habeo etiam. C. de acquiren. possessione.

Glo. super ver. patre. in fi. Sed contra gl. oppo. & videtur 15 quòd † filius obligari possit cum auctoritate patris nam potest cum auctoritate patris hæreditatem adire. l. si infanti. C de iure delibera. Solu. dixerunt aliqui quòd filius potest obligari cum auctoritate patris, cum pater sit legitimus administrato. l fi. C. de bo. quæ libe. quod non placuit commu- 16 niter Doct. † quia legum correctio, est euitanda. l. vnica. C. a de inoffi. do. vnde Ange. [a] distinguit tres casus: Aliquando loquitur de mera acquisitione, & tunc pupillus acquirere potest & sine patre & sine tutore, vt hoc. §. in princi. Aut tractamus de mera obligatione, & tunc cum auctoritate tutoris obligari potest, cum auctoritate patris nequaquam. Ratio ponitur hic in glos. & in l. fi. in prin. ff. de verbo. obli. Aut loquitur de actu mixto, puta adeunde hæreditatis, in quo versatur commodum & incommodũ, & tunc talem actum potest filiusfa. agere auctore patre, qui consideratur principalis intentus adeundi hæreditatem, qui tendit ad acquirendum, & ita no. per gl. in l. si filiusfa.

ADDITIO.

a Vnde Angel. Adde inquantum suprà dicitur, vnde Ang. distinguit. vide Imo. & Bar. in l. fi. §. j. ff. de verbo. obli. & ibi assignant rationes diuersitatum. Ias. May.

1 ☞ *Conditio impossibilis adiecta stipulationi, & cuicunque contractui, uitiat contractum, & nu. 7. 8. & 9.*

2 *Impossibile reputatur quod expediri nõ potest nisi per solum Principem uel totius populi nouam legem, & talis impossibilitas uitiat stipulationem.*

3 *Conditio impossibilis illa dicitur, cui impedimento est natura ne impleatur.*

4 *Conditio impossibilis non uitiat ultimam uoluntatem.*

5 *Mandatum unum utile testatoris, non uitiat inutile.*

6 *Pauper si promittat dare mille, stipulatio ualet, licet impossibilis sit executio.*

9 *Impossibilitas impedit soluti repetitionem.*

10 *Turpia impossibilia dicuntur.*

§. SI IMPOSSIBILIS Cõditio impossibilis affirmatiuè concepta si stipulationi adijciatur, illam vitiat: secus si a fuerit negatiuè concepta. h. d. [a]

ADDITIO.

a Hoc dicit. Quæ pro pura habetur: secus si magis fuerit necessaria quàm impossibilis, ideo non suspendit, & cum ea protinus agi potest. hoc dicit. Ias. May.

Nota

1 † Nota. primo conditionem impossibilem stipulationi adiectam, illam[a] vitiare. Et idem est si cuicunque contractui adijciatur. l. non solum ff. de act. & obliga. Ratio, quia talis adiectio impossibilitatis[b] remouet mentem disponentis ab actu: quia ille qui adjcit conditionem impossibilem, non videtur habere actum obligandi, nec alteri stipulandi, vnde contractus tanquam euacuatus voluntate & consensu partium est nullus. d. l. non solum. & l. cum hæres. de statu. libe.

ADDITIONES.

a Illam vitiare. † An autem illud quod dependet expediendum per solum principem, vel papam, vel nouam legem totius populi, dicatur quo ad promissorem adeo difficile quòd reputetur impossibile, & ideo talis difficultas vitiet stipulationem sicut impossibilitas? Dic quòd sic, vt voluit Bar. in l. apud Iulianum. §. si. de lega. j. & l. continuus. §. cum quis. de ver. obl. aliàs verò impossibilitas licet non possit impleri per alium, quæ appellatur difficultas, non vitiat, vt infrà in si huius. §. & volt gl. in l. ij. de ver. obl. Ias. May.

b Ratio impossibilitatis. De hac impossibilitate vide Bellon. suprà de ver. obl. §. loca.

3 Secundò nota. † illam appellari conditionem impossibilem, cui est impedimento natura ne impleatur: secus si impedimentum aliter quam à natura inferretur. l. continuus. § illud & §. si ab eodem. ff. de verb. obli. Not finaliter conditionem impossibilem negatiuè conceptam non vitiare stipulationem, quia non suspendit, imo purificat: hæc enim conditio, si cælum digito non tetigeris, appellatur necessaria, quia eius contraria est impossibilis. vnde cum sit necessaria, dicitur statim purificata. Glo. super verbo, si impossibilis. in fi. colligitis, quòd † licet hæc sit impossibilis, adiecta tamen vltimæ voluntati non vitiat, & hoc fauore vltimarum voluntatum vt celerem executionem consequatur regula iuris, in testamentis. ff. de re. iu. Nec est verisimile quem in vltima voluntate locari, & facere actum inutilem. l. iij. ff. de testa. mili. Sed contra op. & videtur quòd impossibilitas vitiet vltimam voluntatem, vnde op. de l. j. C. de his quæ. pœ. nom. d. l. si quis inquilinos. §. fi. de lega. j. de. § suprà de lega. Solu. Ibi impossibilitas apponitur materialiter, hic autem conditionaliter vnde vitium materiæ, magis percutit actum quam vitium conditionis quòd venit ab extra. Sed iterum op. & imo videtur quòd impossibilitas etiam non conditionaliter adiecta, non vitiet vltimam voluntatem: vnde op. de l. si quis mihi & tibi. §. si quis seruos. de legatis. primo Solu. Illa impossibilitas licet non esset adiecta legato conditionaliter, tamen erat adiecta substantiæ legati, scilicet executioni legati: vnde † cum duo sint mandata testatoris, vnum mandatum vtile non vitiatur per inutile. c. cum dilecti. extra. de dolo & contu. l. Celsus. ff. de arbi. Sed iterum op. & videtur quòd impossibilitas non vitiat contractum: vnde † si pauper promitteret dare mille qui nihil habet, valet stipulatio, & tamen impossibilis est executio l. continuus §. illud. & §. si ab eo. ff. de ver. ob. Sol. Illa non est impossibilitas, quia non est impedimentum à natura, sed est difficultas, quia est impedimentum paupertatis.[a]

ADDITIO.

a Paupertatis. Et hoc ideo, quia licet non possit impleri per promittentem, tamen potest impleri per alium, ideo non vitiat nisi exprimatur in stipulatione: vt si sim Bononiæ, promitto quòd dabo Perusij, vt suprà de ver. ob. §. loca. & l. ij ff. de eo quod cer. lo. † An impossibilis conditio vitiet contractum vel vltimam voluntatem vide etiam in §. impossibilis. suprà de hære. insti. Ias. May.

8 Sed † iterum op & videtur quod impossibilitas non vitiat contractum, vnde opp. de l. insulam §. j ff. loca. Solu. Ibi impossibilitas versabatur circa executionem, non autem circa substantiam contractus, ideo contractum non vitiat. Sed contra op. & videtur quòd impossibilitas circa executionem vitiet contractum: vnde op. de. § loca suprà de verb. obli. de l. si §. si inter. ff. eo. Solu. Ibi loquitur in contractibus stricti iuris, in quibus etiam impossibilitas adiecta executioni vitiat[a] contractum.

ADDITIO.

a Vitiat contractum. † Adde quòd licet impossibilitas vitiet contractum & impediat actionem oriri, non autem impedit repetitionem soluti, puta pecuniæ promissæ militi, si erit procurator meus qui non potest esse. l. si dolo. C. de cōd. ob cau. & ibi Bar. Item adde, quod sicut stipulatio impossibilis vitiat, ita liberatio conditionalis turpis, vt puta, libero te si me instituas, † nam turpia de iure dicuntur impossibilia, vt est quando aufertur alicui libera testamenti factio. glo sing. in l. cum donatio. C. de transactio. Ias. May. [Ad id quod ait Ias. quòd licet impossibilitas vitiet. & c. adde Bar. in l. j. ff de condi. insti. Doct. In c. fin. de condi. appo. docto. in c. solet. as alij. q. ij. Dy. in regula nemo potest. de re. iur. lib. vj.

Gloss. super verbo naturæ. in fi. Si quæratur an perplexitas habeat actū vitiare: dicite, aut talis perplexitas habeat actum vitiare: dicite, aut talis perplexitas potest aliquo modo dissolui & tunc actus non vitiatur. l. si Titius. de verbo obliga. aut non potest dissolui, & tunc vitiat actum l. Titius. ff. de de condi. insti.

1 ☞ *Probari potest contrarium, licet lege uel statuto caueatur omnino uel præcisè stari debere tali scripturæ uel relationi.*
2 *Statutum quòd stari debeat iuramento alicuius intelligitur nisi pars uelit probare contrarium.*
3 *Stipulatio facta inter absentes non ualet nec tenet.*
4 *Stipulatio nec per epistolam nec per nuncium contrahi potest nec etiam alij contractus.*
5 *Præsumptio in dubio est pro instrumento.*
6 *Verba enunciatiua probant inter contrahentes, & nu. 7.*
8 *Modus probandi negatiuam.*
9 *Vicinus quis dicatur.*
10 *Testes idonei dicuntur qui sunt omni exceptione maiores: & nu. 11.*
12 *Dies pro instrumenti solemnitate apponi debet.*
13 *Præsumptiones quot ex instrumento inferantur.*
14 *Actor an teneatur edere reo sua instrumenta ad fundendam suam exceptionem, & nu. 15.*
15 *Instrumenta duo contraria si sint eodem tempore confecta, quod præualere debeat.*
16 *Testes duo probantes per indirectum contra instrumentum, faciunt uacillare instrumentum.*
17 *Voci uiuæ magis creditur quàm mortuæ.*
18 *Instrumentum quot testibus impugnetur.*

§. ITEM VERBORVM OBLIGATIO. Stipulatio inter absentes concepta est nulla Et pro instrumento est præsumēdum, nisi ea precisè contrarium fuerit probatum hoc dicit.[a]

ADDITIO.

a Hoc dicit. † Item no. ex isto. §. Ang. de Are. hic in verbo omnino credendas. quòd licet lex vel statutum dicat omnino vel præcisè stari tali scripturæ vel relationi: nihilominus potest probari contrarium. † quod facit ad statuta quæ dictant stari debere iuramento alicuius, vt intelligantur, nisi pars velit probare contrarium, vt vult Bal. in l. j. C. de re iud. & Ias. de Aret & Ang & ibi latè Imo. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam infec. & scribo latè post Bar. in l. si quando. in fi. C. vnde vi. & ibi scribo fortius. quòd etiam post præstitum iuramentum potest probari contrarium, at habeat Cano in gl. c. ij. in verbo affectat de tempo. ordi. lu vi. & Bartol. in l. si cui. §. ijsdem. ff de accu. Sed aduerte, quia per istum text. in verbo omnimodo. ergo dubito circa cum gl. reputatam valde notabilem in cle. j. de fo. compe. quam alle. Imo. in d. §. qui damni. & scribo in d. l. si quando. quæ vult quòd quando lex vellet omnimodam fidem adhiberi iuramento, tunc non admittatur probatio in contrarium: istud videretur esse contra hunc tex. hic in verbo omnimodo. nisi dicas quòd ideo hoc fit, quia lex vlterius procedit, disponendo quòd admittatur probatio in contrarium: secus autem sit si lex simpliciter loquatur. Ias. May. [De verbo. omnino. Adde l. græce in §. illud. ff. de fideius. gl. in c. dudum. de conuer. coniug. gl. in c. quia sepe. de elec lib. vj.

3 Not. primò, † quòd stipulatio facta inter absentes, non valet nec tenet:[a] cum enim pro persona requiratur vt inter præsentes stipulatio concipiatur, omissio formæ vitiat actum l. j. ff de verbo. obli.

ADDITIO.

a Nec tenet. † Et ideo nec per epistolam nec per nuntiam contrahitur nec etiam alij contractus qui consensu celebrantur. sed in epistola bene possunt reiterari verba stipulationis. facit l. ea quæ. de do. inter virum & vxo. Ias. May.

5 Secundò not. quod † pro instrumento in dubio est præsumendum. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. l. cum precibus. C. de proba. Ideóque si in instrumento scriptum reperiatur, stipulationem inter præsentes fuisse conceptam, instrumento est standum quoad contrarium probatum fuerit. Item si in instrumento dicatur, Titius promisit Caio: quia intelligitur Caio. s. præsenti.[a] gl. est or. l. j C. de contrahen. & commit. stipu.[b]

ADDITIONES.

a Præsenti. Similiter statur instrumento asserenti aliquem esse talem, puta tutorem & c. † quia verba enuntiatiua in eis probant. l. optimam. Ideo probatur quòd quia sit fur, per instrumentum cantans illum furem. Ias. May.

C.de cont.& com.stipu. Et † sic verba enuntiatiua probant, quòd est verum inter contrahentes, vt no.in d.l.optimam & in c.cum olim extra.de censi.& extra.de offi.dele c.cum in iure.in gl.vlti. Melius in c.bonæ memoriæ, Maguntino & adde hic l.fin.& ibi Barto.C.si certum petatur. Ias. May.

Finaliter not. † modum probandi a negatiuam. Si enim instrumentum dicat.qualiter tibi in hac ciuitate hodie promisi mille, quòd non promiserim probare potero,si instrumenta vel testes produxero, quibus probauero me alio longiore loco fuisse. Et si dicas, negatiua per rerum naturam est improbabilis, [b] quia qui negat nil ponit, & super non ante fundari non possunt probationes ca. bonæ fidei.extra de elect. Respondetur, quòd illud est verum in negatiua coractata loco & tempore. Dico etiam si non directo, per indirectum tamen probare poterit, vt hic. Glossa super verbo absentes [c] ibi.§ eodem & hoc dixit Bar.quòd [d] † ille appellatur vicinus, cuius vox audiri potest si super ostio clamauerit, de quo in l.si tertius.ff.de aqua plu.arcen.

ADDITIONES.

a Probandi Negatiuam. Adde Fely.in c.ex tenore.col.iiij.extra de test. Præclarissimum.D.Io.Bap.de Ploti in l.si quando.nu.354. C.vnde vi. & Excellentissimũ D.Pet.Follerium in sua pra.cri.in ij.par.ij.par. prin. in versi.recipiantur defensiones.nu.31.Io.Bap.Ziller.

b Improbabilis. De probatione negatiuæ vide Bell.in repeti.rub. C.de eden.in illa quæstione an vxor amittat dotem pro adulterio, prope fin. vbi quærit an mulier possit probare se non commisisse adulterium.

c Verb.absentes. Ista gl.super verbo absentes.diuiditur in quatuor partes. In prima ad declarationem tex.ponit qui dicantur absentes. In secunda contra text.opp.& soluit. In tertia idem facit. In quarta eodem modo opponit contra tex.& dupliciter soluit. Secunda ibi,(sed contra est. Tertia ibi.(item contra ff.de pac.) Quarta & vltima ibi, (item contra.ff. de spon.) Et ad istam gl. de absente adde text.illum sing.in l.cum scimus. ad finem.C.de agri.& censi.& ibi Bart.Ias.May.

d Ille appellatur vicinus. Adde Bart.in l.iiij.in §.si causa vicinum.ff. de dam.infec.Bar.in l.si quis in grauar.in §.surdus.ff.ad Syl.Bal in rubri.ff.de re diui.in v.quæst.Pau.de Cast in l.fi.C.de his qui.vt indi.& per Pe.de Anch.in rep.ca.canonum statuta.qui consti. Qui sunt omni exceptione maiores. Adde gl.in c.j.de consan.& affi.Card.Zab.in c.mulier.de iure.iur.Barto.in l.admonendi.ff.e.Alex.de Imo.consi.xviij.inci.viso processu causæ vertentis inter Antoni.quondam Ioannis Berini.circa principio.in primo volu.

Glos.super verbo idoneos.in fine.colligitis ex glos.quòd † illi appellantur testes [a] idonei, qui sunt omni exceptione maiores: hoc est, contra quos nulla exceptio opponi potest, pro qua est casus in capitulo, licet causam.extra de probatio.

ADDITIO.

a Testes Idonei. † Qui dicantur testes idonei vel non vide Bal.in ca j. §.sacramenta.de contine.rec.feu.& no.infrà in c.innotuit.extra de testi. & est gl.sing.quæ hoc dicit.in c.j.de consangui.& affi.in gl in verbo maiores.in antiquis. Et ista gl.facit ad illud notabile domini Bal.in l.qui accusare.C.de eden.quod scribo post Barto.in l.admonendi.in princi.ff.de iure.Ias.May. Adde quod illi testes idonei & omni exceptiõe maiores dicuntur quibus nil opponi potest & quorum fides est indubitata. Alberic. de Rosa.in l.optimam.C.de contrahen. & com.stipu.& ibi Bal.& Ange. col.ij.Ab.Panor.in c.at si clerici.col.V.ver.quæro.vna cum gl.extra de iudic.& ibi Philip.Deci.col.xviij.ver.glo.in ver.legitima. Eundem Panor. in c.licet ex.j.ni.q.not.de consangui.& affi.& ibi Fely.ver.quis autem dicatur testis Alex.de Imo.in consi.xviij.inci.viso processu causæ vertentis circa princ.in j.vol.& in consi.cxlvj.inci.in causa col.pen.eo.vol.An. Barba.in consi.xlv.inci.scribitur bellissimè post prin.in j.vol.& in consi. liij.inci.illud afferam in medium.col iij.ver.tertiò promitto.ao volu.Bar. Cæpo.in consi.ij.causarum ciuili.inci.in causa matrimoniali.col.vi versi. quarta præsumptio.& consi.xxxij.causarum criminali.inci.quidam rustici videnti.col.iij.ver & licet iure.Ias.May.in consi.cliij.inci.in causa inquisitionis formatæ, aliàs incipit difficultas huius causæ.col.v.versi. clarum est autem.in ij.vol.Pet.Girar.in sing.lxx.inci.ad corroboratio.col.si. ver.ex prædictis.Hippoly.de Marsi.in l.j.§.si & ibi Alex.post Bart.ff. de quæstio.Matthæ.de Afflict.in consti. Regni Siciliæ incip. instrumentorum robur.in iij.no.col.antepen.& in constitu.si iudex.§.corruptelæ.eo. j.ver.qui autem sint testes.Fran.Curti.in l.admonendi.col.aiij.in fi.versi. veniamus igitur ad fallentias Bar.ff.de iureiur.& ibi Illustrem præceptorem meum D.Marcum Mantu.Benauidium.nu.256.Tho. Gram.in cons. xxxv.causarum criminali incip.in causa magni.Anto.nu.35.& 36.& Maria.Sozin.Iuno.in consil.xxix.incip.circa præsentem consultationem. nu.25.in ij.volu.& in consi.lxxxvj inci.disputatur in præsenti consultatione.nu.13.eo.volu.Io.de Arno.in commenta.xxaiij.Ludo. Careri.in repeti.l.obseruare curabis.in prin.nu.197.in paruis.C.quo appella non recipien.In signem conductum meum Do.Iacobum. Nouellum in pract. sua crimi.in inquisitione contra producentem.numeru.12.& Do.Iodo. Damhouderi.in pract.eiusdem materiæ capitulo primo. in fine Io.Bap, Zillettus.

Glos.super versiculo toto eo die [a] ibi.lege si qua Nota quod † in instrumento debet pro solennitate inseri dies: quod verum limitabis in instrumento publico, secus in instrumento priuato: vnde epistola sine die emanata fidem facit.lege cum debitor tabernam.§. idem quæsijt.digestis. de pigno.[b]

ADDITIONES.

a Toto eo die Ista glos.magna licet non diuidatur per Docto. tamen potest diuidi in sex partes prin. In prima colligit vnum notabile ex text. In secunda per modum quæstionis tacitè opponit contra tex.& soluit. In tertia eodem modo per quæstionem ad quam timore vnius contrarij dupliciter respondet. In quarta format quæstionem ad quam tenore huius contrarij dupliciter respondet. In quinta format aliam. q. In sexta & vlti.extendit istum tex. Secunda ibi,(sed quomodo hoc probabitur.) Tertia ibi,(item quomodo hoc est.) Quarta ibi,nunquid duo testes. Quinta ibi,(sed nil quid si aliqui testes.) Sexta & vl.ibi,(item quod dicit eo die.) Ias.May.

b ff.de pign. Adde † quòd ex instrumento inferuntur tres præsumptiones, scilicet quod sit verum, quod solenne, quòd verba prolata sint vera.l. cum precibus.C.de proba.& quod no Bal.in l.j.C.de rescin. vend.vide in §.fi.de fideius.vide Bal.in l.mater.C.de rei vendi.Ang.in l.sed si quis.§. fi.ff.si quis cau.& Bald.in rub.de priuile.dot.in vij.col. Qualiter autem priuata scriptura probet, dic vt per Barto. in lege nuda ratio.ff de dona.& aliquid dicitur in gl.Ias.May. [Adde Abb.& Io.de Imo.in ca.l.j.de fide instru.]

In ea.glos ibi.l.minus,no.ex glo.† quòd quemadmodum reus non tenetur edere instrumenta actori ad fundandam actionem suam, ita nec actor reo ad fundandam exceptionem. [a]

ADDITIO.

a Exceptionem. An actor cogatur edere instrumenta si requiratur à reo pro fundamento exceptionis & sic intentionis ipsius rei, vide etiam in l. admonendi.ff.de iureiur.Ias.May.

† Sed contra hanc gl.opp.& imo videtur quòd actor teneatur edere instrumenta reo ad fundandam exceptionem, [a] vnde oppon.de l.iustam.& d.l.non est nouum.C.de eden. Solu.dicunt aliqui, quòd ibi loquitur de rationibus in quibus continetur ratio dati & accepti: quas ideo tenetur actor exhibere, quia communes & rei & actoris appellantur: secus in instrumentis quæ propria sunt actoris.l. nimis graue.C.de testib. Sed hæc ratio non est bona: quia licet verba illarum.ll.loquantur de rationibus, ratio tamen quæ subijcitur etiam instrumenta complectitur, vt s.veri fides habeatur.ergo est tenenda etiam ad instrumenta: allego casum sing in l.nomen debitoris.§. finali.de leg.iij. & ideo hic communiter glo reprobatur: quia licet reus non teneatur edere instrumenta actori ad fundandam actionem, tamen tenetur actor edere reo ad fundandam exceptionem. Ratio, quia ex parte rei versatur æquitas defensionis.l. qui æquitate.de excep.do. ex parte actoris versatur rigor indignationis, ista fuit ratio Imperatoris in l.fi.C.de eden. Præterea est in potestate actoris quando agat, vnde armatus venire debet cum probationibus: non sic est in potestate rei quando conueniatur.l.pure,in fi.de exce.do.l.j.ff.de eden. Et eodem modo tenetur reus edere instrumenta actori ad replicationem fundandam.l.si maritus.§.fi.ff ad l.fal.quia in replicationibus actor reus dicitur. Et ideo non ob.si dicatur quod in iudicijs æquitas est seruanda, quia illud verum quando hinc inde est eadem ratiò disponendi, vt hic, & facit.l. fina. C.de fru.& li.expen.

ADDITIONES.

a Exceptionem. De hac materia editionis vide Bello.in d.repe.ru.C.de eden.per totum.

b De fru.& lit.expen. † Quid autem si reperiãtur duo instrumẽta contraria eodem tempore confecta, quod ipsorum præualebit? Dic si potest apparere de prioritate temporis, quod sit prius illud præualet secundum glos.in c.si ad sedem.de præben.in vj. Si verò non apparet, præualet fauorabilius, vt dotis.l.j.ff.solu.matri.si vtrunque est æquale, neutrum valet, vt not.gl.in d.l.optimam.C.de contrahen.& commit.stipu.Ias.May. Adde quòd si reperiuntur duo instrumenta eodem die cõfecta, vnum pro dote, aliud pro fisco, quòd eorum præferri debet: vide per Bald.in l.dotis. C.de iure do.Bal.in l.ex actionem.C.de dot.promis. Nico.de Neap.in l. quamuis.de priui.fis.

In ea.gl.ibi.tres no ex glos.quod † duo testes probantes per indirectũ cõtra instrumẽtũ, faciũt vacillare instrumẽtũ. quia probant affirmatiuã & etiã † voci viuæ magis creditur quã mortuæ.aut.sed si illud.C.de te. In ea.gl.ibi,tres ex hac gl.colligitis, † quod ad impugnandũ instrumentum cui dicecta con

cto contradicitur, requiruntur tres testes, & ita dicit glo. in l. in exercendis. & in c. cum Ioannes eremita. extra de fid. instr. Gl. in c. tertio loco. de proba. melius dixit, vt ista distinguatur. Aut est factum de antiquo, & tunc plus creditur instrumento quàm testibus, propter fragilitatem memoriæ. argumé. in l. Census & monumenta. ff. de proba. iuncta l. peregre. ff. de acquiren. poss. Aut est factum de recenti, & tunc magis credatur testibus, & sic voci viuæ quàm mortuæ. argu. in authen. sed si aliud. C. de fid. instru. Aliqui tamen dixere quod requiruntur quinque testes ad improbandum instrumentum publicum; nam notarius qui confecit instrumentum tanquam persona publica obtinet vicem duorum. d. c. cum Ioannes. Item instrumentum obtinet vocem duorum, & sic sunt quatuor. c. quoniam contra falsam. extra de prob. ergo ad illud impugnandum requiruntur quinque. Sed isti decipiuntur, quia enumerant bis idem: nam quod instrumentum publicum obtineat vicem duorum testium non prouenit ex virtute chartæ aut atramenti, sed ex virtute tabellionis.

ADDITIO.

a Ex hac glo. Tu adde notabiliter complures alios casus. Primus, est in testamentis. d. l. hac consultissima. licet secus in codicillis vel donatione causa mortis. l. fin. C. de codicil. Secundus in solutione facta creditori eius debiti quod erat in scriptis. l. testium. C. de testibus. Tertius est in confessione creditoris confitentis tale debitum sibi fore solutum vt d. l. Quartus est in diuortio, in quo requiruntur septem testes liberi rogati. l. nullum. ff. de diuortijs. Quintus, vbi quis vult cauté deponere & contractus excedit libram auri, & est priuata scriptura: nam tunc requiruntur tres testes, in authen. de fide instrumentorum. §. si quis igitur, colla. vj. in authen. & si contractus. C. de fide instru. Sextus, si depositarius compellitur ab vno ex hæredibus deponentis, quod restituat sibi partem suam pecuniæ sigillatæ penes reum depositæ: nam debet in præsentia iudicis vel honestarum personarum ad hoc vocatarum dissigillare: & hos casus vide in Specu. de testa. §. 4. ver. item quod non fiat. Ias. May.

a ☞ *Stipulatio collata post mortem stipulatoris, uel promissoris, non ualebat, hodie ualet, & numero 2.*

Stipulatio non ualebat iure ueteri, cuius executio collata fuerat in diem immediatè præcedentem mortem stipulatoris uel promissoris.

In his quæ coniunctim fiunt, non curatur quid sit prius, quid uerò posterius.

Præposteratio ordinis an & quando uitiet actum. & numero 6.

Statutum prius positum in uolumine statutorum intelligitur primo factum.

Statuta in dote non sunt ad cæteros actus trahenda.

Cautela ad priuandum filium sua legitima, & retinendum bona tempore uitæ ipsius patris.

§. POST MORTEM. Stipulatio potest concipi post mortem stipulatoris & promissoris, item die immediate præcedenti mortem vtriusque, licet aliud statuisset antiquitas. Et oratio præpostera non vitiat contractum, quemadmodum nec promissionem dotis. h. d. Not. primò † iure veteri non tenuisse stipulationem, cuius executio collata est post mortem stipulatoris vel promissoris. Et potuerunt veteres ratione mouerit: quia huiusmodi executio impossibilis videbatur, quia nec mortuo dari poterat: nec à mortuo præstari: mors enim omnia soluit. §. deinceps. auth. de nupt. vidistis suprà de l. fusia Caninia.

ADDITIO.

Ratione Ista ratio non placet mihi, quia videtur ei obstare versi. ita autem infrà eo. vnde potest assignare rationem quam in simili assignat suprà de bo. poss. in princ. Ias. May.

Not. † huiusmodi stipulationem iure isto valere: quia licet nec mortuo nec à mortuo dari possit, tamen hæredi & ab hærede mortui dari potest: vnde cum stipulationes possint incipere ab hærede & contra hæredem, vi l. j. C. vt actio. ab hære. ideo rectè statutum est huiusmodi stipulationem valere & tenere. a

ADDITIO.

Et tenere. Concordat suprà de leg. §. post mortem. Quid de fideicommisso relicto post mortem hæredis filij impuberis? vide Salyc. in d. l. j. Ias. May.

Not. † etiam stipulationem non valuisse iure veteri, cuius executio collata fuerat in diem immediate præcedentem mortem a stipulatoris vel promissoris. Et potuit esse ratio, a quia illa dies erat penitus incerta: quis enim scire debet quo die stipulator, quóue promissor moriatur? ergo dies immediate morté præcedentis notitia haberi non potest, sed tamen quia huiusmodi stipulatio potest habere exitum in persona hæredum statutum est iure nouo huiusmodi stipulationem tenere.

ADDITIO.

a Esse ratio. Dubito ad hanc rationem, propter ver. ita autem. infrà eod. cum nihil sit incertius hora mortis. l. j. & l. hæres meus. in princ. ff. de condi. & demonstr. Ias. May.

Not. etiam, stipulationes causari ex consensu contrahentium: quod tamen intellige, forma legitima interueniente suprà de verbo. oblig. in princ. Not. in ver. item si quis. orationé a præposteram, a non vitiare constitutionem dotis, stipulationé, 4 nec alium contractum: quia † in his quæ coniunctim fiunt, non curatur quid prius, quidue posterius. l. quidam ita. de pec. le. 5 † & propterea si talis ordo præposterus in diuersis actibus committeretur, certe actus actum vitiaret. l. j. C. de exec. rei iudi. Et eodem modo si ordo requireretur pro forma & substantia actus, præposteratio talis actum vitiaret. l. . de verbor. obligat. l. prolatam. C. de senten. & interlo. omn. iudi. authen. offeratur. C. de lit. contesta. de quo in l. præposteri. C. de test. in l. iij. §. si prius. de vulg. & pu. in l. nec enim. de solu.

ADDITIO.

a Præposteram. † An præposteratio ordinis requisiti pro forma in ali6 quo actu vitiet actum vel ne, vide de hoc etiam suprà de pup. substi. §. 7 fin. In dubio debet tamen attendi ordo scripturæ. † Vnde statutū prius positum in volumine statutorum, intelligitur primo factum. §. ita tamen. & ibi Docto. in prima constitu. C. l. ij de vul. & pup. & est text. in l. generaliter. §. quid ergo ff. de fideicom. lib. Ias May. Attendi quòd in dubio debeat ordo scripturæ. Adde Panor. in l. j. in § prins. ff. de vulga. pup. Bart. in l. mihi. ff. de solu. Bald & Albe de Rosa. in proœ. C. Bald. in l. ambiguitates. C. de testa Sal. in l. præposteri. C. de testi. Ioann. de Imol. in l. si communis seruus. de stipul. seruo. Archi. in c. statuimus. de offic. deleg. libr. vi. Car in c. cum dilecta. de rescript. Domi. in c. quia pontificali. in fin. de offic. dele. libr. vj.

8 † Not. statuta in dote non esse trahenda ad cæteros actus: sed ideo hic trahuntur, quia ex auctoritate instrumentorum hoc statutum est, non autem ex propria aut interpretatione, aut ratione. Ideóque statutum loquens de contractu dotis, & super eo aliquid fauorabiliter disponens, non est ad cæteros contractus extendendum. Not. in ver. ita autem stipulationem cuius executio est collata in tempus mortis stipulatoris vel promissoris, iure veteri valuisse, hodiéque tenere. quod verum arbitrarer, quando stipulatio aliquid contineret quod posset exequi, puta dari, alioquin ratione impossibilitatis vitiaretur: argu. in l. fin. ff. de condi. inst. Finaliter not. stipulationem cuius executio post mortem alterius est collata valere & tenere omni a iure. a

ADDITIO.

8 Omni iure. Not. † stipulationem ita posse concipi vt habeat effe9 ctum solum post mortem promissoris. Et hic sumunt quidam cautelá, mediante: quia quis potest priuare filium suum sua legitima, & sibi retinere bona donec viuit, scilicet vt vendat omnia bona & promittat tradere illa post mortem ipsiusmet venditoris: nam tale debitum quod habet effectum post mortem promissoris, censetur esse alienum. l. hæreditarium. de bonis auct. iudi. pos. ideo erit detrahendum ante legitimam filij. iuxta not. suprà ad l. falc. §. fin. Si tamen apparet de fraude, filius rescindit venditionem respectu suæ legitimæ tantum, & non aliter secundum Barto. in l. hæreditarium. Sed an sufficiat si pater confiteatur habuisse pretium? Videtur quòd non. arg. authen. sed iam necesse. C. de do. ante nupt. vbi Barto. dicit, quòd quando in cessione non apparet de reali solutione, præsumitur simulata. facit quòd not. per eum. in l. post contractum. de donationi. Ias. May.

1 ☞ *Verbum, promisit, est aptum comprehendere omnem stipulationē.*

2 *Instrumentum continens aliquem promisisse, intelligitur per stipulationem.*

3 *Instrumentum continens aliquem fideiussisse, intelligitur interrogatione præcedente, & responsione subsequete.*

4 *Stipulationes tot sunt quot res.*

5 *Instrumentū si dicat aliquem promisisse, aliud est, aliud si testes deponāt.*

6 *Actus solennitas in dubio præsumitur, & ista præsumptio transfert onus probandi in aduersarium non esse factam stipulationem. & numero 7. 8. 9. & 11.*

10 *Solennitas intrinseca quæ propriè dicatur & quæ extrinseca.*

12 *Instrumento facienti mentionem de alio actu an standum sit.*

13 *Mulier si dicatur in in instrumento renuntiasse Velleiano, uel minor renuntiasse restitutioni, an dicantur certiorati de beneficio Velleiani & ætatis.*

§. SI SCRIPTVM. a Solennitas quam verborum conceptio comprehendit, vel apta est comprehendere, in dubio præsumitur. b. d. Not. primò summarium. Secundò nota, 1 quòd † verbum, promisit, est aptum comprehendere solemnem stipulationem. concor. l. sciendum. ff. de verb. obli. faciunt quæ habentur in l. j. ff. de pact. b

ADDITIONES.

a Si scriptum. Adde Fortuni. Garzi. in l. j. col. x ff. de pact. vbi habes huius text. subtilem intelligentiam. Ziletus.

b ff. de pact. Secus est in verbo, conuenit. l. lecta. ff. si cert. peta. & ibi vide omnino Barto. in iij. col. Ias. May.

2 Not. subsequenter † quòd si in instrumento reperiatur scriptum aliquem promisisse, debet intelligi nudo pacto, sed stipulatione solenni: quia semper interpretatio est fienda in causa potentiori, & vt actus sit in tuto, non autem vt pereat. l. quoties. de verbo. oblig. de re. dub. & de re. iuris. 3 † Eodem modo si in instrumento reperiatur aliquem scriptum fideiussisse, debet intelligi interrogatione præcedente, & responsione subsequente. §. fin. infrà titu. j. quia ista est solennitas intrinseca actui fideiubendi, quam & hoc verbum fideiussisse, ex propria natura complectitur. l. blanditus. C. de fideius. Not. ex versic. quodes. quod si stipulator promissorem de pluribus verbis interrogauerit, illeque simpliciter datitum responderit, nulla facta mentione rerum, ad omnes respondisse intelligitur, & ad omnes a tenebitur. a Si autem ad quasdam respondeat, pro illis solum 4 obligatur, & stipulatio tenet, non autem vitiatur. nam † cum tot sint stipulationes quot sunt res, non licet vni per aliam vitiari. l. scire debemus. iuncta l. j. §. si stipulanti. de verbo. oblig.

ADDITIO.

a Tenebitur. Hoc verum quando in stipulatione sunt plures res per per copulam, Et. coniunctæ. secus si stipulatio esset alternatiua, nisi in summis, vt not. glo. in §. præterea. suprà eo. Ias. May.

5 Gl. super ver. scriptum. in fin. not. † differentiam inter testes & instrumenta, quia verbum, promisisse, prolatum à teste, non intelligitur interrogatione præcedente, & responsione subsequente. Secus si à tabellione: quia in tabellione præsumitur scientia iuris, in teste nequaquam: quæ ratio non placuit Barto. quia sæpenumero euenit vt testes sint iurisperiti, & sæpenumero contingit vt tabelliones sint iurisperiti. Propterea ipse assignat aliam rationem. Nam quod verbum, promisisse, complectitur solennitatem stipulationis, interrogationem, scilicet præcessisse, & responsionem subsecutam fuisse, prouenit ex ratione intellectuali, quia ita conceptus intellectus indicat. Sed testes non audiuntur deponentes super eo quod percipiunt per intellectum ratione intellectus, sed super eo quòd percipiunt sensu corporeo ab extra declarato. l. qui testamento. §. fi. de testa. l. testium. C. de testi. vnde dictum suum non probat. Ab ex-6 tra opp. contra text. Dicitur hic in text. quòd † solennitas actus in dubio præsumitur. Sed contra oppo. & videtur quòd solennitas non præsumatur: vnde oppo. de §. pretium. infrà de contrahen. empt. Solu. Dixere Doctores. Quædam est solennitas formalis, vt quod in stipulatione præcedat interrogatio, & sequatur responsio: ex ista bene præsumitur, vt hic, & in §. fin. ti. j. & l. sciendum de verbo. obliga. Quædam est solennitas materialis, vt quòd pretium sit in pecunia numerata consistens, in contractu emptionis interueniat: sed ista solennitas non præsumitur: ita loquitur contrarium. Ratio: nam cum pretium sit variabile ex voluntate & potestate emptoris & venditoris. l. ij. si. eum l. seq. ff. de eo quod cer. lo. l. pretia rerum. ff. ad l. falci. super hoc subiecto variabili lex præsumptionem inducere non a potuit. a sed solennitas formalis vna est semper & certa, nimirum si lex potuit circa eam operari.

ADDITIO.

a Non potuit. † Et ista est præsumptio transfert onus probandi non 7 esse factam stipulationem, in aduersarium, qui poterit probare per testes contrarium, & tamen si probet non interuenisse stipulationem, per hoc non redditur instrumentum falsum, quia potuit esse stipulatio, licet inutilis, vt voluit glo. singulariter in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. Secus si hæc verba promitto præferantur apertè, vt hic in gl. & habetur per Bart. in l. sciendum. de verb. obliga. Ias. May.

8 Sed † iterum oppo. & videtur quòd solennitas a non præsumitur. Vnde oppo. de l. quæcunque. §. fin. ff. de publi. Solu. Quædam est solennitas extrinseca proueniens ex natura actus & aptitudine verborum, & illa semper præsumitur & loquitur contrarium, Sed iterum oppo. & videtur quod solennitas extrinseca præsumatur vnde oppo. de l. ab ea parte. ff. de proba. Solu. illa non est solennitas extrinseca, sed intrinseca ad substantiam actus, quam etiam importat natura verbi, emancipatus. Et si dixeris, nonne de substantia venditionis habitæ à pupillo requiritur solénitas interuentus tutoris? Respódeo, quòd illud non prouenit ex natura contractus, sed ex priuilegio personæ, iure quodam singulari inuento: hoc enim verbum, vendidit, verificatur ex interuentu rei, pretij, & persona vendentis, & persona ementis.

ADDITIO.

a Solennitas. † De hoc an solennitas extrinseca præsumatur vel ne, 9 vide in d. l. quæcunque. §. fin. de publi & quod not. in l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. igno. & per Inno. in c. innotuit. extra de eo qui fur. ord. susce. & in d. l. sciendum. Adde ad euidentiam præmissorum, quòd 10 † solénitas intrinseca propriè dicitur illa, quam natura verborum prolatorum comprehendit, vel est apta comprehendere, vt fideiussio, stipulatio, quæ de sui natura comprehendunt interrogationem præcessisse, & responsionem subsecutam esse. l. j. de verbo. oblig. Extrinseca est, quam natura verborum prolatorum non comprehendit, vt interpositio decreti, auctoritas tutoris, subhastatio rei, similia secundum Barto. in l. sciendum de verbo oblig. & concludit, an & quando solennitas debita præsumatur interfuisse & primo de solennitate extrinseca quòd non præsumitur intercessisse nisi probetur. l. quæcunque. § fin. de pu. Fallit quando de solennitate fit mentio in instrumento, & est solennitas quæ tunc temporis potuit interuenire, scilicet tempore confecti instrumenti. vt cum dicitur in scriptura, præcedente tractatu collegij & deliberatione inter eos: vel dicitur præstita satisdatione facta: tunc talis solennitas præsumitur, vt d. l. sciendum. & l. j. C. de fid. instru. & iure hastæ fiscalis. lib. x. Et ita posset intelligi hic. Secus si tempore confecti instrumenti non posset interuenire subhastatio rei. dictis iuribus. Secundò fallit, quando de solennitate fit mentio inter easdem personas, quia inter eas probat, & hoc etiam si tempore confecti instrumenti non posset interuenire. l. optimam. C. de contrahen. & commi. stip. quod limita verum, si esset talis solennitas cui partes possent renunciare, aliàs secus, vt in beneficio restitutionis in integrum, cui non potest renuntiari. l. si index. ff. de minoribus. Ias. May.

11 Sed † opponitur & videtur quod solennitas extrinseca: vnde oppo. de l. j. C. de fide instru. libr. x. Solut. Ibi loquitur quando instrumentum asserebat solennitatem extrinsecam interuenisse, quo casu illa præsumitur, quia instrumento statur a quoad contrarium probetur. vidistis suprà in §. item verborum. quod verum est quando talis solennitas de qua notarius attestatur potuerit interuenire tempore confecti instrumenti, aliàs secus. de quo per Bart. in l. sciendum. de verbo. obliga.

ADDITIO.

a Statur. Adde tu, quòd † statur instrumento facienti mentionem de 12 alio actu, si tempore confectionis instrumenti non fuit possibile talem actum interuenire, vt si dicatur, in alienatione rei minoris interuenisse subhastationem legitimæ &c. nam nó creditur de subhastatione quod interuenit, sed de debito sic, quòd talis subhastatio non potuit tunc interuenire, sed xx. diebus debet stare in subhastatione, vt not. glo. in l. j. C. de iure hastæ fiscalis lib. x. & sic non præsumitur nisi inter personas. l. optimam C. de contrahen & commit. stipu. si tamen sit talis solennitas, cui partes possint renuntiare l. doli. de noua. Et quæ sit solennitas extrinseca, dic vt per Bart. in d. l. sciendum. Ias. May.

13 Finaliter quæritur, pone † quòd mulier fideiussit pro aliquo, a vel etiá minor, & reperiatur scriptú in instrumento qualiter mulier renuntiauit beneficio Velleiani. núquid præsumatur certiorata? vel etiá si minor renuntiauerit beneficio ætatis, nunquid præsumatur certioratus. b quale sit hoc ætatis beneficium? Dicite quòd non. glo. est ordi. in l. sciendum. de verbor. obliga. Et ita cauté tabelliones dicunt in instrumento. Quæ quidem per me notarium certiorata de beneficio ei competenti renuntiauit. Addite prædictis, quod minor xxv. annis non potest renuntiare beneficio ætatis, hoc est, beneficio restitutionis in integrum, glo. est in l. si iudex circumuento. ff. de mino. l. iij. C. si minor se maiorem dixerit.

Pœna

ADDITIONES.

a Mulier fide iuſsit. Adde an mulier fideiubens pro aliquo obligatur. vide text. per glo. in c. ex reſcripto de iureiuran. cap. non ſolent. 22. q. vj. Barto in l. qui ſatisdare ff. de fideiuſſo.

b Certioratus. De hac certiora ratione maioris & renunciatione, Vide Bellu. conſi. xviij nu. 8. & per totum.

1 *Pœna an peti poßit, ſi non tenet principalis obligatio.*
2 *Stipulari poteſt etiam uerbis directis pijs locis, cauſæ piæ, uel pauperibus abſentibus. & nu. 7.*
3 *Alteri ſtipulari nemo poteſt.*
4 *Stipulatio alteri facta iuramento ualata tenet.*
5 *Stipulationes quare inuentæ.*
6 *Lex prouidit in caſu neceſſario.*
8 *Stipulatio alteri facta metu pœnæ ſeruatur.*
9 *Acceſſorium & pœnale non conualidat ſuum principale.*
10 *Stipulatio alteri facta quando ualeat.*
11 *Stipulatio in qua factum alienum deducitur non ualet.*
12 *Tutor ſtipulando pupillo poteſt conferre non ſolum uerba executiua, ſed etiam obligatiua in perſona pupilli ſui.*
13 *Pœna appoſita à prætore non committitur ſi aduerſarij non interſit.*
14 *Pœna ubi apponitur non conſideratur an interſit, fallit in caſibus de quibus hic.*
15 *Pœna conuentionalis poteſt excedere quadruplum ex diſpoſitione contrahentium.*
16 *Pœna conuentionalis an poßit excedere quadruplum. & numero 17. & 8.*

a §. ALTERI STIPVLARI. Diuiditur a in duas partes. Nam in prima ponit dictum & ratio. In ſecunda conſilium cum ratione. Secunda ibi, (planè.) & h. d. Stipulatio alteri facta non valet, niſi ſtipulatoris interſit. ideóque optimum eſt pœ-
b nam adijcere, b non vt ſtipulatio validetur, ſed vt metu pœnæ
c eidem pareatur. c

ADDITIONES.

a Diuiditur. Poteſt diuidi in quatuor partes principales. In prima ponitur regula. In ſecunda, ratio regulæ. In tertia, conſilium. In quarta exceptio à regula. Secunda ibi, (inuentæ ſunt enim) Tertia ibi, (planè ſi quis velit.) Quarta ibi, (ſed ſi quis ſtipuletur.) Vel diuide vt hic per Ioan. Fab. Iaſ. May.

Adijcere. † Quæritur, ſi non tenet principalis obligatio quomodo petitur pœna? quia vbi nulla petitio, ibi nulla mora. l. nulla. ff. de regul. iur. glo. in d. §. alteri. dicit, quòd de facto promiſſor conteſtabitur litem ſuper pœna. Tu dic, quòd imò conſtituitur in mora per euentum condi. præcedente interpellatione: nam interpellatio licet non conſtituat promiſſorem in mora, quia nulla eſt petitio, & per conſequens nulla mora, tamen conſtituit & facit verificari conditionem pœnalis ſtipulationis poſt eius conditionis euentum, id eſt moræ commiſſæ poſt interpellationem poteſt lis conteſtari ſuper pœna & petitione, & hoc innuit hic text. ibi planè.

Pareatur. † No. caſum in quo alteri per alterum poteſt acquiri & potes alteri quis ſtipulari etiam verbis directis inter abſentes, puta quando quis ſtipulatur pijs locis vel pauperibus: nam valet talis ſtipulatio. iſta eſt glo. ordi. quam dicit Bald. in authen. qui rem, C. de ſac. ſan. eccle. alibi non reperiri. j. q. vij. c. quoties cordis oculus. & ibi eſt caſus quòd de iure canonico inſtitutio alteri facta valet: & vide Bart. in extrauagá. ad reprimendam. in verbo, per damnationem. De materia huius. §. vide aliquid in l. poſt venditionem, C. de pact. & no. in l. ſi res. C. ad exhibendum. & ibi vide & in §. ſi quis. alij. ſuprà eo. Iaſ May.

Not. primò, † neminem poſſet alteri ſtipulari. concor. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. obliga. † quod vnum limitate ſingulariter, a niſi huiuſmodi ſtipulatio fuiſſet iuramento valata: quia tunc cum iuramento promiſsio Deo facta videatur ſtipulatio, valeret. ita dicunt Cano. in c. debitores. extrà de iureiu. Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. † Secundò not. rationem, quia ſtipulationes ad hoc inuentæ ſunt, vt quis ſtipuletur quòd ſua interſit: cum ergo alteri dari vel fieri non interſit, remanet ſtipulatio nulla. Ratio rationis, quia quis non debet abſens beneficio legis vti: † lex enim ſolū prouidet in caſu neceſſario. l. j. §. hoc reſcripto. de ven. inſpi. & facit d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri.

ADDITIO.

Singulariter. † Item limita ſingulariter, niſi quis ſtipuletur pro pauperibus, & loco pio, & cauſa pia. quia quilibet etiam extraneus poteſt pro talibus perſonis ſtipulari vt, eſt gl. ſing. j. q. ij. c. quoties cordis oculus. quam pro ſingulari allegat Ange. de Arec. in §. cum autem. inſti. de adop. & vide ſuprà in margine. & Ange. hic. Item limitatur iſte text. ſecundum glo. & Barto. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. de verbo. obligat. quos refert Ange. de Are. in §. ſed & ſi quis. infrà eo. vt eſt tex. qui procedit quando verba obligatiua & executiua ſunt collata in perſonam alterius, quia tunc ſecundum Ange. valet ſtipulatio ſi intereſt ſtipulantis quod videtur indubitatum, Forte idem etiam ſi non intereſſet per text. in l. fin. ff. ſi cert. peta. dub. eo tamen per rationem huius text. & gl. hoc in multis locis tenet contra Iaſ. May.

No. tertiò cōſilium, quod in ſtipulatione alterius facta pœ-
8 na ſubijcitur. Et † no. ale quòd iſta adiectio pœnæ non valet va-
a lidare ſtipulationem præcedentem, a ſed operatur vt metu pœnæ idem pareatur ſimiliter habetur in l. j. C. de arb.

ADDITIO.

a Præcedentem. † Quia acceſſorium & pœnale non habet conualidare ſuum principale. l. quod per manus ff. de iure cod. & hoc quòd iſte dicit hic, dicit etiam gl. hic paruula in verbo, ſtipulatio. Et not ad iſtum text. quòd non ſufficit intereſſe ratione ſolius conſanguinitatis, glo. in l. fideiuſſoris ff. de pact. & expreſsius in l. iij. § ſed ſi forte. ff. iudicatum ſolui. ſecundum Nicol. hic, qui dicit ſe audiuiſſe primam allegari pro ſingulari. Iaſ May.

10 Not. etiam, † quòd ſtipulatio alteri facta valet & tenet, quando ſtipulatoris intereſt illam executioni demādari. Ratio, quia hic adeſt cauſa finalis, propter quam modus ſtipulandi adhibendus eſt, quia quis ſtipulatur quod ſua intereſt. Ex hoc infero, quòd ſtipulatio valet in caſibus hic poſitis in litera: valet enim ſtipulatio facta pupillo, ne ſtipulator finita tutela conueniatur. valet ſtipulatio facta creditori, vt debitor ab actione perſonali liberetur, & rerum obligatio tollatur: valet ſtipulatio facta procuratori, quia hoc cedit in vtilitatem domini. Item
11 not. † quod non valet ſtipulatio in qua deducitur factum alienum concor. l. ſtipulatio iſta habere licere, in princ. de verbor. oblig. quia hic deducitur id quod eſt in commercio noſtro.

a Glo. ſuper verb. ſupradictum. a

ADDITIO.

a Supradictum. In glo. in verbo, ſupradictum. licet non diuidatur per Docto. poteſt tamen diuidi in tres partes principales. In prima ponit concordantes & fallentias remiſsiuè. In ſecunda, per modum notabilis ad declarationem huius text. ponit vnam diſtinctionem. In tertia & vltima, eodem modo ad declarationem huius text. per modum notabilis ponit ſubdiſtinctionem. Secunda ibi, (& not hic quòd tribus modis.) Tertia ibi, (item not. quòd hoc vltimo caſu.) Iaſ May.

In ea. gl. ibi, vt hic dicitur. intellige quod eſt neceſſaria pœna, non quòd virtute pœnæ ſtipulatio alteri facta valeat, ſed vt
a metu pœnæ ſtipulatio executioni demandetur a argu. in l. j. C. de arbi. Similè dicimus in iuramēto. c. debito, extra de iureiur.

ADDITIO.

a Demandetur. Ita not. gl. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & §. ſi inſulam. & hoc ideò quia iſta ſtipulatio eſt præter legem, quia lex non reſiſtit nec aſsiſtit: vel ſi reſiſteret, ſi non valet principale nec pœna. Iaſ. May.

12 In ea. glo. ibi, ſtipulatur &c. † Not. ex glo. quòd tutor ſtipulando pupillo poteſt conferre non ſolum in verba executiua, ſed etiam verba obligatiua in perſonam pupilli ſui, hoc modo: Promittis pupillo meo, (ecce verba obligatiua.) quòd dabis illi centum? (ecce verba executiua. Aliqui dixere, quòd licet verba executiua poſsint conferri in perſonam pupilli, verba tamē obligatiua in perſonam tutoris ſunt proferenda: ſed opin. glo. eſt communior per l. eum qui. §. Iul. ff. de conſti. pe. de quo in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. oblig. Gl. ſuper verbo, etiam
a ei. a ibi, dicit. Hæc communiter approbatur, † vt pœna appoſita
13 à prætore nō committatur ſi aduerſarij non interſit: quia prætor habet æquitatem ante oculos, vnde non patitur pœnam committi niſi quatenus intereſſe videatur. facit l. quod ſi Ephe. ff. de eo quod cer. lo. At hic loquitur in pœna conuentionali, cui conuentioni partes formam tribuunt. l. ſtipulationes. l. in conditionalibus. ff. de verbo. oblig. Vnde prætor ius quæſitum partibus ex prouiſione ſua tollere non poteſt. no. in l. j. C. ſi aduer. vendi. Sed contra prædicta oppo. quòd pœna conuencionalis non committatur, niſi ſtipulatoris interſit. vnde oppo. de l. ij. de verb. obligat. Solu. Aliquando pœna apponitur in contractu loco contemptus. Aliquando ponitur loco intereſſe. Priore caſu pœna committitur aut ſi ſtipulatoris non interſit, vt hic, & l. cum pœna. ff. de arbi. Aliquando apponitur loco intereſſe, & tunc pœna committitur niſi interſit: & ita loquitur contrarium. Sed rurſus contra oppo. & videtur quòd ſi pœna fuerit appoſita loco intereſſe, quòd pœna committatur. licet non interſit: vnde oppo. de l. fina. ff. de præ-

to.stipu. Sol. dixit Petr. Aliquando pœna est apposita loco interesse,& nullo modo interest,& tunc pœna non committitur: ita loquuntur supradicta. Aliquando interest, sed dubitatur in quanto,& tunc pœna debetur, quia intantum interesse præsumitur, quanti est pœna in stipulatione deducta, ita loquitur l. fi. suprà alleg.

ADDITIO.

a 14 Etiam ei.† Ex ista glo. habes notare, quòd licet dicatur quòd vbi apponitur pœna non consideramus an intersit, vt hic, & l.ij. §. si tamen. ff. eod. quòd hoc fallit quando quis conueniret per indirectum, per quam conuentionem debet committi pœna, quo casu non aliter committitur nisi intersit. l. aduersus. in fin. in ea alleg. Secundò fallit in pœna prætoria. l. j. §. fi. ff. si quis ius di. non obst. Fallit etiam vbi pœna est promissa per pactum incontinenti, quia nisi intersit dicitur vsura. vt in glo. seq. Et quando pœna dicatur esse adiecta in fraudem vsurarum, vel ne, dic vt per Angel. in dict. §. alteri. & Bald. in capit. cum alleg. de vsur. Ias. May.

a Glo. super verbo, quantitas. a

ADDITIO.

a Quantitas. Ista gl. habet quatuor partes, prout quatuor ponuntur opi. Secunda ibi, (alij vt M.) Tertia ibi, (alij vt Io.) quarta ibi, (alij dicunt.) Prima pars principalis subdiuiditur in duas. In prima ponitur opi. Azo. In secunda contra eam tripliciter oppo. Secunda ibi, (sed cōtra hoc est.) Ias. May.

15 In ea glo. ibi solue vt ibi. Dicite,† quòd ibi loquimur in pœna legali quæ non excedit quadruplum. sed nos loquimur in pœna conuentionali quæ potest excedere quadruplum ex dispositione contrahentium: mitius enim agitur cum lege quam cum homine. l. si cum dies. §. si cum. l. seq. ff. de arbi.

16 In ea. glo. in fin.† Si quæratur, an possit excedere quadruplum, dicere: Aut loquimur in pœna apposita à lege, & tunc illa non excedit quadruplum. §. omnes. infrà de actio. Aut loquimur in pœna apposita ab homine, & hic multi multa dixere.

a Sed illa est vera opin. a & communior, vt ita distinguatur: Aut ista pœna est promissa sub expressione taxatæ quantitatis, puta, Promittis scribere librum, & si non feceris promittis mille nomine pœnæ? & tunc talis stipulatio pœnæ valeat & teneat, vt hic, & l. stipulatio ista. §. alteri. de verbor. obliga. Aut ista pœna non est promissa sub expressione certæ & determinatæ quantitatis, sed per nomina multiplicatiua, puta triplum, quadruplum, duplum, & tunc non potest excedere duplum. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & ista est ratio differentiæ: quia priore casu non potest captari promissor, quia certum est quid ipse promittat. posteriore verò casu bene captari potest, quia non est certum interesse quòd duplicari aut triplicari debeat. idcóque ad duplum est pœna moderata. de quo in d. l.

b vnica. & in l. xij. de verbo. obliga. b

ADDITIONES.

a 17 Est vera opinio. † Adde inquantum suprà dicitur. sed hæc est vera opi. Dic tu melius, quòd hoc casu quando est apposita pœna per hæc verba multiplicatiua, tunc aut adiungitur talis pœna super verbo de præsenti, vt puta, promittis dare centum ad Pasca, & si non deberis, pro mutis dare duplū? & tunc potest ista pœna apponi in infinitū, sicut in præcedenti casu. ita sentit glo. in d. l. si dictum. Aut ista pœna est apposita super eo quod de præsenti est incertum, vt, promittis de euictione sub pœna dupli ei quod mea interesset? & tunc non poterit excedere duplum, vt hic, vel quadruplum. & adde not. in Spec. in titu. de empt. & vendi. §. j. ver. sub pœna dupli. Ias. May.

b 18 De verb. oblig. † Et aduerte, dum glo. ista respondet ad l. mulier. §. penulti. & dicit, quòd dum ibi dicitur quòd pœna non potest excedere duplum, nisi agatur expressè inter partes vsque ad quadruplum, & dicit quòd ibi est speciale fauore matrimonij, vt pœna ad infinitum excedat, caué, quia imo videtur odium matrimonij: nam si pœna posset excedere matrimonia, metu maioris pœnæ melius sortirétur effectum. Cogita. Ias. May.

Gl. super verbo, procuratur. in fin. Et hæc opin. vltima scilicet, vt certi condictio pro interesse præstando intentari possit, est verior, & denique communior: de quo dixi pleneè suprà quib. mod. re contrahi. oblig. ideo non repeto.

1 ☞ *Nemo potest stipulari rem suam sibi tradi, sed bene dari.*
2 *Emptio rei suæ non ualet.*
3 *Dissensus in re promissa uitiat stipulationem.*
4 *Stipulatio turpis uel ex turpi causa descendens non ualet.*
5 *Stipulatio potest appellari turpis tribus modis.*
6 *Multa expressa nocent, quæ non expressa non nocent.*
7 *Promissum iudici ut sententiam in causa qua quis fouet iustitiam ferat, an repeti possit.*
8 *Promissio facta alicui ut iudicet res non ualet.*
9 *Promissio scholaris facta mulieri ut secum rem habeat an habeat.*
10 *Spes conditionalis stipulationis transmittitur ad heredes stipulatoris & promissoris.*
11 *Spes institutionis uel legati conditionalis ad heredes non transmittitur.*
12 *Promittens dare certo tempore, conueniri non potest, nisi totum tempus sit elapsum.*
13 *Contractus intelliguntur secundum mentem & declarationem promissoris.*
14 *In iudicijs fit interpretatio ex mente libellantis.*
15 *Promittens cum potero, uel cum commodum fuerit intelligitur salua dignitate.*

§. ITEM NEMO. Non summatur breuius. Not. pri-

1 mò,† neminem posse stipulari rem suam in casu quo erat sua. a

a Ratio, quia quod meum est, amplius meum fieri non potest. §. sic itaque. infrà de actio. Secus esset si stipularer rem meam mihi tradi siue restitui: quia huiusmodi promissio respicit possessionem, non dominium l. nemo. de verbo. obliga. Item si stipularer rem meam dari in casu quo desierit esse mea, valet stipulatio: quia confertur in tempus quo stipulatio vires potest habere. l. si rem meam. ff. de verbo. obliga.

ADDITIO.

a 2 Erat sua. † Similiter non valet emptio rei suæ. l. existimo. de contrahen. empt. & l. nemo rem suam de verbo. obli. Idem si stipuletur rem suam si nauis ex Asia venerit, & tempore euenientis conditioni non fiat mea. l. nemo. ff de verbo. oblig. Ias. May.

3 Not. ex §. si de alia, quod† dissensus in re promissa habet vitiare stipulationem, cum ipsa stipulatio remaneret euacuata consensu contrahentium, & ideo nulla. l. j. ff. de verb. obligatio.

4 Not. ex §. quod turpi. quod † stipulatio quæ continet in se turpe, puta, promittis facere homicidium vel adulterium, est nulla: quia materia ex qua fabricatur, est inepta, & ideo actus nullus. con. l. generaliter. & l. veluti. ff. de verbor. obligat. Et idem dixit hic glo. nostra, si stipulatio non contineret in se turpe, sed fieret ob turpem causam, puta, promitto tibi dare mille vt facias homicidium. ista stipulatio licet non contineat in se turpe, tamen quia fit ob turpem causam, est nulla. cui sententiæ aduersari videtur. l. dolo vel metu. C. de inuti. stipu. Ideo vos di-

5 cite, quod † stipulatio potest appellari turpis tribus modis. Primò turpis, quia turpiter est orta. nam dolo vel metu inductus fuit ad promittendum: & hoc casu mero iure valet & tenet, sed euacuatur exceptione doli vel metus, vel etiam rescinditur per iudicis officium. l. si dolo, C. de inuti. stipu. l. interpositas. C. de transic. l. fi. §. j. ff. quod me. cau. habetur in l. eleganter. ff. de dolo. Secundò modo dicitur turpis ex parte materiæ, quia continet in se turpe, puta promittis committere furtum, adulterium, vel homicidium: & tunc dicitur nulla ipso iure, quia in ea est deductum impossibile de iure naturali & ciuili. & ita loquitur hic, & l. generaliter. & l. veluti. de verbo. obliga. Aliquando di-

a citur turpis ratione causæ finalis, a quia facta ob turpem causam, vt hic. Aut ista causa finalis versatur ex parte vtriusque promissoris & stipulatoris, puta, promitto tibi decem vt committas adulterium: hic est turpitudo ex causa mea, qui induco te præmio ad delinquendum: est etiam turpitudo ex parte tua, qui præmio pateris te corrumpi & labi in malos mores, & ista est ipso iure nulla, vt hic, & l. si plagij. in verbo, facti. de verbor. obliga. Aliquando est turpitudo tantum ex parte promissoris, puta, promitto tibi decem ne facias homicidium: hic nulla turpitudo ex parte mei versatur, solum versatur ex parte tui qui præmium accipere vis de eo quod sponte tua de iure facere teneris, scilicet à malo abstinere, & tunc an stipulatio valeat sunt opi. Nam Citramon. & Glo. tenuerunt huiusmodi stipulationem esse nullam. allegan. l. iuris gentium. §. si ob maleficium. ff. de pact. l. generaliter. de verborum obligatio. Vltramon. tenuerunt illam stipulationem mero iure valere, sed exceptione euacuandam. Mouentur per l. penultim. ff. de condi. ob tur. cau. vbi agenti ex tali stipulatione obstat exceptio. Sed respondere, quòd loquitur de exceptione intentionis & facti, quæ nullum ius præsupponit in agente, vt nota.

glo.

glo.in.l.qui se debere.de condi. ob cau. Secundò ipsi mouentur. Nam causa turpis haberi debet pro non adiecta: sed vbi stipulatio est facta sine causa, mero iure tenet, sed doli exceptione vacuatur.l.ij.§.circa.ff.de excep. do. ergo sic in proposito.
6 Sol.dicite, quòd † multa expressa nocent, quæ omissa non nocent.l.nunquam.ff.de condi.& demon. Expressio igitur huius causæ turpis annullat stipulationem. Tertiò mouentur: ista stipulatio non continet de materia aliquid quod sit turpe: dare enim decem non est turpe, imo res boni & honesti viri.c.nouit.extra de iu. Sed respondeo, quòd licet sit res laude digna ex parte promissoris, est tamen omnino dehonestanda ex parte stipulatoris: vnde ne ex eius improbitate quouis modo actionem consequatur, remanet stipulatio nulla.arg. in l.itaque fullo.ff.de fur. de quo in d.l.si plagij.de verbo. oblig. in d.l. iuris gent.§.si ob maleficium.ff.de pact.in l. penult. de condici. obijcitur. cau.

ADDITIO.

a Causæ finalis. † Quid autem si quis promiserit dare iudici aliquid
7 vt ferat sententiam in causa in qua fauet iustitiam, an dicatur datum ex causa honesta aut turpi, vt possit repeti? Dic quòd non teneor dare, & si dedi non possum repetere, sed non puniet in amissione litis, & similiter iudex punietur, & multò magis quando pecunia datur vt malè iudicet, & tunc datum non repetitur l.ij.ff de condit.ob tur.cau.& ibi Barto. Hodie verò non licet date nec in bona nec in mala causa, ideo datum non repetitur in authen. vt in exer. li. lit gan. iurent quòd nec
8 promiserunt dare iudicibus nec dabunt circa princ.col.ix. † An autem teneat promissio quam feci alicui vt indicet mihi habentem res meas? Dic quòd sic, l.idem est.§.sibi.ff.de condi.ob turpem cau.Ias May.

9 Sed quid † si scholaris promiserit mulieri aliquid si &c. an valeat ista promissio? Glo.est ordi.quòd non, in l.iij.§.sed quod meretrici.ff.de condi.ob tur.cau. Cui sententiæ non ob.§. ille,
a quia licet datum meretrici, non possit repeti, & si malè faciat meretricando, sapienter verò facit accipiendo cum est meretrix: tamen vt sibi promissum petere non potest, quia multa inhonestè petuntur, quæ tamen honestissimè accipiuntur.l.j.§. penulti.ff.de vari.& extraordi.cog. Not.ex §.cum quis, quòd † spes stipulationis conditionalis transmittitur ad hæredes stipulatoris actiuè, & ad hæredes promissoris passiuè. Et in hoc differunt contractus ab vltimis voluntatibus: † quia spes institutionis vel legati conditionalis ad hæredes non transmittitur. l.quæ legata.de regul.iur.de quo in l.si filius.de verbo.obliga. † Not.ex §. qui hoc anno, quòd ille qui promittit aliquid dare vel facere hoc anno, non potest conueniri nec compelli nisi toto anno finito.h.concor.l.qui hoc anno.de verbo. oblig.& fundetur ratione: quia hoc tempus est appositum fauore promissoris, vnde debet etiam regulari & interpretari in fauorem ipsius, vt demum anno finito teneatur.l.eum qui calendis.de verbo.oblig. Secus si dixisset promitto tibi decem annua, quia tunc debetur in principio cuiuslibet anni. Ratio, quia illud tale tempus est appositum ratione stipulatoris. facit l.j.C.quando die.leg.ce.& dixi in §.omnis d supra de verb.obli.

ADDITIONES.

Datum meretrici. Adde Docto.in c.ex transmissa.de decimis.

Finito. Quando vnica præstatio est facienda, petitur in fine temporis seu termini. Item in solutione eius quod in stipulatione deductum est, intelligitur tantum tempus quòd debitori commodè dare vel facere possit quod promisit b.d. Et cogitabis quomodò iste §.qui hoc anno.facit ad propositum.Ias.May.

Anno. Vide in l.qui hoc anno.per Barto.ff.de verbo.obliga. & in l. non putabam.de condi.& demon.Ias May.

§.omnis. Ibi vide Bello.reprobantem hanc dictionem.

Glo.super ver.dissenserit.ibi, eum qui. In glo.ibi, §.præterea. Et hoc verum in contractibus, vt † contractus intelligatur secundum mentem & declarationem promissoris. † In iudicij verò interpretatio fienda est secundum mentem & declarationem actoris libellantis.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi. Ratio, quia iudicium redderetur in inuitum: vnde si staretur declarationi rei conuenti, semper annullaret libellum vt iudicium corruat. argu.in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verbo. obligat. Glo.super verbo, agere.in fin. De hoc dicite vt dixi plenè in §. ex conditionali.suprà de verbo.oblig.& habetur in l.si filius.ff. eo. Glo.super ver.præteritis.in fin. Teneris quæ sit ratio diuersitatis &c. dixi suprà in literalibus, & plenè in §.omnis.suprà de
a verbo.oblig.[a]

ADDITIO.

a Suprà de verbo.obliga. Et aduerte, quia ego puto quòd glo. malè dicat, dum dicit, quolibet anno quòd in fine debetur: ego credo quòd imò in principio, cum illud quolibet adijciatur causa multiplicandæ obligationis, sicut quando dicit annuum, per rationem quam iste suprà ponit & latius Bart.in l.qui hoc anno.ff. de verborum obligationibus. Ias May.

Glo.super verbo, possit.ibi, l.Nepos Proculo. Hæc lex loquitur alio casu quam loquatur iste §. loquitur enim quando
15 promissio fuit hoc modo formata. † Promitto tibi dare cum potero, vel cum commodum erit: quia tunc intelligitur cum potero, deducto ære alieno, vel salua dignitate mea: quia mihi promissori relinqui debent libri & vestes: eodem modo militi, veluti arma & equi, vt ibi glo. determinat. At hic loquitur quando promissio fuit simplex & non qualificata, promitto tibi dare fundum vel decem: & ideo dicite vt sequitur.

In ea.glo.in fin.vos dicite vt ibi plenè dixi.

a De fideiussoribus.[a] Rubrica.

ADDITIO.

a De fideiussoribus. Præmitte ad euidentiam quòd plures sunt species intercessorum, vt plenè per Bello.hic in rubri.

1 *Intercedendi species quot sint, & quæ sit differentia inter illas.*

a Continuatur ad præcedentes hoc ordine.[a] Suprà visum est de obligationibus principalium, verum quia in illis aliæ sunt accessoriæ, quæ fideiussoriæ appellantur, ideo de his tractaturus intitulauit de fideiussoribus. Et est titulus frequens & quotidianus.

ADDITIO.

a Hoc ordine. † Et adde quòd quinque sunt species siue modi inter-
1 cedendi, siue quinque species personarum quæ pro alio intercedunt, scilicet fideiussor, mandator, sponsor, constitutor, & expromissor, vt not. in l. in personam. ff. de pact. Et quæ sit differentia inter eos, vide glo in l. si verò. .si post creditum.& §.passus.ff mandati. Nam fideiussor ante & post obligationem accipitur, vt hic. Mandator tantum ante, o si in casu, puta cùm mando creditori vt vrgeat debitorem suum ad solutionem vsque ad mensem meo periculo d.§.si passus. Constitutor post obligationem tantum, & differt à fideiussore in tribus. quia ipse nudo pacto obligatur, fideiussor per stipulationem solum. Item constitutor potest obligari de alia re quàm principalis. Item citeriori die, fideiussor verò non d.§.si passus post. Sponsor verò qui sponte & sine rogatione pro alio intercedit, qui etiam habet actionem mandati.l.qui patitur.ff.man. Expromissor est ille, qui promittit pro alio non obligato, vel etiam liberat, vt cum quis promittit domino vel seruum manumittat, vt l.elegantet.§.seruus.ff.de dolo. Et an omnes habeant beneficium fideiussorum? Glo.in authen.de fideiusso tenet quòd sic, vt infrà dicam in §.seq excepto promissore & fideiussore, quando se obligant vt principalis, & fit nouatio: secus si non fiat, vt vult glo. habent enim fideiussores beneficium vt non in plus excutiantur quàm principales. authen.præsente. C.de fideiuss. habet etiam beneficium epistolæ Diui Adria. vt infrà eod. §.si plures. nisi tamen istis beneficijs sit renunciatum. vt infrà videbimus in d.§.si plures. Et vnde dicatur fideiussor. habes glo in §. fin.infrà de repli.Ias.May [Vnde dicatur fideiussor. Adde doct.in rubrica de fideiussor.& per Ho.in summa.eo.tit.]

1 *Fideiussores qui dicantur.*
2 *Fideiussorum præstatio quare fuerit inuenta.*
3 *Qui tenetur dare fideiussorem non liberatur dando illum qui facilè conueniri potest.*
4 *Fideiussor accedere potest cuicunque obligationi, qualitercunque contractæ.*
5 *Fideiussor potest etiam intercedere pro naturaliter tantum vel ciuiliter tantum obligato.*
6 *Fideiussor potest & pro præsenti, & pro futura obligatione interuenire.*
7 *Fideiussor pro fideiussore intercedere potest.*
8 *Obligatio fideiussoria potest dupliciter considerari.*
9 *Exceptio competens principali an competat fideiussori.*
10 *Lex an possit impedire naturalem obligationem.*
11 *Naturalis obligatio dupliciter considerari potest.*

12 *Obligatio de constituta à prætore ex quadam æquitate fuit inuenta, obligatio verò fideiussoria fuit inuenta à iure ciuili.*
13 *Fideiussor an possit accedere obligationi ad antidora.*
14 *Fideiussor an possit pro ma'eficio dari. & nu. 15.*
16 *Officialis si dederit fideiussorem rem publicam saluam fore, utrum fideiussor teneatur de dolo, vel negligentia ipsius iudicis.*

PROEO QVI. Fideiussor obligationi naturali & ciuili, vel naturali tantum, vel ciuili tantum ex quacunque causa contractæ accedere potest, eaque ad hæredem transit passiuè.h.d.[a]

ADDITIO.

a Hnc dicit. Vel sic. Pro principali obligato solet accedere fideiussor, vt creditori cauté sit prouisum: qui fideiussor potest accedere cuicúque obligationi, etiam naturali, & quomodocunque contractæ.h.d.primò. Et obligatio fideiussoria est ad hæredem transitoria. & tam antequàm post obligationem potest accedere fideiussor.h.d.vsque ad §.si plures. Ias.May.

1 Not.primò, † illos appellari fideiussores qui pro principali obligatione intercedunt.[a]

ADDITIO.

a Intercedũt. Not.primò, quòd pro principali obligato vt plurimum solet capi fideiussor sed tamen potest capi etiam pro obligato accessoriè. Et fideiussor dicitur principalis quo ad secundum accessorium: & si non tenetur principalis fideiussor, nec etiam obligatus est secundus, quia cessante principali &c.l. cum lex. ff. eod. l. non dubium. C. de legi. Et adde quòd pro fideiussione quis potest capere pecuniam.l. si remunerandi. §.Maurus.ff.mandati.Ias.May.

Not.secundò † causam, quare inuenta fuit præstatio fideiussorum, vt, scilicet diligentius creditoribus cautum sit, commodissimũ est enim duplici spe.vti.l.iij.§.j ff. de lib. leg. † Et propterea dixit glo.notabiliter in l.ij.ff.qui satisd.cog. quòd ille qui qui tenetur dare fideiussorem, non liberatur dando Castellanum, Doctorem, militem, qui non possunt facilè conueniri, quia in his cessat causa finalis quare præstatio fideiussoris fuit inuenta: nam per eos diligentius creditoribus cauetur, ex quo obligatio contra eos executioni mandari non potest. Not. in 4 ver. in omnibus, quod † fideiussor accedere potest cuicunque obligationi[a] qualitercunque contractæ. concord. l. j. ff. eod. 5 Not.in ver. at nec. † fideiussorem non solum intercedere posse pro obligato naturaliter & ciuiliter, sed etiam pro obligato naturaliter[b] tantum, vel ciuiliter tantum: eo tamen casu fideiussor naturaliter & ciuiliter obligabitur; licet reus principalis vel naturaliter tantum, vel ciuiliter obligatus esset: de quo dicam in §.fideiussores. 6 Not. finaliter † fideiussorem interuenire posse, & pro præsenti & futura obligatione.[c] non con.l. potest. §.j.ff.eo. Et fuit ratio dubitandi, quia videbatur non prius posse cõsistere obligationem fideiussorum veluti accessoriam, quam obligationem principalem, cum antecedens sine subiecto cõsistere non possit, argu. in l.j.ff.de serui.le. Ratio decidendi, quia lex ex forma contractus requirit stipulationem, ideo obligatio fideiussoria præcedere potest: ex ordine tamen rationis & intellectus non præcedet, quia subsecuta obligatione principali illa retrotrahitur, & fingitur fideiussoriam præcessisse, vt habetur in d.l.potest.§.j.ff.eodem. Glo.j.[d] in fin. Not. † pro fide7 iussore fideiussorem posse interuenire. Sed contra, nam obligatio fideiussoria est accessoria, vt hic, & l.potest. & l.generaliter.ff.eod. quomodo igitur super accessorio fundabitur acces8 sorium? contra.l.j.de serui.le. Sol. † Obligatio fideiussoria potest considerari dupliciter. Vno modo prout accedit ad principalem, & hoc modo dicitur accessoria, & procedit contrarium. Aliquando sumitur prout ipse fideiussor est obligatus, & pro hac fideiussione præstare potest fideiussorem. Ex quo infertur, quòd si fideiussor potest dare alium fideiussorem: poterit quoque dare pignora, nec dicetur in plus obligatus quam principalis: sed dicetur efficacius obligatus, quia soluta parte principali liberatur eius fideiussor & pignora.l.fin. C. quæ res pig.obli.poss. Amplius dicit glo.sing. quòd licet reus principalis sit ad aliquid obligatus sine pœna, potest fideiussor adhiberi cum pœna, & ad illam pœnam tenebitur, non fideiussor, sed vt principalis debitor, sed nec dicitur in plus vt fideiussor obligatus, ista est glo. in l. sicut res. c ff. eo.

ADDITIONES.

a Obligationi. Amplia pluribus modis, vt per Bello.

b Naturaliter. Et dum ponit text. exemplum de seruo, vide difficultatem motam per Bello. hic.

c Obligatione. Vide Bello. infrà in §.fideiussor, & præcedenti.

d Glo.j Hæc glo.j in prima parte vult, quòd promittere intelligatur per stipulationem, ad quod vide Bello hic

e ff.eod. † An autem exceptio quæ competit principali competat & 9 fideiussori? Dic, regula est quod sic, vt hic in glo & hoc verum si exceptio est in rem, vt exceptio rei indebitæ, doli mali, quod metus causa, & iurisiurandi.l. exceptio. ff. de excep. quo casu fideiussore etiam inuito reus potest opponere exceptionem.l. ex persona. ff. de fideius. Secus si sit exceptio concernens solam personam principalis, vt exceptio in quãtum facere potest, competens socio, parenti, patrono, marito.l. qui sunt. ff. de re iudi. quia tunc talis exceptio personalis non transit ad fideiussores d.l. exceptio, nisi in casu l. & quot & ibi per Bart. C. de preci. impetr. offe. Fallit autem in casibus in quibus obligatio competés principali non transit in fideiussorem. Primò, si est exceptio personalis, vt suprà. Vel si est factum pactum debitori per dictionem taxatiuam, vt de non petendo ab eo tantum.l. nisi. ff. de pact. Secundò fallit in isto qui pecuniariter fideiussit pro eo qui postea statum mutauit, quia mortuus vel deportatus l. si Lysias. quæ est. l. j. C de fideius. Tertiò fallit quando intercessit animo donandi. l. quod dictum. ff. de pact. Quartò fallit in exceptione ex speciali odio introducta. l. sed si pater. §. non solum. ff. ad Mace. secus in illa quæ est introducta ex speciali fauore, puta Velleiani. l. si mulier ff. ad Velleia Ias. May. { An quæ competit principali cõpetat & fideiussori exceptio, Adde Hippol de Marsil. in repe. rubr. ff. de fideiussori. col. lv. ver. trigesimosexto quæro an exceptio. ff de fideiussorib Ziletus.

Glo.super ver. in omnibus, ibi, cum lex. Et est ratio: nam quãdo lex resistit actui, impeditur non solum ciuilis, sed etiam naturalis obligationis natiuitatis. l. si non sortem. in princip. de condi. inde. vnde nulla subsistente nec naturali nec ciuili obligatione, nimirum si fideiussor non potest accedere, quia sine 10 subiecto antecedens cõsistere non potest. Et si dixeritis, † quomodo potest lex impedire naturalem obligationem? quia naturalis obligatio est facti. l. bonæ fidei. de acquir. rer. do. igitur impediri non potest. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Præterea naturalis obligatio transit ex animo, & causatur ex consensu, ad quem obseruandum natura te inclinat. l. Stichum. §. naturalis. de sol. l. cum amplius. §. is natura debet. de regu. iur. ergo tolli non poterit competenter cum sint corporales: lex enim non potest facere ne inclinem ad illud ad quod natura me cogit. l. cum proponas. C. de hære. insti. Solu.[a] dicebant Do. Christop. 11 & Do. Petr. quòd † naturalis obligatio potest sumi & considerari dupliciter: Vno modo in essentia, & hoc modo tolli nõ potest, & ita procedant contraria: Alio modo cõsideratur quo ad effectus tributos à iure naturali obligationi. s. compensandi, & solutum retinendi. l. etiam. ff. de compen. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. eo. & quo ad hos potest naturalis obligatio à lege impediri, id est, effectibus & artificijs iuris euacuari: & hoc modo intelligitur glo. nostra. In ea. glo. ibi, specialè. Et ratio specialitatis in hoc consistit, ne matrimonio bene cõtracto detur causa perfidei. Si. n. vxor commisit personam suam viro sine fideiussore boni regiminis, perfidum erit non committere dotem, argu. in l. hac lege. C. de pac. conuen. ideoque statutum est salubriter pro dote fideiussores non dari, nec datos tenere. C. ne fideius. do. dentur. per totum. Glo. super ver. naturaliter. b in fin. Et est ratio diuersitatis inter obligationem fide12 iussoriam & obligationem de constituta. † quia illa fuit inuenta à prætore ex quadam æquitate, quæ non operatur nisi vbi æquitas naturalis & consensus suadet & subest: obligatio verò fideiussoria est inuenta à Iureconsulto, & per punctum rationis procedit, videlicet per solam stipulationem. l. Blannitus. ff. de fideius.

ADDITIONES.

a Solu. Hæc solutio non satisfacit Bellono qui aliam affert.

b Naturaliter. † An autẽ in obligatione ad antidora possit accedere 13 fideiussor? Dic quòd nõ, quãdo non impedit soluti repetitionẽ, vt est regulariter. vt not in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Sed eo casu quo impedit, (puta, dedi equũ, & postea restituis mihi eundẽ, tunc à me nõ potes repetere illum,) & quando est deducta ad necessitatem præstationis, l. si non sortem. §. libertus ff de condi. inde. tunc non potest accedere fideiussor, vt not. Ange. in d. l. fideiussor. ff. eo. Ias May.

Glo. super ver. inisera. in fin. Sed contra hoc opp. de l. si seruus. ff. si quis cautio. vbi fideiussor datus à seruo non valet nec tenet. Sol. Loquitur in his casibus in quibus seruus in iudicio interuenire non poterat, & ideo fideiussio nulla. Gloss. super ver. rel

ver. a relinquit. b in fin. Et hac glo. colligitis, † pro maleficio fideiussorem dari posse. & probatur in l. græce. §. j. ff. eod. quod verum est quo ad pœnam imponendam pro maleficio: quo autem ad maleficium perpetrandum, vel ex maleficio lucrum participandum, fideiussor dari non potest. l. si à reo. §. id quod vulgo. ff. eo. titu. Ex quo dicunt notabiliter Docto. Pone quod instas coram iudice vel vicario vt admittat aliquem actum non admittendum: ipse dicit se nolle, quia timet syndicatum: tu dicis, faciatis læta fronte, ego præstabo vobis fideiussorem de vos releuando à quacunque molestia & pœna syndicatus, non valet huiusmodi promissio, & non valet fideiussio, quia per illas inuitatur iudex ad delinquendũ contra l. conuenire. ff. de pact. do. Eodem modo si statuto caueretur vt parrochianus sub certa pœna teneretur denunciare maleficia in sua parrochia perpetrata, & tu & ego commuserimus maleficium, ille timẽs pœnam vult denunciare, nos promittimus ipsum cum fideiussoribus releuare à pœna si non denunciauerit, non valebit fideiussio, & non valebit promissio, quia inuitatur ad corrũpendum.

ADDITIONES.

Super vet. † In glo. relinquit intelligite hanc glo. secundum Ioan. Fab. quando quis fideiussit in actione pœnali, sicut furti, vel Aquiliæ & iniuriarum, quæ non transeunt contra hæredes: nam si pœnam promisisset non est dubium quod transmittitur ad hæredes. l. ad diem. ff. de verbo. obli. Non valet fideiussio data pro maleficio committendo, sed pro maleficio iam commisso benè valet. l. si a reo. ff. de fideiuss. & l. græce. §. sed si ex delicto ff. eo. Ias. May.

Verbo. Relinquit. vt intelligas hanc glo. in vet. relinquit vide omnino Bellon. eam declarantem.

Sed quæritur. † officialis cum intrat officium præstat fideiussorem rempublicam saluam fore, & ab ipso rectè gubernatum iri, nunquid fideiussores tenebuntur ad pœnam negligentiæ vel doli perpetratæ & perpetrati per officialem? Dicitur quod non, sed solum tenetur ad resarciendum damna reipublicæ l. fideiussores magistratuum in princip. ff. eod. quod limitant. Docto. in fideiussoribus datis tempore introitus officij secus in datis tempore syndicatus, qui tenentur nõ solum ad conseruandam rempublicam, sed ad puniendum officialem de male gestis & pepetratis: de quo in d. l. fideiussor magistratuum.

1 *Fideiussores quos habeant remedia ad consequendum vel partem, vel totum quod soluerunt & nu. 2.*
Fideiussores plures simul dati, an insolidum obligentur, & nu. 4.
5 *Fideiussores plures licet possint insolidum conueniri, tamen inter eos opposita exceptione Diui Adriani diuiditur obligatio. & nu. 6.*
7 *Beneficium epistolæ D. Adriani, non tantum potest opponi per exceptionem, sed etiam per actionem.*
8 *Beneficium epistolæ D. Adriani, non solum uim habet in pluribus fideiussoribus accessoriè se obligantibus pro alio, sed etiam in pluribus mãdatoribus & constitutoribus.*
9 *Imputatur illi qui legis beneficio uti non uult.*
10 *Differentia inter duos reos & fideiussores.*
11 *Alter ex duobus fideiussoribus non potest conueniri insolidum nisi probetur alterum esse absentem.*
12 *Inter plures fideiussores tutorum non est locus beneficio D. Adriani.*
13 *Minores fauoribus pleni esse debent.*
14 *Beneficio epistolæ D. Adriani renunciari potest.*
15 *Fideiussor licet non possit habere beneficium diuisionis contra suum fideiussorem, unus fideiussor habet beneficium contra alios fideiussores, & uires illius fideiussoris agregantur cum uiribus illius principalis fideiussoris.*
18 *Negans id quod est causa sui priuilegij, non meretur habere priuilegium, & nu. 17.*
19 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an sit anomala.*
19 *Exceptio epistolæ D. Adriani an sit odiosa.*
20 *Exceptione diuisionis apposita à fideiussore, & reo replicante quòd alius socius non est soluendo qui probare habeat non esse soluendo.*

§. SI PLVRES SVNT. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur dictum. In secunda infert ex dicto. In tertia limitat dictum. Secunda ibi, (itaque liberum.) Tertia ibi, (sed ex epistola.) Hoc dicit. Plures fideiussores simul dati insolidum obligantur, & insolidum conueniri possunt. Si tamen omnes erunt soluendo tẽpore litis conte. diuiditur obligatio inter eos opposita exceptione epistolæ diui Adriani: quia non opposita, imputatur conuento soluenti, nec datur regressus contra cæteros, etiam si principalis non fuerit soluendo. Ad euidentiam huius. §. præmitto, quòd † fideiussores habet tria remedia vt consequantur aut totum, aut partem eius quod soluerunt. Primum est actionis mandati quod habent contra principalem. l. indebitum. ff. de condi. inde. l. Modestinus. ff. de sol. l. Papinianus. ff. manda. Secundum est remedium actionum cedendarum, de quo in l. Stichum. §. cum vltimo. ff. de sol. & hoc secundum remedium tendunt ad consequendum quod solutum est. Tertium a est remedium diuisionis ex epistola Diui Adriani de quo in §. quod tendit ad hoc vt diuidatur obligatio antequàm soluatur: de quo latius infrà dicam. In text. ibi, tenentur, & per consequens insolidum conueniri possunt.

ADDITIO.

Tertium. † Quartum est remedium auth. præsente. C. de fideiuss. Et sic habent duo remedia antequam soluant, & duo postquàm soluerint. Adde quod erat in arbitrio creditoris petere insolidum ab vno fideiussore, nisi superuenisset diuus Adrianus & eius epistola, quæ super hoc prouidit, vt infrà. Sed secus est in pluribus debitoribus principaliter obligatis, quia ipsi non sunt obligati insolidum, sed solum pro parte: nisi sit adiectum quòd teneatur insolidum, habent beneficium diuisionis ex noua constitutione facta de duobus reis, de qua in auth. hoc ita. C. de duo. re. & hoc beneficium competens duobus reis est beneficium nouum, licet beneficium Diui Adriani competens fideiussoribus sit beneficium antiquum: de quo dic, vt per Bar. in l. si duobus. ver. sexto quæro. ff. de duo. re. Ias. May.

† No. primà a plures fideiussores in simul datos obligari & posse conueniri insolidum, quòd verum est siue simpliciter fideiusserunt, siue adiecto hoc verbo, insolidum. l. reos. cum si C. eo. Si autem fideiussissent hoc modo, fideiubeo insolidum, aut in virilem partem, tunc non tenerentur nisi pro virili parte. casus est in l. si fideiussorem. in prin. ff. eo. Et est ratio, quia in alternatiua interpretamur pro fideiussores. l. semper. ff. de reg. iu. l. si interdum. §. si. ff. de leg. ij.

ADDITIO.

No. j. † Dubito circa primum no. hic positum per istum, dum vult quod plures fideiussores insolidum teneantur, siue simpliciter intercesserint, siue adiecto hoc verbo, insolidum. In contrarium videtur tex. in l. reos. §. cum in talibus. ff. de duo. re. Nam si dico, ego & Titius fideiubemus, copula. Et, debet attribuere vim verbi cuilibet in viriles. vnde forte dictum istius posset procedere quando non esset copula, sed diceretur nos duo duo fideiubemus. Ias. May.

No. secundò, quòd † licet plures fideiussores possint insolidum a conueniri, tamen opposita exceptione diui Adriani diuiditur inter eos obligatio, si fuerint omnes soluendo tẽpore litis b contestatæ: quòd limitatum est quando simul omnes fideiusserunt, & omnes effectualiter conueniri poterãt: alias autem si simul separatim fideiussissent, vnus primo, & alter ex interuallo, primus non haberet hoc beneficium epistolæ, neque beneficium cedendarum actionum respectu secundi casus est in l. si stipulatus. §. fina. secundum vnum intellectum. ff. eod. Et est ratio, quia primus non videtur fideiussisse contemplatione secundi fideiussoris quem nesciebat fideiussorum, & ita non videtur fideiussisse respectu alleuiandæ obligationis. Secundus autem fideiussor qui sciuit de primo, benè haberet beneficium de quo suprà: nam videtur fideiussisse respectu primi, quem sciuit fideiussisse. Item si tempore fideiussionis alter ex fideiussoribus conueniri non poterat, puta mulier vel minor qui iuuantur beneficio legis, tunc fideiussor non haberet beneficium respectu mulieris vel minoris. l. si Titius. primo & secundo responso. ff. eodem. Cum autem fuerit opposita exceptio tempore litis contesta. quo omnes fideiussores fuerint soluendo, non nocebit fideiussori qui opposuit exceptionem, si cæteri fideiussores postea desierint esse soluendo. hic est casus in lege, inter fideiussores. ff. eodem.

ADDITIONES.

Insolidum. † Et sic fideiussores obligantur insolidũ sicut principalis, siue sit vnus fideiussor siue plures. Et ideo si essent centũ fideiussores qui essent obligati pro vno debitore de decem, isti centum omnes essent obligati ad x. nisi aliud esset dictum & est in arbitrio creditoris petere. x. a quo velit. Sed Diuus Adrianus in epistola sua dedit fideiussoribus beneficium diuisionis, vt sic creditor cogatur diuidere, & ab vno quoque partem sibi contingentem petere licet epistola non diuidat ipso iure obligationem inter fideiussores, sed mediante exceptione, vt hic, & l. fin. C. de consti. pe. & l. inter fideiussores. ff. eod. & l. iij. C. eod. Ias. May.

Tempore litis An verò inspiciatur aliud tempus? aliqua iura vidétur innuere quod sic, quibus responde vt per Bello.ij.nota.

No.tertio, a † beneficium epistolæ Diui Adriani opponi in modum exceptionis. Potest etiam intentari per viam actionis ex epistola, de qua suprà. & potest etiam intentari officio iudicis. glo. est no. in l. si contendat. ff. eo. Quintò dixit glo. in lege. Aurelius. §. centum. ff. de li. le. quod cuicunque iniustè petenti potest peti imponi silentium perpetuo per officium iudicis.

ADDITIO.

Not. tertio. † Istud tertium notabile non benè colligitur hic: melius faceret pro isto notabili. l. inter fideiussores. ff. eod. Et adde quod istud beneficium illius epistolæ non solum habet locum in pluribus fideiussoribus accessoriè se obligantibus pro alio, sed etiam in pluribus mandatoribus & constitutoribus, vt l. fin. C. de const. pec. & dixi suprà eo. in princi. Secus in duobus reis, vt infrà in glo. quia illi tantum pro virilibus tenentur: ibi vide. Ias. May.

Not. quarto, imputari fideiussori conuento qui non opponit exceptionem: & per † consequens imputari illi qui non vult vti beneficio legis nouæ. facit l. fi. §. fi. C. de iur. deli. Glos. super ver. tenentur. in fin. † Hanc differentiam inter duos reos & fideiussores sequuntur Docto. & est ratio differentiæ, quia fideiussores dantur pro cautela creditoris, a vt suprà eo. in princ. §. fina. infrà de replica. & ideo tenentur insolidum, vt sit cautius consultum ipsi creditori: quæ ratio cessat in duo. reis, quorum naturam habuistis suprà. in titu. de duob. reis. & traditur plenè in authenti. hoc ita. C. de duo. reis. Addite aliam differentiam inter fideiussores & duos reos. Nam fideiussores possunt conueniri insolidum, nisi opposita exceptione cæteri probentur esse soluendo tempore litis contesta. & qui vult ipsos dicere esse soluendo, tenetur hoc probare, tanquam fundamentum suæ intentionis. l. ei qui dicit. ff. de proba. Secus in duobus reis. Nam † alter ex duobus reis nunquam potest conueniri insolidum b nisi probetur alterum esse absentem & non esse soluendo: & qui dicit ipsum non esse soluendo: tenetur hoc probare, tanquam fundamentum suæ intentionis. dicta lege, ei qui dicit. & ita voluit Barto. in dicta lege, si dubitetur. in princ. ff. eodem quæ lex procedit quando esset dubium vtrum cæteri fideiussores essent soluendo vel ne. c

ADDITIONES.

a Creditoris. Circa has rationes & differentias vide Bellonum qui eas diligenter examinat.

b Insolidum. Ideo dicitur pro vno reo, quia secus si non intercederent omnes pro vno reo, sed pro pluribus vt si duo socij acciperent aliquid mutuo, & ego fideiubeo pro vno, & tu pro alio, certè inter nos non petimus diuisionem à creditore. lege, si. Titio. ff. eodem. & hic in glo. Ias. may.

c Vel ne. Habes etiam finaliter ex hac glo. quod beneficium epistolæ Diui Adriani, & sic diuisionis competens fideiussoribus est vetus: sed beneficium aut. hoc ita quod competit duobus reis, est nouum. de quo vide Barto. in lege, in duobus. §. vbi versi. sexto quæro. ff. de duob. reis. Ias. May.

Glo. super a verbo partes. b

ADDITIONES.

a Super verb. Ista glo. habet tres partes. In prima ponit quinque fallentias ad hunc text. siue epistolam Diui Adriani. In secunda format quæstionem. in qua arguit ad partes & primò eam decidit. In tertia & vltima format aliam quæstionem. Secunda ibi, (sed nunquid hæc exceptio.) Tertia ibi, (sed nunquid si soluit.) Ias. May.

b Partes. † Adde tu, quòd inquantum glo. hic dicit, quòd licet tutores habeant beneficium diuisionis vt lege, prima §. primo de tutelis. quod tamen fideiussores tutorum non habent hoc beneficium lege, fi. ff. rem pu. sal. fo. & dic rationem esse differentiæ, quia negotium principaliter spectat ad omnes tutores & ideo si omnes conueniantur, quilibet pro parte sua opposita exceptione se tuetur. Secus in fideiussoribus negotium non est principaliter eorum, sed tutorum: ideo non poterit dicere vnus fideiussor conuentus, quòd alter fideiussor conueniatur, & hoc ratione pupilli. vt d. l. fi. Ias. May.

In ea. ibi. §. nunc tractemus. Hoc procedit fauore minorum, † quorum ætas non est plena fallacijs, ideo debet esse plena fauoribus. a ar. in l. j. ff. de minorib. b

ADDITIO.

a Fauoribus. Ad omnes has limitationes vide Bello. qui eas plenius expedit subdendo rationes, quam faciat Portius.

b ff. de minorib. Et Adde † etiam inquantum predicta gl. dicit quod beneficium epistolæ cessat in quinque casibus, vt in ea, adde sextum, scilicet si huic beneficio fuerit renunciatum, cui potest renunciari sicut beneficio autheotic. hoc ita. vt not. glo. in dicta authenti. & per Barto. in l. si testamento. vet. quod si duo. ff. eo.

In ea. glos. ibi in l. si plures. Hoc ideo procedit quia reputantur eadem persona † & licet fideiussor non possit habere beneficium diuisionis a contra suum fideiussorem, tamen suus fideiussor habere beneficium contra alios fideiussores ex persona ipsius, quinimo vires illius fideiussoris aggregantur cum viribus illius principalis fideiussoris. l. inter eos. §. præterea. & §. fi. ff. eo.

ADDITIO.

a Diuisionis. Quot casibus cessat beneficium diuisionis vel ne, vide hic in glo. & adde vnum casum, videlicet quando beneficio huius diuisionis fuisset renunciatum, quòd potest renunciari, vt vult glo. in dicta authen. hoc ita & glo. in auth. de duo. re. in §. j. Ias. May.

In ea glos. ibi. l. si à Titio. Hoc ideo contingit, quia cum fideiussores sint diuersarum personarum, vnus nō videtur fideiussisse contemplatione alterius. In ea glos. ibi. id est si dubitetur. Hoc contingit propter mendacium, quia negauit se fideiussorem: & † ideo negando id quod est causa sui priuilegij, propter mendacium a non meretur habere priuilegium. facit. l. ij. §. penulti. ff. si ex noxa. cau. ag. l. sed hoc ita. ff. de re iudi. l. si vnus. ff. pro socio. Et ita regulariter, quotiescúnque quis negat id quod est causa sui priuilegij, meretur amittere priuilegium b.

ADDITIONES.

a Propter mendacium. Adde an omne mendacium sit mortale. vide glosam in capi. ne quis. xx. ij. q. ij. Et an mendax repellatur à testimonio, vide per Ioan. de Ana. in bapt. inquisitionis in §. tertiæ de accusati. Et mendax æquiparatur furi secundum Bartolum in capitulo super literis in septima columna de rescriptis.

b Priuilegium. † Hoc tamen intellige, quando negabat specialiter se esse fideiussorem, & sic negat quod est causa sui priuilegij. d. l. si vnus. in fin. Secus autem si negat sub generalitate: vt quia dum conuenitur vt socius ad pecuniam, vel vt fideiussor, negat narrata prout narrantur & petita prout petuntur, fieri debere, quia tunc non perdit beneficium secundum Barto. in §. ita demum. hic alleg. in glo. Ias. May.

In ea glos. ibi, per l peremptorias, videtis conclusioné glo. circa hanc exceptionem. a Idem dixit glos. † de exceptione non numeratæ pecuniæ, quòd esset anomala. §. appellatur. infrà de exceptio. Pe. dixit quòd esset dilatoria, motus per tex. nostrum. qui dicit debere opponi tempore litis contestatæ sicut cæteræ dilatoriæ, Item tenuit Cyn. in l. fin. C. de consti. pec. & in l. si fideiussor. in vltima questione. C. eodem. Dyn. autem tenuit quòd esset peremptoria. Idem Spe. in titu. de renuncia. conclusione. in §. j. ver. i. primo & sequen. idem Barto. in l. si debitor. ff. eodem. pro quibus facit d. l. si fideiussor C. eod. m. quæ videtur sentire hanc exceptionem posse opponi vsque ad sententiam. Subdit b Barto. rationem. quia opposita tali exceptione ipse fideiussor non amplius tenetur. l. inter eos. ff. eo. & ita hæc exceptio perimit ipsam obligationem, ergo meritò dicitur peremptoria, & poterit opponi vsque ad sententiam. Non ob. hic tex. in versi. lite. contesta. quia facit pro & non contra, secundum Bart. nam quomodo non poterit cognosci cæteros fideiussores esse soluendo tempore lit. contest. n si primò lis fuerit contestata: ergo necessario concluditur quod talis exceptio poterit opponi post litem contestatam contra Cyn. & Pet. Tamen dicite plenius vt d. l. si fideiussor. C. eodem. & in d. l. si dubitetur ff. eodem. licet enim hæc exceptio non possit opponi post sententiam, tamen beneficium cedendarum poterit opponi in ipsa executione sententiæ, casus est in l. si fideiussores. in §. idem, responderunt. ff. eodē Et est ratio, quia exceptio cedendarum non impugnat ipsam sententiam, & non prohibentur opponi post sententiam illæ exceptiones quæ non oppugnant ipsam sententiam. l. si fullo. ff. de condi. sine causa. cum si. Ipsa tamen exceptio epistolæ poterit quoque opponi in causa appellationis, casus est in l. inter eos. §. fin. secundum vnum intellectum. ff. eodem & voluit glossa. in l. si fideiuss. C. eodem.

ADDITIONES.

a Exceptionem. Vide de hac exceptione Bello. lib. v. suppura. ca. iiij.

b Subdit Bar. Adde inquantum suprà dicit, subdit Bar. Post sententiā autem non poterit opponi nisi sit appellatum, vt tenet gl. in d. l. si fideiussor. in fin. Et nisi opponatur in executione sententię & in actione iudicati,

iudicati. quo casu poterit opponi & si fuerit renunciatum in principali obligatione epistolæ Diui Adriani, & nouæ constitutioni de duobus reis. per l. Paulus respondit & ibi per Bar. ff. de re iudi. & idem dicit Bar. in d. l. si dubitetur. de beneficio diuisionis quod competit tutoribus & correis. & adde gl. & Bar. in l. exceptiones ff. de excep. Ias. May.

19 In ea gl. in fi. dum glo. sentit quod hæc † exceptio est odiosa a non placet Bart. qui mouetur tali ratione: quia si esset odiosa, ei renunciare non posset l. cum et si, cum ibi no. ff. ad Mace. & no. in l. j ff. vlucap. de & tamen exceptioni epistolæ renunciari potest. l. si stipulatus. ff. eod. Vnde dixerunt alij quod talis exceptio erat temporalis, & videtur sensisse quod tale solutum non posset repeti. l. id quod in diem. ff. de condi. inde. quorum opin. est contra casum. l. si in testamento. §. j. ff. eo. vbi est casus per gl. quod tale solutum repeti possit Dyn. dixit quod hæc exceptio erat dubia, & nihil aliud dixit: sed videtur sentire quod possit repeti: quia exceptio dubia non impedit repetitionem l. sufficit. ff. de condi. inde. Barto. tenendo glo. dedit aliam rationem, quæ iudicio meo non valet iden dicite secundum do. Christo, quod aut exceptio elidit debitum à principio, & tunc non impeditur repetitio: & ita loquitur l. qui exceptioné. Aut non elidit debitum à principio, & tunc impeditur repetitio: qualis est exceptio epistolæ Diui Adriani, quæ non elidit debitum, nisi b c fuerit opposita, vt hic, b & tunc benè impeditur. c

ADDITIONES.

a Odiosa. An hæc exceptio sit odiosa vel fauorabilis, vide hic Bello. qui quinque modis respondet ad l. per exceptionem.

b Vt hic. Quæritur hic vltimo, quid si fideiussor exceptionem diuisionis opponit, & creditor replicet quod alius socius seu fideiussor nõ est soluendo, quis debeat probare si hoc casu non esset soluendo, an creditor, an e contra, quòd sit soluendo? Barto. in d. l. si dubitetur, dicit quod fideiussor conuentus debet hoc probare, quia beneficium quod competit fideiussoribus, est eis datum sub hac conditione, scilicet quando omnes sunt soluendo: ideo ipse probare debet illud quod est causa suæ replicationis: imò creditor in casu dubio an correus sit absens vel ne, vel soluendo vel ne, non potest in totum conuenire socium nisi probet correum non esse soluendo vel absentem, vt voluit glo. in auth. de duo. reis. col. vij. §. j. & Bar. in l. duobus. ff. de duo. rea. versicu. sexto quæro Ias. May.

c Impeditur. Glossellas sequentes expedias vt per Bellonum.

1 Fideiussor non potest in plus obligari quàm principalis.
2 Argumentum de re ad tempus bonum est.
3 Solutum à fideiussore, repetitur à reo actione mandati.
4 Fideiussor non potest agere mandati post solutionem, nisi ostendat reum contra quem vult agere esse liberatum, vel caueat de eo defendendo si conueniatur.
5 Fideiussor an sponte soluere possit, vel præceptum de soluendo expectare debeat.
6 Fideiussor habẽs exceptionem si illam opposuit, & iudex per iniuriam eum condemnauit, an mandati agere possit.
7 Fideiussor obligatur non nudo pacto, sed stipulatione.
8 Promisisse aliquem si instrumento dicatur, debet intelligi per stipulationem.
9 Fideiussor si obligetur in plus quàm reus principalis, an obligetur vsque ad concurrentem quantitatem, an verò obligatio sit in totum nulla.
10 Vtile pro inutile non vitiatur in separabilibus.
11 Indiuiduum quot modis sumatur.
12 Fideiussor licet non possit in plus obligari quàm principalis, potest tamen efficacius obligari.

§. FIDEIVSSORES. Fideiussor nec loco, nec tempore, nec causa, in plus quàm reus principalis debeat obligari potest: si quid autem pro reo soluerit, actione mandati ab eo recuperare poterit. b. d. a

ADDITIO.

a Hoc dicit. Adde autem, verbis græcis potest capi fideiussor, & in dubio standum est scripturæ de eo quod continetur in ead. hoc dicit. vsque ad fin. Quia in dubio solennitas extrinseca præsumitur. hoc dicit. Ias. May.

1 Not. † fideiussorem non posse in plus obligari quàm debeat reus principalis, & ratio ponitur in tex. cui concor. l. græa c. §. illud. ff. eo. a

ADDITIO.

a ff. eod. Istud fallit nisi fideiussor iurauerit. Vide Angel. hic in fin. Ias. May.

Not. in versi. item ille. quod sicut fideiussor non potest in plus obligari in re, ita nec tempore: quia plus non solum re, sed tempore, loco, & causa d citur. §. plus. infrà de actio. ca dim. 2 primo extrà. de plus peti. Ex quo colligitis, † quod bonum est a argumen. de re ad tempus a concor. l. miles ita. ff. de testamen. b in ilita. l. vinum. ff. si certum petatur. Not. in versi. quid. quod 3 † solutum à fideiussore repeti potest à reo act one mãdati, e cũ c enim reus præstet fideiussorem videtur mandare vt pro eo solud uat. l. si pro re. ff. manda. d

ADDITIONES.

a Ad tempus. Bonum ar. de re ad tempus. Adde Raphael. Fulgo. in l. ge. prima C. de testamen. mili. & per Barb. consi. xxxviij. incipien. dom. Tho. in. iij. volu.

b ff. si cert. Not. ex fine huius. §. aliud pulchrum notandum vt per Bellonum.

c Actione mandati. Not. tamen & attende, quòd † fideiussor nun4 quam agit madati postquam soluit, nisi ostendat reum principalem contra quem vult agere, esse liberatum ex tali solutione, vel caueat de eo defendendo si conueniatur. l. si ex duobus. §. quoties. ff. de iud sol. & ibi per Bar. Ias. May.

d ff. mandati. † An autem fideiussor possit soluere sponte, an verò 5 expectare donec sibi fiat præceptum quod soluat, sicut debet expectare debitor pupilli, vt liberetur, plenè suprà qui. sit. l. §. admonendi Glo. vea hic sentit quod spontè soluere possit nam fideiussor tenetur agnoscere bonam fidem. l. idem quod. §. fideiussores. ff mand. sicut tutor. l. quoties. §. sicut ff. de admi. tut. Nec tenetur fideiussor opponere exceptionem dilatoriam creditori, puta quod non potest esse procu6 rator. l. si fideiussor. §. quædam. ff. man. in princip. suprà alleg. † Sed si fideiussor habens exceptionem opposuit illam, & iudex per iniuriam eum condemnauit, an possit agere mãdati? Dic quod non. si non appellauit. d. l. si pro ea. si non tenetur procurator appellare, licet non prosequi. l. inuitus. C. de procu. Ias. May.

7 Not. ex glo. §. græce. † fideiussorem non nudo pacto, sed stipulatione solenni obligari. concor. l. ablandius. C. eodem. a Not. ex §. in stipulationibus. a quod † vbi scriptum reperitur 8 aliquem fideiussisse, intelligitur per stipulationem validam, concor. l. sciendum de verbo. oblig. & ibi dixi: §. si scriptum. suprà de inutili stipu. Glo. super ver. obligatur. in fi. Colligitis 9 ex glo. duas opinio. Prima, † quòd vbi fideiussor fideiubet in b plus b quàm reus principalis, obligatur c pro occurrente quanc titate. Et pro hac sententia allegatur primo. l. si à reo. ff. eo. l. hactenus. in fin. ff. de consti. pecu. l. rogatus. in fi. ff. man. alleg tur d vulgaris regula, quia vtile per inutile d vitiari non debet, regula iuris. Vtile. lib. vj.

ADDITIONES.

a §. in stipulationibus. Vide infrà Bello. loco suo.

b In plus. Vide l. si mandauerit. l. secunda. primo responso. ff. man. quæ videtur velle quod in plus fieri possit. Ias. May.

c Obligatur. De hac conclusione vide Bello. lib. v. supputa. capitu. j. vbi late insistit.

d Per inutile. Vtile per inutile. Adde Bald. in l. græce. in §. illud. ff. de fideiuss. Bald. in l. stipulanti. ff. de verbo. obligatio. Cyn in l. sanomus. C. de de. Innocen. in c. j. de ele. Anto. de Butr. in cle. attendentes. in §. pe. de sta. mona.

Secundò colligitis, hanc fideiussionem esse in totum nullam: & hanc tenent communiter Do. freti per l. græce. §. illud. vbi dicitur fideiussorem in duriore causa intercedentem omnino non obligari quæ verba sonant in nihilum obligari, quia dictio negatiua proposita signo vniuersali, facit æquipollere suo contrario. l. legitimos. §. an ergo. ff. de legi. tu. facit regula Logicorum. Præ contra dic post contra præpone subalter. Secundò mouetur: nam cum pro forma sit traditum vt fideiussor non fideiubeat in plus quàm reus principalis, vt l. ei qui. ff. eo. excussio formæ totum actum vitiat l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhiben. Non ob. l. si à reo, quia ibi non fideiusserat in plus sed sub conditione affirmatiua. Non obst. l. hactenus. quia loquitur in constituto, quod est inuentum à prætore & ex æquitate sustinetur. Non obstan. l. rogatus. quia licet ibi fideiusserit in plus quàm esset debitum, non tamen dicitur quod esset obligatus. 10 Non obstan. quod † vtile per inutile non vitiatur, quia illud verum in separabilibus, & in his quæ diuidua sunt secus in casu indiuiduo, vt in casu nostro lege, prima §. Trebatius. & §. et autem ff. de aqua quo. & æsti. Et si dixeritis, quomodo si debeo tibi mille, nonne si fideiussor fideiubeat in mille quinque centum, hic actus est diuiduus. Respondet Barto. quod non, 11 † quia indiuiduũ sumitur quatuor modis. Vno modo sumitur

natura, vt homin & seruitutes.l.ij.& l.stipulationes non diui.de verbo.obligatio.Secundò modo sumitur indiuiduum accessorio.& hoc modo sumitur in lege j.& ij. cum sequen. de pec.le. Tertiò modo sumitur indiuiduum dispositione cõtrahentium, & hoc modo sumitur in lege, diem proferre.§. si quis seruum. ff.de arbitrijs. Quartò modo sumitur indiuiduum forma, & hoc modo sumitur hic licet enim quantitas deducta in fideiussione sit diuidua, tamen forma fideiubendi est indiuidua. allegat.lege.v.§.stipulatio.versicu.satis acceptio.ff. de verbo. obligatio.Sed contra hanc sentententiam allego text.in lege, prima §.si stipulatio.de verbo.obligatio.iuncta.lege, blanditus.C.de fideiuss. Ad l. græce.§.illud respondeo, quòd dictio negatiua postposita signo vniuersali non æquipollet suo contrario, sed æquipollet suo contradictorio, quando prauus intellectus insurgeret. allego text.in lege, si de pupillo.§. si plurium. el ij.ff.de operis noui nunciatione. nullibi enim ibi pro forma traditum reperitur, vt non possit in plus fideiubere, sed benè traditum reperitur vt in plus effectualiter obligetur. Hæc satis, cætera dicite vt in dicto §.illud. Et ideo cauti estote ne cũ accipitis fideiussores, in plus promittere patiamini quàm debeatur. & sicquidam Docto. decipit ciuem in ciuitate ista. Glos.super ver.plus, in fin.

12 dicite quod † fideiussor non potest obligari in plus, vt hic, sed benè potest obligari efficacius, & loquitur contrarium. Glos. super verbo, soluerit ibi lege, indebitam. Simile glos. habetis in lege, si pro ea.C. man. & habetur in capitu. fina. extrà de fideiuss. Glos.super versic.acta.in fin. Dicite de hoc vt dixi in §.si

a scriptum.suprà de inutil.stipu.ᵃ

ADDITIO.

a De inutil. stipul. Sed inter alias personas quàm contrahentes non probat argumen. authenti. si quis in aliquo documento. C. de eden. In solennitate autem intrinseca, tunc si solennitas est naturalis, vt est pretium in venditione, non præsumitur solutum nisi probetur per testes vel scripturam infrà de contraheo. emp. §. pretium. Sed si est solennitas formalis quam natura verborũ de necessitate comprehendit, vt est verbum Fideiubes, quòd importat de necessitate interrogationem & responsionem sequentem lege, blanditus. vel est apta comprehendere, vt in verbo, promisit, quòd refertur ad stipulationem, vel ad nuda promissionem.l.sciendum.§.edictum.ff. de ædil.edic.tũc semper præsumitur, vt hic, & dicta lege, sciendum.& dicto §. scriptura. Iason Mayn.

Sed quæro, promitto tibi dare Stichum Pamphilum, fideiussor promittit tantum Stichum, an valeat fideiussio? Dicite quod sic lege, ei qui §. fina.ff. eodem. Sed pone, promitto tibi dare Stichum aut Pamphilum quem volam fideiussor promittit dare Stichum aut Pamphilum quem volet, non valet fideiussio. Secus si promitto tibi dare Stichum aut Pamphilum quem voles, & dedero fideiussorem qui promittit dare Stichum aut Pamphilum quem volet lege. Stichum.§. fina.& lege, græce.ff. eodem. Ratio, quia primo casu debitor nunquàm concordabit in eligendo cum fideiussore vt fideiussio sit nulla: posteriore casu quando electio stipulatori, concordabit se cum fideiussore in eligendo vt stipulatio sit valida.

De literarum obligatione. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Quia obligationum ex contractu prouenientium quædam verbis, quædam literis, quædam consensu proficiuntur, suprà de obli.§.fina. & lege, prima in princip.ff. eodem ideo viso suprà de obli. quæ re & verbis concipiuntur, sequebatur ex ordine videre de tertia specie obligationum, quæ scilicet literis causantur: ideo rectè de literarum obligatione intitulatum est.

1 *Quinquennium multum temporis operatur.*
2 *Exceptio non nu.pecu solùm ante biennium opponi potest.*
3 *Exceptio non nume.pecu. an aduersus instrumentum scriptum per publicam personam possit opponi.*
4 *Notarius non debet scribere in instrumento numerationem factam, nisi præsente se, & uidente facta fuerit.*
5 *Delictum an possit per instrumentum probari.*
6 *Datur certi condictio ex literarum obligatione quando certum uenit in cautione, si incertum uenit, datur actio ex literarum obligatione*
7 *Scriptura priuata non facit fidem nisi in quibusdam casibus. & numero 8.*
8 *Promittens per stipulationem se soluturum, quòd ei non fuerat numeratum, repellit agentem infra biennium exceptione in factum, & nume.9.*
10 *Verba uel scripta in mente retenta, obligationem causari non possunt.*
11 *Obligatio literarum causatur ex duplici causa.*
12 *Testes & instrumenta parem uim habent.*
13 *Confitens se debere quando uideatur fateri & promittere de soluendo & restituendo.*
14 *Opponens ante biennium exceptionem non nume.pec.non tenetur probare intentionem suam.*
15 *Exceptio doli appellatur in factum, & competit post biennium.*
16 *Exceptionum duplex est species.*
17 *Diu decennium & multum quinquennium comprehendit.*
18 *Exceptio non nume.pecu. habet locum in confessione ex causa mutui, nõ autem ex alia causa, & rationem uide ibi.*
19 *Exceptio non numeratæ dotis, in dote locum habet.*
20 *Exceptio competens creditori in quacunque causa confitenti opponi potest solum intra triginta dies quod non ita ex in debitore, & de ratione ibidem.*
21 *Creditores optant diu pecunias apud debitores manere, ut semper usuræ succrescant*
22 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ in quibus casibus cesset, & numero 23. & 24.*
25 *Exceptio non nume. pecu. quæ non potest opponi post biennium, non habet locum contra ecclesiam nec ciuitatem.*
26 *Exceptio non nume. pecu. habet locum in actu inter uiuos facto: non in ultima uoluntate.*
27 *Confessio usurarij facta in testamento, de instrumento fœneraticio, an per reuocationem ipsius testamenti inualidetur.*
28 *Testamento reuocato, intelliguntur omnia in eo disposita reuocari.*
29 *Contractus in testamento celebrati, non reuocãtur reuocato testamẽto.*
30 *Exceptiom non nume.pecu. an renunciari possit.*

a OLIM SCRIPTVRA. ᵃ Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ olim ante quinquennium quandocunque opponi poterat hodie elapso biennio opponi non potest. h'd. Diuiditur in duas. Nam in prima ponit dictu. In secunda illud declarat. Secunda ib (nullũ).

b Not.primo, obligationem literarum ᵇ olim concipi cum certa verborum solennitate: hodie verò sufficit si scripserit aliquid se debere spe futuræ numerationis, quod postea non est numeratum.

ADDITIONES.

a Olim scriptura: Adde Fortunium Garzi.in l.legitima.co. v.ff.de pac. Zilettus.

Quæ autem sit differentia inter apocham, antipocham & chirographum, vide io l.plures apochis C.de fi instru.in gl.& io l.fin.§. Titius. ff.de condi.inde.in glo.& Doct.Ias.May. Inter apocham, antipocham. & chirographum que differentia sit Adde l.si acceptolatum. io §.j.ff.de accept. Docto io rub.C.de apo.pu.& an appellatione apochæ simpliciter lactæ intelligatur de priuata, vide per Bald.in l.admonendi.in vj.colum.ff.de iureiur.

a Not.in ver.sic fit, casum contra communem opi.ᵃ quòd ex chirographo ante biennium nulla sit nata obligatio neque naturalis neque ciuilis, sed solum nascatur elapso biẽnio, cum nullo modo ille qui confessus est conqueri potest, vt in tex. hic in ver.hodie iuncto verbo obligat. Sed respondere quòd loquitur de obligatione effectuali, ciuilis tamen ante biennium erat nata: de quo dixi suprà de oblig.

ADDITIO.

a Contra communem opinionem. Vide latè Bellonum supra de oblig. in princip.

No.exceptionem non numeratæ pecu.olim. opponi potuisse

1 quandocunque ante biennium. Item not. † quòd multum tem-

a poris ᵃ appellatur quinquennium: sed multum aut modicum

b tempus ᵇ iudicatur secundum naturam subiectæ materiæ. not. in l.Lucius.ff.mandati.in l.sed si fideicommissaria. §. Aristo.ff.

2 qui & à qui.finaliter no. † exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ solum opponi posse ante biennium. Sed dices tu, hoc vere iniquissimum, quòd tempus opponendi homini exceptionem restringatur: quia dabitur materia asserto creditori differenti agere quoad elabatur biennium, ne ei agenti non numeratæ

ratæ pecuniæ opponi possit exceptio. Respondetur, quòd iste qui confessus est poterit sibi alio remedio prouidere: quia si videat assertum creditorem differre in agendo, poterit coram iudice protestari, quòd licet confessus fuerit, illud tamen facit spe futuræ numerationis, quæ nunquam tamen fuerit subsecuta: quo casu exceptio erit perpetuata, & creditori quandocunque agenti opponi poterit. l. si præsens. de epi. au. l. in contractibus. §. fi. C. de non nu. pecu.

ADDITIONES.

Multum temporis. Adde Glo. fi. & ibi Docto. in cle. j. de reb. eccle. non alie. Abb. in c. plerunque. de rescrip. Ioan. de Ana. in c. fina. de præla. vi. suas.

Modicum tempus. Adde gl. in l. promisit. in §. j. ff. de consti. pecu. & in l. eum qui de verb. ob.

Glos. super ver. si quis. ibi, per publicam personam. a Sed tunc dices tu, † si hoc scriptum est per publicam personam, ergo faciet plenam fidem, nec habebit locum exceptio non nu. pecu. in l. cum precibus. C. de proba. Sol. dicunt Docto. multum referre an notarius scribat in instrumento, Titium recepisse totam pecuniam, & tunc benè præiudicaret, nec haberet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, an verò scribat vnum confessum fuisse recepisse, quo casu habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ. Et propterea dixit glos. notabiliter in l. si emptio. in verbo, conscriptum. C. si cert. peta. & in l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. quod † notarius nunquam debet scribere aliquem aliquid recepisse, nisi numeratio fuerit facta notario præsente & vidente: sed debet scribere illum confessum fuisse quod receperat: alioquin incurrit crimen falsi, afferre testimonium de eo quod non viderit. Et propterea alias ego vidi in hac Vniuersitate, quòd cum quidam scolaris intitulisset verba iniuriosa Rectori. Rector statim vocari fecit tabellionem Vniuersitatis vt conficeret instrumentum qualiter ille verba dixerat Rectori iniuriosa: scholaris tunc dixit: tu notarie conficiens instrumentum quod dic. Rector dixit, quòd ego dixi, quia non fuisti præsens & benè dixit, per illas glo. † An autem delictum possit probari per instrumentum publicum, vt quia notarius attestatur in instrumento qualiter Caius interemit Titiũ. glo. in l. contra negantem. C. ad leg. aquil. visa est tenere quod sic: contrarium visa est tenere glos. in capitu. cum in ecclesijs. de [illegible]. & obe. de quo dicite vt per Bar. in l. Senatus. ad Turpil. pulchrè per Cy. in l. si. C. de prob.

ADDITIONES.

Publicam personam. Præmitte etiam quod non refert quo ad modum procedendi, an hæc cautio sit stipulatione vallata, an ne, licet benè referat quo ad excipiendum: quia quando interuenit stipulatio, excipitur de non numerata pecunia: sed si non interuenerit, datur exceptio in factum & non vltra. C. de non nume. pecu. & hic in glos. Item refert, quia quando stipulatio intercessit actum non nume. pecu. vt hic in glo. Sed quando non intercessit, tunc dicit † Barto. in l. j. ff. de condi. ex l. quod si certum venit in cautione, datur certi condictio ex literarum obligatione: si autem incertum, tunc datur actio ex literarum obligatione. per l. non inter. de act. & obliga. Et ista obligatio est ciuilis, sed inefficax ante biennium, post biennium verò efficax, licet alij contractus sint de iure gen. l. ex hoc iure. Ias. May.

Delictum possit probari per instrumentum. Adde Barto. in l. senatus. ff. ad tur. Cy. in l. sciant C. de proba. Saly. in l. singuli. C. de accus. Io. And. in regula semel malus. de re. iur. lib. vj.

In ea. glo. no. regulariter † scripturam priuatam non facere fidem. a Fallit si hæc scriptura aliquid contineat contra scribentem, quia non est verisimile aliquem scribere contra se quod veritati non innitatur. argumen. in l. exemplo. cum ibi not. C. de proba. Fallit secundò, si talis scriptura priuata habet subscriptionem trium testium fidedignorum. auth. si quis vult cautè deponere. C. qui po. in pig. ha.

ADDITIO.

Fidem. † De hoc qualiter scriptura priuata probet vide in authen. contra qui propriam. C. de non numeratæ pecuniæ. per Bald. & alios in l. plures apochis. & l. comparationes. C. de fid. instrument. vbi etiam ponitur qualiter probetur scriptura alicuius, & in lege, instrumenta. C. de proba. & in capitulo, secundo per Cano. extrà de fide instrumento. & Barto. in lege, nuda ratio. ff. de dona. vide Bald. in lege, in bonæ fidei. C. de re. cre. de iuretur. in secunda columna. Et qualiter scriptura illius qui habet officium de publico, thesaurarij, vel alterius probet, vide in l. quædam. §. nummularius. ff. de eden. Ias. Mayn. [Qualiter scriptura priuata probat. Adde Specula. titu. de fide instrumen. in §. nunc dicendum. versicu. regulariter verò. & per Ludo. in repe. l. admonendi. in x. col. ff. de iureiur. vbi dat amplissimas remissiones.]

Glo. super ver. debere ibi l. cum vltra. Colligitis ex gl. quod † quando quis vltra confessionem factam spe futuræ numerationis per solennem stipulationem soluere promittit quod non fuerit numeratum, creditorem agentem exceptione in factum repellere potest intra biennium. Sed contra oppo. & videtur quod huic promittenti competit exceptio non nume. pecu. vnde supp. §. j. infrà de excep. & l. si ex cautione. C. de non nu. pec. Sol. dicunt Docto. quod iste promissor in modo excipiendi habet duo diuersa remedia concludendi. Primum est vt dicat, licet ego confessus fuerim recepisse, ac soluere promiserim, hoc tamen quicquid sit ego egi sperans pecuniam à te numeratum iri, ideo exceptionem non numeratæ pecuniæ oppo. Aliud, vt ita concludat, licet ego confessus fuerim & vlterius soluere promiserim, tamen ex quo tu non numerasti, & dolo facis petere quod habere non debes, & quod nunquã numerasti, ideo contra te in factum exceptionem oppono. hoc modo concordantur. l. si ex cautione. C. de non numera. pecu. & l. cum vltra. §. j. de except. a

ADDITIO.

De excep. † Et sic in effectu habes conclusionem, quòd ante biennium competit exceptio non nume. pecu. quæ si fuerit opposita, ipsam opponens non tenetur probare, vt infrà in glos. in versi. obligetur, sed creditor debet probare pecuniã esse numeratam. Similiter etiam competit hæc exceptio post biennium, & similiter exceptio doli generalis, vt vult glo. hic & in l. si ex causa. C. de non nume. pecu. Sed tamen differentia est, quia ista quæ competunt post biennium, debent probari per reum eas opponentem qui probabit indebita per testes qui interfuerunt: vel per confessionem creditoris, qui forte affirmabit se nunquam numerasse, vt infrà dicetur in glos. in verbo eandem. non autem poterit probare per iuramentum actoris, quia hic actor non cogitur suscipere, sed potest recusare: quia lapsus termini biennalis est iusta causa recusandi iuramentum. l. in contractibus. C. de non nume. pec. secus autem in illa quæ competit ante biennium, quia illam cogitur probare creditor, infra dicam. Ias. May.

In ea. glo. licet habeam exceptionem. Hæc glo. non videtur procedere iudicio meo: quia ego confitens promissor propter verba obligatoria creditore cõtra me agente, necesse haberem pecuniam non fuisse numeratam probare, propter præsumptionem contra me. l. ab ea parte. ff. de proba. hoc tamen est falsum, quia creditor asserere necesse habet se numerasse. l. si cautione. de non numera. pecu. ergo non præsumor obligatus. In ea. glo. in fin. Colligitis ex glo. quod † si ego confiteor per verba præteriti temporis, puta, recepisse: vel per verba præsentis, puta, me debere: quod contrahitur obligatio literarum non in virtute verborum expressorum, sed in virtute eorum quæ tacitè insunt, quia futurum tempus demonstrant. Et ideo reddam. Sed hæc opi. non videtur bona: quia verba vel scriptura in mente retenta illam causari non potuerunt. argumen. in lege, si non repetendi. C. de condi. ob cau. & ideo ad istum textum, subaudienda sunt verba expressa futuri temporis. & ideo reddam, & sic videtur Docto. pertransire. Glo. super verbo, exceptione. in fin. Et hanc opinio. tenuit glo. in authen. sed hodie. C. de non numeratæ pecuniæ & videtur etiam communis opinio. Glos. super verbo, scriptura a ibi, scilicet sola. Not. ex glos. † quod obligatio literarum causatur ex duplici causa ex tacito consensu, ac etiam literarum obligatio. Et propterea dixit glo. singularis in lege, si non singuli. C. si certum petatur, quòd si talis confessio emaneret coram testibus, non causaretur aliqua obligatio, & quandocunque conueniretur repelli posset exceptione non numeratæ pecuniæ. Non obstat quòd † parem vim habeant testes & instrumenta lege, in exercendis. C. de fide instrumento. quia illud verum quo ad aliquid dispositum & in esse productum probandum secus quo ad aliquid disponendum.

ADDITIO.

Verb. scriptura † Sic ergo vt ex ista scriptura siue chirographo agatur, duo requiruntur pro forma, vnum ex parte cauentis, aliud ex parte cõfitentis. Nam primo debet illud chirographũ continere confessionẽ partis ex causa mutui spe futuræ numerationis: & ideò dicitur quod debet cõtinere tale instrumentũ confessionẽ. quia secus si non cõtineret illa cautio confessionẽ, sed solã numerationẽ, quia tunc enim si instrumentum attestatur de numeratione, non habet locum ista obligatio literarum, nec illa literarum nascitur obligatio, sed oritur obligatio re. id est, ex mutuo recepto, vt suprà quib. mod. re contrah. oblig. in prin. vt hic in glo. nisi redarguatur instrumentum de falso, secundum glos. in dicta lege, si ex cautione. Et ideò not. quod in instrumento publico est differentia an dicatur, talis confessus est habuisse & recepisse an dicatur, habuit & recepit: quia primo casu non probatur numeratio. ideò potest opponi exceptio nõ numeratæ pecuniæ. Secundo casu sic, ideò non potest opponi exceptio, secundum glo. in dicta lege, si ex cautione. Sed in priuata non est differentia, an debitor confiteatur habuisse &

recepisse. x. an tali dante & soluente: an dicatur, habuit & recepit. ita vult glo. in l. si non singuli. C. si cer. petat. Item est differentia an in instrumento publico dicatur, confessus est habuisse & recepisse. x. prout habuit & recepit: & cōfessus est recepisse. x. prout habuit & recepit in præsentia mei notarij: quia primo casu est sola confessio, in secundo verò probatur numeratio, secundum Barto. in d. l. si ex cautione. Quid autem si in instrumento dicatur confessus est habuisse x. à tali dante & soluente? Dic quòd est sola confessio partis nec per hoc probatur numeratio. Ex causa mutui ideo dixi, quia si ex alia causa & in alijs rebus quàm in quibus consistit mutuum quis confiteatur, certe confessio facta statim præiudicat. lege. generaliter. C. eodem. de non nume. pecu. Fallit in dote confessata, in qua est statutum tempus ad excipiendum lege. finali. & authenti. ibi posita. C. de dote cau. non nu. Fallit etiam in solutione debiti vbi statuitur tempus. xxv. dierum. l. in contractibus. §. super cæteris. de non numeratæ pecuniæ. In alijs autem rebus quæ non consistunt pondere, numero &c. habet locum exceptio rei habitæ, sed excipiens debet probare, vt scriptum est in apparatu. suprà. Spe futuræ numerationis ideò dixi, quia si ex causa de præterito confiteor me debere tibi x non attendimus numerationem, sed an præcedens causa fuerit iusta & solennis, vt l. si aduersus. & l. generaliter. C. de non nume. pecu. Et Ful. in l. ij. in fi. ff. si cert. peta. dixit, an fuerit ex causa donationis, vel per errorem, vel præcedente stipulatione, vel sine, vt hîc in glo. in ver. debere. Dispositionem expressam vel tacitam ideò dixi, quia secus quando non continetur expressa vel tacita dispositio in ista confessione, quia tunc confessio extraiudicialis non inducit obligationem, sed probationem. l. Publia. in fi. depositi. Et est expressa dispositio, cum confiteor me habuisse & recepisse x. & promitto restituere. Tacita est, cum cōfiteor me recepisse & debere x. ex causa mutui: nam tacitè intelligitur hæc dispositio, & ideò reddam. Et sic non quod confiteor se debere ex causa mutui, videtur fateri & promittere de soluendo & restituendo. vt hîc in glo. Ias. May.

Glo. super verbo. obligentur. ibi, in re iudicata. de hoc dicite vt dixi plenè suprà de obligatio. In ead. glos. in fine. Ex hac

14 glo. colligitis † quod ille qui opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ ante biennium non tenetur probare fundamentum suæ exceptionis hoc est, pecuniam non fuisse nume-

a b ratam, a imo agens tenetur probare illam fuisse numeratam. b

ADDITIONES.

a Non fuisse numeratam. Sed quia hoc dictum est dubium, & habet quinque varias opin. ideo vide Cyn. & Pet. in l. si ex cautione. C. eodem & glo. contrariam in authen. rogati. in verbo, confessus. C. de testi. & l. qui pecuniam, in verbo astringit. ff. si cert. peta. Barto. in l. si ex cautione. in princip. ij col. & Saly. & Bald. in v. colum. in versicu. x quæro. Angel. & Bald. in d. l. non singuli. C. si cert. peta. Ful. & Imo. in lege prima §. si quis. in ver. & hunc not. ff. de verbo. obligatio. An opponens exceptionem non numeratæ pecuniæ ante biennium teneatur eam probare vel ne. Et de materia non nume. pe. vide etiam in §. idem iuris infrà de exce. Ias. may.

b Fuisse numeratam. † Hoc verum dicas in illa exceptione quæ op-

15 ponitur ante biennium, secus in illa quæ opponitur post, puta in exceptione doli quæ appellatur in factum & competit post biennium, vt vult glo. in l. si ex cautione. C. eod. non numeratæ pecuniæ quæ etiam potest competere post. vt volunt gl. præcedens in ver. debere quæ ista probat opi. vbi scripsi. Ias. May.

Sed contra oppo. nam ille qui excipit dicitur agere. l. ij. ff. de excep. ergo tenetur exceptionem probare l. ei qui dicit. C.

16 de proba. Sol. † Duplex est species exceptionum nam quædam est quæ aliquid ponit, & istam excipiens probare tenetur: puta, petis à me mille, excipio & dico quod solui, vel fecisti pactum de non petendo, & tunc hoc probare debeo, quia excipiendo aliquid pono. Quædam sunt species exceptionum in quibus nihil ponitur, sed totaliter negatur puta petis mille ex confessione mea. oppo. ista mille non fuisse numerata, & tunc quia totaliter nego probare non debeo, & ita loquitur materia nostra, & est glo. in l. in exceptionibus. ff. de proba. & in l. si ex cautione. C de non nume. pecu. quæ sol non placet, quia secundum hoc idem esset in confessione facta ex quacunque causa, quod tamen est falsum. l. generaliter. C. de non num. pe. & videbitis in glo. fin. & propterea secundum Cy. aliter respondetur, quod ideo creditor pecuniam numeratam probare tenetur. quia huiusmodi exceptio non num. pecu. opposita ante biennium est priuilegiata, vt agens numerationem probare teneatur: quia lex præsumit quòd debitor qui vult habere pecuniam mutuo, facile confitebitur ante numeratione, vt creditori complaceat, & numerationem fieri speret: vnde lex volens succurrere facilitati debitorum qui egent, præsumit pecuniam nō numeratam fuisse, & confessionem etiam precessisse, ideoque onus probandi iniungitur creditori. l. ab ea parte. ff. de proba. & ideo si talis exceptio opponatur post biennium, tenetur ille qui confessus fuit probare illam non fuisse numeratam: quia ista exceptio lapsu biennij perdidit priuilegium: & ad regulas iuris communis redacta est. vt in glo. hîc. Glo. super verbo, mul

17 tum. in fin. Not. ex glo. quòd † verbum, diu, complectitur tempus decennij: verbum multum, complectitur tempus quinquennij. Vos dicite, hoc moderari arbitrio iudicis, vt no. glo. in l. Lucius. ff. man. & in c. fin. extra de fideius. habetur in simili in c. ponit. extra de loca. & facit. l. j. in fin. de iure deli. Glo. super

18 verbo, extenditur ibi, l. generaliter. colligitis ex glo. quòd † exceptio non nume. non habet locum nisi in confessione emanata ex causa mutui secus si emanauerit ex alia causa. Ratio diuersitatis, quia quādo emanauit ex causa mutui, lex præsumit manatā ex facilitate petēns, & cupiditate cōplacendi creditori, vt ipsum inuitet ad subueniendū, & pecuniā numerādū. Secus quando emanat causa locationis vel venditionis, quia nulla præsumitur hic facilitas. Si enim non potero tibi vendere vel locare domum, alij locabo, vel vendam alteri, qui mihi pecuniam exbursabit. Sed ita facile non reperiuntur amici qui velint nullo

19 habito commodo pecunias mutuare: † Et idem esset in confessione emanata super dote non numerata. l. si. C. de do. cau. non num. Ratio, quia illa præsumitur ex facilitate. & matrimonij contrahendi cupiditate. Nam ille qui optat matrimonium contrahere, facile confitebitur, vt appetitum ad effectum producat vnde lex huic facilitati subuenire volens, promisit opponi exceptionem non numeratæ pecuniæ. & illam priuilegiauit. Si tamen ille qui confessus fuit recepisse ex alia causa quàm dotis vel mutui, velit exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, & probare non numeratam: tunc benè poterit, quia talis exceptio competit non iure singulari, quia non priuilegiata, sed iure communi: ideoque ante biennium & post quandocúnque opponi poterit lege, pure. in fin. ff. de excep. do. In ead.

20 glo. in fin. Colligitis ex glos. quod † licet exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ competit debitori confitenti, possit opponi quandoque ante biennium, illa tamen quæ competit creditori in quacunque causa confitenti opponi potest solum intra triginta dies. Ratio diuersitatis: quia lex præsumit debitores agentes sic suis inclinare se ad confitendum, vt creditori complaceant, & pecunias suscipiant, quàm creditores, qui pecunijs

21 non ita agent. † Creditores enim optant, vt inquit. Cyn. quod diu pecunia permaneat penes debitorem, vt possint vsuras multiplicare, & viam ad infernum sibi præparare. Stat igitur regu-

22 la † quod creditori confesso ex causa mutui recepisse quod nō recepit, competit exceptio non numeratæ pecuniæ intra xxx.

a dies. Hæc regula fallit debitore rerum depositarum a siue pecuniarum, quia nūc ex confessione sua creditor statim sibi præiudicat. Ratio, Nam ex quo depositarius nullum commodum percepit ex re deposita, lex præsumit quod stante confessione debitoris reuera res depositæ fuerunt restitutæ. Ex quo infert Barto. quod si depositum fuisset in quantitate, ita quod depositarius ea vti possit, idem esset quod in mutuo lege. diem §. primo. ff. de po. Secundò hæc regula fallit in exactore publico, qui est debitor occasione functionum inceptarum: quia si procurator fisci vel fiscus confiteatur recepisse, statim confessio ei præiudicat. Ratio, quia talis exactor de his pecunijs nullam percepit vtilitatem, nam exactus statim restituere debet, non eis vti. Ex quo dixit Barto. idem esse in exactore priuato: vt si ego constituerim te procuratorem meum ad exigendas pecunias, & exactas confitear à te recepisse, quod statim confessio mihi præiudicat. Tertiò hæc regula fallit in marito secundo, confitente recepisse dotem: quia ex quo semel confessus fuit, si probabitur ad secundam confessionem venisse, illa confessio præsumitur matura, deliberata, & vera argumen. in lege, si mulier. C. de iure do. Ex quo dixit Bartolus quod idem esset in quocunque creditore, qui bina vice ex interuallo confiteretur se recepisse, quod reuera non recepit, ista probantur in lege, in contractibus. §. primo C. de non numeratæ pecunia. Quartò fallit, in creditore rei fiscalis qui est debitor prætij rei vendicatæ lege, benè à Zenone. C. de quadri. præscri. quia cum prætium statim fisco restituere teneatur, nullamque vtilitatem percipiat confessio facta sibi prodest. Quintò fallit, in muliere confitente recepisse pecuniam, vt pro mutuo intercedat, tex. est in l. antique. C. ad Velleia. & ibi ponitur

b ratio in gl. quæ est clara. b

ADDITIONES.

a Depositarium.† Adde etiam aliud privilegium in deposito, vt si pe
23 cunia, vel alia res est oblata alicui per l.obligatione. C. de sn.illa non potest per nouam personam sequestrari, vt sequestrum valeat. ita voluit Ludou.de Ro.in l.si mora.ff.so.ma.alle.text.in authenti. de deposito.in pon. Et an pecunia deposita, sed donum pecuniæ depositæ, transeat in eum cuius nomine est deposita, vide Cy.in l.acceptam.C.de vsur. quod fiet sed Bal.contra.in l.si ego ff.de neg ge. & vide Bar.in d.le. acceptam. vide de alio privilegio in capit.quemadmodum. extra de iureiurando. Ias.May.

b Est clara. †In quibus casibus non habeat locum exceptio non nu.
24 pe.& In quibus habeat, vide hos casus notatos in l.in contractibus. §.j.
25 C.de non nume pec. Adde † quod exceptio non nume. pecu. quæ nō potest post biennium opponi, non habet locum contra ecclesiam, nec etiam ciuitatem.quia illæ quandoque possunt opponere. vt nota.Bal.in authent hoc ius porrectum C.de sac.san.eccle. Bal. in lege secunda. in h.ff.h cer.pe & Docto.in l.ciuitas si cer.pet.Ias.May.[Adde an exceptio non nu.pe habet locum in contractibus non celebratis in scriptis. vide glo.in l.si non singul .C cer. peta.]

Sed contra prædicta oppō.quod exceptio non nu. pe cu.non prosit creditori,nec etiam debitori confessio. vnde op' de l.j.C.de fal.causa adie.le. Huius tenore contrarij. Doctores
26 singulariter limitant † hanc materiam habere locum in confessione emanata in vltima voluntate. Rationem dicunt Doctores quia quando quis confitetur aliquid recepisse in vltima voluntate, non præsumitur facilitate aliqua confiteri, nec spe aliqua futuræ sibi numerationis, cum potius de morte cogitet quam de cupiditate pecuniæ: & ideo eo mortuo non competit exceptio non nu.pec. hæredi suo: quod verum intellige priuilegiatiue, vt agens probare teneatur: competit tamen iure communi, si hæres velit probare confessionem fuisse erroneam, illud est glo.sing.in l.j C.de fa.caus.adie.leg.& est notabilis limitatio
27 ad hanc materiam. † Et ideo pone, vsurarius qui habet contra instrumentum de duplo veræ sortis.ille vsurarius in testamento suo timens Deum, confitetur quòd hoc instrumentum erat fœneratitium de duplo veræ sortis: ipse conualuit, reuocat testamentum. petit duo vtilia virtute instrumenti opponis de confessione, ille replicat testamentum esse reuocatum, & sic omnia disposita in testamento, & per consequens & confessionem. ar. in lege tertia.§.finali de adie.leg. quæritur quid iuris. Doctores communiter in l.ge generaliter. C.de non nume. pecunia. dicunt confessionem præiudicare, quia præsumitur matura & deliberata.† Non ob.quod reuocato testamento intelligantur omnia in eo disposita reuocata, quia illud verum quando sunt pertinentia ad materiam vltimæ voluntatis: a secus quando pertinent ad naturam contractus vel quasi: † Vnde si in testamento vendidero tibi librum, reuocato testamento non reuocatur contractus l.hæredes palam & ibi glo.ff. de testamen.facit l.j.§.signare de assignan.liber.† Quæritur, an exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciari possit b glo. in l. si ex cautione, C.de non numerata pecunia, dixit duo esse consideranda in huiusmodi exceptione. Primum est, facultas opponendi. Secundum est, onus probandi numerationem, quod iniungitur ipsi agenti. quantum ad primum renunciatio non valet, quia diceretur tolli defensio: quæ est de iure naturali, contra §. sed naturalia suprà de iure naturali. Quantum verò ad secundum bene renunciari potest quia illud tribuitur iure singulari, quod facilè tollit l.eius militis.§.militia missus.de testa.mili.& not. glo. in l. antiqua.C.ad Vellei, quod est dicere, quod exceptioni non nu. pecu. priuilegiatæ renunciari potest, illi autem quæ competit de iure communi nequaquam. Sed Cy.& Iaco.de Are.dixere contrarium, quorum sententia placet: quia talis exceptio non nu pecu.est. adinuenta propter præsumptam facilitatem eorum qui cupiunt mutuas pecunias, vt suprà dictum est: quia igitur facilitate confitentur eadem inducerentur ad renunciandum ar. in l.doli.§.diuersum.ff.de dona. Præterea nonne creditores inducerentur ad delinquendum, si inducant debitores ad confitendum & ad renuntiandum? contra lege conuenire. de pactis do. Tabelliones tamen ex consuetudine faciunt renunciare.

ADDITIONES.

Voluntatis. Renuncia in testamento non censetur reuocatus cō tractus in eo factus. in illo consil.lxj.c.8.cum seq.

Renunciari possit. Intellige tu, quòd potest renunciari, quia licet debitor habeat hoc priuilegium vt ante biennium opponendo exceptionem non nume.pecu.transferat onus probandi in creditorem pecuniam esse numeratam, nec ipse habeat aliquod onus, tamen renunciando potest hoc onus probandi in se suscipere, vt hic. & in d.le.si ex cautione.Ias.May.

Quid igitur si talis confessus renunciauerit cum iuramento? Dicite, aut confitetur se debere & iurat, & tunc iuramentum nihil operatur. quia sicut confessio habet tacitam conditionem obligationis, si pecunia numeratur, ita & iuramentum.l.fina.C. de non nu.pr. Aut confitetur & renunciauit, iuratque renunciationi non contrauenire, tunc de iure ciuili iuramentum non valet.l.non dubium.C.de leg.de iure Cano.tenet c.contingat.extra de iureiuran.

De obli.quæ ex consen.contrah. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine Supra visum est de obligationibus quæ re, verbis & literis contrahuntur, verum quia sunt & aliæ quæ consensu conficiuntur.§.fin. suprà de obligatio.titulo generali, ideò de his tractaturus intitulauit de obligationibus quæ ex consensu contrahuntur.]

1 *Obligationes quare dicantur ex consensu & qui consensus in eis requirantur.nu.1.*
3 *In contractibus qui consensu fiunt uenit omne quod bonum & æquum est.*
4 *In stipulatione id solum uenit quod est expressum.*

CONSENSV FIVNT. obligationes. Duas habet partes. In ponit dictum. In secunda rationem ponit. Secūdam ibi,(ideoque autem.) Non summatur breuius.a

ADDITIO.

a Breuius. Hoc dicit. Solo consensu etiam inter absentes adhibito, absque re, verbis, literis, vel præsentia oritur obligatio in venditione, locatione, mandato, & societate. Et in his supplet officium iudicis in quantum bonum & æquum visum fuerit. Iason May.

Nota primò, obligationes prouenientes ex locatione, emptione, societate, & mandato, appellari consensu contractas. No.
1 rationem quod † ideo appellantur obligationes consensu,a non
a quia aliæ obligationes qualitercunque prouenientes non causentur ex consensu, sed quia illæ non causantur solo consensu, sed istæ sic. In istis enim non est opus scriptura vel literis. quia literæ substantiam præbent illi contractui. In istis etiam non est opus præsentia contrahentium, imò vtiliter possunt per epistolam vel nuncium: & in hoc differunt ab obligatione verborum, quæ stipulatio est appellata, prætereà quod verba solennia substantiant illum contractum. In istis etiam non est opus traditio-
b ne rei,b nec interuētu. Si enim emo à te eum, etiam antequam tradas perfectus est contractus, & obligatio nata. & in hoc differt à mutuo, commodato, deposito, pignore, obligatione indebiti: non enim ante dicitur mutuum quàm sit res data: & eodem modo nec commodatum, nec depositum, Illique contract. ideo appellantur re, quia rei traditio perficit contractum & substantiat. Isti verò de quibus hic, ideo appellantur consensu, quia solus consensus circumscripta quacunque solēnitate verborum, quacunque traditione rei, perficit contractum: & ideo consensu obligationes appellantur.

ADDITIONES.

a Consensu.†. Adde tu, quòd licet istæ obligationes celebrentur
2 consensu, quòd non tamen omni consensu celebrantur, sed requiritur quòd sit consensus ad hoc adhibitus. Vnde si ego dicerem vni vt venderet talem rem meam & alius hoc audiens iret & vēderet, certè ego non obligarer: quia licet adhibitum consensum, nō tamen adhibui illi quòd possit vendere. hoc voluit glo.in l.j.ff.de contrahen.emp. Quid autem si misi tibi literam vel nuncium de vendendo, & antequam nuncius vel litera ad te perueniret reuoco mandatum, & me pœnitet, nihilominus nuncius ignorat, vel tibi vendit, vel literam dat, an teneat obligatio. Tenet glo quod sic in l.j ff.de contrahen.empt Sed Doctores tenent contra. quia nuncius non contrahit, nec litera .sed consensus domini qui ante contractum deficit. & ideò contractus nullus est, casus est in c. j. de procur.lib.vj.& l si pater.§.respon.ff.de ma.vi. Ex quo tamen non est quæsitū ius aduersario, potest venditoré pœnitere. tenetur tamen ad damnū & interesse si quod esset, quia non certiorauit aduersariū. l.qui hominem.§. si Titius.ff.de sol.& §.item si adhuc institu. mandati. & lege qu. autem

§.constituere ff.de constituta pecu.& per Bald.in l.multum interest C. si quis alteri vel sibi.& Ang.in l.si procuratorem absentis .ff.de procuratori.Ias.May.

b Ratione rei. Vide Bellon.supra quibus more contrah. obliga.in princ.& lib.j.supputa cap.v.

3 †Nota,quòd in his contractibus venit omne quod bonum & æquum est.concor. lege qui tantundem. ff.de neg.gest. 4 lege quæcunque.§.finali ff. de verborum obligationibus. †At a in stipulatione venit id solum quod verbis expressum est a nec aliquid extrinsecus subintelligitur.lege ista stipulatus.§. Chrysogonus.l.in conuentionalibus.& l.quicquid astringendæ. ff.de verbo.obliga.

ADDITIO.

a Expressum est Videtur obstare quod notat Bellon. lib.j.suputa.ca.v.vbi in mutuo quod est stricti iuris, venit quod bonum & æquum est. Cogita.

De emptione & venditione. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de obligationibus ex consensu. verum quia illæ consistunt aut in emptionibus & venditionibus, aut locationibus & conductionibus, vel societatibus, vel mandatis, vt suprà titulo.j.in princip.ideo de his tractaturus ab ista incipiens de emptione & venditione intitulauit.

1 *Contractus arrharum an sit contractus de per se.*
2 *Pro arrha an aliud dari possit quàm pecunia.*
3 *Arrhæ dari possunt in alio contractu quam emptionis.*
4 *Arrhæ duplicatæ qua actione restitui petentur.*
5 *Arrhis duplicatis restitutis, an possit agi ad interesse.*
6 *Emptio & venditio solo consensu perficiuntur,*
7 *Arrha non ad substantiam, sed ad probationem contractus requiritur.*
8 *Pars quæ pro pagamento data intelligatur, cùm datur aliquid pro arrhis & pagamento.*
9 *Re uendita si duo uel tria data sunt simpliciter, non expresso nomine arrharum, pro utroque data censentur.*
10 *Scriptura non est necessaria ad substantiandum contractum bonæ fidei.*
11 *Emptionis & venditionis contractus est duplex.*
12 *Paria sunt scripturam facta esse manu propria, uel aliena, & subscriptā a contrahentibus.*
13 *Qui aliquem actum manus propria scripsit, non habet necesse illum subscribere.*
14 *Emptor si pœnitet perdit arrhas. si uenditor, duplum restituit.*
15 *Actus potius appellatur à uera substantia, quàm ab eius qualitate.*
16 *Venditor qui recepit arrhas, non tenetur ad interesse recedendo à contractu uenditionis, si reddit arrhas duplicatas.*
17 *Exceptio in uno uel in duobus firmat regulam in contrarijs.*
18 *Emptor dando pecuniam uenditori in dubio, uidetur dedisse loco pagamenti uel solutionis.*

EMPTIO ET VENDITIO. a Diuiditur in duas partes. Nam in prima tractat de emptione & venditione quæ sine scriptis conficitur. In secunda tractat, de ea ad cuius substantiam scriptura requiritur. Secūda ibi, (sed hoc quidem.) Hoc dicit in Summa. Emptio & venditio solo consensu contrahitur, ideo neque rei traditio, b neque arrha, b nec pretij numeratio sunt necessaria de re tamen tradenda & pretio numerando simul conuenire debent.

ADDITIONES.

a Emptio & venditio. Adde Fortunium Garzi.in l.iurisgentium.col. iiij.ff.de pactis. Zilettus.

b Arrha †Quæritur, nunquid contractus arrharū sit contra.de per se an ne & glo.in l.contrac.C.de fi.instr.dicit q sic,& bene.sed tamē habet dependentiā ab alio,& ita saluatur opi. Martini ibi. [Contract. ar- 2 rharū an sit cōtrac.per se,an non, † Quæritur etiā, nunquid pro arrha possit dari aliud quā pec.puta annu.vel alia res? Dic q sic l.ij.C.quando 3 lic.ab em.disce. † Quæritur etiā.an arrhæ dari possint in alio cōtrac. quā emptio. Dic q sic.quia cōtrac.cohærēs alteri cōtract.vt suprà,pôt etiā adhærere alij. contract.sed tamē frequent.impo.in contract. venditio- 4 nis,vt hic. †Quartò quæro,qua actione petatur restitu.arrha.duplicata. Glo.hic in ver.compel.dicit q triplici actio. scilicet condictione ex hac lege,& officio iudicis,& actione ex empto.de qua per Saly. in d.l contractus. †Quintò quæro,an restitutis arrhis duplicatis nihilominus possit agi ad interesse? Dic quòd sunt hic opiniones. in glossa. Bartol.tenet opinio. Bul. & Iohann. quòd possit quia per specialē prouisionem hominis non videtur recessum à generali prouisione legis. vt nota. l.ij. C.de iure emphyt.Sed Saly.in dicta lege contractus tenet primam opinionem, scilicet Marti.& Azo. quòd restitutis arrhis duplicatis non possit agi ad interesse: quia hoc videtur tacite agere contrahentes cum tradunt arrhas, vt licitum sit discedere perdendo arrhas duplicatas, & hoc videtur velle hic tex & in dicta lege. contractus. & hæc opinio.vera vbi contractus erat perfectus, alias ex contractu non perfecto, non agitur etiam ad interesse, vt nota .in dicta lege contractus. Ias.May.

6 †Nota, primò, emptionem & venditionem solo consensu perfici, & propterea nec rei traditionem. nec pretij numerationem, nec arrhæ dationem esse necessariam. ista enim emanant non ad substantiam contractum, sed ad illum exequendum, concor.lege secunda. §.primo. ff. eodem. Opus tamen est de his omnibus inter contrahentes conuenire, vt hic, & lege prima.ff. 7 eodem. Nota, secundò, † ratione arrhæ a contractum non sub- a stantiari, sed arrham contractus initi argumentum siue probationem præstare. concor.l.sæpe.ff.eodem.

ADDITIO.

a Ratione arrhæ. † Quidam autem quando est datum aliquid alicui a pro arrhis & pro pagamento; Dic quòd dimidia pars, quia copula, Et, diuidit in partes.l.j.C.si plures vna sententia.& l.nomen filiarum. §.por 9 tionis de verborum signific. † Sed quasi si vendita est res pro decem, & duo vel tria data sunt simpliciter, non expresso nomine arrharum, vel an loco arrharum solum, quid etiam? Dic quòd pro vtroque illa tria data censentur, vt nota glos.in lege secunda C. quando liceat ab emptione discedere. Et sic nota quòd licet contractus emptionis perficiatur solo consensu nec ab eo quis recedere possit regulariter, si habet facultatem rei tradendæ: tamen si sunt datæ arrhæ videntur partes conseruare potestatem discedendi à venditione vb. alias non possent. ita voluit Bart. l.iij.ff.de act. empt.Ias.May.

10 Item colligitis † scripturam non esse necessariam ad substantiandum contractus bonæ fidei, sed solum emanat ad probandum: vbi igitur fides rei gestæ aliter probari potest, scriptura nullius momenti redditur.l.non idcirco. C.communia vtriusque iudi.l.pactum.C.de pactis l.contrahitur. ff.de pigno. Simile videmus in testamento in scriptis,& in testamento nuncupatiuo.l.hac consultissima.C.de testamen. Nota. in verbo, sed 11 hoc quidem.† duplicem esse contractum emptionis & venditionis: vnum qui initur scriptura substantiali, alium qui concipitur mediante scriptura substantiali.concor.l. contractus. C. de fi.instru. Nota. contractum qui concipitur in scriptis, non aliter dici perfectum, quam si scriptura fuerit completa vel manu tabellionis, vel alio dummodo scriptura fiat à contrahenti- 12 bus.† Item colligitis singulariter ex hoc text. quod paria sunt scripturam confici manu propria, & confici manu aliena, pro- 13 pria tamen subscribi. Ex quo colligitis, † quòd vbi quis scripsit aliquem actum manu propria, non habet necesse illum subscribere. Et propterea dixit Bal.in l.cum antiquitas.C.de test.quòd si mercator vel alius scribat in literis, Ego talis confiteor recepisse &c. quòd licet non subscribat nomen proprium, literæ tamē 14 probant.& dicatis vt ibi. Item nota quod † si emptorem pœnituerit contractus arrhis traditis, perdit illas arrhas. Si verò vēditorem pœnituit, restituit arrhas duplicatas concor. dicta lege contractus. C. de fide instrumento. Glos.j.ibi perficitur. Et hoc verum dummodo in tali contractu demonstratum fuerit, quid, quale, quantum venierit. vt habetur in d. lege. necessariò. C.de periculis & conditionibus rei venditis. Glos. super verbo scriptura conficiuntur.ibi.§.& licet. Hac opinio Pl c. communior videtur. Ex qua colligitis, quòd aliquando super actu emanat scriptura ad actus probationem, & tunc ille actus non dicitur actus in scriptis, quia modi probandi actum veniunt extrinsecus ab ipso actu, vnde nullam tribuunt actui nominationem. Aliquando conficitur scriptura ad substantiandum actum, & tunc tribuit actui nominationem. Hinc est quòd dicitur duplex esse testamentum: in scriptis, ad cuius substantiam necessaria est scriptura: quoddam est testamentum nuncupatiuum, siue sine scriptis, quia ad illud substantiandum non interponitur scriptura, sed ad probandum.l.hac consultissima. §. per nuncupationem.C.de test. In ea glos.in fin. Tene menti hanc glos.ex qua 15 colligitis, quòd † actus potius appellatur à vera substantia, quam ab eius qualitate, vnde cum emptio causetur ex consensu & qualitate scripturæ, quando hoc agitur potius appellatur contractus emptionis in scriptis, quam contractus solius scripturæ.

Glos.

Glo. super verbo cõpellitur diuiditur in duas partes. In prima quærit, qua actione teneatur venditor recedens à contractu præstare arrhas. In secunda quærit, nunquid teneatur vltra duplicationem arrhatum interesse, si magis emptoris intersit. In tertia format vnam q. incidentem circa prædicta. Secunda ibi, (sed nunquid.) Tertia ibi, (sed quid si q. dederit.) In ea glossa. ibi, lege finali. Colligitis ex glo. duas opiniones. Prima, † quòd venditor qui recepit arrhas non tenetur ad interesse si vellet recedere à contractu, & restituere arrhas duplicatas, & pro hac sententia quam communiter tenent Doctores, faciunt iura & rationes in glos. allegata. Secundò introducunt Doctores, lege fin. si fundus §. j. ff. locorum quæ lex parum facit. Tertiò mouentur ipsi, quia emptor petendo interesse & arrhas videretur sibi contrarius, ideo repellendus. Nam inquantum petit interesse actione ex contractu, videtur affirmare contractum valere, lege prima de act. empt. Inquantum petit arrhas videtur consentire contractum rescindi posse, vt hic. & l. contractus. C. de fide instrumento. Sed hæc ratio non placet, quia emptor qui petit interesse actione ex contractu, non petit arrhas vltra interesse, sed illæ arrhæ veniunt computandæ in isto interesse. Item mouentur ipsi, quia non debet venditor affici pœna duplici, & condemnationis arrhatum. Sed hæc non bona, quia solum punitur vnica pœna, scilicet interesse, sed in illo interesse computantur arrhæ. Sed tamen pro Doctore allegato primò hunc textum qui dicit licitum esse recedere sine pœna. postea dicit, nisi arrhæ fuissent traditæ, quia venditor tunc ad duplicationem tenetur, ergo non ad totale interesse, quia † exceptio in vno vel in duobus firmat regulam in contrarijs. §. vt autem. in authentica. de non ali. Item pro communi opinione. introduco. lege post d. em. ff. de lege. commiss. vbi venditor recipiés precium post diem, præiudicat sibi in recessione contractus: ergo eodem modo petitio per pœnam arrharum, videtur præiudicare in petitione interesse. & ad hoc facit quod not. glos. in lege, secunda. C. de iure emphyteuti. vbi habetur quod dominus qui post triennium recipit pensionem ab emphyteuta, videtur renunciare potestati deijciendi: ergo sic in proposito. Et ista est communis opinio. Ioannes & Bul. vt teneatur ad interesse, & in eo computentur arrhæ. Pro qua facit, quia non videntur contrahentes renunciare iuri petendi interesse, quod prouenit de iure communi. lege mater. ff. de inofficio. test. Sed respondete quòd hoc non prouenit, quia contrahentes videantur renunciare, sed quia lex ista statuit vt arrhis præstitis non habeat locum petitio interesse. In ea glos. in finali. duo operatur, Vt, si emptor perdat arrham datam, & teneatur seruare contractum, & consequenter soluere totum pretium. Sed hic dubitatur: pone quod emptor simpliciter tradident pecuniam venditori, nec exprimat an pro parte pagamenti, an verò nomine arrharum tradat qu d erit. † in dubio præsumitur traditum, loco pagamenti. lege secunda. C. quando liceat ab emptionibus discedendis.

¶ In contractibus regulariter non receditur à persona debentis arbitrari, fallit in quibusdam casibus.

Pretium in venditione debet esse certum,

Pretium rei venditæ potest conferri in arbitrium. Idem est in pensione rei locatæ.

Iniquè arbitrari quando quis dicatur.

Arbitrari an cogatur ille cuius arbitrium est electum.

Doctor compellitur consulere in causa vel puncto sibi commisso.

Iudex compellitur iudicare.

Arbitrator tenetur ferre sententiam partibus præsentibus, vel saltem legitimè citatis.

Argumentum de emptione ad locationem valet.

Emptio in quibus differat à locatione.

Assumptio arbitro super contractu quando à persona recedatur.

Venditor non tenetur transferre dominium rei venditæ. & numero. 13. & 14.

Venditor an præcisè rem tradere teneatur, vel liberetur præstando interesse.

Pactum quo in venditione venditor promittit de dominio transferendo, an valeat.

§. PRETIVM AVTEM. In contractibus à persona receditur a h. d.

ADITIO.

Receditur. † Et sic patet id quòd in contractibus regulariter non receditur à persona debentis arbitrari, vt hic. Fallit quando per accidés confertur in voluntatem alterius contrahentium, scilicet casu quo potest conferri, quia tunc recurrit ad arbitrium boni viri. l. hæc venditio. ff. eodem. Secundò fallit, si arbitrator assumptus fuerit pro aliquo accessorio alicuius contractus iam perfecti, vt si vendo tibi fundum cum vno de bobus meis arbitrio Titij. ar. ff. eodem lege si in emptione. Tertiò fallit, quando debet arbitrari. lege societatem. §. arbitrorum. ff. pro so. nam his casibus à persona secundum Bartol. in dicta lege. si quis arbitratu. sed in vltimis voluntatibus bene receditur à persona ad substantiam legati. lege finali. §. sed si quis. C. communia. de le. & lege prima de legatis secundo siue sit collatum in personam tertij, siue hæredis, eo casu potest. vt habetur in l. sicut de legatis primo. vbi relatè potest fieri, licet non expressè l. senatus. §. legatum. de legatis primo. de quo vide de prædictis ad pœnæ commissionem. lege multa de conditionibus & demonstrationibus per gloss. & per Bartol. in l. prima ff. de legatis secundo. Ias. May.

† Nota primo, pretium emptionis & venditionis debere esse certum. a concordia suprà in princip. Sed ideo hic repetitur vt aliquid addat. facit. lege qui Romæ. §. Callimachus. de verborum obligationibus. §. ius autem. & ibi glos. supra de iure natu. gentium & ciuili. item colligitis, pacta esse, pretium ab initio certificari, vel ab initio certum esse, & ex post facto declaratione tertij certificari. Item colligitis, † quòd pretium rei venditæ potest conferri in arbitrium tertij, b & idem est in pensione rei locatæ. concor. l. fi. C. eo.

ADDITIONES.

Certum. Adde Ias. in l. ita stipulatus col. vj. vers. nec obstat fundamentum Bart. ff. de verbo. obliga. Zilettus.

Tertij. † Queri potest quando quis dicatur iniquè arbitrari. Gl. dicit, quando excedit dimidiam iusti pretij. & hoc est clarum lege secunda. C. de rescin. ven. aliàs autem statur in arbitrio iudicis. Bartol. tenet in dicto §. arbitror. quòd dicitur iniquè arbitrari, quãdo arbitratio est in plus vel minus sexta parte totius. † Quæritur etiam, an ille cuius arbitrium est electum, cogatur arbitrari? Dic secundum glos. in lege, finali. C. quòd est arbiter. non cogitur nisi adiecta pœna, vel aliquid loco pœnæ. lege diem proferre. §. finali. ff. de arbitr. Si est arbitrator, tunc cogitur postquam acceptauit. † Sic etiam cogitur quis consulere in causa vel puncto sibi commisso. vt dicit glo. in lege sacris. C. de prox. sa. lib. xij. † sicut quis tenetur iudicare. l. sancimus. C. de adno. diuer. iudicare. l. de quo vide lo. An. in addi. spec. in tit. de requ. consil. ver. nunquid. † Quæritur etiam, an talis arbitrator debeat ferre hanc suam sententiam præsentibus partibus. dic quòd sic. vel saltem debet ferre eis legitimè citatis secundum Bartol. in d. lege si quis arbitratu. Ias. May.

Nota, quòd tertio non arbitrante non reducitur res ad arbitrium boni viri: quod pulch è v. debitis in glossa, in verbo diffinierit. & facit. lege si quis arbitratu. de verborum obligationibus. † Nota bonum esse argumentum de contractu emptionis a ad contractum locationis, concordat. lege si merces. ff. loca.

ADDITIO.

Emptionis. † Adde tamen, quòd licet emptio conueniat cum locatione in istis duobus. quia sine pretio nulla earum contrahitur, & illo non arbitrante nulla est venditio & locatio, vt hic, imo differunt in pluribus. nam in emptione spectat periculum emptoris, etiam ante traditionem puta si vinum venditum effundatur post degustationem lege prima ff. de pericu. & cõmo. rei venditæ. & no. infra eo §. cum autem. sed in locatione non lege ex conducto. §. primo & secundo. ff. loca. Secundò differunt, quia venditor tenetur vel rem tradere, si habet, vel præstare interesse. sed locator aliquando excusatur, puta si superuenit ei necessitas retinendi rem locatam. lege tertia. C. locati. Tertiò differunt, quia venditio est titulus habilis ad translationem dominij. lege. ex emp. secus in locatione. l. non solet. C. locati. Ias. May.

Glossa super ver. æstimauerit in finali & dicetur id dicto. §. emptione. Glos. super verbo nominatum. in finali. Nec obst. hic §. finali. quia ibi loquitur in conuentione facta cum creditore mutuante quod est speciale vt creditores alliciantur ad seruiendum egentibus, alioquin pauci & rari reperirentur qui seruire vellent, sed secus est in casu nostro, quia si non vendit vni, vendet alteri. Glossa, super verbo. diffinierit, ibi, boni viri. Si quæratur an quando arbiter est

assumptus super contractu, à persona recedatur, & actus ad arbitrii boni viri reducatur. Dicitur, aut fuit assumptus ad diffiniendu tale quid, quod fuit vel est de substantia contractus, puta, si vel pretium in emptione: aut est assumptus ad diffiniendum tale quid, quod est accidentale contractus. Priore casu, aut iste arbiter nullo modo iudicauit, & tunc non habet locum reductio ad arbitrium boni viri, lege. si quis arbitratu. de verborum obligatio. Aut arbitratus est, sed iniquè, & tunc reductio fiet. Ratio differentiæ, quia quando arbitratus est, iam contractus est perfectus, & ex eo oritur actio cui deseruire potest iudicis officium, per quod iniquitas moderari potest. Sed quando nullo modo arbitratus est, non est adhuc perfectus contractus, nec aliqua actio est orta, super qua fundari possit iudicis officium, propterea reductio non potest fieri ex defectu officij iudicis, quod cessat. l. iuj. C. de posi. Posteriore verò casu, si æquæ diffinierit, res clara est, non est querelæ locus. Si verò iniquæ, reductio potest peti, ratione de qua supra. Si verò nullo modo diffinierit, iterum reductio peti potest: quia licet accidentia contractus non fuerit diffinita, tamen ex quo contractus recepit substantialia sua, ex eo oritur actio, cui potest deseruire iudicis officium, & reductio imptob tri, & ita loquuntur ll. in glo. allegata. Glo. super verbo, traditur. ibi. l. ex empto. colligitur ex glo,

12 quod † venditor non tenetur transferre dominium rei venditæ, & propterea permissum est rem alienam vendi posse. l. rem alienam de contrahen. emptio.

ADDITIO.

a Transferre. † Quæritur etiam an in emptione & venditione venditor cogatur precise rem tradere, an verò liberetur præstando interesse: de quo per Bar in l. si sterilis. §. cum per venditorem ff de act. empt. in glo. De hoc an venditor precisè teneatur tradere rem vel ne, vide Bald. tenentem secundam opi. tanquam communem huius gloss. licet glo. ibi tenuerit primam hic & vide etiam ibi Bald. circa fi. l. qui dicit, quòd vbi de venditione est factum instrumentum publicum, quod omnino compellitur tradere rem. allegat text. quem dicit notabilem in l. qui restituere. 10 fin. ff. de rei vendi. vbi fit mentio de condénato, quippe ficat hunc &c. Iaf. Mav. (Venditor an cogatur præcisè ré tradere, adde in ca. facro. in sua glo magna i fi. de sententia excommunica. Bar. in l. 30. pen. vers. item quæro verum venditor. ff. de act. emp. & ibi Bal. Paul. de Cast. & Rap. Ful. Bar post Dyno. in l. stipolationes non diuiduntur. in viij. q. ff. de ver. obli. & ibi Lud. Roma. nu. 59. Alex. de mol. nu. 30. Iaf. nu. 35. Cla. de Seysel. num 40. & Caro. Rui nu. 30. Pa. de Cast. in l. si tradi. ff. de actio. empt. eundem Pote. sopra de dona. 10 §. aliæ. num. 17. Alc. de Imo. in l. certi condmo in prin nu 18. ff si cer. pet. & ibi Bar. Sozi. & Phi l. Deci. nu. 11. Feli. post Io. de Imo. in c. cum Ioannes. nu. 35. de fide instr. Iaf. in l. quoties. nu. 34. L. de rei vendi. Nico. Boer. decisio. xlviij. colum. 5. Pet. And. Gammar. in trai. s. practica nu. 29. Fabi. de Mome. S. Sab. in trac. de emp. & ven. in vj. q. in prin. nu. 38. & illustr. d. And. Alciatum in lege. vnica. C. de senten. quæ pro. & quod interest. Iohannes Bapti. Ziletus. Venetus.

14 † Sed dices tu, quare igitur tenetur emptor transferre dominium pretij in venditorem. Glo. sin l. ex empto. de act. emp. dicit quòd imò emptor ad hoc tenetur, quia est obligatus in genere habet enim latas habenas ad quærendum pretium cuius possit transferre dominium: sed venditor est obligatus in specie ad rem tradendam, & ideo ei facilius subuenitur, ar. in l. statu liberu. §. illud. de statu lib. tuncta. l. qui. §. fi. de solu. Ex quo infert Bartol. quòd si venditor esset obligatus in genere, vt quia vendidisset x. corbes frumenti, vel decem metretas vini, tenetur eadem ratione dominium transferre. allegat. l. si sterilis. §. cum per venditorem. l. ver. dandum. & in ver dari. de act. emp. In ea glo. §. aliæ. pro hac opinio. Mar. allegari possent multa, sed allego inter cætera casum inc. qui studet, 1. q. 1. allego text. in c. si facta si de feu. fue. contra. allego casum in l. si quis rem alienam. de act. emp. cui non conuenit illa trita responsio, quod ibi liberetur præstando interesse, quia alioquin ibi frustra diceretur quod medio tempore dominium suscepisset. In ea glo. l. iiij. Et pro hac sententia allegatur casus in l. si iactum retis, de act. emp. Sua datur ratione, quia in actione ex empto veniret rem tradi. l. ex empto. de act. emp. sed obligatio rem tradi est facti. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod de verbo. obli. sed in obligationibus f. ct. tenetur quis præcisè ad interesse. le. si quis ab alio. de reg. iur. l. st pulationes non diuiduntur. verbo. Celsus. de verborum obligatio. ergo venditor tenebitur præcisè ad interesse. In ea glo. in fin. Et hæc concordia communiter tenetur, pro qua allegat Bar. rationem, quòd obligatio quæ venit ex actione ex empto, non est merè facti, imo mixti: participat enim de obligatione rem dari, & de obligatione faciendi. l. in conuentionibus. §. fi. ff. de verborum obliga. Vnde media eligitur via, vt si habeat facultatem rei tradendæ, tradat: si non, tunc liberetur præstando interesse, & in hoc sapiat naturam obligationis facti.

15 Quæritur, † vendo tibi rem pacto apposito vt teneat transferre dominium, an valeat contractus venditionis. Dicitur quod non, casus est in lege. finali de conditionibus ob. caus. Eodem modo econtra, si vendo tibi rem pacto apposito, vt non teneat transferre dominium, non valebit contractus venditionis. l. cum manu satanæ. §. finali de contrahendis emptionibus. Debet igitur res simpliciter vendi nulla habita mentione transferendi dominij, vel non transferendi lege ex empto. in princip. de actioni. emp.

1 *Pretium debet esse in pecunia numerata.* nu. 5.
2 *Vnica est venditio, cum plures res vnico pretio venduntur.*
4 *Emptio vel venditio ex quantitate pretij cognoscitur.*
5 *Auctoritates poetarum in iudicando allegari possunt.*
6 *Sententia pro ea parte danda est, pro qua sunt validiores rationes.*
7 *Mulier nubens an in dubio intelligatur dare omnia bona in dotem.*
8 *Iudex gratificare potest parti magis sibi grati quando rationes sunt pares.*
9 *Contractuum quidam sunt nominati, quidam innominati.*
10 *Donatio est contractus innominatus.*
11 *Permutatio an dicatur contractus nominatus,* nu. 12.
13 *Si alicui trado librum meum pro suo, cum hoc quòd vltra librum suum reficere debeat aureos decem, an sit permutatio vel venditio.*
14 *Transactio est contractus innominatus.*

1 §. ITEM PRETIVM. † Pretium consistere debet in pecunia numerata in contractu emptionis & venditionis, non autem in specie certa vel incerta, ad hoc vt differat permutatio à contractu venditionis & locationis. hoc dicit. a

ADDITIO.

a Hoc dicit. Item præualet opinio quæ validioribus & argumentis defenditur hoc dicit, Iaf. May. Adde quod pretium adeò est necessarium in venditione, vt necessaria est specificatio rerum: nec tamen sola multitudo rerum inducit diuersas & plures emptiones nisi etiam adsit diuersi-
2 tas pretiorum. Vnde si venderentur plures res vnico pretio, esset vna venditio, non plures l. si duos. C. de contrahen emp. glo. in l. ædiles. la secunda §. fin ff. de edil. edic. Bar in l. scire debemus vers. oppo. ff. de ver. obli. & idem in l. si duo in j. col. eo titu & resoluta tali venditione pro
3 parte, dicitur resoluta in totum l. cum eiusdem. ff. de ædil. edic. † Adde tu, quòd id quod hoc dicitur de pretio vt debeat esse in pecunia certa, est verum in initio tempore contractus, sed post contractum celebratum res bene potest solui in alia re quàm in pecunia volente creditore. nec immutatur natura contractus lege. pretij. C. de rescin. vendi.
4 † Quantitas pretij facit cognoscatur an sit emptio vel venditio. glo. sing. in l. j. ff. de superfi. & hic in verbo agendo. Iaf. May.

Not. quòd in emptione & venditione pretium debet discerni à re, vt sciatur quod sit pretium, & quæ sit res vendita: in permutatione non requiritur istud, quia res pro re potest dari. No.
5 † posse allegari auctoritate auctorum & poetarum in iudicando. l. instantum. §. fi. ff. de re. di. l. septimo. ff. de sta. ho. No † quod
6 pro ea parte est danda sententia pro qua sunt validiores rationes. a facit. l. qui filium. circa fi. ff. ad Tre. Et quod dixi in auctoritatibus auctorum & poetarum, b intelligendum est si sunt approbate, aliàs secus. & † ideo reprobatur glo. in l. mulier. ff. de iure do. vbi dicit glo. quod mulier nubens in dubio intelligitur dare omnia bona in dotem allegat auctoritatem. Ari. quod non est verum. & Bar. disputauit hanc. quæst. in q. quæ incipit mulier habens magnum &c.

a b 7

ADDITIONES.

a Rationes. † Vbi autem essent pares rationes, tunc iudex potest gratificare parti magis sibi gratæ, vt not. in l. cum prolatis. ff. de re iudicata.
b Poetarum. De istis auctoritatibus poetarum vide in l. in tentum. §. fi. ff. de rerum diui. Iaf. May. Adde e forus. de ver. sig. & per Io. Bap. de sancto Blasio de padua in repe. rub. decreto. in xij. q. & per Pet. de Ancharano in capitulo. qualiter & quando. de accusa. Adde latissimè Felv. in capitulo. ex parte numero. 37. cum seq. vsque in fin de rescrip. Ziletus.

Glossa

Glo. super verbo speciem contractus. in fine. Nota, quòd † sunt quidam contractus nominati, & quidam innominati, b de quibus in l. iurisgen. in princ. in l. naturalis. per to. ff. de præscri. ver. & naturam talium contractuum habens in glossam. Vnde dixerunt quidam, quòd † donatio erat contractus innominatus, quia ex se non pariebat actionem cum detur condictio ex l. si quis argentum. C. de dona. de quo in l. iurisgen. ff. de pact.

ADDITIONES.

Speciem. † Nota ex hac glos. permutationem propriè esse speciê contractus innominati &c. Ea demum potest agi, quando quis impleuit pro parte sua, vel conditione ob causam, ad repetendum datum, sicut in alijs contractibus innominatis, vt hoc probatur ex hac glo. Iason May.

Contractus nominati & quidam innominati. Adde quòd contractus nominati & innominati procedunt à pari secundum Ang. in l. si pecuniam in ij. col. versi. 10 ea glos. de condi. causa data.

† Item habetis ex hac glos. rationem, quare permutatio non dicatur contractus nominatus. hanc eandem rationem sensit glo. in d. l. iurisgen. Sed hæc ratio non approbatur. Vnde gl. io rub. C. de rerum permu. sensit meliorem rationem, & dixit rationem esse, quia permutatio remanet in generali nomine cõtractus, nec assumpsit nomen specificam sicut cæteri contractus nominati, ideo permutatio dicitur contractus innominatus. b

ADDITIONES.

Habetis ex hac gl. † Quid autê si trado alicui librum meum pro suo, cum hoc quòd ille sit obligatus reficere vltra librum suum. a. aureos erit permutatio, an venditio? Dic. si simpliciter agitur de permutãdo, erit permutatio. Si autem inspiciatur quod valet plus, vt si valet pl⁹ res, sit permutatio. alias si maiorem summam ascendat pecunia quæ venit præstanda quam res, tunc si emptio. c. ad quæstiones. extra de permu. de quo per Bart. in l. Aristo ff. de dona. Ias. May.

Innominatus. Adde inquantum supra dicitur. Item habetis ex hac glo. Simile etiam de hac ratiõe per glo. in rub. C. de re permu. † Simile autem Docto. dicunt de transact. quòd sit contractus innominatus propter generalitatem contractus de quo per Bart. in l. finali. ff. de peculio &c. Ias. May.

Res sacra vendita, si posteà efficiatur prophana an reconualescat stipulatio & venditio.

Ciuitas an possit locum publicum vendere irrequisito principe.

Perfecta emptione & venditione periculum spectat ad emptorem. Quod dupliciter limitatur.

Habens alium obligatum liberatur cedendo actiones contra illum.

Emptori non licet capere rem emptam propria authoritate.

Emptio & venditio possunt sub conditione contrahi.

Matrimonium an possit contrahi sub conditione, & nu. 11.

Venditio rei sacræ uel publicæ an ualeat, & nu. 9.

Quantitas pretij in venditione, in arbitrium emptoris conferri non potest.

§. CVM AVTEM. Perfecta emptione & venditione transit periculum & commodum ad emptorem, etiam re vendita nondum transita, nisi venditor fuerit in dolo vel culpa aut mora: tenetur tamen venditor cedere suas actiones emptori, quas habet contra tertium. Item emptio & venditio potest fieri sub conditione: & non valet emptio rei sacræ vel publicæ, nisi quo ad interesse. h. d.

ADDITIONES.

† Sed nunquid si interim res sacra efficiatur prophana, reconualescat stipulatio & venditio? Dic quòd non per regulam iuris. Ab initio, & supra de inut. stipu. §. idem iur. Ias. May.

† Item quid si ciuitas velit vêdere plateam vel alium locum publicum, an possit irrequisito principe? Dic quòd sic, si non recognoscit superiorem: quia cum sit populus liber, sibiipsi princeps est. l. non dubito. ff. de cap. Si autem recognoscit superiorem, tunc debet prius condere statutum quòd ille locus publicus deinceps habeatur pro priuato, vel quòd possit vendi. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut cland. & voluit Bar. in d. l. continuus. vide etiam Bartol. in d. l. ij. C. de ven. re. ciui. lib. xj. Ias. May.

Diuiditur in duas. In prima ponit dictum. In secunda declarat illud pro exempla. Secunda ibi, (itaque si homo.) No. primò, † contracta emptione & venditione periculum pertinere indistinctè ad emptorem, quod limitabitis dupliciter, nisi venditor fuisset in dolo, culpa, aut mora. Nam vniuscuique mora nocere debet. l. illud. ff. de pericul. & commo. rei ven. cum simil. Secundò limitabitis, nisi venditor ex pacto suscepisset in se periculum: quia ait prætor, pacta seruabo. l. si in venditione. ff. de peri. & commo. rei vend. Nota, secundò, quòd eadem ratione commodum pertinet ad ipsum emptorem, quia secundum naturam est, vt quem sequuntur incommoda, sequantur & commoda. regula iuris, Secundum naturam. Nota, tertiò quod † ille qui habet obligatum alium liberatur cedendo actiones contra illum. fa. cit. l. quod sæpe §. item si res. ff. eodem. facit. l. quod debetur. ff. de pecu. cum simi. Nota. quarto, quòd venditor est dominus rei venditæ nondum re tradita emptori: quantumque pretium fuerit numeratum: & ideo † non licet emptori, capere rem emptam propria authoritate, imò si caperet diceretur prædo. casus est in l. si ex stipulatione, cum ibi nota. ff. de acquire. pos. Nota. quintò † emptionem & venditionem posse contrahi sub conditione vnde valet talis emptio. Emo tuum æquum si placuerit mihi intra mensem casus est hic. † Quod nõ procederet in causa matrimoniali: quia non valeret matrimonium, Accipio te in vxorem si mihi placueris infrà mensem vel annum: quia talis conditio est contra substantiam matrimonij, quòd matrimonium debet continere indiuiduam a consuetudine. l. j. cum. ff. de ritu. nup. facit supra de pa. po. in princi. probatur in c. si. extra de condi. appo. b Nota, etiam † quod non valet venditio rei sacræ aut publicæ: quod est verum quando emptor est sciens: si fuerit ignorans, tenet huiusmodi contractus, non quo ad hoc vt consequatur rem venditam, sed consequatur interesse. Facit. l. & liberi. & l. in emptione. §. omnium. ff. eod. facit. lege inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligat. cum si.

ADDITIONES.

Debet continere indiuiduam. Adde Docto. in rub. desponsa.

De condi appo. Not. etiam. Quod interesse est pretium ipsius rei datum, quando venditor simpliciter ignorabat rem esse talem cuius nõ est commercium alias autem. vbi venditor hoc sciuisset aget contra istũ ad totale interesse. l. emptorem. §. fi. ff. de act. emp. & per Bart. in l. cum lex ff. de vsu. Vbi autem emptor sciret & nihil ageret, sibi imputet, regula iuris, Damnum. Et adde quòd valet venditio in casibus prædictis, quando aliud non obstat inter ipsos contrahentes, non autem quantũ ad ipsam rem. vt vult glo. in d. l. liberi. & Bart. in l. continuus. §. cum quis de verbo. obli. Ias. May.

Glos. super verbo, placuit. ibi. l. contrarijs. nota. ex glos. † non posse quantitatem pretij in arbitrium emptoris conferri, neque substantiam contractus. puta, si volueris: sed bene potest conferri complacẽtia rei, quia intelligitur collata tanquam in arbitrium boni viri: vnde si res esset talis quæ iure placere deberet. l. et emptori non complaceret contractus teneret, bono viro complacere arbitrante. l. hæc venditio. ff. eodem. Et hæc vera in contractu venditionis, † secus in contractu matrimonij, vbi non valeret contractus hoc modo initus. Accipio te in vxorem vel in maritum si infrà annum mihi placueris. a Eodem modo si diceretur, accipio te in vxorem si generationem prolis euitaueris, vel accipio te in vxorem, si pro quæstu adulterandam te tradideris: quia huiusmodi conditiones appositæ, sunt contra substantiam matrimonij, quæ consistit in tribus donis. hoc est, fide, prole, & sacramento. capitu. si. extra de condi. appo.

ADDITIO.

Placueris. Cuius rei illa ratio reddi potest: quia matrimonium subsistere non potest, nisi consensu puro & absoluto: vt non omnis verè quàm doctè censuit Panormitanus. in cap. j. de cond. appo. cuius sententia est vera, ita à gl. approbata in cap. vo:c. de spons. & ma. lib. vj. per illum text. Rationem differentiæ adfert suprà Pote. noster, ibi: quia talis conditio est contra substantiam matrimonij. Dubitationem mouet Diocle. & maxima constitutio in l. in vendentia. C. de contrahenda emptione in hæc verba, in vendentis vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quæ non adstringit necessitati contrahentes, obligatio nulla est. vbi hoc etiam collegit Bald. Perus. vbi inquit. obligatio in voluntatem futuram vnius contrahentis confertur, contractus non potest efficaciter celebrari. text. etiam ille videtur aduersari §. nostro. al. às. §. emptio. hoc titulo. vbi sic loquitur Iust. a. Emptio tam sub cõditione quàm purè cõtrahi potest. Sub cõditiõe, velut Stichus, si intra d. e, vel (vt Theop. Græc. interpres tradit) intra mẽsẽ sit tibi emptus aureis tot puta decẽ. Quod de vẽdit. õe a ũ in suo rescri. Imp. ...

matrimonio receptum esse innuere mihi videtur Porc.noster. Nulla igitur potest subesse diuersitas inter emptionem & matrimonium. Quid dicemus: Restrictio porcij longè latéque diuersa est à specie illius constitutionis, si bene vtriusque lectio ponderetur, & vera illius opinio in casu suo est. Sed redeamus ad ἀντινομίαν, Accursius in d.l.in vendentis.recitat quatuor solut.tandem subijcit hæc verba soluendo, Tu dic si pretium conferatur in alterius arbitrium, non valet.ff.eodem l.quód sæpe. §.j & idem si commercium, vt hic Porro res ipsa confertur, vt institu. §.emptio. Hæc ille Bart.in d l.in vendentis.se remittit ad gl.in l.in personam.§.generaliter ff.de regul.iur.Bald.in d l.in vendentis. post multorum solutiones approbat solutionem gl. vers.sed dic quód gl.Ang.verò allegans Cynum dat aliam solu. Cuius opionem puto veram propter eius authoritatem. Equidem tamen existimo nullum subesse contrarium, sed diuersitas est conditionum, vt patet ad sensum si bene expendantur vtriusque loci verba. Sed adhuc subsisto de l. Centesimis. §.fi.ff.de verb.obliga vbi stipulatio ita concepta, dabis si volueris: inutilis est. Conditio igitur dandi in personam promittentis collata nullius est momenti sic in proposito emptum erit tibi, si placeat intra mensem, inutile videretur. Alberic.de Ros.soluit in d.§. fi.cuius verba huc transferre & transcribere vanissimi esset operis. Quod autem ait Porcius hic huiusmodi conditionis, si generationem prolis euitabis, etc.vsque adeo verum est, vt in contractu matrimonij adiecto ipsum vitiet, cap.fi.de cond.appo.& cau.solet & can.aliquando.xxxij.q.ij. Quæ conditio contra matrimonij substantiam non solam de suspendente, sed & de resolutore accipienda est.Panor.in d.cap.fi.reg.j.ver.ex quo tamé notabis. Ratio autem cur conditiones contra substantiam matrimonij ipsum vitient, est: quia sine substátia nihil potest subsistere tex. cap.tua.§. nos autem.tet.de spons & matr.in autiq.l.ij.in fi.ff.de vsufr. Porro substantiam rei aut alicuius actus facilè deprehendes, si sine aliquo subsistere non possit.faciunt not.per Bart.in l. prolatam.C.de senten. & interlo om.iud. Planè diuersum esse in alijs conditionibus quáuis turpibus impossibilibúsue decretali epistola expressit Rom.pótifex.d.cap.fi. Ideóque propter fauorem matrimonij pro non adiectis haberi debent. d.c fi.& sic vitiantur & non vitiant, vt ibidem notab. censuit Panor.& hoc probat tex.in l sed si hoc.§.cum vir.ff de cond.& demonst. & ibi Bart. Hoc etiam ad testamenta produxerunt pontificij. Nam si quis hæredé instituisset si reliquias eius in mare proijceret, scriptum hæredem et si non paruerit non expellendum, sed admittendum H.Modest. respódit. l.quidam in suo.ff.de cond.institu. Sané in stipulationibus & cæteris cótractibus conditio impossibilis adiecta nullius momenti act[illegible] facit. idque Marcianus respondit l.non solum.ff.de act.& obliga.P.P.

De locatione & conductione. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de emptione & venditione, verum quia illi similis est locatio & conductio, ideo de ea competenter erat tractandum, & ideo de ipsa meritò intitulatur. Vel aliter. Suprà visum est de emptione & vendi. quæ ex consensu causatur, verum quia locatio & conductio consensu quoque perficitur, supra de obliga.quæ ex consensu.in prin.adeo de ea ex ordine intitulatum fuit.

1 ☞ *Locatio an ex causa donationis fieri posit.*
2 *Locatio & conductio venditioni assimulatur.*
3 *Contractus emphyteuticus quis appelletur.*
4 *Emphyteuticus contractus tribus contrahitur modis.*
5 *Pensio emphyteutica in pecunia & specie solui potest.*
6 *Contractus emphyteuticus in qua re fieri posit.*
7 *Contractus emphyteuticus quo iure introductus.*
8 *Actio quæ detur domino contra emphyteutam.*
9 *Differentia inter contractum emphyteuticum, libellarium & precarium.*
10 *Pacta in contractu emphyteutico apposita sunt seruáda.*
11 *Contractus varietas inducitur ex varietate pretij.*
12 *Colonus partiarius dicitur socius.*
13 *Successor singularis non tenetur stare colono.tenetur tamen stare necessario massario partiario.*
14 *Ecclesia potest dare perpetuò, rem eccesiasticam in emphyteusin*
15 *Contractus an in dubio præsumatur emphyteuticus, an veri contractus emptionis.*
16 *Filius tenet post mortem patris emphyteusin acquisitam ab ipso patre pro se & filius, licet repudiet hereditatem paternam.*
17 *Filius emancipatus à patre partem habere debeo emphyteusis accepta pro se & filius.*
18 *Dictio Et, quid denotet.*
19 *Mortuo emphyteuta relictis duobus filijs & emphyteusi accepta pro se & filijs, an uno eorum non soluente canonem altero verò sic, ambo posit repelli.*
20 *Emphyteusi capta pro se & nepotibus, & filijs, quæ successio intelligatur.*
21 *Filij qui patris hereditatem repudiant, vel à patre exheredatur, an possint prædicta bona emphyteuticaria retinere.*
22 *Emphyteusis quando transeat ad heredes extraneos.*
23 *Res emphyteutica potest in emphyteusim dari.*
24 *Vasallus potest alterius fundum infeudare.*
25 *Secundus emphyteuta potest primo domino, soluere pensionem.*
26 *Emphyteuta cogitur tempore guerræ soluere canonem sive pensionem.*
27 *Re emphyteutica penitus deperdita, liberatur emphyteuta.*
28 *Paria sunt rem occupatam esse propter guerra, vel ad illam timeri aditus.*
29 *Bonum est argumentum de re ad tempus.*
30 *Emphyteuta rei priuatæ cadit à re emphyteutica non soluendo canonem per triennium secus in emphyteusi rei ecclesiasticæ, non soluẽdo per biennium. Idem est in colono, nu.31.& 32.*
33 *Emphyteuta an posit alteri donare rem emphyteuticam, non facta denunciatione domino, nu.34, & 35.*
36 *Emphyteutica res an posit ab emphyteuta pignorari irrequisito domino.*
37 *Emphyteuta an posit emphyteuticam rem dare in dotem.*

a LOCATIO ET CONDVctio. a Locatio & conductio solo consensu contrahitur, si de mercede certa conueniatur, quæ in arbitrium alicuius certæ personæ conferri potest: in incerta verò non erit locatio, sed contractus innominatus appellabitur. hoc dicit. b

ADDITIONES.

a Et conductio. Quæritur in hoc principio qualiter cognoscantur facta quæ possunt locari & quæ non. Dic vt per Bart.in l.naturalis ff. de præscri. ver. Item nunquid locatio posit fieri ex causa donationis; Dic quód non l.si rut.ff.eod.& hoc verum à principio, sed ex post facto bene potest remitti pensio ex causa donationis. lege.si. tibi.ff. eodem. Ias. May.

b Hoc dicit. Vel sic Locatio similitudinem habet cum venditione, & vtriusque consensu perficitur, & in vtroque debet consistere solutio in pecunia certa & determinata a principio, vel ex postfacto ex declaratione tertij certi.& in vtraque parte potest conferri pretij & mercedis declaratio in arbitrium certi. Si autem contrahentes inter se ex postfacto mercedem certam declarandam contulerint, non erit locatio sed contractus innominatus, hoc dicit primo. Adde, & si in locatione non interueniat merces sive pretium in pecunia certa & determinata, nó erit locatio, sed contractus innominatus, ex quo competit actio in præscriptis verbis, hoc dicit vsque ad.§.adeó. Et contractus emphyteuticus est contractus per se, ab emptione & venditione, locatione & conductione descendens Et si de casu fortuito nihil est actũ inter partes, tunc si pereat res tota, si liberatur emphyteuta. pro parte non liberatur.h.t. vsque ad §.item quia. Adde tu quód multiplices sunt species colonorũ, de quibus vide per Barto.in l.apes.ff.de fur. (Adde quotuplex sit colonus. vide per Duct in tub.C.de agri.& censi.lib.xj.Bar.in l si merces.ff. loca.& Spe.in tit.de feu.in §.fi.ver.vlt.)

2 Not.primò, † locationem venditioni assimilari. concor. l.ij.ff.eodem. Assimulatur in primis, quia quemadmodum venditio solo consensu contrahitur, ita & locatio, vt hic, & suprà de ob.ex consensu. Item quemadmodum in venditione debet statui certum pretium, ita in locatione. Item quemadmodum pretium rei venditæ potest conferri in arbitrium certæ personæ, ita & merces rei locatæ, vt hic, & lege quod sæpe. §.j. ff. de contrahen.empt. Item quemadmodum pretium rei vendítæ non potest conferri in certam personam, ita nec merces rei locatæ vt hic, item quemadmodum contractus emptionis est de iure gentium, ita & contractus locationis.l. ex ex hoc iure. ff.de iusti.& iu. Item quemadmodum contractus venditionis est bonæ fidei, ita contractus locationis.§. actionum. infrà de act. Item nota, quód ille qui vtitur opera alterius, incerta mercede promissa, tenetur eidem actione præscriptis verbis. Not. in §. adeo

3 quód † contractus emphyteucarius appellatur a quando præ-
a dia perpetuo fruenda traduntur certa mercede constituta. Et appellatur cõtractus emphyteuticus, quasi contractus melio rationis: quia emphyteuta rem emphyteuticam meliorem facere
b tenetur, vt infrà videbitis. b

ADDITIONES.

a Appellatur. Modum cognoscendi contractum emphyteuticum vide plené per Bellonum consil.xxj.per totum. vbi plus vult, quód licet appelletur contractus emphyteuticus est tamen aliquando locatio.

b Videbitis. Quæritur primó quib⁹ modis pót res in emphyteusim dari. Et dic q in tribus modis primó in perpetuũ, scilicet tandiu quandiu pen-

din pensio soluitur, vt hic dicit tex. Secundò modo ad tempus. Tertiò vsque ad tertiam vel quartam generationem, vt hic in gl. † Quæritur secundò, in qua re possit solui pensio in hoc contractu. Dic quòd in pecunia & specie, vt hic in gl. in versi. contractus. Ex qua glo. not. quòd vbi in lege vel statuto loquente de locatione apponuntur hæc verba, pensio vel redditus, vt puta si colonus non soluit pēsionem vel redditum, tunc locator potest intētare viam illius statuti vnde si locator haberet x. metretas vini pro re legata, licet non dicatur propriè locatio, quia merces non consistit in contractu locationis nisi in pecunia, tamen potest intentare viam statuti propter illud verbum redditus, appositum in statuto, nam statutum potest disponere quòd sit locatio, licet merces in pecunia non interueniat, sicut potest fieri per pactum, vt not. per gl. in rub. de decre. ab ordi. fac. lib. a. & l. non impossibile. ff. de pa. † Quæritur tertiò in qua re possit fieri iste contractus. Dic quòd in re immobili: & debet fieri in scriptis: quia scriptura est de substantia, vt hic in glo. licet Barto. in l. j. C. de iure emphy. dicit quòd etiam possis fieri sine scriptura, ibi vide. † Quæritur quartò, quo iure hic contractus fuerit introductus. Dic de iure ciuili, licet regulariter omnes contractus sint de iure gent exceptis quatuor, vt suprà de iure naturali. §. ius autē. † Quæritur quintò, quæ actio detur domino contra emphyteutam, Glo. hic dicit quòd condictio ex hac l. & l. j. C. eod. sed Barto. dicit in l. j. ff. de condi. ex l. quòd detur actio ex contractu ipso, quoties fit contractus gratia lucri vtriusque. l. obligationum genera ff. de act. & obliga. † Quæritur etiam, an sit differentia, inter contractum emphyteuticum, libellarium, & precarium, & ad firmum datum. de quibus tangitur in auth. ingressi. C. de sacr. sanc. eccle. & in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infe. Bat. in l. j. C. de iure emphy. dicit, quòd quo ad effectum nulla est differentia per text. in c. j. in titu. qualiter olim feu. alie. pos. in vsib. feu. licet nomine sint diuersæ secundum diuersas consuetudines regionum. vide Bald. in d. c. j. Ias. May. An sit differentia inter contractum emphyteuticum, libellarium, & precarium, adde Doct. in c. fin. de loca. Et an differt contractus emphyteuticus à feudo. vide per Spec. in tit. de feu. in §. quoniam. ver. xl. in fin. Spec. in titu. de loca. in §. vj. versi. iiij. Bald. in tit. de pace constan. ver. libellarium. Pau. de Castr. consi. cxxxviij incip. dubium facit.

Adde in quibus differt emphyteusis à libello Io. Ant. à S. Georgio. in præludijs feudo. nu. 94. Zilettus.

Not. † quòd pacta apposita in tali contractu sunt seruanda. Si verò nullum pactum apponatur, tunc si pereat res tota liberabitur arte.

Glo. super ver. merces.[a]

ADDITIO.

Merces. Adde tu huic glo. in verbo merces. quòd † ex varietate pretij inducitur varietas contractus, vt hîc in glo. Nam si in princ. it teruenit certa merces in pecunia, est locatio, vt hic: si autem non est certa & remanet in suspenso, per vos declaranda est postfacto, est contractus innominatus, ex quo datur actio præscriptis verbis. Si autē de mercede nulla est habita mentio, tunc est mandatum, vt infrà mandati. §. fin. Ias. May.

In ea glo. in fin. Colligitis ex glo. quod † colonus partiarius[a] appellatur propriè socius tuus, quia tu præstas prædium, ille verò operam. l. cum duobus. §. si in secunda. ff. pro so.[b] Ex quo dicunt Doct. quòd † singularis successor non teneatur stare colono, tenetur tamen stare necessario massario partiario, de quo in l. emptori. C. loc. Glo. super ver. auferre liceat. in fin. not. ex glo. † ecclesiam posse dare in emphyteusim perpetuam[c] rem ecclesiasticam. Et idem tenuit glo. in c. hoc consultissimo. de re. eccle. non alie. lib. vj. quæ sententia probatur in authen. perpetua. & in authen. si quas ruinas. C. de sacr. sanc. ecclesi. & istam tenet Ioann. Andr. in d. c. hoc consultissimo. & sequitur Archi. & videtur quod communis sententia sit in hac emphyteosi, quod etiam adhibeatur auctoritas remotē prælati: vt, si abbas in emphyteusim det rem, adhibeatur auctoritas episcopi. Si verò episcopus det in emphyteo. tunc adhibeatur auctoritas archie. Si verò archiepiscopus. adhibeatur auctoritas Patriarchæ, & sic de similibus. Sed dices tu, ecclesia non potest alienare rem ecclesiasticam, ergo nec in emphyteusim dare. auth. hoc ius porrectum. C. de sacr. sanc. ecclesi. iuncta l. fin. C. de re. non alie. Solut. est, quod emphyteu. non est propriè alienatio: Vel aliter, quod quemadmodum ecclesia vendere potest, ita demum alienare potest si futura meliora prospiciat, ita in emphyteusim dare, de quo in authen. si quas ruinas. in authē. hoc ius porrectum in authen. perpetua. C. de sacr. sanc. eccle. † Sed pone tu soluisti mihi pluribus annis certam quantitatem pro pensione domus meæ. Ego volo te expellere, tu allegas te emphyteutam perpetuū, quid in dubio præsumetur? erit ne præsumendus contractus emphyteuticus, an verò contractus locationis: Ange. in l. qui in aliena. §. j. ff. de acqui. hære. determinauit præsumi contractum emphyteuticum, quia præsumptio præsumenda est in casum actus potentioris. argu. in l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vec. pe. † Sed pone quod pater tuus[d] accepit aliquam rem in emphyteusim pro se & filijs suis: moritur pater, tu repudias hæreditatem & vis retinere rem emphyteuticam, an poteris hæreditate repudiata succedere in contractū emphyteuticum.[e] Bart. determinauit quod sic: de quo dicatis vt per eum in l. quod dicitur. ff. de verbor. obligat. † Sed pone quod stantibus terminis pater te emancipauit, tu petis medietatem rei emphy. an poteris? videtur quòd sic, quia ex quo accepit in emphyteusim pro se & filijs, pars dimidia filijs emancipatis tribui debet, quia dictio Et, copulat, & partes viriles attribuit. l. reos. §. cum de tabulis. ff. de duob. re. Bart. determinat contrarium, fretus per glo. in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posthu. † Non obst. quod dictio Et, copulet, quia illud verum nisi ponatur inter personas in quibus cadat effectio per prius & posterius, quia tunc attribuit actum non copulatiuè sed ordinatiuè. l. cum pater. §. à te peto. de lega. ij. c. j. §. quin etiam. in ti. episcopum vel abbatem in vsib. feud. Cum ergo in casu nostro apposita sit copula inter personas inter quas cadit affectio, denotabit ordinem, & erit sensus, do tibi in emphyteusim & filijs tuis, id est, do tibi quo ad vixeris, & postea te mortuo filijs tuis. † Sed pone, tu accepisti rem in emphyteusim, pro te & filijs[f] tuis, te mortuo aliqui filij soluunt debitum canonem, vtrum propter non soluentes alij qui soluerunt priuari[g] possint re emphyteutica, gl. est ordi. quod sic in l. communi diui. ff. communi diui.

ADDITIONES.

a Colonus partiarios. Adde text. in l. si merces in §. vis maior. ff. loc.

b De his colonis vide latè Bello. in §. item seruiana. super glo. coloni. infrà de actio. & consi. xlvj. nu. 9.

c Perpetuam. Adde Franc. Curti iunio. in consi. iiij. incip. super controuersia. in princ. ij. vo. Zilettus.

d Pater tuus. Adde quòd hoc idem tenet Andre. de Isernia in c. j. col. j. versi. quære. glo. an sit idem an agnat vel filij defuncti. &c. & ibi Bald. col. iiij. versi. quæritur hæc glo. multum notabiliter. & Iaco. de Aluaro. similiter. col. iiij. versi. quæro cum glo. quinta & ibi quoque Ioā. Ant. à S. Georgio Præpo. Medio. col. iij. versi. quæro cum glo. quinta Zilettus.

e Emphyteuticum. Quomodo succedat in hac emphyteusi, vide Bello. libr. iiij. supputa. c. xviij. nu. 5. & 16.

f Filijs suis. † Quæritur, si pater capit emphyteusim pro se & nepotibus & filijs, quæ successio intelligatur, Dic, ordine successiuo, secundū Barto. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & postho. † Modo filij repudiauit hæreditatem patris, vel exhæredantur à patre, an poterit retinere bona emphyteuticaria? Dic quòd sic, quia isti non veniunt iure hæreditario, sed ex prouisione paterna facta inter viuos. licet secus sit in feudo, vt in c. j. an agnatus vel filius defuncti repu. † Si quis autem recipiat emphyteusim pro se & hæredibus, tunc in priuato intelligitur de hæredibus etiam extraneis: sed si concedat in emphyteusim perpetuam prout hoc posset, vt §. emphyteusim in authen. de alie. & emphy. pro se & hæredibus, id est descendentibus, non transit ad extraneos. Si autem detur in emphyteusim alicui simpliciter pro se, & filijs suis & hæredibus an transeat ad extraneos. diuersæ fuerunt opi. de quo per Saly. in l. ij. C. de iure emphy. Ias. May.

g Priuari. Adde quòd idem tenet illustris Alcia. in l. ij. nume. 97. ff. de verbo. obli. dicens hanc esse communem, & ita attestatus est Excellentissi. Iurisconsultus Do. Baptista à Villalobos in suis opinio. communi. in ver. emphyteuta nu. 77. Ioan. Bapt. Zilettus.

Glo. super versi. propriam. ibi, §. alienationis. Not. † alteri[a] posse dari in emphyteusim rem emphyteuticam. † Simile dicitur in vasallo, qui potest alterius fundum infeudare, vt nota. in c. j. §. j. per quas perso. fiat inuesti. in vsi. feu. Credo tamen quòd bonum esset exquirere volūtatem domini. l. fin. C. de iure emphy. iuncta l. fin. C. de re. ali. non ali.

ADDITIO.

a Alteri. † An autem iste secundus emphyteuta posset soluere primo domino dictam pēsionem seu fictum? Dic quòd sic: & bene facit vs no. Bart. in l. solutum. §. solutam. ff. de pig. ac. Ias. May.

In ea. glo. in fin. Hæc vltima probatur. Glo. super verbo, particularis. in fi. Vos dicite hoc relinquendum esse iudicis arbitrio. arg. in l. j. de iure delib. l. j. §. j. ff. de effrac. & expil. in c. de causis. extra. de offic. & po. iu. dele. Sed hic dubitatur. † Pone aliquis accepit possessionē in emphyteusim, superuenit guerra ita quod ex emphyteutica re non potest fructus percipere, an cogi possit ad solutionem canonis a siue pensionis.[b] Aliqui dixere quod non, freti per l. fundus. §. super l. ex conducto. §. j.

27 per l.si vno.in princ.ff.loca.ea. Mouentur ratione tali. † Nam res emphyteutica est penitus deperdita, liberatur emphyteuta, vt hic, & l.j.C.de iure emphy.sed quando non potest possideri propter guerram, dicitur deperdita, ergo liberabitur emphyteuta. Probo minorem. Nam quando res est deperdita inundatione aquarum, dicitur esse deperdita.l.interdum.§.j. de ac-
28 quir.poss.ergo † & quando est occupata propter guerram, vel ad illam timetur aditus: quia hæc à pari procedunt text. est singu.in l.cum vetus.§.fin.ff.de bo.autho.iu.pos.Alberi. de Rosa. dixit se contrarium tenuisse coram magnis viris, fretus tali ra-
29 tione. † Nam bonum est argumentum de re ad tempus. c l.vi-
c num. ff. si cert.peta. l. miles ita. ff. de testa.mili.sed quando res perit pro parte ipsius rei, non liberatur emphyteuta. Similiter si pensio est aliqualiter conformis vtilitati quæ ex re percipitur, & tunc tempore guerræ non teneatur. Aut est multum difformis, vt sunt possessiones & ædificia pro quibus soluuntur. x.denarij ecclesiæ, & tunc teneatur. Suadebat etiam ex quadam æquitate naturæ, quia ex quo posteriore casu sentit emphyteuta hic maximum commodum, sentiat maximum incommodum, tempore guerræ. l. secundum naturam. de regul. iur. & ita comperi Barto. ita dicentem in l.prima. C. de iur. emphyteu. cuius opinio seruatur in practica. Gloss. super versicu.
30 vtimur. Ibi, nota, colligitis ex gloss. † quòd emphyteuta priuati si cessauerit per triennium quòd pensionem non soluerit repelli potest à re emphyteutica. Si verò sit emphyteuta ecclesiæ repelli potest, si per biennium cessauerit. quod verum
31 limitate, nisi celeri satisdatione moram purgauerit. † Et idem
d est in colono.d c.potuit.c. propter sterilitatem. extra de loca. & tempus purgandi huiusmodi moram relinquitur iudicis arbitrio, vt ibi notauit.glo.

ADDITIONES.

a An cogi possit ad solutionem canonis. Adde eleganter per Paul.de Castr. qui excellenter consuluit in ista materia consi. liij.[?] cap. quia exceptiones.

b Pensionis. Vide Bello.d.consi.xxj.& xlvj. vbi de remissione fienda conductori.

c De re ad tempus. Adde Rapha Ful.in l.j.C.de test.mil. Bald. consi. xxxviij incip.dominus Tho.

d Colono † De colono vide in l.dominus horreorum & l.quæro ff.
32 loca.& per Bart & Bald.in authen.qui rem.C.de sacr sanct.eccle. & ibi plenè Docto. Quæ sit ratio quòd emphyteuta priuati solum cadat per triennium à iure suo, & colonus solum per biennium. Dic quia emphyteuta tractat de maximo præiudicio, scilicet de perditione vtilis dominij & melioramentorum, secus in colono qui nullum istorum habet, ita Bald. in d.authen.qui rem.Ias.May.

33 In ea.glo.in fin.not.quod † emphyteuta a non potest vendere
a suum vtile dominium nec melioramenta nisi primum denunciauerit domino.

ADDITIO.

a Emphyteuta. † Quæritur etiam, an emphyteuta possit vendere vel
34 alienare ius suum? Dic quòd sic, dúmodo prius denũciet domino an ipsum velit emere pro vero pretio, & responsum expectet ab eo per duos menses, aliàs cadetet à iure suo, nisi esset actum quòd posset alienare irrequisito domino.l fin C.de iur emphy. & c. potuit. Extra de loca. Si autem dominus non velit emere, vel elapsis duobus mensibus nihil respondeat, tunc potest emphyteuta ius suum vendere, & dominus tenetur emptorem inuestire. d.l.fin. dummodo non alienet personæ prohibitæ ex pacto, vel a lege, vt not. in d c.potuit Ias May.

35 Sed tunc dubitatur, † an posse donare alteri nulla denun-
a ciatione facta domino. a Glo.in d.l.fin.tenuit quòd sic. Idem tenuit in c.potuit.extra de loca pro qua allegatur casus in l.si do-
b mus. b §. fin. de leg. j. Suadetur & ratione: quia ratio quare lex mandet emphyteutæ vendere volenti vt primo denunciet domino, cessat in emphyteuta donare volente, quis enim dubitat quòd si emphyteuta dixerit domino, ego volo donare melioramenta tali, si vis quòd donem tibi, ego donabo palã est quòd ille gratanter accipiet, auferentur quòd huic emphyteutæ instrumenta libertatis. Bart. consuluit contrarium, cuius sententia mihi placet per l.j. C. de iure emphy. quæ prohibet vendere, vel alio quouis modo transferre. Prætérea nonne dominus retinet possessionem per emphyteutam? si ergo emphyteutã alteri donauerit domino inscio, & nesciat dominus per quem possideat, priuabitur quoque possessione sine facto suo, contra regulam iuris, ius nostrum. contra. l.fin.C.de acquiren. pos. Non obstat absurditas, quia respondetur quòd alia est forma denunciandi emphyteuta donare volente, oportet enim emphyteutam qui vult donare, per hunc modum denũciare. Ego volo donare melioramenta mea Titio, vnde tibi notifico vt scias per quem possideas. Cæter. dicite vt in d.l.fin. in d.c.po-
c tuit, in d.l.si domus.§.fi. de leg.j.c

ADDITIONES.

a Domino. An autem possit alienare in vltima voluntate vide Bello. consi.x.nu.6.

b L.si domus. † Vide Bar in d l.si domus.de leg j.vbi dicit quod em-
36 phyteuta reipublicæ bene potest donare & legare, quia ipsi reipublicæ semper remanet ius suum saluum l.j C de fundis patri lib x. tamen secus est in emphyteuta priuati seu ecclesiæ, quia non esset cõsultum domino seu ecclesiæ contra donatarium, qui in nullo esset in illis obligatus Canonistæ tamen in d.c potuit. stant cum glo d.l.fin. scilicet quòd possit donare & legare irrequisito domino vide Barto.in l.j. C. de fun. patri.lib.xj.vide Barto. in authen quas actiones.C de sacr sanct Et an perdant omnia melioramenta per non solutionem, dic vt in l.ij. C. eo. & d.c.potuit.Ias.May.

c De lega.j.† An autem res emphyteutica possit pignorari irrequisi-
37 to domino? Dic quod sic, quia hoc casu nullum transfertur dominium: licet secus in feudatario qui non posset feudum pignorare, vt not. gl.in l.lex vectigali ff.de pigno.vide Bald in l.fina. C. eod. & Barto. in l.j. §.
38 quod autem de superficiebus. † An autem possit in dotem dari? Dicunt Docto.maximè Saly. in d. l. fin. C.de iure emphy. quòd sic dummodo detur eodem modo quo erat penes dantem hoc est, quòd si penes dãtem finiebatur in prima generatione, ita detur in dotem vt finiatur illa generatione, & hoc etiam nulla denunciatione præcedente. vide in ca. imperialem.de prohibi.feu.alie.per Lotha.in vsi.feu.per Bald.vbi videtur tenere cõtrarium.Ias.May. [An autem possit in dotem dari res emphyteutica. Adde Rotam decisione ccxciiij in nouissimis. Doctor.in c. nuper.de do.inter vir.& vxor.& per Bald. consi. cccxxxij.inci. punctus concessa fuit res.in ij.volu.]

1 ¶ Venditio in herba fœno uel grano, an sit locatio uel uenditio.
2 *Conductor post moram tenetur ad usuras.*
3 *Locator tenetur ad necessariam refectionem domus.*
4 *Obligatio descendens ex contractu an transeat ad heredem & locatoris & conductoris & nu.5.*
5 *Conductor impensas factas in re locata per usufructuarium ad quem nium, si interim moritur usufructuarius, non repetit. Idem si usufructuarius locasset ut dominus.*
6 *Scholaris de societate recidens an possit alium loco sui substituere.*
7 *Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.*
8 *Socius recedens à societate an possit cameram suam alteri locare.*
9 *Scholaris recedens à societate aliorum ex domo conducta an teneatur soluere pensionem pro parte sua, expensas, ligna & salaria famulorum.*
10 *Scholaris manens in domo qui non uult alijs communicare duodenam uel partem suam, potest expelli, item si inter turbet alios.*
11 *Dominus potest compelli ad locandum domum scholari.*
12 *Venditor potest rem uenditam emptori locare donec exbursetur pretium, quæ locatio ad franchisiam uocatur.*
13 *Licet testator mandauerit, quòd heredes ad diuisionem ueniant, potest diuisio fieri, si inter eos rixa oriatur.*
14 *Frater minor maiorem ad diuisionem prouocare potest causa euitandi periculi ex rixa.*
15 *Iniuria qualiter remittatur.*
16 *Amantium iræ amoris reintegratio.*
17 *Locator operarum debet totam mercedem habere licet per mortem uel casum fortuitum res uel opera non præstentur.*
18 *Doctor qui accepit scholarem in expensis usque ad annum, an mortuo scholare ante annum, integram duodenam anni percipere debeat.*
19 *Casus fortuiti non ueniunt in contractibus bonæ fidei.*
20 *Successor an teneatur stare colono.*
21 *Conductor qui recessit à domo metu malorum spirituum, quos dicebat sentire in domo, non tenetur præstare solutam pensionem.*
22 *Conductor qui tempore pestis recessit à domo, non tenetur de pensione.*

a §. ITEM QVAERITVR. a Quando rei dominium commutatur, locatio non contrahitur, sed contractus emptionis celebratur. h.d.

ADDITIO.

a Quæritur. † Quæritur in princ. huius §. si quis vendat fœnum in
2 herba, vel blada in herba an erit locatio vel venditio? Hanc q. tangit Bar.in l.coré ferro.ff.de publica.nam si sit venditio, & fructus exportétur, nulla fiet remissio pretij: si locatio, tunc fiet remissio. vide ibi Barto. Ias.May.

Not. primò, quod dixi in summario. Not. secundò, quòd conductor tenet seruare ea quæ fuerunt in contractu deducta: si quid

si quid veró prætermissum fuerit, tenetur ad ea quæ æquitas
2 suaserit· vnde † coo ductor post moram tenetur ad vsuras a &
pensiones.l.præses.C.eod.

ADDITIO.

a Vsuras. Hodie verò non petuntur vsuræ, sed solum interesse, vt no. in l.Iulianus.C.de act.empt.& authen ad hæc.C.de vsuris.& l.ij.eo.tit. de vsur & ibi per glo.& Saly.& glo.& Docto.in c.cooquestus. de vsur. Ias.l.May.

3 Item † locator tenetur ad necessariam refectionem domus, vt reficere ostia, fenestras, tecta, cæteráque necessaria ad habitationem.l.ex conducto.ff.eod.Item not. quòd in contractu locationis venit leuissima culpa.quòd qualiter intelligatur statim videbitis in glo.Finaliter not. quòd † obligatio descen-
4 dens ex contractu, transit ad hæredem a & locatoris & conductoria.concor.l.viam.C.eod.

ADDITIO.

a Ad hæredem. † Hoc verum intelligas, nisi sit finita locatio vsusfru-
5 ctus: nam tunc si est locatus à proprietario, non petit eius morte, sed morte conductoris.l.necessario.§.fina.de pericu. & commo. rei vendi. Et ideo vsufructuarius locat vsumfructum ad quinquennium, si interim moriatur & conductos fecerit impensas in re locata, illas non repetit: Idem vsufructuarius locasset vt dominus.l.si quis domum.§.si fructuarius.ff.eod.Ias.May.

Glo. super verbo diligentissimus. in fin. Et hæc vltima videtur communior: & ratio specialitatis fundatur super facili harum rerum fragilitate, ideóque diligentior cura & adhibenda.c.vbi periculum.de ele.libr.vj. Et idem dicitur in columna deducta, vt propter eius fragilitatem veniat leuissima culpa.l.si merces.§.qui columnam.ff.eod. Glo. super verbo succedit.
6 in fin. Not. quòd † scholaris de societate recedens non potest alium loco sui substituere: quod verum limitabitis nisi substituerit alium æque bonum & idoneum, laudatæ vitæ, & bono-
7 rum morum.l.idemque.ff.pro suo.alioquin secus, quia † morbida facta pecus totum corrumpit ouile.l.si vnus.§.pactus ne
a peteret.ff.de pac.& ibi no.a

ADDITIO.

a Et ibi not. † Nunquid autem socius recedens à societate possit ca-
8 meram suam alteri locare vel ne.vide Bald.in l.nemo prohibetur.C.loca.De hoc vide in Spe.de iudi.§.ij.ver.circa hoc quæritur.licet conductam domum possit alij locare.l.nemo.C.eo.loca.Ias.May.

9 Sed hic dubitatur. † Pone, tres scholares contraxerunt societatem, & domum conduxerunt pro vsu communi vnus recedit, alij vtuntur domo, an ille recedens teneatur soluere pensionem pro portione sua? Videretur quòd non: quia cum illi duo remanentes consequantur commodum totius vsus in domo, ad totam pensionem obligari debēt, regula iuris, secundū
a naturam. In contrarium communiter Doctor. a determinant: quia licet illi duo fuerint vsi tota domo, vsi fuerunt ex quadam necessitate, quia vti non poterant pro parte, & ad hoc alleg.l.duo fratres.de acqui.hæred.l.si vt certo.§.duobus vehiculum.ff.comod. Et eadem ratione tenetur ille qui se absentauit, pro tertia parte impensarum & salarij præsbiti, & præstitarum famulo: quia duo præsentes non potuerunt vti parte famuli. Et idē dicendum in lignis: quod tamen circunspectus iudex existimabit, an tot lignis vsi fuerint, quod si alter præsens extitisset. Et hæc vera, nisi ille qui se absentauit recessisset per rixam aliorum quia tunc non teneretur, imo necesse est societatem dissolue-
b re.l.si conuenerit.§.j.ff.pro.so.b

ADDITIONES.

a Docto. De hac solutione ad quam tenetur socius vide glo.in auth. de tabellionibus.§.si verò indignus.colla iiij.vbi vult gl. quòd non teneatur. sed debet computari illa pensio soluta per alium surrogatum loco sui.Ias.May.

b Pro socio. Adde tu, quòd † scholaris manens in domo sociorum,
10 sed non vult communicare alijs duodenam vel partem suam, quòd potest expelli. Idem si interturbet alios, quia scholares debent honestē habitare, vt voluit Specu.in titu.de iudi. §. nono.& glo.in l.non aliter.
11 ff.de vsu.& habi. † Adde etiam quòd dominus domorū potest cogi eas locare scholaribus secundum Guil.de Cun.in l.decernimus.C. de epis.
12 & cle & Ang in l j.ff soluto matrimo. † Item si vendidi rem, possum tibi locare donec exburses pretium.l.cum venderem. ff. eodem.& vocatur locatio ad franchisiam Ias. May. [Dominus domorum an possit cogi locare scholaribus, de qua quæst. Ias.hic, Adde Bald.in l.j.in tit.ff.so. matri.& ibi Io.de Imo.& Raph.& ibi quoque. Ias.May.col.pe.ver. sextus facit in simili & Goibel. Pontanum Perusi co.fin.in finalibus verbis. & Ioan.Franc.Ripam ou.142.Abba.Panos.in c.j.col.ii.nu. 6 ver oppo. contra hoc extra de empt.& ven. Alex.de Imo. in addi.ad Bar.in l.j.C. de dignita.lib.xij.Matth.de Afflict.in tract.de iure prothomi.iij.princi. nu.3 ver.secundo fallit in domo Pet Rebuff.in tract de priuile. scholari.in vij.priuilegio.nu.1.Bernardi. Scodobium in auct.habita.in ver peregrinantur.nu.7.& in ver.veniant & eis securè nu.19.& Docto.Petrum Duenus in suis regulis iuris reg.ccxiij.qui ferre suprascriptos omnes allegat.Ioan.Bap.Zilettus.]

13 Ex quo dixit Bar. quòd † si testator mādauerit in testamento, ne hæredes instituti ad diuisionem veniāt vsque ad certum tempus, apponendo pœnam contrafacienti, poterit tamen si rixa exorta fuerit vnusquisque societatem dissoluere qui causam rixæ non præbuerit, quia regnum in se diuisum desolabi-
14 tur.d.l.si conuenerit.§.j. † Eodem modo dixit ipse, lege cauetur quòd frater minor non possit prouocare ad diuisionem maiorem.le.inter omnes.C.de prædi.mi. poterit tamen si expediat
15 sibi causa euitandi propter periculi frequentem rixam. † Quod autem dixi de socio recedente propter rixam & iniuriam illa-
a tam, intellige nisi talis iniuria remissa fuerit per pacem. a l.iij.§. fina.cum seq.ff.de adi.leg.l.Lucius.§. Lucius. de legat.secundo Et intelligitur remissa primo, si fiat pax expressa, hoc est, palam. Secundò si mutuo tetigerint palmas manuum.l.j.ff.de pa. & ibi not. Tertiò si simul comedāt, bibant, rideant, aut ludant. glo.est in §.fina.infrà de iniur. Item si alter alterum salutauerit. not.in l.filio.ff de libe. & posthu. Item hæc vera intelligite nisi rixa ab vtróque prouenisset, & vnusquisque causam tribuisset, quia tunc paria delicta mutua compensatione tollerentur.l.viro atque vxore.ff.so.ma.l si ambo.ff.de compen.Item hæc vera si rixæ & iniuriæ magnæ fuerunt, propter enim leuem iniu-
16 riam non liceret cedere· † amantium enim iræ amoris reintegratio est arg.in l.iij §.fi.ff.de adi.leg.

ADDITIO.

a Per pacem. Qualiter remittatur iniuria l.vide suprà de excus.tuto.§. item si propter inimicitias.vide in §.fina.infrà de iniur Ias.May.

17 Quæritur, pone † quòd locauit tibi aliquis rem & operam suam: euenit quòd per mortem vel alium casum fortuitum remanet quominus tibi res & operam præstētur, an mercedem totam percipere possit: Dicite quod sic.l.sed addes.§.fin.l. qui operas.ff.eod.l.si vehenda.ff.ad l.Rho.de iactu.& est glo. in l.si vno.§.item cum quidam.ff.eod. Quod præstat argu. ad quæ-
a stionem, a quòd † si doctor aliquis acceperit scholarem in ex-
18 pensis vsque ad annum, quo casu Doctor locat rem, id est, victum, & operam, id est, curam victus, quòd moriente scholari ante annum debet percipere duodenam vnius anni, de quo dicite vt d.l. si vno.§.item cum quidam: Cui sententiæ multum
19 aduersari videtur, quia † in contractibus bonæ fidei non veniūt casus fortuiti.in l.quæ fortuitis.C.de pigno. actin. Potes dicere quòd casus fortuitus eueniens in persona scholaris debet sibi nocere, non doctori, vt legitur per gloss.in d.§. item cum qui-
20 dam. Oppo. contra text, dicitur hic in text. † quòd successor tenetur stare colono. Sed oppo.& videtur quòd successor possit expellere colonum.l.qui fundum.&l.si merces.§.j.ff.eod.l. emptori.C.eo.Solu. Pro plena doctrina dicite, si quæratur an successor teneatur stare colono: aut loquimur in successore vniuersali, puta in hærede, & ille tenetur stare colono, nec potest ipsum expellere, quia obligatio personalis qua tenebatur locator conductori vt sibi rem locatam conseruet, transit ad hæredem, & illum obliget, vt hic.C.eo.l.viam. Licet regula fallat. Primò, si conductor tempore debito non soluerit pensionem. Secundò, si re conducta malè vteretur. Tertiò, si res cōducta egeret refectione. Quartò, si locator egeret pro vsu proprio, ex causa tamen superueniente post contractum locationis, vt quia ducturus est vxorem, vel creatus est Doctor vel miles: alias secus. Hæc omnia habentur in l. ædem. in text. & glo. C.eo. Aut loquimur in successore particulari, & dic aut iste successor est voluntarius, puta quia emit rem locatam, & tunc non tenetur stare colono, imo potest illum expellere. d.l. emptori. cum suprà allegatis. Ratio, quia obligatio personalis qua tenebatur locator conductori, non sequitur fundum neque transit ad successorem particularem.l.j.§.si hęres.ad Treb. Consilium tamen est, quod tu qui conducis domum facias à locatore tibi omnia bona sua obligari per publicum instrumentum, quo casu ille non auditur nisi soluat interesse, ita not.in l.si filio.§. fin. ff.solu. matri. si postea vendiderit, & emptor te expellere voluerit, poteris illam domum retinere velut pignus pro interesse, ita not.in l.si filio. suprà allega. Aut est successor necessarius,

& tunc ipse tenetur stare colono.l.in venditione.§.primo.ff.de bo.aucto.iudi.pos. Et hæc vera sunt in locatore priuato, secus in fisco qui locauit. Nam si fiscus postea rem locatam ab ipso vendiderit, non poterit expellere colonum priuilegio fisci. l. fi. de iure fisci. Item hæc vera in eo qui locauit ex voluntate, secus in eo qui locauit ex necessitate causatiua, saltem quia tunc successor particularis non poterit colonum expellere.l.filio.§. fin. ff.soluto matrimonio. Item hæc vera in colono qui nullum habet ius in re: vnde si mihi vendideris possessionem quam tradidisti ad massaritium, vt tibi colonus reddat partem fructuum, emptor non poterit illum expellere. l. idémque. §. fina. ff.pro soc. † Quæritur, an ille qui conduxit à me domum, postea recessit metu malorum spirituum quos dicebat sentire in domo, teneatur præstare solitam pensionem? Dicite quòd non, si hoc probatum fuerit. Et idem † esset si quis recederet de domo tempore pœstis, quæ inciperat pullulare, licet reuera postea cessauerit: quia sufficit timor istæ causæ, licet ista causa non fuerit postea verificata.l.habitatores.§.fi.ff.loca.b

ADDITIONES.

Ad quæstionem. Adde quòd Philipp. Deci. in l diem functo.col.ij. versi.quarto nota.ff.de offi.assesso.& ibi Franc. Corti.iunior.col ij ver. ex prædicta tamen. communi conclusione. causam scholaris tuentes, oppositum tenet.& ibi vide Excellentissimum Do.Hiero. Caguol nu. 104.cum multis sequentibus.Io.Bapt. Ziletus.

ff.loca. Vide Barto.in l.si filio.§ si vir quinquenoium.ff. sol. matri. & in l.j.§.quod ait.ff.de superficiebus.& Bald.in d.l.iubemus.C. de sa. san.eccle.Ias.May.

De societate. Rubr.

ADDITIO.

Societate.† Præmitte ad euidentiam huius rubricæ quòd quatuor modis contrahitur societas. Et assumendo primum, dic quòd contrahitur societas expressè omnium bonorum, in qua veniunt omnes hæreditates, omnia legata & donata vndecunque quæsita l.ij.ff.eo. Secundò contrahitur simpliciter, non expresso, omnium bonorum, & tunc veniunt solum illa quæ ex quæsto, id est, opera personali acquiruntur, vt ex venditione, locatione &c. Non autem veniunt hæreditates, legata & donationes causa mortis, quia ista dicuntur potius quæri ob meritũ, quàm ex industria, id est, opera personali.l.coit. & l. nec adiecit.ff.eo. Tertiò modo contrahitur societas alicuius negociationis, vt vini, frumenti, & tunc solum quæsita ex illa negociatione veniunt, & non alia, vt hic. Quartò modo contrahitur societas in vna re tantum, vt in vno equo emendo & similibus.& in talibus non extenditur vltra rẽ.l.quæsita.ff.eo. Alio modo contrahitur societas re ipsa, sine aliquo pacto vel expressione verborum: vt cum duo fratres simul habitant & ponunt res in communi, & tunc solum in his quæ ponuntur in communi dicitur contracta societas, non in alijs. l. cum duobus.§ idem Papinianus. ff. eod. Et quòd societas possit tacitè contrahi, vide quæ dixit Bart.not.in in l. Titium & Meuium.§.altero.circa pe.col.ff.de admini.tuto. & Bar. in l.cum duobus.§.idem Papi.ff.pro socio.& Bald.in l. cùm oportet.in iij.col C.de bo.quæ libe.& Spec.in ti.de iodi.§.ij.& ibi Bald.in addi.& Bald.in l.si patruus.C.commu. vtriusque iudi.& Bald.in l.ex diuerso.§. item si mulier.ff.sol.matri. & Bald in c.si duo fratres in communi causa.de duo.fratri.de nouo beneficio inuestitis.& Bar.in tract. de duobus fratribus.Ias.May.

Societas quot modis contrahitur.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Quia obligationes quæ ex consensu proficiscuntur, aut in emptione, aut in locatione, aut in societate consistunt, suprà de obli. ex consensu. in princ. Ideo viso de emptione & locatione, sequitur ex ordine videre de societate. In fin.glo.rubri.ideo dixit honesta, quia si essent inhonesta, non appellaretur societas, sed conuenticulum, propterea, quia malorum nulla est societas. l. si à reo.§.id quod.ff.de fideius.

1. *Pactum inter socios appositum super inequalitate lucri & damni tenet.*
2. *Societas vinculum fraternitatis habet.*
3. *Electio camerarum datur præstantiori scholari.*
4. *Pactum inter socios quòd unus præstet pecuniam, alter verò operam valet.*
5. *Pactum quòd alter sociorum totum damnum sustineat, alter verò partem lucri tenet.*
6. *Socius qui inuito socio uadit ad mercandum suscipiendo in se periculum, si lucratur, non communicat lucrum. & nu. 17.*
7. *Lucrum quid.*
8. *Partes factæ in lucro intelliguntur factæ & in damno.*
9. *Portio portionem demonstrat & una pars alternatiue declarat aliam. nu 10.*
11. *Actus qui non ualet iure societatis saltem ualet iure conuentionis.*
12. *Pecunia posita in societate ad mercandum, an sit communis quando alter socius operam tantum ponit. & an pecunia ipsa deperdita sine culpa, teneatur socius dimidiam resarcire nu. 13. & 14.*
15. *Socius ponens operam an debeat suis expensis operari.*
16. *Fratrum unus si ad certam summam fuerit condemnatus, & postea fiat bonorum diuisio, an ei deducitur id in quo condemnatus fuit.*

SOCIETATEM. Societas super omnibus bonis & eorum parte vniri potest, ac etiam super aliqua negociatione: & in ea veniunt partes æquales damni & lucri, nisi aliud conuentum extiterit.h.d.a

ADDITIO.

Hoc dicit. Adde quòd pactum appositum inter socios super inæqualitate lucri & damni tenet, quando alter sociorum plus altero confert in re, vel in opera, seu industria. & pactũ, quòd vnus sentiat lucrum & non damnum, intelligitur si compensatione facta lucri & damni superest lucrum: quod tacitè videtur adijci in damno.h.d.vsque ad §.manet.Ias.May.

Diuiditur in tres partes. Nam in prima tractat super quibus rebus societas iniri possit. In secũda quæ partes lucri & damni in ea veniant. In tertia determinat quasdam circa materiam dubitabiles quæstiones. Secunda ibi, (& quidem.) Tertia ibi, (de illa.† Not. primò, societatem coiri posse omnium bonorũ & partis bonorum. Item coiri posse vnius negociationis, ac etiam plurium. Item not. quòd in dubio partes damni & lucri veniunt æquales in societate, quia † societas vinculum fraternitatis habet.l.verum.ff.eo. & propterea in ea laudanda est æqualitas.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg. ij. Non conueniri posse vt partes damni & lucri inter socios diuersæ sint. Not. illud conueniri posse, vt ad socium duæ partes lucri perueniant, tertia verò damni: licet Quintus Mutius contradixerit. & potuit ea ratione moueri, quia huiusmodi inæqualitas videbatur aduersari fraternitati, cuius naturam sapit societas: Ratio decidẽdi fuit, quia interdum pretiosa est opera alicuius, vt iustum sit illum in societatem admitti meliore conditione cæteris. præstat arg. quòd † si plures scholares contraxerint societatem, electio camerarum detur illi qui sit in virtute præstantior. facit l.societatem. l.a. j. ff. eod. Not. † conueniri posse in societate vt vnus præstet pecuniam, alter verò operam, quia opera artis est valimentum.l.cum duobus.§.si coeunda.ff.eo. † Not. conueniri posse vt alter sociorum totum damnum sustineat, alter vera partem lucri, nihil verò de damno sentiat. Cæterum si ita conueniretur, vt alter totum damnum pateretur, alter verò lucrũ, nihil valeret: quia ista societas esset leonina, vt videbitis hic in gloss.a

ADDITIO.

Hic in glo. † An si duo sunt socij, quorum vnus vult ire Venetias, & ibi exercere mercantias: alter non volt quòd vadat, & ille dicit, volo ire periculo meo: an si vadat & lucretur, illud lucrum debeat esse commune cum alio socio? Dic quòd non, secundum Bart.in l.quia poterat. in fin. ff. ad Trebellia. quia ex quo periculum est suum. ita & lucrum. Ias.May.

Not. † lucrum appellari deducto omni damno. concord.l. Mutius.ff.eo. † Not. quòd partes factæ in lucro, intelliguntur factæ & in damno. Idem & è contra. Ex quo colligitur, quòd portio regulat & demonstrat portionem damni. l. vtrum.§.fi. ff.de reb.du. † Quod facit ad quæstionem. Vendidi tibi possessionem pro mille, tu dicis, quòd possessio intelligitur vendita vsque ad talia confinia, ego dico quòd intellexi me vendidisse vsque ad talia: certè quantitas pretij declarabit a quantitatem prædij, vt de his confinibus intelligatur quibus magis pretium conueniat. Eodem modo vendidi tibi codicem pro x. libris, ego dico intellexisse de decem libris imperialium, tu dicis intellexisse bissotorum, quid erit in hoc? certè valet rei declarabit de quibus actum intelligatur: si enim magis proportionetur lib-

tur libris imperialium de his intelligatur, & sic è contra, glo. est in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. † Eodem modo vna pars alternatiuæ declarat alium. Vnde si vendidero tibi Digestum meum aut Codicem pro x. & habeam duos Codices, vnum parui pretij & aliũ magni, tu dicis te intellexisse de vno, ego de alio, certè intelligitur ille Codex venditus cui proportionetur, text. est in l. j. ff. de reb. dubijs. b

ADDITIONES.

a Declarabit. Quòd pretium declaret quantum sit venditum vide Bellonum. consi. xxvij. nu. 5.

b ff. de reb. dub. Vide in l. prædijs. § lucro. vbi bonos text. de lega. iij. vide Bald. in rubr. eod. de contrahen. empti. & in l. emptorem. C. loca. Ias. May.

In glo. totorum. not. significationem verbi, totorum, quod dicit tontitem respectu vnius rei. quod facit pro intellectu cõmuni. l. iij. §. filius. inter medias. ff. de libe. & posthu. ibi, & erit à toto gradu seniotus. In fin. glo. in verbo, adeo. Et hæc communiter approbatur. ex quo colligitis, quòd † actus qui non valet iure societatis, valet saltem iure conuentionis, cui consona est glo. in l. ij. C. commu. vtri. iudi. quæ dixit, quòd sententia quæ non valet vt sententia, valet vt conuentio, si fuerit à partibus approbata. Sed quæritur pone † contraximus societatem frumenti emendi & vendendi, ego appono pecuniam, tu operã, an ille pecunia efficiectur communis tua & mea? Gloss. in l. j. C. eod. Dixit quòd de iure efficiectur communis, sed secus ex consuetudine. † Ex quo ipse infert, quòd si hæc pecunia in totum perdatur sine culpa, perditur tota periculo meo, nec tu teneris mihi resarcire dimidiam. a

ADDITIONES.

a Resarcire dimidiam. † Adde quòd glo. ibi dicit in d. l. quòd cum pecunia est deperdita, finita est societas: quia periculum est solum illius ponentis pecuniam, non autem alterius ponentis operas secũdum Iac. de Aret. ibi dicit periculum esse commune, nec esse finitam societatem. d. l. cum duobus. ff. eod. & pro hac opi facit l. id quod ff de peri. & com. rei vendi. Petr. verò distinxit, & melius secundum Cyn. Aut pecunia statim contracta societate est perdita ante quam operius nihil præstabit de pecunia perdita. l. verum. §. noteruenit ff. eo. aliàs secus. † Quid autem in societate si vnus ponit rem & alius operam, an debet operari suis expensis, an verò communibus? Videtur quòd suis. l. quod nisi ff. de operis liber. Item non habet partem, quia solus operetur suis expẽsis, & sic soluit vecturas equorum, nauium. l. si non fuerit. ff. eod. Et cõtra videtur quòd communibus expensis operetur, cum lucrum non dicatur nisi deductis expensis, vt hic & hanc opi. sequitur Iac. de Aret. & Salv. in d. l. j. nisi forsitan tacitè videtur actum quòd operarius poneret expẽsas d. l. cum duobus. nisi in expensis quotidiani cibi & potus, quas domi facturus fuisset si non itinerasset per l. sed si lege. §. quod autem. el ij. de pet. hære. Ias. May.

Sed pone, sunt aliqui fratres, † vnus fuit condemnatus in mille à iudice, veniunt ad diuisionem, nunquid ille habebit tãtominus quanto condemnatus fuit? Dicite, quòd si fuit condẽnatus iuste, tantominus habebit: secus si iniuttè. text. in l. cum duobus. §. fina. ff. de commo. Pone, sunt duo fratres vnus viuo patre duxit vxorem, moritur vxor, ipse lucratur dotem ex forma statuti, veniunt ad diuisionem, an ante partem percipere possit dotem vxoris? glo. est in l. dotem. de castren. pecu. & dicatis vt ibi.

a Glo. super ver. seruari. a

ADDITIO.

a Seruari. Adde dictis hic in glo. fin. super verbo, seruari quæ opponit de tribus contrarijs: ad quæ respondet, quòd hic est eadem ratio contrariorum, ibi non: quia natura societatis hoc induxit: de quo per Bart in l. inter stipulantem §. sacram. de verb. oblig. & suprà de his qui sunt sui vel alieni iuris. & in regula iuris. Qui scoit lib. vj & † quod not. Barto. singulariter in l. quia poterat. ff. ad Treb. vbi dicit, quòd si socius contra voluntatem à tertius socij voluit ire Venetias pro mercantijs suo periculo, & bene lucratus est, quòd sicut socius noluit stare ad periculum, ita nec debet stare nec participare de lucro, per hunc text. qui est notabilis. Ias May.

1 Societas quando renunciatione dissoluatur.
2 Societas quibus modis dissoluatur.
3 Quæsita ex prospera fortuna, veniunt in societate omnium bonorum.
4 Morte vnius ex socijs soluitur societas, nec transit ad hæredem.
5 Societas in quibus casibus transeat ad hæredem.
6 Mortuus habetur ille cuius bona sunt publicata.
7 Societas cessione bonorum dissoluitur.
8 Societate finita, si socij in societate permanent, non dicitur noua societas.
9 Leuissima culpa non uenit in contractu societatis.
10 Actio pro socio est hincinde directa.
11 Actio an sit directa vel utilis, seu contraria quomodo cognascatur.

a §. MANET AVTEM. Renunciatione, a morte negocio finito, publicatione, & bonorum cessione, finitur societas. hoc primò. Et in ea venit dolus lata culpa, leuis non autem leuissima. h. d.

ADDITIONES.

a Renunciatione. Not. primò, licitum esse socio renunciare societati, dummodo bona fide faciat: quia nemo compellitur stare in communione nisi in casibus notatis in l. fi. C. communi diui. Si quis autem maliciosè renunciat, fortè vt sibi acquiratur hæreditas quæ veniebat in communi diuidenda, patitur pœnam: quia damnum quod inde sequitur est renunciantis, & commodum ipsius renunciantis est commune. l. actione. §. quod diximus. ff. eo. Et eandem pœnam patitur qui intempestinè renunciat, id est, ante tempus in societate appositum. d. l. actionem. §. item qui societatem. alleg. in gl. Item non licet renunciare quãdo interest socij societatem durare: vt qui eius conditio deterior fieret: aut quia renunciat in itinere cum merces ducuntur fortè in naui renũciantis, vel alio tempore non congruo. l. actione. §. Labeo. ff. eo. Similiter adde, quòd renunciatio facta bona fide, debet fieri socio præsente. l. sed & socius. §. si absente. ff. eo. Si autem fiat socio absente & ignorante, tunc lucrum factum ab absente est proprium. d. l. sed. §. si absente. Ias. May.

Not. summarium ex quo colligitis † quinque modos quibus societas dissolui potest. Adducuntur & duo in l. actionem. ff. eod. † Not. quòd in societate omnium bonorum veniunt quæsita ex prospera fortuna, vt hæreditates & legata, quod verum quando expressè conuentum est, alioquin societates simpliciter coitæ complectuntur solum ea quæ ex opera & sociorum industria acquisita sunt & per hoc non obst. l. nec adiecit. ff. eod. Not. † quòd per mortem vnius sociorum tota societas dissoluitur. a Quod facit pro societate scholarium, vt morte vnius tota dissoluatur. aliter tamen de consuetudine seruatur.

ADDITIO.

a Dissoluitur. † Et sic societas non transit ad hæredem, etiam si esset actum: quia per actum non potest agi vt societas transfert. l. adeò. ff. eo. Et est ratio, quia in societate eligitur industria personæ, vt hic in text. Sed quid erit si sit incertum quis sit hæres? tamen licet hæres non sit socius tenetur inchoata per defunctum implere. l. hæres socij ff eod si sit legitimæ ætatis l. j. ff. de fideius. tu. Falbt hoc in societate vectigaliũ, quæ transit ad hæredẽ tribus concurrentibus fauore fisci: scilicet quòd sit societas vectigaliũ. Item quòd sit actum vt hæres succedat. Item hæres sit persona habilis, vt not. in d. l. adeò. Et intelligit glo. quòd transit ad hæredem scilicet primum tantum, sicut in vsufructu. vt vult glo. in l. nulla. ff. eo. Ias. May.

No. quòd † ille cuius bona sunt publicata, habetur pro mortuo. l. actione. §. publicatione. ff. eo. a

ADDITIO.

a ff. eodem. Not. ex §. publicatis. quòd † cessione bonorum dissoluitur societas, quæ tamen nouo consensu reuiuiscit, vt hic quia prodest hæc cessio cedenti ne in carcerem detrudatur, vt hic in gl. in ver cesserit. non tamen cedens liberatur à creditoribus, sed in posteà quæsitis habet beneficium ne exigatur nisi inquantum facere potest. l. iij. ff. de cess. bo. Sed de iure canonico, secus est in vsurario cedente bonis, quia non habet beneficium in posteà quæsitis. capit. cum tu. extra de vsur. Ias. May.

Not. quòd † si finita societate socij adhuc in societate permaneant, non dicitur eadem societas sed noua. l. sed & si manente. ff. de prec. Not. quòd † in contractu societatis non venit leuissima culpa, quia habet quod sibi imputetur, qui parum diligentem socium sibi adiecit. Glo. super verbo, actione, in fin. not. † actiones pro socio hincinde esse directas. † Sed contra hoc oppo. dict. l. tutor §. contrarium. ff. de pig. act. vbi actio ex vna parte dicitur directa, ex alia dicitur vtilis. Dicite, aliquando contingit quod nec variatur nomen contractus, nec nomina contrahentium, & tunc actio est hincinde directa. vt in cõtractu societatis, quia ab vtraque parte dicitur societas, & idem est contractus, & quilibet socius appellatur, vt hic. Aliquando cõtingit quod mutatur nomen contractus, ac etiam nomina cõtrahentium, vt in contractu venditionis & locationis & tunc

actio est hincinde directa.l.ex empto.ff.de act.empt.Aliquando non mutatur nomen contractus, sed mutantur nomina contrahentium,vt hic aut vnum descendit ab alio, vt in contractu depositi, vnus deponens alter depositarius appellatur, & tunc ille cui imponitur nomen à quo aliud descendit habet vtilem, alius verò directam vt not. in l.j.ff. depo. Aliquando vnum nomen non descendit ab alio, vt in contractu pignoris, & nunc domino rei competit directa,alteri verò vtilis siue contraria, & ita loquitur.d.l.tutor.§. contrariã. & habetur gl in l. consensu.ff.de act.& obli.& in l.curatoris. C. de nego. gest. & aliam glo.habetis in rub. de rei ven.

De mandatis. Rubr.

1 *Mandatum quid sit & quibus uerbis contrahatur.*
2 *Electus amicabiliter ad mouendum uel consulendum, non tenetur nisi de dolo.*
3 *Arbitrator non tenetur nisi de dolo secus est in arbitrio, & iudice.*
4 *Consiliarius electus ad consulendum in causa.tenetur de dolo & lata culpa,& etiam de asserta peritia.*

a Continua vt continuatur in glo.a

ADDITIO.

In gl.Præmitte ad euidentiam,†quid sit mandatum,& quibus verbis contrahatur.Dic vt in glo.j. quia inducitur mandatum per verbum rogo,mando,supplico: non autem per verba monitoria, vel consultoria,† vt in eo qui est electus amicabiliter ad mouendum vel consulendum, qui non tenetur nisi de dolo.vt l.idemque.ff.eo.†Est ideò arbitrator non tenetur nisi de dolo , quia est amicabilis compositor , vt tenet Bart.in l.si iudex.ff. de var.& extraor cog. Secus in arbitrio qui fecit litem suam, sicut & iudex.l. si quis in scribendo. C. de pac . l.si iudex. ff.de va.& extraor cog. † Similiter & consiliarius electus ad consulendum in causa tenetur de dolo & lata culpa , & etiam de asserta peritia, secundum Spe.in ti.de requisitione consilij.§.j.ver.consiliarij.Ias.May. [Adde quid si sunt facta duo mandata in eodem die. & non apparet quod prius quid iuris. dic quòd illud præualet quod maiorem baliam præstat.vt in l.Sempronius proculo.ff.de leg.ij.idem tenens Bald.& Io. de Imo.in l.si ita scriptum fuerit, Titius.ff.de hære.instu.]

1 *Mandatum obligatorium quinque modis contrahitur.*
2 *Mandatum pro uerba commendatoria non inducitur.*
3 *Verba laudatoria à proxeneta prolata,non inducunt mandatum.*
4 *Proxeneta non tenetur nisi de dolo.*
5 *Proxeneta mercedem suam petit sibi præstari officio iudicis.*
6 *Proxeneta testificari potest in causa in qua fuit mediator, utraque parte uolente,aliàs non.*
7 *Mandatum non inducitur cum quis mandat ei qui tenetur facere de necessitate officij sui id quod sibi mandat.*
8 *Verbis persuasiuis non inducuntur mandatum.*
9 *Nemo ex consilio obligatur.*
10 *Vsuræ an sapiant lucrum uel ne.*
11 *Consilium an faciat quem teneri.*
12 *Mandans in delictis tenetur.*
13 *Mandatarius an secuto maleficio puniatur.*
14 *Maleficium si factum est in uno loco, & mandatum in alio quis locus attendi debeat.*
15 *Mandans an teneatur ex mandato an ex maleficio propter mandatum.*
16 *Consulens aliquem occidi homicida est, & consulens iniuriam actione iniuriarum tenetur.*

MANDATVM. †Mandatum obligatorium quinque modis contrahitur.h.d.No.quinque modis contrahitur.mandatum a obligatoriũ: qui omnes modi declarantur apertè per exempla textualia.

ADDITIO.

Mandatum †Item adde quòd non inducitur mandatum per verba commendatoria & ideò non obligor licet scribam amico meo rogando eum quòd Titius sit sibi commendatus in quibus eum requisieris. per text in l.si non.§.cum quidam.ff.eo. † Item nec per verba laudatoria prolata à proxeneta inducitur mandatum, & †ideò non tenetur nisi de dolo l.j.ff.de proxene. † Et petit mercedem suam sibi præstari officio iudic is.vt ibi in rub. † An autem proxeneta possit testificari in causa in qua fuit proxeneta? Dic quod sic, vtraque parte volente,sed non cõpellitur:sed vna tantum volente non potest : vt in auth. de testi. §.quia verò.col vij.† Item non inducitur mandatum cum quis mandat ei qui tenetur facere de necessitate officij sui id quod sibi mandat. vt si scholaris recipiens pecuniam à nummulario , ei dicat quòd scribat rationes inter seipsos.l.fin.C.de eden.& ibi Bart. † Item nec per verba persuasiua,de quibus vide duas bonas glo.in l.j.ff.eod.& in l. ob hæc verba. ff. de insa.Ias.May. [Adde an hoc sit verum quod de proxeneta hic dictũ est, Glo.in c Romana.ad fin.in ver.in testem.de testib lib.vj.Cyn.& Saly.in l.in omnibus.C.de testib.Bart.in l j. §.incidit.in fi ff. ad turpillia.& in l.deferre.in princ.versi fin.ff.de iure fisc.Bald in auth. sed nouo iure col iij C.si cert.pet.Ange de Vbal. in l debet. ff. de ædili edict.& in §. quoniam verò.in authen.de test.Ant de Butri.& ibi Abb. Panor. in ca. ex literis de trans.eundem But.in c.non sine.col pen & fin. de arbit. & eundem Pano.in c.dilectorum.col.j.versi regula est.extra de testib. cog. & ibi Fely.in primis verbis.Petr. de Ancha. in consi. ccexxj.incip. visa & diligenter.col.ij.ver.vtroque et proxeneos Ange. Aret in §. pater. col.fin.versi.quid de proxeneta. suprà de test & ibi Mar.Ant.Bauer.ca. col.& eo.versi.Ioan Petr de Ferrarijs in sua prax. in for. oppo. contra test.in glo.protestante.nu.29 versi.nono.dixi in paruis. Alex. de Imol. in consi cxxvij incip. viso processu causæ.col.vij.ver. non obstat. etiam in vij.vo.And.Barb.in consi.xl.incip.& Ioue principium col.x. versicu. viij.licet iste.in iiij.volu.Petr Philip.Corne.in consi.xxxiij. incipien. visa copia processus. col. iij versi. nec obstat.in ij.volu.Ias.in l.distantibus. col.ij. versi. hinc est quòd ille.C. de testa.Lanfran.de Oria in c quoniã contra.in versi.testium depositiones.nu 159.extra de probat.Mariã Sozi.iunios.in consi lxxxia.incip.magna profecto num.18.in j.volu. & in consi.xxxj.incip.themate prædicto.considerato.nu 11. & 16. in ij.volu. Franc Curti. iunio in consi cxxij. incip. viso ac diligenter considerato processu.nu.8 Franc.Curti.senio in tract.de testib. in xlij. conclusio. Albert.Modet.in tract.eiusdem materiæ in iiij.col.ix.versic.videndum est ergo quid de proxeneta & Ioan Cro.in tract.eiusdem nominis.in iiij. part.nu.126.& insignem Do Bapt.à Villalobos. in suo tract. opi. communi.in ver.proxeneta.nu.382.Ioan Bapt. Ziletus Venetus.]

Not.secundò,quòd quando mandatum sit gratia mandatarij, tantum amittit nomen mandati , & transit in vim consilij. Not.tertiò,† neminem ex consilio obligari : quia liberum est cuique apud se explorare an sibi consilium illud expediat. cõcor.l.ij.§.fin.ff.eod. Not. quod quando aliquis mandat vt potius pecuniam fœneretur quàm in emptionibus prædiorum collocet,nulla demonstrata persona cui fœnerari debeat, non obligatur si res malè gesta reperiatur. dicam cum glo. Glo.j.in fin.Hæc opi.Io.communiter reprobatur,quia esset redarguere Iustinianum de insufficienti diuisione mandati. Vnde Doct. respondent,quòd ideo non fuit positus in text.casus mixtus,quia tanquam compositus fuit comprehensus sub simplicibus. arg. in l.ij.ff.de verbo.obli. Sed dubito in hoc. attenta enim hac ratione frustratoriè posuisset Imperator casum in quo mãdatum sit gratia mandantis & mandatarij,vel gratia tertij mandatarij, vel gratia mandantis & tertij, cum omnes hi casus sint compositi. Sed respondete, quòd Imperator posuit casus compositos duarum personarum,quarum gratia potuit expediri & sub his comprehendit casus compositos ex tribus personis, quarum gratia debuit mandatum expediri.Glo.super ver. vsuris. in fin. Vnis aliter soluitur secundum Doctor. † Aut vsuræ debentur ex stipulatu,quia in stipulatum expressè deductæ sunt, & tunc lucrum sapiunt:& loquitur hic. Aliquando vsuræ debentur propter moram siue negligentiam non soluentis , & tunc non sapiunt lucrum, quia tanquam interesse præstantur. ita loquitur. d.l.cum quidam.§.si pupillo.Glos.super ver.ex consulto. in fin. † Si quæratur , an quis teneatur ex consilio. a Aut loquimur in contractibus,aut in delictis.Priore casu regula,est,quòd nemo ex consilio tenetur.hæc regula sumitur hic,& in l.ij.§.fi.ff. eod. Fallit primò,quando huiusmodi consilium esset fraudolẽtum. l.quòd si cum scires.ff.de dolo malo.l.iij. de proxenet.& in regula,Iure consilij.Fallit secundò,quando ille cui consilium datum est,non erat aliter facturus nisi ita consultum extitisset. l. si verò non remunerandi.§.planè.ff.mand. Posteriore verò casu, quando loquimur in delictis,b ita distinguitur Aut quis præstitit opem & consilium pro delicto perpetrando , & clarum est illum teneri & obligari.l. ij qui opem. ff. de fur. Aut solum dedit consilium, & tunc etiam obligatur , quia qui consulit aliquid illicitè perpetrari,non est sine dolo.l. j. §. persuadere. de ser.cor. Aut solum tribuit opem , sed non consilium , & tunc si quidem tribuit ignoranter,non tenetur : secus si scienter : quia

primò

primo casu est in bona fide, posteriore verò est in dolo. lege si pignore. §. qui ferramenta. ff de fur.

ADDITIONES.

a An quis teneatur ex consilio. Adde Gl. in l. sæpe. ff. de verbo. sig. glo. in ver. consilium in c. sicut dignum. de homi. Docto. in c. j. de offi. dele. Doc. in c. nuper de senten. excommuni. Paul. de Elea. & Cardi. in cle. j. de pen. Dy. in regula nullus ex consi de reg. iur. lib. vj.

b Loquimur in delictis. † Tu adde, quòd in delictis mãdans tenetur, si- 12 ue ille cui est mandatum esset aliàs facturus, siue non. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. Et intellige quòd tenetur illi in cuius perniciem mandauit, non autem ipsi mandatario, quia parere non debuit, vt infrà. § proximo nisi esset persona subiecta quæ in leuibus parere non tenetur 13 l. liber homo. ff. ad l. Aqui. † Quæritur an mandatarius si nõ sequatur maleficium puniatur? Dic quòd in grauioribus delictis, vt magna furta, vulnera & similia, vt not. in d. l. liber homo. punitur extraordinariè. l. j. ff. de extraor cri. sed in re modica. vt. l. adeò. ff. de reg. iur. non punitur. l. item 14 apud Labeonem. §. si iurauerit ff. de iniur. † Quid si maleficium sit fa- 15 ctum in vno loco. & mãdatum in alio, quis locus debeat atendi, vide Bar. in d. §. si mandato. & in l. si amicus. ff de adul. † Quæritur an mãdans teneatur ex mandato, an ex maleficio propter mandatum? Dic ex maleficio: nam tunc obligatur cum maleficium committitur. l. qui fur. §. j. ff. de furtis & infrà de obl quæ ex male. nascuntur. §. ope & ideò locus & tempus maleficij. non mandati debet apponi in inquisitione vel accusa- 16 tione secundum Bar. in d. l. non solum. ff. de iniur. quia † qui consuluit alicui occidi, homicida est. & qui consuluit de iniuria, tenetur actiõe iniuriarum, secundũ gl. in c. j. de homi Ias. May. [An in delictis mandans teneatur, de quo hic. Adde Bar. in l. sed si vnum. ff. de iniur. & tex. in c. mulieres. in fi. de sen. excom.]

Gl. superter. itaque in fi. Hæc opi. Io. veluti communior approbatur, de quo in lege si remunerandi. §. plane. ff. eodem.

1 *Mandatum rei illicitæ non est obligatorium, etiam si sit iuratum.*
2 *Mandati fines diligenter sunt custodiendi.*
3 *Fideiubens in plus quàm sibi mandatum fuerat, habet obligationem quatenus ei mandatum erat. & nu. 9.*
4 *Mandatum re integra reuocatione finitur.*
5 *Mandatum quando dicatur esse integrum. & nu. 18.*
6 *Satisdatio in iudicio præstita à procuratore uel à domino pro eo, an faciat desinere rem esse integram ante litem contestatam.*
7 *Mandatum mortè mandatis uel mandatarij finitur.*
8 *Mandatum rei turpis iuramento non ualidatur.*
10 *Intellectus. l. fin. C. de nego. gest.*
11 *Intellectus. l. si pro re. ff. mandati.*
12 *Excedens mandatum rem uendendo minori pretio, non transfert dominium & potest dominus uendicare.*
13 *Pœnitentia mandantis an impediat actum futurum, & si non peruenit ad notitiam mandatarij. & nu. 16.*
14 *Intellectus ad l. ij. de dolo.*
15 *Intellectus ad l. si mandassem. ff. mandati.*
17 *Mandatum in pernitiem alterius tendens, qualiter reuocetur.*
19 *Mandatum an & quando reuocetur morte mandantis uel mandatarij. & nu. 11.*
20 *Intellectus ad l. si quis mancipijs. ff. de insti. actio.*

§. ILLVD QVOQVE. Mandatum rei turpis est nullum ideóque obligationem non producit hoc dicit. primò. Et fines mandati sunt diligenter custodiendi. hoc dicit. secundò. Et mandatum morte mandantis vel mandatarij, ac etiam reuocatione facta re integra finitur hoc dicit, tertiò & vltimo. Not. primò, † mandatum rei illicitæ non esse 1 obligatorium, concor. l. si verò non remunerandi. §. rei turpis. Et suadetur ratione. Nam cum mandatum sit contractus iuris gentium, iniquũ esset ex eo iure gentium vel etiam ciuili, actionem contra æquitatem produci. capitu. erit autem. dist. iiij. Et idem esset secundum glos. si iuratum fuisset, quia tale iuramentum veluti nutritium peccati nec est seruandum, nec contractum firmat capitulo non est obliga- 2 torium. de reg. iur. libr. vj Not. ex. §. is qui. † quòd fines man- a dati a diligenter sunt custodiendi: b concor. ff. eo. Et ideo si b delegatus excedat aut in procedendo aut in iudicando formam rescripti, annullatur actus. l. quid tamen. ff. de arbi. ca. cum dilecta. & ibi no. extra de rescrip.

ADDITIONES.

a Fines mandati. Adde l. non distinguemus. in §. vlt. ff. de arbit. in l. qui Romæ. in §. Callimachus ff. de verb. ob. c. de preben. libr. vj. Card. Zab in c. mandatum. in ij. quæstio. de rescrip. Adde Tiraquel. in l. si vnquam. in vers. libertis. nu. 59. C. de reuo. nati. Ziller.

b Custodiendi. Item adde, quòd licet mandatarius non explicet mandatum in propria forma, tamen sufficit quòd explicet in effectu, vt agat vtili actione mandati. Et ideò si mihi mandasti quòd mutuarem, sufficit quòd alter mutuet pro me. tex. est in l. iam tamen. §. in hac. ff. iudi. sol. Et facit quod notat singulariter Inno. extra de purga. cano. c. cum iuuentute. Ias. May.

3 Not. quòd † ille cui mandatur vt emat fundum pro decem. vel fideiubeat in decem: si emat pro xij. vel fideiubeat in xij. habet actionẽ mandati vsque ad x. quod videtur contra ea quæ dixi in §. fideiussores. suprà de fideius. vbi concluditur quòd ille qui fideiussit in plus quàm debeat reus principalis in nihilo tenetur. Sed respondete, quòd hic non fideiussit in plus quàm deberet reus principalis sed fideiussit in plus quàm mandatum esset, & ita intelligitur lege interro- 4 gatus ff. eodem. Item not. † mandatum re integra a reuoca- a tione finiri. concor. l. & quia ff de iurisd. om. iu. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. & faciunt quæ habentur in c. gratum. in c. relatum. de offi. dele.

ADDITIO.

a Re integra. † Quando autem res desinat esse integra, vide hic in glo. 5 & adde quòd in procuratore ad iudicia dicitur res integra ante litẽ con- 6 test. l. procuratoribus. C. de procura. † Sed an satisdatio in iudicio præstita à procuratore, vel à domino pro eo, faciat desinere rem esse integram ante litem contestatam? Dic quòd sic quo ad tacitam reuocationem quæ fit morte domini: nam tunc non finitur tanquam res sit integra l. si defunctus. ff. de procur. sed quo ad expressam reuocationem domini res est integra, vt no. in glo. in l. si ante. ff. de procu. & ibi Bar. dummodo lis non sit contestata, non reuocatur nisi ex causa l. post litem. ff. de procur. licet iudex delegatus possit ad libitum reuocari. lege iudicium soluitur. ff. de iu. Ias. May.

7 No. † mandatum morte mandantis a vel mandatarij fi- a niri, sed tamen propter iustam ignorantiam competere interdum actionem mandati. concor. lege si præcedente. ff. eo. 8 titu. Glos. prima no. mandatum † rei turpis iuramento non validari. pro quo facit c. non est obligatorium de reg. iur. li. vj. Sed contra hanc opinionem videtur facere c. debitores. extra de iureiur. vbi iuramento quis obligatur soluere vsuras, licet contractus fœneratitius turpis appelletur. Sed respondetur, quòd ibi non erat turpe quo ad Deum cui promissio dirigitur per iuramentum, sed tamen erat turpe quo ad partes. & ibi soluitur. In fine. glos. in versicu. is qui. & pro ea est casus in l. si quis pro eo. ff. e. In fin. gl. in verbo, manda- b ti colligitis, b † quòd ille cui iniunctum est mandatum vt emat rem pro decem, & emit pro xij. licet vtiliter emerit non habet negociorum gestorum actionem etiam vtilem contra mandantem. Pro qua opinione facit, quia quando quis emi mãdauit pro x. non videtur emi mãdasse pro pluri: & si quidem pro pluri emat, non videtur negocium recte gestum. arg. in lege si. ff. de vsu & ha. ergo non competit actio nego. gest. Sed disputatiuè sustineri posset opinio. contraria per lege soluendo & per lege quæ vtiliter ff. de neg. gest. per lege & si quis. §. idem Labeo de relig. & sump. fune. per l. si quis mancipia. §. si impubes. ff. de institoria. Item quia ex quo vtiliter gestum est negocium, bonum & æquũ est mandatorem mandatario obligari, ne cum aliena iactura locupleretur. facit. lege si me & Titium. ff. si certum petatur. lege 10 nam natura. ff de condi. inde. † Non ob. lege fi. C. de neg. gest. quia illa gestio tenebat in speciem delicti, intrare possessionem alterius. & terras colere inuito domino etiam ad vtilitatem domini est delictum. lege iij ff. de acquirenda rerum. do. Ne igitur gestor ex delicto actionem consequatur, actio negotiorum. gesto. ei denegatur. lege itaque fullo ff. de furt. 11 † Non ob. l. si pro re. ff. mand. quia respondebat egregie do. Christo. quòd ideo ibi non competit actio. nego. gesto. quia negocium non fuit vtiliter gestum: tenebatur enim debitor naturaliter tantum. Si ergo quis pro alio fideiubeat, non gerit negocium vtiliter, quia debitor non poterat conueniri, fideiussor autem conuenietur. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fidedeiusso. Sed dicit aliquis, nonne hoc est diuinare, quòd debitor naturaliter tantum ibi tenetur? Respondeo, nequaquam: quia si fuisset obligatus efficaciter, non est verisimile quòd prohibuisset, cum fideiussio nihil damni sibi latura esset, imò honorem & commodatum. faciunt not. in lege si pecuniam. de neg. gest. & arg in l. cum de indebito. de proba.

ADDITIONES.

a Mandatum morte mandantis. Adde Inno.in c.quoniam a[l] bar. de off de le. Ant. de Bu.in c.relatum.eo ii. Bar. in l.filius.in §.sed & si quis ff.de dona. Cyn.& Bal in l.mandatum.C.de manda. Ang.in l.eius qui.in ij.col.ff.de rebus ered. vbi ponit v.fallentias.

b Colligitis. Adde quod † fines mandati sunt adeò custodiendi, quòd 12 excedens in vendendo rem minori pretio non transfert dominium. & ideò potest dominus vendicare.l.diligenter.ff.mandati. tamen licet iste non transferat dominium bene dat causam vsucapiendi.l.si fundum.§.fi.ff. pro emp.Ias.May.

In fin.glo in ver.euanescit. Sed hic pulchre dubitari so-13 let. Dicitur hic in litera, quòd † solum voluntate mandan-dantis mutatur mandatum: sed an hæc pœnitentia mandantis impediat actum futurum, & si nō perueniat ad notitiam mandatarij? Et videtur hoc non esse opus, quòd indistinctè sola pœnitentia mandantis reuocetur mandatum, siue mandatarius fuerit ex eo factus certior siue non. Primò suadetur ex hoc.§.qui loquitur indistinctè, ergo indistinctè intelligendus.l.de pretio.ff de pu. Secundo allegatur.l.si pater. de manu.vin.l sed si penituit ff de repu & l.ij.§.sed & si quis.de do. tit.generali.l.eius qui in prouincia.ver.quas verò pecunias. ff..si cert pet. In contrarium allegatur l.si mādassent.ff.man. & quæ habentur in l.ij.§.fi.ff solu.mat. Vos pro concordia ita distinguite: Aut mandatarius suscipit actum gerendi veluti nudus minister, & tunc sola pœnitentia actus impeditur: ita loquitur d.lege si pater. & lege sed si penituit. de repu. Ratio . nam quando mandatarius agit actum vt nudus minister non fundatur actus in persona sua, sed in persona mandantis, qui agere dicitur per ipsum ministrū veluti per organum.lege qui aut.§ fin.de consti.pe.no.gl.in l prima ff. a de proc.[a] Vnde si voluntas domini deficiat ex qua actus debebat sustentari, corruit actus,l.multum .C. si quis alteri vel b sibi. Aut mandatarius eligitur, vt procurator,[b] vt hic. † Aut 14 actus quem gerit mandatarius talis est quòd ad eius substantiam requiritur, voluntas domini, & tunc actus ge[ri] impeditur sola præsentia mandantis, licet de eo mandatarius non fuisset factus certior: ita loquitur.l.ij.de do.& facit ca-15 pit.fi.de procur.libr.vj.† Aut mandatur talis actus ad cuius substantiam non est necessaria voluntas mandantis, & tunc actus geri non impeditur, & gestus valet & tenet: ita loqui-c tur.l si mandassem ff.mandati, de quo Bald.[c] in l.si quis mihi bona.§.fin.de acquiren.hære.& per Archi.in c.si suprà al-d leg.& in d.l.eius.[d]

ADDITIONES.

a ff.de procur. Adde suprà inquantum allegauit gl.in l.j.ff.eo.de proc. melior est gl.in l.i.ff.de contrahen.emp.quam vide Ias.May.

b Vt procurator. † An si quis constitueret procuratorem ad aliquid fa-16 ciendum & postea reuocet, tamen de reuocatione procuratori nihil sciat, an dicatur in hi omnibus reuocatus, ita quòd an valeant gesta per eum, vide de hoc Bal.no.loquentem in l.mandati.la.ij.C.manda.& est text. in l. si mandassem.ff eo.Ias.May.

c De quo Bal. Adde inquantum suprà dicitur, de quo per Bal.in l.si quis Et per Bal.in d.l.mandati. a.ij.C.man. vbi vide etiam Bar. quem ibi all. Bal in l.qui hominem.§.si tutinus.ff.de sol.Ias.May.

d In d.l.eius. † Adde, quòd mandatum quod tendebat ad perniciem al-17 terius, puta ob maleficium committendum, sola voluntate reuocatur & prohibetur, quia si gratia mandantis, verisimile est, quòd eo prohibente cessabit mandatarius. Sed in persuasione quæ fit gratia eius, debeo persuadere sibi taliter quòd sim certus te mutasse propositum, vel debeo denuntiare illi in cuius perniciem est facta secundum Imo.in c.ad audientiam, extra de homicidio. & Bar.in §.si mandatum. Ias.May.

18 In fi.glo.in verbo, integra. † Si quæratur quando dica-a tur res esse integra,[a] vt mandatū sola pœnitentia mandantis reuocari possit: aut loquitur de mandato inito ad iudicia, hoc est, ad lites & causas exercendas, & tunc lite contestata cum mādato, hoc est, procuratore definit res esse integra. b lege nulla.C.de procur.l.post litem.[b] ff.eodem not.glos.in l.mandatum.C.man. Aut mandatum iniungitur ad iurisdi-c ctionem exercendam,[c] & tunc sola citatione definit esse integra.cap.gratum.cap relatum.de off & pote.iudi.dele l.[et] quia.ff.de iurisdi.om iu. Ecce princeps delegauit alicui causam &c. Aut mandatum iniungitur ad aliquam rem gerendam, & tunc si quidem mandatarius fecerit præparamenta intrinseca, puta, mandaui quòd fabricaret domum, parauit calcem & lapides, tunc definit res esse integra. l.j.§. cepisse. de poll. Aut fecit præparamenta extrinseca, puta, mandaui vt iret Romam, emit equum & maritellum, ista sunt præparamenta extrinseca, & non definit res esse integra.l. si pecuniam.de conditi. ob cau.

ADDITIONES.

a Integra. Cum ergo quæritur quando res definat esse integra in procuratore ad negocia: dic clarius, quòd tunc desinit esse integra, quando facta sunt præparamenta necessaria pro executione mandati: puta si est mandatum vt fiat domus, & sint iam empti lapides. Secus si parauerint extrinseca, vt infrà declarabitur. vt not. Bar.in d.l.si pecuniam. vt hic in glos. Ias. May.

b L. Post litem. Adde inquantum suprà alleg. l.post litem. Vide quòd hic dicitur vt per litem cōtestatam desinat res esse integra, procedit in actore: in reo verò desinit res esse integra quando satisdedit, & non ante. ita Bal.in.l.mandatum.la.ij.In.May.

c Exercendam. In mandato iurisdictionis dicitur res integra ante citationem, quia ab ea incipit iudicium. extra.de offi.iudicis dele.c gratum. & insti.de pe.te.li.§.fi. Iudex ergo qui fecit citationem verbalem preoccupauit iurisdictionem.d.c.gratum. Idem si prius fecit citationem realem quia cepit malefactorem. vt no.Imo.in cap.j.extra de obli. ad ratiocina. Ias. May.

19 Sed oppo. & † videtur,[a] quòd mortè[b] mandantis[c] non a videatur reuocari mandatum.l.si remunerandi.§.fi ff.man. b Solu ibi loquitur in mandato quòd veniebat exequendum c post mortem, vnde morte non finitur. Sed † iterum oppo de 20 l.si quis mancipijs.de insti.actio. Solu. Ibi loquitur in mandato quòd de necessitate tenebatur mandans exequi, & ideo morte non finitur, Ex quo dicunt Docto. quòd si ego iudex in executione sententiæ per me latæ mandauerim publico nuncio quòd mitteret te in possessionem talis fundi quòd licet ego remouear ab officio antequam missus fueris in possessionem, quòd tamen publicus nuncius te immittere poterit, & debite. Dixit tamē Bal. vtile esse quòd successor, cōfirmet hanc missionem: de quo in l.& quia.de iuri.om.iudi. d Sed finaliter oppon.& videtur quòd morte mandantis[d] non finiatur mandatum.ca quoniam abbas extra de offic & po. iudi.dele. So. Aut mandatum iniungitur alicui sub nomine proprio, & tunc morte ipsius expirat mādatum. Aut sub nomine dignitatis & tunc morte mandatarij non finitur, Ita loquitur.ca.quoniam abbas .quia dignitas sub qua fuit iniunctum mandatum, nunquam moritur. capit.si gratiose. extra de rescript. in vi. Idem si princeps committeret causam ipsi potestati, mortuo ipso vel reuocato ab officio posset successor cognoscere de causa, quia commissio est facta sub nomine dignitatis, si verò esset facta sub nomine proprio expiraret eo mortuo vel remoto: si verò esset facta sub nomine proprio & dignitatis, inspicitur quod eorū præcedat. Nam si præcesserit nomen dignitatis, transit ad successorem. Secus si præcedat nomen proprium: quia quod prius in voce intelligitur fuisse, & prius in mente.l.si seruus communis stipuletur.de sti.ser.de quo in l.princeps de le.& d.c.quoniam abbas.in l.quod prin.de leg.j.

ADDITIONES.

a Et videtur quod morte. † Adde tu, quòd licet mandatum finiatur mor-21 te mandantis, vt hic, & l.mandatum.C.eo.tamen de æquitate dicitur durare actio mandati si ignorans illud executioni mandauit, ne maneat in damno, vt hic. Fallit tamen in pluribus casibus in quibus mandatū etiam morte non finitur mandantis. Primus, est si sit mandatum in rem suam, quia non finitur morte mandatarij, sed trāsit ad eius hæredem.l.illā.C. de dona. licet finiatur morte mandantis quo ad actiones directas quæ intentantur ratione cedentis.l.j.C.de acti.& ob. Secūdus est in mandato quod venit implendum ex necessitate, puta in executione quæ demonstratur.l. fin ij. suprà.allega. Tertius est, si id quod venit in mandato venit fiendum post mortem mandantis puta quòd fiat sepulcrum.d.l.remunerādi.§. fi. ff.eo.& d.§.fi. Dicunt tamen Doct. esse casum quòd vbi testator mandat fieri sepulchrum de pecunia sua, quod illud debet fieri eo adhuc existente viuo: quia post mortem non dicitur pecunia sua, mors enim omnia soluit. vt authen. de nup.§.deinceps. [Adde gl.in verbo, nunquam.in c.licet te.xxxij questio.vij] & deciditur quòd mandatum post mortem defuncti explicandum hæres potest reuocare re integra: vnde hæres potest reuocare vt sepulchrum fiat re existente integra sed tamen episcopus poterit cogere hæredē vt sepulcrū faciat. Quid autem de mandato quod debet fieri in vita, sed eius effectus confertur post mortem? puta de do cau. mor. vide in l.cum pater.§.nemo, de lega.ij. Quartus est casus, si mandatum sit vniuersale alicuius negotiationis, vt institoria, institutum ab aliquo patre, nō finitur morte nisi hæres reuocet, l.si quis mancipijs. de institoria. & nisi hic administrator mutasset statum, vt quia de seruo esset effectus liber ideo debitores tunc soluendo non liberantur, vt hic, & l.eius qui.§.māda

tum

num.ff.si certum peta. Et idem in mandato facto sub nomine dignitatis, quod nunquam perit.c.si gratiosè.extra de rescri.lib.vi.no.in c.quoniam abbas.extra de offic.& po.iudi.deleg.secus si simpliciter esset facta commissio,quia tunc finiretur,vt tenet gl.in l.& quia.ff.de iuris.om. iudi. & Saly.in d.l.mandatum.Ias.May.

b Quod morte. Adde in quibus casibus.mandatum extinguatur morte mandantis & in quibus non Ias.in l.more.col.ij.& iiij.ff.de iure. omnium iudi.& Phili.Deci.in ca.relatum.in j.& ij.co.de offi.de lega. Zilet.

c Mandantis.Quid in concessione facta ad beneplacitum . an expiret per mortem?Bellocons.viij.no.17.

d Morte.mandaotis. Adde Anto.de But.in in c.relatum.de offi.de lega. Doct.in c.licet eod.ti.Bar.in l.filius.in §.sed & si quis.ff.de dona.Cyn. & Bal.in l.mandatum. C.man.Ang.in l.eius qui.in ij.col.ff.de reb.credi.vbi ponit quinque fallentias.

1 *Voluntatis ab initio quæ sunt, ex post facto sunt necessitatis.*
a *Mandatum transit in contractum locationis,ubi pro officio merces constituitur.*
3 *Mandatarius an teneatur de dolo,lata culpa, leui uel leuissima, & numero 7.*
4 *Assessores per imperitiam malè iudicantes debent in syndicatis condemnari.*
5 *Potestates literarum imperiti malè iudicantes,tenetur parti læsæ ad interesse.*
6 *Potestates ciuitatum malè iudicantes de consilio totius curiæ non excusantur.*
8 *Leuissima culpa uenit in actione mandati contraria.*
9 *Ambasiatori derobato in itinere debent damna resarciri. si ambasaria non fiat procurata,uel non portauerint res non necessarias.*
10 *Salarium qualiter peti debeat ab aduocato uel procuratore*

§.MANDATVM. Cuicunque liberum est ab initio vel mādatum suscipere, vel illi renuntiare. Si verò illud susceperit,adimplere tenetur,nisi re integra renūcietur , vel iusta causa subsit cur non renuntiauerit , aut intempestiuè renuntiauerit. hoc dicit. No. primò summarium.† Ex quo colligitis, quòd ea quæ sunt ab initio voluntatis , ex postfacto sunt necessitatis,concor.l.sicut.C de actio.& obliga.lege in commodato.§.sicut.ff.commo . Item nota quòd suscepto mandato potest tamen madatarius renuntiare domino, dummodo fiat re integra : si autem non renuntiauerit, mandatum exequi tenetur. Hoc verum,nisi subsit iusta causa cur renuntiauerit, aut impestiuè renuntiauerit. Nota in versiculo mandatum . mandatum & in diem & sub conditione deferri posse. Item nota quòd † vbi pro officio merces,constituitur, destinit essa mandatum , & transit in contractum locationis, quod verum limitabitis, si sit talis res vel factum quod locari possit,& mandatarius sit talis persona quæ locare operas consueuerat. lege si gratuitam. lege naturales §. at cum do.ff.de præ. versiculo & sentit glos. vestra in verbo interueniente .† In fine glossa. in verbo iusta. Hæc opinio glossa.& Iod.communiter tenetur, quæ etiam fuit opinio Bul. Suadetur hæc opinio ratione : quia mandatarius cum suscipit mandatum , videtur asserere se peritum & doctum ad rem exequendam, nimirum si de leuissima culpa teneatur. argumentum in lege idem quia.in fine.ff. ad l.aquiliam. † Et ideo assessores qui malè iudicant per imperitiam , possunt & debent in syndicatu condemnari. Præterea cum suscipiunt officium videntur se asserere peritos ad iurisdictionem exercendam.† Dixit tamen glos.in lege ij.ff.quod quisque iuris , quod potestates ciuitatum imperiti literarum , si per imperititiam malè iudicauerint,ipsi faciunt litem suam, & obligantur parti læsæ ad interesse : sed ratione doli non obligantur.† Ex quo ibi dixit Bald. quòd potestates ciuitatum non excusantur si malè iudicauerint de consilio totius curiæ : de quo dicatis vt in d.l.ij.

ADDITIO.

Leui ssima culpa. † An mandatarius teneatur de dolo, lata culpa, leui vel leuissima? Dic. Aut loquitur in actione directa mandati quæ competit mandanti,& tunc si id quod mandatur,est tale quid quod requirit exactissimam diligentiam, vt procurare in iudicio,tenetur mandatarius de leuissima culpa: quia videtur asserere se esse peritum in illa exactissima diligentia quæ requiritur in iudicio: non autem tenetur de casu nisi præcedat culpa vel mora.l.à procuratore. C. eodem. Quandoque mandatur aliquid quod requirit exactam diligentiam , vt soluere pecuniam.l.si fi. deiussor. in principio.ff.eodem vel facere domum:vel aliquod opus quòd non requirit tantam diligentiam,& tunc tenetur de leui culpa.lege in re mandata.C.eod. Quandoque mandatur aliquid quod requirit modicam diligentiam,vt portare vnam literam vel aliam rem, & tunc tenetur solum de dolo & lata culpa:nisi receperit custodiam vel pretium, quia tunc tenetur etiam de periculo rei , quod nota contra nautas & vectores qui recipiunt mandatum de portando res,vt teneantur etiam de periculo . si custodiam receperint vel mercedem.lege cum qui.§.epistolam.ff.de furtis.† Ex prædictis patet,quòd in actinoe mandati contraria , quæ competit mandatario,venit etiam leuissima culpa,sicut in contraria depositi. l.si seruus communis.§.quod verò.ff.de furt. Patet etiam quòd talis procurator per hanc actionem mandati contrariam recuperat omne damnum quod passus fuisset,si mandatum non recepisset . † Et quòd ambasiatori derobato in itinere debent damna resarciri , nisi affectauerit ambasiatam, vel nisi portauerit res non necessarias:de quo per Barto.in d.§. quòd verò & l.inter causas.§.omnia.ff.eo.vbi plenè per Doct. Ias. May. [Quado mandatarius teneatur de dolo,lata culpa,leui,vel leuissima , & quæ dicatur leuissima.vide Bart in l.eum qui. §.qui culpa.ff.de fur.Paul. de Cast.in l.in rebus.ff.commodati.& Phi.Dec.in l.contractus.nu. 27.ff. de reg.iu.Zillettus.]

Gl.in ver.quam primum. Hoc ita est renuntiare, vt mandator possit de æque bono sibi prouidere,aliàs tenetur , nisi subsit iusta causa.concordat.l.si tibi mandauero cum l.seq. ff.eodem. In gl.in verbo mercede.colligitis † qualiter salarium peti possit ab aduocatio,ac etiam à procuratore. Dicite vt per glossa.ordina. in l.salarium.ff.eodem Sed aduerte. quòd salarium constitutum aduocato vel procuratori sub quota litis,nō potest ab ipso peti.imò ab officio aduocationis repellitur.l.si remunerandi ff.mandati.l.litem.C.de procuratori l.antepen. C.de posthu. Idem esset si non promitteretur sub quota litis,sed tamē promitteretur sub quota portionis sibi debitæ : puta , tu conuenis cum aduocato vt debeat diligenter patrocinari in tua causa, & quòd dabis sibi quartam litis si victoriā obtinuerit:hoc est pactum factum sub quota , appositum de quota lite. Eodem modo si dicerem, Si obtinueris victoriam promitto tibi dare .x. aureos de his in quibus aduersarius condemnabitur,ita voluit glo. In l.sumptus.ff.de pact. Vnde dixit Ang. quòd aduocati debent esse cauti vt non recipiant promissionem , nec sub nomine quotæ litis , nec sub alia quantitate quæ sit ex quota peruentura : sed debet dare operam vt promittatur de suo proprio litigatoris, si victoriam obtinueris promitto tibi. xxv.aureos,hæc est conuentio honesta,victoria obtenta poterunt peti ista promissa.Glos.in verbo interuenienter bene loquitur.

ADDITIO.

a Qualiter salarium. Adde diffusè.per Spec.in ti.de salariis.

De oblig.quæ quasi con.nas. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine , Supra visum est de obligationibus quæ ex contractu nascuntur : verum quia sunt & aliæ quæ nasci dicuntur ex quasi contractu. ideo de his tractaturus intitulauit de obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur,

a *Titulus ad titulum continuari debet.*
a *Argumentum à sufficienti partium enumeratione ualet.*
3 *Statutum loquens de contractu,non habet locum in quasi contractu.*
4 *Cumulatio actionum est euitanda,ac etiam contractuum.*
5 *Qui ex charitate non incitantur ad beneficia,spe præmij ad illa prouocari debent.*
6 *Aequalitas in contractibus est seruanda.*
7 *Actio duplex ex negotiorum gestione oritur.*
8 *Libellus qualiter formetur in actione negociorum gestorum.*
9 *Statutum puniens falsos testes locum habet etiam in uno.*
10 *Negociorum gestor certis in casibus non repetit quod impendit. & nu.11. 12.13.& 14.*
11 *Pupillus non debet alimentari à matre penes uitricum.*
12 *Vxor diues tenetur alere maritum pauperem.*
Dominus an teneatur alere famulum infirmum.
13 *Expensas funeris uxoris tenetur ille facere ad quem dos peruenit.*
14 *Alens partum alterius expositum expensas repetere potest.*
15 *Negotiorum gestor tenetur de dolo,lata,leui,& leuissima culpa.*
16 *Negotiorum gestor de casu fortuito tenetur.*
17 *Verba legis quando aliter saluari non possunt, per subauditum intellectū debent intelligi.*

assumptus super contractu, à persona recedatur, & actus ad arbitrú boni viri reducatur. Dicite, aut fuit assumptus ad diffiniendú tale quid, quod fuit vel est de substantia contractus, puta, ré vel pretium in emptione: aut est assumptus ad diffiniendum tale quid, quod est accidentale contractus. Priore casu, aut iste arbiter nullo modo iudicauit, & tunc non habet locum reductio ad arbitrium boni viri. lege. si quis arbitratu. de verborum obligatio. Aut arbitratus est, sed iniquè, & tunc reductio fiet. Ratio differentiæ, quia quando arbitratus est, iam cótractus est perfectus, & ex eo oritur actio cui deseruire potest iudicis officiú, per quod iniquitas moderari potest. Sed quando nullo modo arbitratus est, non est adhuc perfectus contractus, nec aliqua actio est orta, super qua fundari possit iudicis officium, propterea reductio non potest fieri ex defectu officij iudicis, quod cessat. l. iiij. C. de posi. Posteriore verò casu, si æquæ diffinierit, res clara est, non est querelæ locus. Si verò iniquæ, reductio potest peti, ratione de qua suprà. Si verò nullo modo diffinierit, iterum reductio peti potest: quia licet accidentia contractus non fuerit diffinita, tamen ex quo contractus recepit substantialia sua, ex eo oritur actio, cui potest deseruire iudicis officium, & reductio improbari, & ita loquuntur ll. in glo. allegata. Glo. super verbo, traditur. ibi. l. ex empto. colligitis ex glo, 12 quod † venditor non tenetur transferre a dominium rei venditæ, & propterea permissum est rem alienam vendi posse. l. rem alienam de contrahen. emptio.

ADDITIO.

a Transferre. † Quæritur etiam an in emptione & venditione venditor cogatur precisè rem tradere, an verò liberetur præstando interesse: de quo per Bar in l. si sterilis. §. cum per venditorem ff. de act. empt. in glo. De hoc, an venditor precisè teneatur tradere rem vel oe, vide Bald. tenentem secundam opi. tanquam communem huius gloss. licet glo. ibi tenuerit primam hic: & vide etiam ibi Bald. circa fi. l. qui dicit, quòd vbi de venditione est factum instrumentum publicum, quòd omnino compellitur tradere rem. allegat text. quem dicit notabilem in l. qui restituere. in fin. ff. de rei vendi. vbi fit mentio de condénato, quip ... ficat huic &c. Ias. May. [Venditor an cogatur præcisè ré tradere, adde in ca. sacro. in sua glo magna ... ff. de sententia excommunica. Bar. in l. pro. pen. vers. item quæro verum venditor. ff. de acti. emp. & ibi Bal. Pau. de Cast. & Rap. Ful. Bar post Dyo. in l. stipulationes non diuiduntur. in viij. q. ff. de ver. obli. & ibi Lud. Roma. nu. 59. Alex. de Imol. nu. 30. Ias. nu. 35. Cla. de Seysel. num 40. & Caro. Rui nu. 30. Pa. de Cast. in l. si tradi. ff. de actió. empt. eundem Porc. suprà de dona. in §. aliæ. num. 17. Ale. de Imo. in l. certi conditio in prin nu 12. ff si cer. pet. & ibi Bar. Soz. & Phil. Deci. nu. 11. Feli. post Io. de Imo. in c. cum Ioannes. nu. 55. de fide instr. Ias. in l. quoties. nu. 34. L. de rei vendi. Nico. Boeri. decisio. xlviij. colum. 3. Pet. And. Gammar. in trac. permuta nu. 29. Fabi. de Monte. S. Sab in trac. de emp. & ven. in vj. q. in prin. nu 38. & illustr. d. And. Alciatum. in lege. vnica. C. de senten. quæ pro. & quod interest. Iohannes. Bapti. Ziletus. Venetus.

14 † Sed dices tu, quare igitur tenetur emptor trãsferre dominium pretij in venditorem. Glos. in l. ex empto. de act. emp. dicit quòd imò emptor ad hoc tenetur, quia est obligatus in genere habet enim latas habenas ad quærendum pretium cuius possit transferre dominium: sed venditor est obligatus in specie ad rem tradendam, & ideo ei facilius subuenitur. ar. in l. statu. librú. §. illud. de statu lib. iuncta. l. qui. §. fi. de solu. Ex quo infert Bartol. quòd si venditor esset obligatus in genere, vt quia vendidisset x. corbes frumenti, vel decem metretas vini, tenetur eadem ratione dominium transferre. allegat. l. si sterilis. §. cum per venditorem. l. ver. dandum. & in ver dari. de act. emp. In ea glo. §. aliæ. pro hac opinio. Mar. allegari possent multa, sed allego inter cætera casum in c. qui studet. j q. j. allego text. in c. si facta sit de feu. sue. contra. allego casum in l. si quis rem alienam. de act. emp. cui non conuenit illa tertia responsio, quod ibi liberetur præstando interesse, quia alioquin ibi frustra diceretur quòd medio tempore dominium suscepisset. In ea glo. l. iiij. Et pro hac sententia allegatur casus in l. si iactum retis, de act. emp. Suadetur ratione, quia in actione ex empto veniret rem tradi. l. ex empto. de act. emp. sed obligatio rem tradi est facti. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod de verbo. obli. sed in obligationibus facti tenetur quis præcisè ad interesse. le. si quis ab alio. de reg. iur. l. stipulationes non diuiduntur. verbo. Celsus. de verborum obligatio. ergo venditor tenebitur præcisè ad interesse. In ea glo. in fi. Et hæc concordia communiter tenetur, pro qua allegat Bar. rationem, quòd obligatio quæ venit ex actione ex empto, non est meri facti, imo mixti: participat enim de obligatione rem dari, & de obligatione faciendi. l. in conuentionibus. §. fi. ff. de verborum obliga. Vnde media eligitur via, vt si habeat facultatem rei tradendæ, tradat: si non, tunc liberetur præstando interesse, & in hoc sapiat naturam obligationis facti. 15 Quæritur, † vendo tibi rem pacto apposito vt teneat trãsferre dominium, an valeat contractus venditionis: Dicite quod non, casus est in lege. finali de conditionibus ob. caus. Eodem modo écontra, si vendo tibi rem pacto apposito, vt non teneat transferre dominium, non valebit contractus venditionis. l. cum manu sitanæ. §. finali de contrahendis emptionibus. Debet igitur res simpliciter vendi nulla habita mentione transferendi dominij, vel non transferendi lege ex empto. in princip. de actioni. emp.

1 *Pretium debet esse in pecunia numerata. & nu. 3.*
2 *Vnica est venditio, cum plures res vnico pretio venduntur.*
4 *Emptio vel venditio ex quantitate pretij cognoscitur.*
5 *Auctoritates poetarum in iudicando allegari possunt.*
6 *Sententia pro ea parte danda est, pro qua sunt validiores rationes.*
7 *Mulier nubens an in dubio intelligatur dare omnia bona in dotem.*
8 *Iudex gratificare potest parti magis sibi grati quando rationes sunt pares.*
9 *Contractuum quidam sunt nominati, quidam innominati.*
10 *Donatio est contractus innominatus.*
11 *Permutatio an dicatur contractus nominatus, & nu. 12.*
13 *Si alicui trado librum meum pro suo, cum hoc quòd vltra librum suum reficere debeat aureos decem, an sit permutatio vel venditio.*
14 *Transactio est contractus innominatus.*

1 §. ITEM PRETIVM. † Pretium consistere debet in pecunia numerata in contractu emptionis & venditionis, non autem in specie certa vel incerta, ad hoc vt differat permutatio à contractu venditionis & locationis. hoc di-
e cit. a

ADDITIO.

e Hoc dicit. Item præualet opinio quæ validioribus & argumentis defenditur hoc dicit. Ias. May. Adde quod pretium adeò est necessar... in venditione, vt necessaria est specificatio rerum nec tamen sola multitudo rerum inducit diuersas & plures emptiones nisi etiam adsit diuersi-
a tas pretiorum. Vnde si venderentur plures res vnico pretio, esset vna venditio, non plures l. si duos. C. de contrahen emp. glo. in l. ædiles. la secunda §. fin. ff. de edil. edic. Bar in l. scire debemus vet. oppo. ff. de ver. obli. & idem in l. si duo in j. col. eo titu & resoluta tali venditione pro
1 parte, dicitur resoluta in totum l. cum eiusdem. ff. de ædil. edic. † Adde
3 tu, quòd id quod hoc dicitur de pretio vt debeat esse in pecunia certa, est verum in initio tempore contractus, sed post contractum celebratum res bene potest solui in alia re quàm in pecunia volente creditore, nec immutatur natura contractus lege. pretij. C. de rescin. vendi.
4 † Quantitas pretij facit vt cognoscatur an sit emptio vel venditio. glo. sing. in l. j. ff. de superfi. & hic in verbo agendo. Ias. May.

Not. quòd in emptione & venditione pretium debet discerni à re, vt sciatur quod sit pretium, & quæ sit res vendita: in permutatione non requiritur istud, quia res pro re potest dari. No.
5 † posse allegari auctoritate auctorum & poetarum in iudican-
6 do. l. in tantum. §. fi. ff. de re. di. l. septimo. ff. de sta. ho. No † quod pro ea parte est danda sententia pro qua sunt validiores ratio-
a nes. a facit. l. qui filium. circa. fi. ff. ad Treb. Et quod dixi in aucto-
b ritatibus auctorum & poetarum, b intelligendum est si sunt ap
7 probate, aliàs secus. & † ideo reprobatur glo. in l. mulier. ff. de iure do. vbi dicit glo. quod mulier nubens in dubio intelligitur dare omnia bona in dotem allegat auctoritatem. Ari. quod non est verum. & Bar. disputauit hanc. quæst. in q. quæ incipit mulier habens magnum &c.

ADDITIONES.

a Rationes. † Vbi autem essent pares rationes, tunc iudex potest gratificare parti magis sibi gratæ, vt not. in l. cum prolatis. ff. de re iudicata.
b Poetarum. De istis auctoritatibus poetarum vide in l. intentum. §. fi. ff. de rerum diui. Ias. May. Adde c. forus. de ver. sig. & per Ioã. Bap. de sancto Blasio de padua. in repe. rub. decreto. in xij. q. & per Pet de Anch. in capitulo. qualiter & quando. de accusa. Adde latissimè Felv. in capitulo. ex parte. numero. 57. cum seq. vsque in fin de rescrip. Ziletus.

Glo.super verbo speciem ª contractus. in fine. Nota, quòd † sunt quidam contractus nominati, & quidam innominati, ᵇ de quibus in l.iurisgen.in princ. in l.naturalis. per to. ff. de præscri.ver. & naturam talium contractuum habens in glossam. Vnde dixerunt quidam, quòd † donatio erat contractus innominatus, quia ex se non pariebat actionem cum detur condictio ex l.si quis argentum. C. de dona. de quo in l.iurisgen. ff. de pact.

ADDITIONES.

Speciem. † Nat ex hac glos. permutationem propriè esse speciē contractus innominati &c. Ea demum potest agi, quando quis impleuit pro parte sua, vel conditione ob causam, ad repetendum datum, sicut in alijs contractibus innominatis, vt hoc probatur ex hac glo. Iason May.

Contractus nominati & quidam innominati. Adde quòd contractus nominati & innominati procedunt à pari secundum Ang. in l.si pecuniam in ij. col. versi. in ea glo. de condi. causa data.

† Item habetis ex hac glos. rationem, quare permutatio non dicatur contractus nominatus. hanc eandem rationem sensit glo. in d.l. iurisgen. Sed hæc ratio non approbatur. Vnde gl. in rub. C. de rerum permu. sensit meliorem rationem, & dixit rationem esse, quia permutatio remanet in generali nomine contractus, nec assumpsit nomen specificum sicut cæteri contractus nominati, ideo permutatio dicitur contractus innominatus. ᵇ

ADDITIONES.

Habetis ex hac gl. † Quid autē si trado alicui librum meum pro suo, cum hoc quòd ille sit obligatus reficere vltra librum suum .x. aureos erit permutatio, an venditio? Dic. si simpliciter agitur de permutādo, erit permutatio. Si autem inspiciatur quod valet plus, vt si valet plus res, sit permutatio: alias si maiorem summam ascendat pecunia quæ venit præstanda quam res, tunc si emptio. c. ad quæstiones. extra de permu. de quo per Bart. in l. Aristo ff. de dona. Ias. May.

Innominatus. Adde inquantum supra dicitur. Item habetis ex hac glo. Simile etiam de hac ratiōe per glo. in rub. C. de re permu. † Simile autem Docto. dicunt de transact. quòd sit contractus innominatus propter generalitatem contractus de quo per Bart. in l. finali. ff. de peculio &c. Ias. May.

Res sacra vendita, si posteà efficiatur prophana an reconualescat stipulatio & venditio

Ciuitas an possit locum publicum vendere irrequisito principe.

Perfecta emptione & venditione periculum spectat ad emptorem. Quod dupliciter limitatur.

Habens alium obligatum liberatur cedendo actiones contra illum.

Emptori non licet capere rem emptam propria authoritate.

Emptio & venditio possunt sub conditione contrahi.

Matrimonium an possit contrahi sub conditione, & nu. 11.

Venditio rei sacræ uel publicæ an ualeat, & nu 9.

Quantitas pretij in uenditione, in arbitrium emptoris conferri non potest.

§. CVM AVTEM. Perfecta emptione & venditione transit periculum & commodum ad emptorem, etiam re vendita nondum transita, nisi venditor fuerit in dolo vel culpa aut mora: tenetur tamen venditor cedere suas actiones emptori, quas habet contra tertium. Item emptio & venditio potest fieri sub conditione: & non valet emptio rei sacræ vel publicæ, nisi quo ad interesse. h.d.

ADDITIONES.

† Sed nunquid si interim res sacra efficiatur prophana, reconualescat stipulatio & venditio? Dic quòd non per regulam iuris. Ab initio, & supra de inut. stipu. §. idem iur. Ias. May.

† Item quid si ciuitas velit vēdere plateam vel alium locum publicum, an possit irrequisito principe? Dic quòd sic, si non recognoscit superiorem: quia cum sit populus liber, sibi ipsi princeps est. l. non dubito. ff. de cap. Si autem recognoscit superiorem, tunc debet prius condere statutum quòd ille locus publicus deinceps habeatur pro priuato, vel quòd possit vendi. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut cland. & voluit Bar. in d.l. continuus. vide etiam Bartol. in d.l. ij. C. de ven. re. ciui. lib. xj. Ias. May.

Diuiditur in duas. In prima ponit dictum. In secunda declarat illud pro exempla. Secunda ibi, (itaque si homo.) No. primò, † contracta emptione & venditione periculum pertinere indistinctè ad emptorem, quod limitabitis dupliciter, nisi venditor fuisset in dolo, culpa, aut mora. Nam vnicuique mora nocere, debet. l. illud. ff. de pericul. & commo. rei ven. cum simil. Secundò limitabitis, nisi venditor ex pacto susceperit in se periculum: quia ait prætor, pacta seruabo. l. si in venditione. ff. de peri. & commo. rei vend. Nota. secundò, quòd eadem ratione commodum pertinet ad ipsum emptorem, quia secundum naturam est, vt quem sequuntur incommoda, sequantur & commoda. regula iuris, Secundum naturam. Nota. tertiò quod † ille qui habet obligatum alium liberatur credendo actiones contra illum. facit. l. quod sæpe §. item si res. ff. eodem. facit. l. quod debetur. ff. de pecu. cum simi. Nota. quarto, quòd venditor est dominus rei venditæ nondum re tradita emptori: quantumque pretium fuerit numeratum: & ideo † non licet emptori, capere rem emptam propria authoritate, imò si caperet diceretur prædo. casus est in l. si ex stipulatione, cum ibi nota. ff. de acquiren. pos. Nota. quinto † emptionem & venditionem posse contrahi sub conditione vnde valet talis emptio. Emo tuum æquum si placuerit mihi intra mensem casus est hic. † Quod nō procederet in causa matrimoniali: quia non valeret matrimonium, Accipio te in vxorem si mihi placueris infra mensem vel annum: quia talis conditio est contra substantiam matrimonij, ª quòd matrimonium debet continere indiuiduam consuetudine. l. j. cum. ff. de ritu. nup. facit suprà de pa. po. in princi. probatur in c. si. extra de condi. appo. ᵇ Nota. etiam † quod non valet venditio rei sacræ aut publicæ: quod est verum quando emptor est sciens: si fuerit ignorans, tenet huiusmodi contractus, non quo ad hoc vt consequatur rem venditam, sed consequatur interesse. Facit. l. & liberi. & l. in emptione. §. omnium. ff. eod. facit. lege inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligat. cum si.

ADDITIONES.

Debet continere indiuiduam. Adde Docto. in rub. desponsa.

De condi. appo. Not. etiam. Quod interesse est pretium ipsius rei datum, quando venditor simpliciter ignorabat rem esse talem cuius nō est commercium alias autem. vbi venditor hoc scio esset aget contra illū ad totale interesse. l. emptorem. §. si. ff. de act. emp. & per Bart. in l. cum lex ff. de vsu. Vbi autem emptor sciret & nihil ageret, sibi imputet, regula iuris, Damnum. Et adde quòd valet venditio in casibus prædictis, quando aliud non obstat inter ipsos contrahentes, non autem quantū ad ipsam rem. vt vult glo. in d. l. liberi. & Bart. in l. continuus. §. cum quis de verbo. obli. Ias. May.

Glos. super verbo. placuit. ibi. l. contrarijs. nota. ex gloss. † non posse quantitatem pretij in arbitrium emptoris conferri, neque substantiam contractus. puta, si volueris: sed bene potest conferri complacētia rei, quia intelligitur collata tanquam in arbitrium boni viri: vnde si res esset talis quæ iure placere deberet. l. et emptori non complaceret contractus teneret, bono viro complacere arbitrante. l. hæc venditio. ff. eodem. Et hæc vera in contractu venditionis, † secus in contractu matrimonij, vbi non valeret contractus hoc modo inuitus. Accipio te in vxorem vel in maritum si infrà annum mihi placueris. ª Eodem modo si diceretur. accipio te in vxorem si generationem prolis euitaueris, vel accipio te in vxorem, si pro quæstu adulterandam te tradideris: quia huiusmodi conditiones appositæ, sunt contra substantiam matrimonij, quæ consistit in tribus donis. hoc est, fide, prole, & sacramento. capitu. si. extra de condi. appo.

ADDITIO.

Placueris. Cuius rei illa ratio reddi potest: quia matrimonium subsistere non potest, nisi consensu puro & absoluto: vt non nimis recè quàm doctè censuit Panormitanus. in cap. j. de cond. appo. cuius sententia est vera, ita à gl. approbata in cap. vnic. de spons. & ma. lib. vj. per illum text. Rationem differentiæ adfert suprà Po[illegible] noster, ibi: quia talis conditio est contra substantiam matrimonij. Dubitationem mouet Diocle. & maxima constitutio in l. in vendentis. C. de contrahendas emptiones in hæc verba, in vendentis vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quæ non adstringit necessitati contrahentes, obligatio nulla est. vbi hoc etiam colligit Bald. Perus. vbi inquit. obligatio in voluntatem futuram vnius contrahentis confertur, contractus non potest efficaciter celebrari. text. etiam ille videtur aduersari §. nostro. al. ïs. § emptio. hoc titulo. vbi sic loquitur Iust[illegible]. Emptio tam sub cōditione quàm purè cōtrahi potest. Sub cōditione, veluti St[illegible], si intra diē, vel (vt Theop. Græc. interpres trad[illegible]) intra mēsē [illegible] em[illegible] ptus aureis tot puta decē. Quod de vēd[illegible] a [illegible] in suo rescri. Imp[illegible]

matrimonio receptum esse mouere mihi videtur Porc noster. Nulla igitur potest subesse diuersitas inter emptionem & matrimonium. Quid dicemus. Restrictio porcij longè lateque diuersa est à specie illius consultationis, si bene vtriusque lectio ponderetur, & vera illius opinio in casu suo est. Sed redeamus ad ἐπιτομήν, Accursius in d.l. in vendentis. recitat quatuor solut. tandem subijcit hæc verba soluendo, Tu dic si prætium conferatur in alterius arbitrium, non valet. ff. eodem l. quòd sæpe. §.j & idem si commercium, vt hic Porro res ipsa confertur, vt institu. §. emptio. Hæc ille Bart. in d.l. in vendentis. se remittit ad gl. in l. in personam. §. generaliter ff. de regul. iur. Bald. in d l. in vendentis. post multorum solutiones approbat solutionem gl. vers. sed dic quòd gl. Ang. vero allegans Cynum dat aliam solu. Cuius opinionem puto veram propter eius authoritatem. Equidem tamen existimo nullum subesse contrarium, sed diuersitas est conditionum, vt patet ad sensum si bene expenduntur vtriusque loci verba. Sed adhuc subtilisto de l. Centesimis. §. fi. ff. de verb. obliga vbi stipulatio ita concepta, dabis si volueris? inutilis est. Conditio igitur dandi in personam promittentis collata nullius est momenti sic in proposito emptum erit tibi, si placeat intra mensem, inutile videretur. Alberic. de Ros. solut in d.§. fi. cuius verba huc transferre & transcribere vanissimi esset operis. Quod autem ait Porcius hic huiusmodi conditionis, si generationem prolis euitabis, etc. vsque adeo verum est, vt in contractu matrimonij adiecto ipsum vitiet, cap. fi. de cond. appo. & cau. solet & can. aliquando. xxxij. q. ij. Quæ conditio contra matrimonij substantiam non solam de suspendente, sed & de resoluente accipienda est. Panor. in d. cap. fi. reg. j. ver. ex quo tamē no tabis. Ratio autem cur conditiones contra substantiam matrimonij ipsum vitient, est: quia sine substātia nihil potest subsistere tex. cap. tua. §. nos autem. ter. de spons. & matr. in antiq. l. ij. in fi. ff. de vsufr. Porro substantiam rei aut alicuius actus facilè deprehendes, si sine aliquo subsistere non possit. faciunt not. per Bart. in l. prolatam. C. de senten. & interlo om. iud. Planè diuersum esse in alijs conditionibus quamuis turpibus impossibilibúsue decretali epistola expressit Rom. pōtifex d. cap. fi. Ideóque propter fauorem matrimonij pro non adiectis haberi debent. d.c. fi. & sic vitiantent & non vitiant, vt ibidem notab. censuit Panor. & hoc probat tex. in l sed si hoc. §. cum vir. ff. de cond. & demonst. & ibi Bart. Hoc etiam ad testamenta produxerunt pontificij. Nam si quis hæredē instituisset si reliquias eius in mare proijceret, scriptum hæredem et si non paruerit non expellendum, sed admittendum H. Modest. respōdit. l. quidam in fin. ff. de cond. institu. Sanè in stipulationibus & cæteris cōtractibus conditio impossibilis adiecta nullius momenti actum facit. idque Marcianus respondit l. non solum. ff. de act. & obliga. P.P.

De locatione & conductione. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de emptione & venditione, verum quia illi similis est locatio & conductio, ideo de ea competenter erat tractandum, & ideo de ipsa meritò intitulatur. Vel aliter. Suprà visum est de emptione & vendi. quæ ex consensu causatur, verum quia locatio & conductio consensu quoque perficitur, supra de obliga. quæ ex consensu. in prin. adeo de ea ex ordine intitulatum fuit.

1. ¶ Locatio an ex causa donationis fieri poßit.
2. Locatio & conductio venditioni aßimulatur.
3. Contractus emphyteuticus quis appelletur.
4. Emphyteuticus contractus tribus contrahitur modis.
5. Pensio emphyteutica in pecunia & specie solui potest.
6. Contractus emphyteuticus in qua re fieri poßit.
7. Contractus emphyteuticus quo iure introductus.
8. Actio quæ detur domino contra emphyteutam.
9. Differentia inter contractum emphyteuticum, libellarium & precarium.
10. Pacta in contractu emphyteutico apposita sunt seruāda.
11. Contractus varietas inducitur ex varietate pretij.
12. Colonus partiarius dicitur socius.
13. Successor singularis non tenetur stare colono. tenetur tamen stare necessario massario partiario.
14. Ecclesia potest dare perpetuò, rem ecclesiasticam in emphyteusin
15. Contractus an in dubio præsumatur emphyteuticus, an vero contractus emptionis.
16. Filius tenet post mortem patris emphyteusin acquisitam ab ipso patre pro se & filiis, licet repudiet hæreditatem paternam.
17. Filius emancipatus à patre partem habere debet emphyteusis accepta pro se & filiis.
18. Dictio Et, quid denotet.
19. Mortuo emphyteuta relictis duobus filijs & emphyteusi accepta pro se & filijs, an vno eorum non soluente canonem altero verò sic, ambo poßint repelli.
20. Emphyteusi capta pro se & nepotibus, & filijs, quæ succeßio intelligatur.
21. Filij qui patris hæreditatem repudiant, vel à patre exhæredantur, an poßint prædicta bona emphyteuticaria retinere.
22. Emphyteusis quando transeat ad hæredes extraneos.
23. Res emphyteutica potest in emphyteusim dari.
24. Vasallus potest alterius fundum infeudare.
25. Secundus emphyteuta potest primo domino, soluere pensionem.
26. Emphyteuta cogitur tempore guerræ soluere canonem siue pensionem.
27. Re emphyteutica penitus deperdita, liberatur emphyteuta.
28. Paria sunt rem occupatam esse propter guerra, vel ad illam tutum aditus.
29. Bonum est argumentum de re ad tempus.
30. Emphyteuta rei priuatæ cadit à re emphyteutica non soluendo canonem per triennium secus in emphyteusi rei ecclesiasticæ, non soluēdo per biennium. Idem est in colono, nu. 31. & 32.
33. Emphyteuta an poßit alteri donare rem emphyteuticam, non facta denunciatione domino, nu. 34, & 35.
36. Emphyteutica res an poßit ab emphyteuta pignorari irrequisito domino.
37. Emphyteuta an poßit emphyteuticam rem dare in dotem.

a LOCATIO ET CONDVctio. a Locatio & conductio solo consensu contrahitur, si de mercede certa conueniatur, quæ in arbitrium alicuius certæ personæ conferri potest: in incerta verò non erit locatio, sed contractus innominatus appellabitur. hoc dicit. b

ADDITIONES.

a Et conductio. Quæritur in hoc principio qualiter cognoscantur facta quæ possunt locari & quæ non. Dic vt per Bart. in l. naturalis ff. de præscri. ver. Item nunquid locatio possit fieri ex causa donationis; Dic quòd non l. sicut. ff. eod. & hoc verum à principio, sed ex post facto bene potest remitti pensio ex causa donationis. lege. si. tibi. ff. eodem. Ias. May.

b Hoc dicit. Vel sic Locatio similitudinem habet cum venditione, & vtriusque consensu perficitur, & in vtroque debet consistere solutio in pecunia certa & determinata à principio, vel ex postfacto ea declaratione tertij certi: & in vtraque parte potest conferri pretij & mercedis declaratio in arbitrium certi. Si autem contrahentes inter se ex postfacto mercedem certam declarandam contulerint, non erit locatio sed contractus innominatus, hoc dicit primo. Adde, & si in locatione non interueniat merces siue pretium in pecunia certa & determinata, nō erit locatio, sed contractus innominatus, ex quo competit actio in præscriptis verbis. hoc dicit vsque ad §. adeo. Et contractus emphyteuticus est contractus per se, ab emptione & venditione, locatione & conductione descendens Et si de casu fortuito nihil est actū inter partes, tunc si pereat res tota, si liberatur emphyteuta. pro parte non liberatur. h. d. vsque ad §. item quia. Adde tu quòd multiplices sunt species colonorū, de quibus vide per Barto. in l. apes. ff. de fur. [Adde quotuplex sit colonus. vide per Doct. in rub. C. de agri. & censi. lib. xj. Bar. in l si merces. ff. loca. & Spe. in tit. de feu. in §. fi. ver. vlt.]

a Not. primò, † locationem venditioni assimilari. concor. l. ij. ff. eodem. Assimulatur in primis, quia quemadmodum venditio solo consensu contrahitur, ita & locatio, vt hic, & suprà de ob. ex consensu. Item quemadmodum in venditione debet interuenire certum pretium, ita in locatione. Item quemadmodum pretium rei venditæ potest conferri in arbitrium certæ personæ, ita & merces rei locatæ, vt hic, & lege quod sæpe. §. j. ff. de contrahen. empt. Item quemadmodum pretium rei venditæ non potest conferri in certam personam, ita nec merces rei locatæ vt hic. item quemadmodum contractus emptionis est de iure gentium, ita & contractus locationis. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. Item quemadmodum contractus venditionis est bonæ fidei, ita contractus locationis. §. actionum. infrà de act. Item nota. quòd ille qui vtitur opera alterius, incerta mercede promissa, tenetur eidem actione præscriptis verbis. Not. in §. adeo quòd † contractus emphyteucarius appellatur a quando prædia perpetuò fruenda traduntur certa mercede constituta. Et appellatur cōtractus emphyteuticus, quasi contractus melioratiónis: quia emphyteuta rem emphyteuticam meliorem facere b tenetur, vt infrà videbitis. b

ADDITIONES.

a Appellatur. Modum cognoscendi contractum emphyteuticum vide plenè per Bellonum consil. xxj. per totum. vbi plus vult, quòd licet appelletur contractus emphyteuticus est tamen aliquando locatio.

b Videbitis. † Quæritur primò quib9 modis pōt res in emphyteusim dari. Et dic quòd in tribus modis primò in perpetuū, scilicet tandiu quandiu pen-

diu pensio soluitur, vt hic dicit tex. Secundò modo ad tempus. Tertiò vsque ad tertiam vel quartam generationem, vt hic in gl. † Quæritur secundò, in qua re possit solui pensio in hoc contractu. Dic quòd in pecunia & specie, vt hic in gl. in versi. contractus. Ex qua glo. not. quòd vbi in lege vel statuto loquente de locatione apponuntur hæc verba, pensio vel redditus, vt puta si colonus non soluit pēsionem vel redditum, tunc locator potest intētare viam illius statuti: vnde si locator haberet a. metretas vini pro re legata, licet non dicatur propriè locatio, quia merces non consistit in contractu locationis nisi in pecunia, tamen potest intentare viam statuti propter illud verbum redditus, appositum in statuto. nam statutum potest disponere quòd sit locatio. licet merces in pecunia non interueniat, sicut potest fieri per pactum, vt not. per gl. in rub. de decre. ab ordi. fac. lib. x. & l. non impossibile. ff. de pa. † Quæritur tertiò in qua re possit fieri iste contractus. Dic quòd in re immobili: & debet fieri in scriptis: quia scriptura est de substantia, vt hic in glo. licet Barto. in l. j. C. de iure emphy. dixit quòd etiam possit fieri sine scriptura, ibi vide. † Quæritur quartò, quo iure hic contractus fuerit introductus. Dic de iure ciuili, licet regulariter omnes contractus sint de iure gent. excepti quatuor, vt suprà de iure naturali. §. ius autē. † Quæritur quintò, quæ actio detur domino contra emphyteutam, Glo. hic dicit quòd condictio ex hac l. & l. j. C. eod. sed Barto. dixit in l. j. ff. de condi. ex l. quòd detur actio ex contractu ipso, quoties fit contractus gratia lucri vtriusque. l. obligationum genera ff. de acti. & obliga. † Quæritur etiam, an sit differentia, inter contractum emphyteuticum, libellarium, & præcarium, & ad firmum datum. de quibus tangitur in auth. ingressi. C. de sacr. sanc. eccle. & in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infe. Bar. in l. j. C. de iure emphy. dicit, quòd quo ad effectum nulla est differentia per text. in c. j. in titu. qualiter olim feu. alie. pos. in vsib. feu. licet nomine sint diuersæ secundum diuersas consuetudines regionum. vide Bald. in d. c. j. Ias. May. An sit differentia inter contractum emphyteuticum, libellarium, & precarium, adde Doct. in c. fin. de loca. Et an differt contractus emphyteuticus à feudo. vide per Spec. in tit. de feu. in §. quoniam. ver. xl. in fin. Spec. in titu. de loca. in §. vj. versi iiij. Bald. in tit. de pace constan. ver. libellarium. Pau. de Castr. consi. cxxxviij. incip. dubium facit.

Adde in quibus differt emphyteusis à libello Io. Ant. à S. Georgio. in præludijs feudo. nu. 94. Zilettus.

Not. † quòd pacta apposita in tali contractu sunt seruanda. Si verò nullum pactum apponatur, tunc si pereat res tota liberabitur arte.

Glo. super ver. merces.[a]

ADDITIO.

a Merces. Adde tu huic glo. in verbo merces. quòd † ex varietate pretij inducitur varietas contractus, vt hic in glo. Nam si in princ. interuenit certa merces in pecunia, est locatio, vt hic: si autem non est certa & remanet in suspenso, per vos declaranda est postfacto, est contractus innominatus, ex quo datur actio præscriptis verbis. Si autē de mercede nulla est habita mentio, tunc est mandatum, vt infrà mandati. §. fin. Ias. May.

In ea glo. in fin. Colligitis ex glo. quod † colonus partiarius[a] appellatur propriè socius tuus, quia tu præstas prædium, ille verò operam. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro so.[b] Ex quo dicunt Doct. quòd † singularis successor non teneatur stare colono, tenetur tamen stare necessario massario partiario, de quo in l. emptori. C. loc. Glo. super ver. auferre liceat. in fin. not. ex glo. † ecclesiam posse dare in emphyteusim perpetuam[c] rem ecclesiasticam. Et idem tenuit glo. in c. hoc consultissimo. de re. eccle. non alie. lib. vj. quæ sententia probatur in authen. perpetua. & in authen. si quas ruinas. C. de sacr. sanc. ecclesi. & istam tenet Ioan. Andr. in d. c. hoc consultissimo. & sequitur Archi. & videtur quod communis sententia sit in hac emphyteosi, quod etiam adhibeatur auctoritas remoti prælati: vt, si abbas in emphyteusim det rem, adhibeatur auctoritas episcopi. Si verò episcopus det in emphyteo. tunc adhibeatur auctoritas archie. Si verò archiepiscopus. adhibeatur auctoritas Patriarchæ, & sic de similibus. Sed dices tu, ecclesia non potest alienare rem ecclesiasticam, ergo nec in emphyteusim dare. auth. hoc ius porrectum. C. de sacr. sanc. eccles. iuncta l. fin. C. de re. non alie. Solut. est, quod emphyteu. non est propriè alienatio: Vel aliter, quod quemadmodum ecclesia vendere potest, ita demum alienare potest si futura meliora prospiciat, ita in emphyteusim dare, de quo in authen. si quas ruinas. in authē. hoc ius porrectum in authen. perpetua. C. de sacr. sanc. eccle. † Sed pone tu soluisti mihi pluribus annis certam quantitatem pro pensione domus meæ. Ego volo te expellere, tu allegas te emphyteutam perpetuū, quid in dubio præsumetur? erit ne præsumendus contractus emphyteuticus, an verò contractus locationis: Ange. in l. qui in aliena. §. j. ff. de acqui. hære. determinauit præsumi contractum emphyteuticum, quia præsumptio præsumenda est in casum actus potentioris. argu. in l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vec. pe. † Sed pone quod pater tuus[d] accepit aliquam rem in emphyteusim pro se & filijs suis: moritur pater, tu repudias hæreditatem & vis retinere rem emphyteuticam, an poteris hæreditate repudiata succedere in contractū emphyteuticum.[e] Bart. determinauit quod sic: de quo dicatis vt per eum in l. quod dicitur. ff. de verbor. obligat. † Sed pone quòd stantibus terminis pater te emancipauit, tu petis medietatem rei emphy. an poteris? videtur quòd sic, quia ex quo accepit in emphyteusim pro se & filijs, pars dimidia filijs emancipatis tribui debet, quia dictio Et, copulat, & partes viriles attribuit. l. reos. §. cum de tabulis. ff. de duob. re. Bart. determinat contrarium, fretus per glo. in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posthu. † Non obst. quod dictio Et, copulet, quia illud verum nisi ponatur inter personas in quibus cadat affectio per prius & posterius, quia tunc attribuit actum non copulatiuè sed ordinatiuè. l. cum pater. §. à te peto. de lega. ij. c. j. §. quin etiam. in ti. episcopum vel abbatem in vsib. feud. Cum ergo in casu nostro apposita sit copula inter personas inter quas cadit affectio, denotabit ordinem, & erit sensus, do tibi in emphyteusim & filijs tuis, id est, do tibi quo ad vixeris, & postea te mortuo filijs tuis. † Sed pone, tu accepisti rem in emphyteusim, pro te & filijs[f] tuis, te mortuo aliqui filij soluunt debitum canonem, verum propter non soluentes alij qui soluerunt priuari[g] possint re emphyteutica, gl. est ordi. quod sic in l. communi diui. ff. communi diui.

ADDITIONES.

a Colonus partiarius. Adde text. in l. si merces in §. vis maior. ff. loc.

b De his colonis vide late Bello. in §. item seruiana. super glo. coloni. infrà de actio. & consi. xlvj. no. 9.

c Perpetuam. Adde Franc. Curti. iunio. in consi. iiij incip. super controuersia. in princ. ij. vo. Zilettus.

d Pater tuus Adde quòd hoc idem tenet Andre. de Isernia in c j. col. j. versi quærit glo an sit idem an agitat vel filij defuncti. &c. & ibi Bald. col. iiij. versi. quærit hæc glo. multum notabiliter. & Iaco. de Aluaro. similiter. col. iiij. versi. quæro cum glo. quinta & ibi quoque Ioā. Ant. à S. Georgio Præpo. Medio. col iij. versi. quæro cum glo quinta Zilettus.

e Emphyteuticum. Quomodo succedat in hac emphyteusi, vide Bello. libr. iiij. supputa. c. xviij. nu 5. & 16.

f Filijs suis. † Quæritur, si pater capit emphyteusim pro se & nepotibus & filijs, quæ successio intelligatur, Dic, ordine successiuo, secundū Barto. in l. Gallus §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. † Modo filij repudiant hæreditatem patris, vel exhæredantur à patre, an te poterit retinere bona emphyteuticaria? Dic quòd sic, quia isti non veniunt iure hæreditario, sed ex promissione paterna facta inter viuos. licet secus sit in feudo. vt in c. j. an agnatus vel filius defuncti repu. † Si quis autem recipiat emphyteusim pro se & hæredibus, tunc in priuato intelligitur de hæredibus etiam extraneis: sed si concedas in emphyteusim perpetuam prout hoc posset, vt §. emphyteusim in authen. de alie & emphy. pro se & hæredibus, id est descendentibus, non transit ad extraneos. Si autem detur in emphyteusim alicui simpliciter pro se, & filijs suis & hæredibus an transeat ad extraneos. diuersæ fuerunt opi. de quo per Saly. in l. ij. C. de iure emphy Ias. May.

g Priuari. Adde quòd idem tenet illustris Alcia. in l. ij. nume. 97. ff. de verbo. obli. dicens hanc esse communem, & ita attestatus est. Excellentiss. Iurisconsultus Do. Baptista à Villalobos in suis opinio. communi. in ver. emphyteuta nu. 77. Iuan. Bapt. Zilettus.

Glo. super versi. propriam. ibi, §. alienationis. Not. † alteri[a] posse dari in emphyteusim rem emphyteuticam. † Simile dicitur in vasallo, qui potest alterius fundum infeudare, vt nota. in c. j. §. j per quas perso. fiat inuesti. in vsi. feu. Credo tamen quòd bonum esset exquirere voluntatem domini. l. fin. C. de iure emphy. iuncta l. fin. C. de re. ali. non ali.

ADDITIO.

a Alteri. † An autem iste secundus emphyteuta posset soluere primo domino dictam pēsionem seu fictum? Dic quòd sic: & bene facit vt no. Bart. in l. solutum. §. solutam. ff. de pig. ac. Ias. May.

In ea. glo. in fin. Hæc vltima probatur. Glo. super verbo, particularis. in fi. Vos dicite hoc relinquendum esse iudicis arbitrio. arg. in l. j. de iure delib. l. j. §. j. ff. de effrac. & expil. in c. de causis. extra. de offic. & po. iu. dele. Sed hic dubitatur. † Pone aliquis accepit possessionē in emphyteusim, superuenit guerra ita quod ex emphyteutica re non potest fructus percipere, an cogi possit ad solutionem canonis a sine pensionis.[a] [b] Aliqui dixere quod non, fieri per l. fundus. §. super l. ex conducto. §. j.

27 per l. si vno. in princ. ff. loca. e. Mouentur ratione tali. † Nam res emphyteutica est penitus deperdita, liberatur emphyteuta, vt hic, & l. j. C. de iure emphy. sed quando non potest possideri propter guerram, dicitur deperdita, ergo liberabitur emphyteuta. Probo minorem. Nam quando res est deperdita inundatione aquarum, dicitur esse deperdita. l. interdum. §. j. de acquir. poss. ergo † & quando est occupata propter guerram, vel ad illam timetur aditus: qui a hæc à pari procedunt text. est singu. in l. cum vnus. §. fin. ff. de bo. autho. iu. poss. Alberi. de Rosa. dixit se contrarium tenuisse coram magnis viris, fretus tali ratione. † Nam bonum est argumentum de re ad tempus. c l. vinum. ff. si cert. peta. l. miles ita. ff. de testa. mili. sed quando res perit pro parte ipsius rei, non liberatur emphyteuta. Similiter si pensio est aliqualiter conformis vtilitati quæ ex re percipitur, & tunc tempore guerræ non teneatur. Aut est multum difformis, vt sunt possessiones & ædificia pro quibus soluuntur. x. denarij ecclesię, & tunc teneatur. Suadebat etiam ex quadam æquitate naturæ, quia ex quo posteriore casu sentit emphyteuta hic maximum commodum, sentiat maximum incommodum, tempore guerræ. l. secundum naturam. de regul. iur. & ita comperi Barto. itadicentem in l. prima. C. de iur. emphyteu. cuius opinio seruatur in practica. Gloss. super versicu. vtimur. Ibi, nota, colligitis ex gloss. † quòd emphyteuta priuati si cessauerit per triennium quòd pensionem non soluerit repelli potest à re emphyteutica. Si verò sit emphyteuta ecclesiæ repelli potest, si per biennium cessauerit. quod verum limitare, nisi celeri satisdatione moram purgauerit. † Et idem est in colono, d c. potuit. c. propter sterilitatem, extra de loca. & tempus purgandi huiusmodi moram relinquitur iudicis arbitrio, vt ibi notauit. glo.

ADDITIONES.

a An cogi possit ad solutionem canonis. Adde eleganter per Paul. de Castr. qui excellenter consuluit in ista materia. consi. lxij. incip. quia exceptiones.

b Pensionis. Vide Bello. d. consi. xxj. & xlvj. vbi de remissione fienda conductori.

c De re ad tempus. Adde Rapha. Ful. in l. j. C. de test. mil. Bald. consi. xxxviij incip. dominus Tho.

d Colono † De colono vide in l. dominus horreorum & l. quæro ff. loca. & per Bart. & Bald. in authen. qui rem. C. de sacr. sanct. eccle. & ibi plene Docto. Quæ sit ratio quòd emphyteuta priuati solum cadat per triennium à iure suo, & colonus solum per biennium. Dic quia emphyteuta tractat de maximo præiudicio, scilicet de perditione vtilis dominij & melioramentorum, secus in colono qui nullum istorum habet, ita Bald. in d. authen. qui rem. Ias. May.

33 In ea. glo. in fin. not. quod † emphyteuta a non potest vendere suum vtile dominium nec melioramenta nisi primum denunciauerit domino.

ADDITIO.

a Emphyteuta. † Quæritur etiam, an emphyteuta possit vendere vel alienare ius suum? Dic quòd sic, dùmodo prius denúciet domino an ipsum velit emere pro vero pretio, & responsum expectet ab eo per duos menses, aliàs caderet à iure suo, nisi esset actum quòd posset alienare irrequisito domino. l. fin. C. de iur. emphy. & c. potuit. Extra de loca. Si autem dominus non velit emere, vel elapsis duobus mensibus nihil respondeat, tunc potest emphyteuta ius suum vendere, & dominus tenetur emptorem inuestire. d. l. fin. dummodo non alienet personæ prohibitæ ex pacto, vel à lege, vt not. in d. c. potuit. Ias. May.

35 Sed tunc dubitatur, † an posse. donare alteri nulla denunciatione facta domino. a Glo. in d. l. fin. tenuit quòd sic. Idem tenuit in c. potuit. extra de loca. pro qua allegatur casus in l. si domus. b §. fin. de leg. j. Suadetur & ratione quia ratio quare lex mandet emphyteutæ vendere volenti vt primo denunciet domino, cessat in emphyteuta donare volenti, quis enim dubitat quòd si emphyteuta dixerit domino, ego volo donare melioramenta tali, si vis quòd donem tibi, ego donabo palàm est quòd ille gratanter accipiet, auferentur quòd huic emphyteutæ instrumenta libertatis. Bart. consuluit contrarium, cuius sententia mihi placet per l. j. C. de iure emphy. quæ prohibet vendere, vel alio quouis modo transferre. Præterea nonne dominus retinet possessionem per emphyteutam? si ergo emphyteuta alteri donauerit domino inscio, & nesciat dominus per quem possideat, priuabitur quoque possessione sine facto suo, contra regulam iuris, ius nostrum. contra. l. fin. C. de acquiren. poss. Non obstat absurditas, quia respondetur quòd alia est forma denunciandi emphyteuta donare volente, oportet enim emphyteutam qui vult donare, per hunc modum denúciare. Ego volo donare melioramenta mea Titio, vnde tibi notifico vt scias per quem possideas. Cætera dicite vt in d. l. fin. in d. c. potuit. in d. l. si domus. §. fi. de leg. j. c

ADDITIONES.

a Domino. An autem possit alienare in vltima voluntate vide Bello. consi. x. nu. 6.

b L. si domus. † Vide Bar. in d. l. si domus. de leg. j. vbi dicit quod emphyteuta reipublicæ bene potest donare & legare, quia ipsi reipublicæ semper remanet ius suum saluum l. j. C. de fundis patri. lib. x. tamen secus est in emphyteota priuati seu ecclesiæ, quia non esset cósultum domino seu ecclesiæ contra donatarium, qui in nullo esset ei illis obligatus. Canonistæ tamen in d. c. potuit. stant cum glo. d. l. fin. scilicet quòd possit donare & legare irrequisito domino vide Barto. in l. j. C. de fun. patri. lib. xj. vide Barto. in authen. quas actiones. C. de sacr. sanct. Et an perdant omnia melioramenta per non solutionem, dic vt in l. ij. C. eo. & d. c. potuit. Ias. May.

c De lega. j. † An autem res emphyteutica possit pignorari irrequisito domino? Dic quod sic, quia hoc casu nullum transfertur dominium: licet secus in feudatario qui non posset feudum pignorare, vt not. gl. in l. lex vectigali ff. de pigno. vide Bald. in l. fina. C. eod. & Barto. in l. j. §. quod autem de superficiebus. † An autem possit in dotem dari? Dicunt Docto. maxime Saly. in d. l. fin. C. de iure emphy. quòd sic dummodo detur eodem modo quo erat penes dantem hoc est. quòd si penes dantem finiebatur in prima generatione, ita detur in dotem vt finiatur illa generatione, & hoc etiam nulla denunciatione præcedente. vide in c. a. imperialem. de prohibi. feu. alie. per Lotha. in vsi. feu. per Bald. vbi videtur tenere cótrarium. Ias. May. [An autem possit in dotem dari res emphyteutica. Adde Rotam decisione cccxcij in nouissimis. Doctor. in c. ouper. de do. inter vir. & vxor. & per Bald. consi. cccxxxij. inci. punctus concessa fuit res. in ij. volu.]

1 ¶ Venditio in herba fœno uel grano, an sit locatio uel uenditio.
2 Conductor post moram tenetur ad usuras.
3 Locator tenetur ad necessariam refectionem domus.
4 Obligatio descendens ex contractu an transeat ad heredem & locatoris & conductoris & quas.
5 Conductor impensas factas in re locata per usufructuarium ad quem nium, si interim moritur usufructuarius, non repetit. Idem si usufructuarius locasset ut dominus.
6 Scholaris de societate recedens an posit alium loco sui substituere.
7 Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.
8 Socius recedens à societate an posit cameram suam alteri locare.
9 Scholaris recedens à societate aliorum ex domo conducta an teneatur soluere pensionem pro parte sua, expensas, ligna & salarium famulorum.
10 Scholaris manens in domo qui non uult alijs communicare duodenam uel partem suam, potest expelli, idem si inter turbet alios.
11 Dominus potest compelli ad locandum domum scholari.
12 Venditor potest rem uenditam emptori locare donec exbursetur pretium, quæ locatio ad franchisiam uocatur.
13 Licet testator mandauerit, quòd heredes ad diuisionem ueniant, potest diuisio fieri, si inter eos rixa oriatur.
14 Frater minor maiorem ad diuisionem prouocare potest causa euitandi periculi ex rixa.
15 Iniuria qualiter remittatur.
16 Amantium iræ amoris reintegratio.
17 Locator operarum debet totam mercedem habere licet per mortem uel casum fortuitum res uel opera non præstentur.
18 Doctor qui accepit scholarem in expensis usque ad annum, an mortuo scholare ante annum, integram duodenam anni percipere debeat.
19 Casus fortuiti non ueniunt in contractibus bonæ fidei.
20 Successor an teneatur stare colono.
21 Conductor qui recessit à domo metu malorum spirituum, quos dicebat sentire in domo, non tenetur præstare solutam pensionem.
22 Conductor qui tempore pestis recessit à domo, non tenetur de pensione.

a §. ITEM QVAERITVR. a Quando rei dominium commutatur, locatio non contrahitur, sed contractus emptionis celebratur. h. d.

ADDITIO.

a Quæritur. † Quæritur in princ. huius §. si quis vendat fœnum in herba, vel blada in herba an erit locatio vel venditio? Hanc q. tetigit Bar. in l. coté ferro. ff. de publica. nam si sit venditio, & fructus exportentur, nulla fiet remissio pretij: si locatio, tunc fiet remissio. vide ibi Barto. Ias. May.

Not. primò, quod dixi in summario. Not. secundò, quòd conductor tenet seruare ea quæ fuerunt in contractu deducta: si quid

si quid verò prætermissum fuerit, tenetur ad ea quæ æquitas
2 suaserit: vnde † conductor post moram tenetur ad vsuras a &
pensiones. l. præses. C. eod.

ADDITIO.

a Vsuras. Hodie verò non petuntur vsuræ, sed solum interesse, vt no. in l. Iulianus. C. de act. empt. & authen. ad hæc. C. de vsuris. & l. ij. eo. tit. de vsur. & ibi per glo. & Saly. & glo. & Docto. in c. conquestus. de vsur. Ias. May.

3 Item † locator tenetur ad necessariam refectionem domus, vt reficere ostia, fenestras, tecta, cæteráque necessaria ad habitationem. l. ex conducto. ff. eod. Item not. quòd in contractu locationis venit leuissima culpa. quòd qualiter intelligatur
4 statim videbitis in glo. Finaliter not. quòd † obligatio descen-
a dens ex contractu, transit ad hæredem a & locatoris & conductoris. concor. l. viam. C. eod.

ADDITIO.

a Ad hæredem. † Hoc verum intelligas, nisi sit finita locatio vsusfru-
5 ctus: nam tunc si est locatus à proprietario, non petit eius morte, sed morte conductoris. l. necessario. §. fina. de pericu. & commo. rei vendi. Et ideo vsufructuarius locat vsumfructum ad quinquennium, si interim moriatur & conductor fecerit impensas in re locata, illas non repetit: Idem vsufructuarius locasset vt dominus. l. si quis domum. §. si fructuarius. ff. eod. Ias. May.

Glo. super verbo diligentissimus. in fin. Et hæc vltima videtur communior: & tamen specialitatis fundatur super facili harum rerum fragilitate, ideóque diligentior cura & adhibenda. c. vbi periculum. de ele. libr. vj. Et idem dicunt in columna deducta, vt propter eius fragilitatem veniat leuissima culpa. l. si merces. §. qui columnam. ff. eod. Glo. super verbo succedit.
6 in fin. Not. quòd † scholaris de societate recedens non potest alium loco sui substituere: quod verum limitabitis nisi substituerit alium æque bonum & idoneum, laudatæ vitæ, & bono-
7 rum morum. l. idemque. ff. pro suo. alioquin secus, quia † morbida facta pecus totum corrumpit ouile. l. si vnus. §. pactus ne
a peteret. ff. de pac. & ibi no. a

ADDITIO.

a Et ibi not. † Nunquid autem socius recedens à societate possit ca-
8 meram suam alteri locare vel ne. vide Bald. in l. nemo prohibetur. C. loca. De hoc vide in Spe. de iudi. §. ij. ver. circa hoc quæritur. licet conductam domum possit alij locare. l. nemo. C. eo. loca. Ias. May.

9 Sed hic dubitatur. † Pone, tres scholares contraxerunt societatem, & domum conduxerunt pro vsu communi: vnus recedit, alij vtuntur domo, an iste recedens teneatur soluere pensionem pro portione sua? Videretur quòd non: quia cum illi duo remanentes consequantur commodum totius vsus in domo, ad totam pensionem obligari debēt. regula iuris, secundū
a naturam. In contrarium communiter Doctor. a determinant: quia licet illi duo fuerint vsi tota domo, vsi fuerunt ex quadam necessitate, quia vti non poterant pro parte, & ad hoc alleg. l. duo fratres. de acqui. hæred. l. si vt certo. §. duobus vehiculum. ff. comod. Et eadem ratione tenetur iste qui se absentauit, pro tertia parte impensarum & salarij præstiti, & præstitarum famulo: quia duo præsentes non potuerunt vti parte famuli. Et idē dicendum in lignis: quod tamen circunspectus iudex existimabit, an tot lignis vsi fuerint, quod si alter præsens extitisset. Et hæc vera, nisi ille qui se absentauit recessisset per rixam aliorum quia tunc non teneretur, imo necesse est societatem dissolue-
b re. l. si conuenerit. §. j. ff. pro so. b

ADDITIONES.

a Docto. De hac solutione ad quam tenetur socius vide glo. in auth. de tabellionibus. §. si verò indignus. colla iiij. vbi vult gl. quòd non teneatur. sed debet computari illa pensio soluta per alium surrogatum loco sui. Ias. May.

b Pro socio. Adde tu, quòd † scholaris manens in domo sociorum,
10 sed non vult communicare alijs duodenam vel partem suam, quòd potest expelli. Idem si interturbet alios, quia scholares debent honestè habitare, vt voluit Specu. in titu. de iodi. §. nono. & glo. in l. non aliter.
11 ff. de vsu. & habi. † Adde etiam quòd dominus domorū potest cogi eas locare scholaribus secundum Guil. de Cun. in l. decernimus. C. de epis.
12 & cle. & Ang. in l. j. ff. soluto matrimo. † Item si vendidi rem, possum tibi locare donec exburses pretium. l. cum venderem. ff. eodem. & vocatur locatio ad francbisiam Ias. May. [Dominus domorum an possit cogi locare scholaribus, de qua quæst. Ias. hic, Adde Bald. in l. j. in fin. ff. so. matri. & ibi Io. de Imo. & Raph. & ibi quoque. Ias. May. col. pe. ver. sexto facit in simili & Guihel. Pontanum Perusi co. fin. in finalibus verbis. & Ioan. Franc. Ripam nu. 142. Abba. Panor. in c. j. col. ij. nu. 6. ver oppo. contra hoc extra de empt. & ven. Alex. de Imo. in addi. ad Bar. in l. j. C. de dignita. lib. xij. Matth. de Afflict. in tract. de iure prothomi. iij. princi. nu. 3 ver. secundo fallit in domo Pet. Reboff. in tract. de priuile. scholari. in vij. priuilegio. nu. 1. Bernardi. Scodobium in auct. habita. in ver peregrinantur. nu. 7. & in ver. veniant & eis securè nu. 19. & Docto. Petrum Duenus in suis regulis iuris reg. ccxuj. qui ferre suprascriptos omnes allegat. Ioan. Bap. Zilettus.]

13 Ex quo dixit Bar. quòd † si testator mādauerit in testamento, ne hæredes instituti ad diuisionem veniāt vsque ad certum tempus, apponendo pœnam contrafacienti, poterit tamen si rixa exorta fuerit vnusquisque societatem dissoluere qui causam rixæ non præbuerit, quia regnum in se diuisum desolabi-
14 tur. d. l. si conuenerit. §. j. † Eodem modo dixit ipse, lege cauetur quòd frater minor non possit prouocare ad diuisionem maiorem. le. inter omnes. C. de prædi. mi. poterit tamen si expediat
15 sibi causa euitandi propter periculi frequentem rixam. † Quod autem dixi de socio recedente propter rixam & iniuriam illa-
a tam, intellige nisi talis iniuria remissa fuerit per pacem. a l. iij. §. fina. cum seq. ff. de adi. leg. l. Lucius. §. Lucius. de legat. secundo Et intelligitur remissa primo, si fiat pax expressa, hoc est, palam. Secundò si mutuo tetigerint palmas manuum. l. j. ff. de pa. & ibi not. Tertiò si simul comedāt, bibant, rideant, aut ludant. glo. est in §. fina. infrà de iniur. Item si alter alterum salutauerit. not. in l. filio. ff. de libe. & posthu. Item hæc vera intelligite nisi rixa ab vtróque prouenisset, & vnusquisque causam tribuisset, quia tunc paria delicta mutua compensatione tollerentur. l. viro atque vxore. ff. so. ma. l. si ambo. ff. de compen. Item hæc vera si rixæ & iniuriæ magnæ fuerunt, propter enim leuem iniu-
16 riam non liceret cedere. † amantium enim iræ amoris reintegratio est: arg. in l. iij. §. fi. ff. de adi. leg.

ADDITIO.

a Per pacem. Qualiter remittatur iniuria vide suprà de excus. tuto. §. item si propter inimicitias. vide in §. fina. infrà de iniur. Ias. May.

17 Quæritur, pone † quòd locauit tibi aliquis rem & operam suam: euenit quòd per mortem vel alium casum fortuitum remanet quominus tibi res & operam præstētur, an mercedem totam percipere possit: Dicite quod sic. l. sed addes. §. fin. l. qui operas. ff. eod. l. si vehenda. ff. ad l. Rho. de iactu. & est glo. in l. si vno. §. item cum quidam. ff. eod. Quod præstat argu. ad quæ-
a stionem, a quòd † si doctor aliquis acceperit scholarem in ex-
18 pensis vsque ad annum, quo casu Doctor locat rem, id est, victum, & operam, id est, curam victus, quòd moriente scholari ante annum debet percipere duodenam vnius anni, de quo dicite vt d. l. si vno. §. item cum quidam: Cui sententiæ multum
19 aduersari videtur, quia † in contractibus bonæ fidei non veniūt casus fortuiti. in l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. Potes dicere quòd casus fortuitus eueniens in persona scholaris debet sibi nocere, non doctori, vt legitur per gloss. in d. §. item cum qui-
20 dam. Oppo. contra text. dicitur hic in text. † quòd successor tenetur stare colono. Sed oppo. & videtur quòd successor possit expellere colonum. l. qui fundum. & l. si merces. §. j. ff. eod. l. emptori. C. eo. Solu. Pro plena doctrina dicite, si quæratur an successor teneatur stare colono: aut loquimur in successore vniuersali, puta in hærede, & ille tenetur stare colono, nec potest ipsum expellere, quia obligatio personalis qua tenebatur locator conductori vt sibi rem locatam conseruet, transit ad hæredem, & illum obligat, vt hic. C. eo. l. viam. Licet regula fallat. Primò, si conductor tempore debito non soluerit pensionem. Secundò, si re conducta malè vteretur. Tertiò, si res cōducta egeret refectione. Quartò, si locator egeret pro vsu proprio, ex causa tamen superueniente post contractum locationis, vt quia ducturus est vxorem, vel creatus est Doctor vel miles: alias secus. Hæc omnia habentur in l. ædem. in text. & glo. C. eo. Aut loquimur in successore particulari, & dicaut iste successor est voluntarius, puta quia emit rem locatam, & tunc non tenetur stare colono, imo potest illum expellere. d. l. emptori. cum suprà allegatis. Ratio, quia obligatio personalis qua tenebatur locator conductori, non sequitur fundum neque transit ad successorem particularem. l. j. §. si hęres. ad Treb. Consilium tamen est, quod tu qui conducis domum facias à locatore tibi omnia bona sua obligari per publicum instrumentum, quo casu ille non audietur nisi soluat interesse. ita not. in l. si filio. §. fin. ff. solu. matri. si postea vendiderit, & emptor te expellere voluerit, poteris illam domum retinere veluti pignus pro interesse. ita not. in l. si filio. suprà allega. Aut est successor necessarius,

& tunc ipse tenetur stare colono.l.in venditione.§.primo.ff.de bo.aucto.iudi.pos. Et hæc vera sunt in locatore priuato, secus in fisco qui locauit. Nam si fiscus postea rem locatam ab ipso vendiderit, non poterit expellere colonum priuilegio fisci.l.fi. de iure fisci. Item hæc vera in eo qui locauit ex voluntate, secus in eo qui locauit ex necessitate causatiua, saltem quia tunc successor particularis non poterit colonum expellere.l.filio.§.fin. ff.soluto matrimonio. Item hæc vera in colono qui nullum habet ius in re: vnde si mihi vendideris possessionem quam tradidisti ad massaritium, vt tibi colonus reddat partem fructuum, emptor non poterit illum expellere.l.idemque.§.fina.ff.pro
21 soc. † Quæritur, an ille qui conduxit à me domum, postea recessit metu malorum spirituum quos dicebat sentire in domo, teneatur præstare solitam pensionem? Dicite quòd non, si hoc
22 probatum fuerit. Et idem † esset si quis recederet de domo tempore pestis, quæ inciperat pullulare, licet reuera postea cessauerit: quia sufficit timor istæ causæ, licet ista causa non fuerit
b postea verificata.l.habitatores.§.fi.ff.loca.b

ADDITIONES.

a Ad quæstionem. Adde quòd Philipp. Deci. in l.diem functo.col.ij. versi.quarto nota.ff.de offi.assesso.& ibi Franc Curti.iunior.col ij. ver. ex predicta tamen. communi conclusione. causam scholaris tuentes, oppositum tenet.& ibi vide Excellentissimum Do.Hiero. Cagnol.nu. 104.cum multis sequentibus.Io Bapt. Ziletus.

b ff.loca. Vide Barto.in l.si filio.§ si vir quinquennium.ff. sol. matri. & in l.j.§.quod ait.ff.de superficiebus.& Bald.in d.l.iubemus.C. de sa. san.eccle.Ias.May.

a De societate.a Rubr.

ADDITIO.

a Societate. † Præmitte ad euidentiam huius rubricæ quòd quatuor
1 modis contrahitur societas. Et assumendo primum, dic quòd contrahitur societas expresse omnium bonorum, in qua veniunt omnes hæreditates, omnia legata & donata vndecunque quæsita l.iij.ff.eo. Secundò contrahitur simpliciter, non expresso, omnium bonorum, & tunc veniunt solum illa quæ ex quæstu, id est, opera personali acquiruntur, vt ex venditione, locatione &c. Non autem veniunt hæreditates, legata & donationes causa mortis, quia ista dicuntur potius quæri ob meritũ, quàm ex industria, id est, opera personali.l.coti. & l. nec adiecit.ff.eo. Tertiò modo contrahitur societas alicuius negociationis, vt vini, frumenti, & tunc solum quæsita ex illa negociatione veniunt, & non alia, vt hic. Quartò modo contrahitur societas in vna re tantum, vt in vno equo emendo & similibus. & in talibus non extenditur vltra rẽ.l.quæsita.ff.eo. Alio modo contrahitur societas re ipsa, sine aliquo pacto vel expressione verborum: vt cum duo fratres simul habitant & ponunt res in communi, & tunc solum in his quæ ponuntur in communi dicitur contracta societas, non in alijs.l. cum duobus.§ idem Papinianus.ff. eod. Et quòd societas possit tacitè contrahi, vide quæ dixit Bart.not.in in l.Titium & Meuium.§.altero.circa pe.col.ff.de admini.tuto. & Bar. in l.cum duobus.§.idem Papi.ff.pro socio.& Bald.in l. cùm oportet.in iij.col C.de bo.quæ libe.& Spec.in ti.de iudi.§.ij.& ibi Bald.in addi.& Bald.in l.si patruus.C.commu vtriusque iudi.& Bald.in l.ex diuerso.§. item si mulier.ff.sol matri. & Bald in c.si duo fratres in communi causa.de duo.fratri.de nouo beneficio inuestitus.& Bar.in tract. de duobus fratribus.Ias.May.

Societas quos modis contrahitur.

Continuantur ad præcedentes hoc ordine. Quia obligationes quæ ex consensu proficiscuntur, aut in emptione, aut in locatione, aut in societate consistunt, suprà de obli. ex consensu. in princ. Ideo viso de emptione & locatione, sequitur ex ordine videre de societate. In fin.glo.rubri.ideo dixit honesta, quia si essent inhonesta, non appellaretur societas, sed conuenticulum, propterea, quia malorum nulla est societas. l. si à reo.§.id quod.ff.de fideius.

1 *Pactum inter socios appositum super inequalitate lucri & damni tenet.*
2 *Societas vinculum fraternitatis habet.*
3 *Electio camerarum datur præstantiori scholari.*
4 *Pactum inter socios quòd unus præstet pecuniam, alter verò operam valet.*
5 *Pactum quòd alter sociorum totum damnum sustineat, alter verò partem lucri tenet.*
6 *Socius qui inuito socio vadit ad mercandum suscipiendo in se periculum, si lucratur, non communicat lucrum. & nu.17.*
7 *Lucrum quid.*
8 *Partes factæ in lucro intelliguntur factæ & in damno.*
9 *Portio portionem demonstrat & una pars alternatiuæ declarat aliam. nu 10.*
11 *Actus qui non valet iure societatis saltem valet iure conuentionis.*
12 *Pecunia posita in societate ad mercandum, an sit communis quando alter socius operam tantum ponit. & an pecunia ipsa deperdita sine culpa, teneatur socius dimidiam resarcire nu.13.& 14.*
15 *Socius ponens operam an debeat suis expensis operari.*
16 *Fratrum unus si ad certam summam fuerit condemnatus, & postea fiat bonorum diuisio, an ei deducitur id in quo condemnatus fuit.*

SOCIETATEM. Societas super omnibus bonis & eorum parte vniri potest, ac etiam super aliqua negociatione: & in ea veniunt partes æquales damni & lucri, nisi aliud conuentum extiterit.h.d.a

ADDITIO.

a Hoc dicit. Adde quòd pactum appositum inter socios super inæqualitate lucri & damni tenet, quando alter sociorum plus altero confert in re, vel in opera, seu industria: & pactũ, quòd vnus sentiat lucrum & non damnum, intelligitur si compensatione facta lucri & damni superest lucrum: quod tacitè videtur adijci in damno.h.d.vsque ad §.manet.Ias.May.

Diuiditur in tres partes. Nam in prima tractat super quibus rebus societas iniri possit. In secũda quæ partes lucri & damni in ea veniant. In tertia determinat quasdam circa materiam dubitabiles quæstiones. Secunda ibi, (& quidem.) Tertia ibi,
1 (de illa. † Not. primò, societatem coiri posse omnium bonorũ & partis bonorum. Item coiri posse vnius negociationis, ac etiam plurium. Item not. quòd in dubio partes damni & lucri
2 veniunt æquales in societate, quia † societas vinculum fraternitatis habet.l.verum.ff.eo. & propterea in ea laudanda est æqualitas.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij. Non conueniri posse vt partes damni & lucri inter socios diuersæ sint. Not. illud conueniri posse, vt ad socium duæ partes lucri perueniant, tertia verò damni: licet Quintus Mutius contradixerit. & potuit ea ratione moueri, quia huiusmodi inæqualitas videbatur aduersari fraternitati, cuius naturam sapit societas: Ratio decidẽdi fuit, quia interdum pretiosa est opera alicuius, vt iustum sit illum in societatem admitti meliore conditione cæteris.
3 præstat arg. quòd † si plures scholares contraxerint societatem, electio camerarum detur illi qui sit in virtute præstantior. facit
4 l.societatem. la. j. ff. eod. Not. † conueniri posse in societate vt vnus præster pecuniam, alter verò operam. quia opera artis est
5 valimentum.l.cum duobus.§.si coẽunda.ff.eo. † Not. conueniri posse vt alter sociorum totum damnum sustineat, alter verò partem lucri, nihil verò de damno sentiat. Cæterum si ita conueniretur, vt alter totum damnum pateretur, alter verò lucrũ, nihil valeret: quia ista societas esset leonina, vt videbitis hic in
a gloss.a

ADDITIO.

a Hic in glo. † An si duo sunt socij, quorum vnus vult ire Venetias,
6 & ibi exercere mercantias: alter non vult quòd vadat, & ille dicit, volo ire periculo meo: an si vadat & lucretur, illud lucrum debeat esse commune cum alio socio? Dic quòd non, secundum Bart.in l.quia poterat. in fin. ff. ad Trebellia. quia ex quo periculum est suum. ita & lucrum. Ias.May.

7 Not. † lucrum appellari deducto omni damno. concord.l.
8 Mutius.ff.eo. † Not. quòd partes factæ in lucro, intelliguntur factæ & in damno. Idem & è contra. Ex quo colligitur, quòd portio regulat & demonstrat portionem damni. l. vtrum.§.fi.
9 ff.de reb.du. † Quod facit ad quæstionem. Vendidi tibi possessionem pro mille, tu dicis, quòd possessio intelligitur vendita vsque ad talia confinia, ego dico quòd intellexi me vendidisse
a vsque ad talia: certè quantitas pretij declarabit a quantitatem prædij, vt de his confinibus intelligatur quibus magis pretium conueniat. Eodem modo vendidi tibi codicem pro x. libris, ego dico intellexisse de decem libris imperialium, tu dicis intellexisse bissolorum, quid erit in hoc? certè valet rei declarabit de quibus actum intelligatur: si enim magis proportionetur lib-

tur libris imperialium de his intelligatur, & sic è contra. glo. est in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. † Eodem modo vna pars alternatiuæ declarat aliam. Vnde si vendidero tibi Digestum meum aut Codicem pro x. & habeam duos Codices, vnum parui pretij & aliũ magni, tu dicis te intellexisse de vno, ego de alio, certè intelligitur ille Codex venditus cui proportionetur, text. est in l. j. ff. de reb. dubijs. b

ADDITIONES.

a Declarabit Quòd pretium declaret quantum sit venditum vide Bellnnum. consi. xxvij. nu. 5.

b ff. de reb. dub. Vide in l. prædijs. §. lucro. vbi bonus text. de lega. iij. vide Bald. in rubr. eod. de contrahen. empti. & in l. emptorem. C. loca. Ias. May.

In glo. tototum. not. significationem verbi, tototum, quod dicit totitatem respectu vnius rei. quod facit pro intellectu cõmuni. l. iij. §. filius. inter medias. ff. de libe. & posthu. ibi, & erit à toto gradu sentotus. In fin. glo. in verbo, adeo. Et hæc communiter approbatur. ex qua colligitis, quòd † actus qui non valet iure societatis, valet saltem iure conuentionis, cui consona est glo. in l. ij. C. commu. vtri. iudi. quæ dixit, quòd sententia quæ non valet vt sententia, valet vt conuentio, si fuerit à patribus approbata. Sed quæritur pone † contraximus societatem frumenti emendi & vendendi, ego appono pecuniam, tu operá, an ille pecunia efficietur communis tua & mea? Gloss. in l. j. C. eod. Dixit quòd de iure efficietur communis, sed secus ex consuetudine. † Ex quo ipse infert, quòd si hæc pecunia in totum perdatur sine culpa, perditur tota periculo meo, nec tu teneris mihi resarcire dimidiam. a

ADDITIONES.

a Resarcire dimidiam. † Adde quòd glo. ibi dicit in d. l. quòd cum pecunia est deperdita, finita est societas: quia periculum est solum illius ponentis pecuniam, non autem alterius ponentis operas secũdum Iac. de Aret. ibi dicit periculum esse commune, nec esse finitam societatem. d. l. cum duobus. ff. eod. & pro hac opi. facit l. id quod ff. de peti. & con. rei vendi. Petr. veró distinxit, & melius secundum Cyn. Aut pecunia statim contracta societate est perdita ante quam operius nihil præstabit de pecunia perdita. l. verum § interuenit ff. eo. aliás secus. † Quid autem in societate si vnus ponit rem & alius operam, an debet operari suis expensis, an veró communibus? Videtur quòd suis. l. quod nisi ff. de operis liber. Item non habet partem, quia solus operetur suis expẽsis, & sic soluit vecturas equorum, nauium. l. si non fuerit. ff. eod. Et cõtra videtur quòd communibus expensis operetur, cum lucrum non dicatur nisi deductis expensis, vt hic & hanc opi. sequitur Iac. de Aret. & Saly. in d. l. j. nisi forsitan tacitè videtur actum quòd operarius poneret expẽsas d. l. cum duobus. nisi in expensis quotidiani cibi & potus, quas domi facturus fuisset si non itinerasset per l. sed si lege. §. quod autem. el ij. de pet. hære. Ias. May.

Sed pone, sunt aliqui fratres, † vnus fuit condemnatus in mille à iudice, veniunt ad diuisionem, nunquid ille habebit tãtominus quanto condemnatus fuit? Dicite, quòd si fuit condẽnatus iuste, tantominus habebit: secus si iniustè. text. in l. cum duobus. §. fina. ff. de commo. Pone, sunt duo fratres vnus viuo patre duxit vxorem, moritur vxor, ipse lucratur dotem ex forma statuti, veniunt ad diuisionem, an ante partem percipere possit dotem vxoris? glo. est in l. dotem. de castren. pecu. & dicatis vt ibi.

a Glo. super ver. seruari. a

ADDITIO.

a Seruari. Adde dictis hic in glo. fin. super verbo, seruari quæ opponit de tribus contrarijs: ad quæ respondet, quòd hic est eadem ratio contrariorum, ibi non: quia natura societatis hoc inducit: de quo per Bart in l. inter stipulantem §. sacram. de verb. oblig. & suprà de his qui sunt sui vel alieni iuris. & in regula iuris. Qui sentit lib. vj. & † quod not. Barto. singulariter in l. quia poterat. ff. ad Treb. vbi dicit, quòd si socius contra voluntatem à tertius socij voluit ire Venetias pro mercantijs suo periculo, & bene lucratus est, quòd sicut socius noluit stare ad periculum, ita nec debet stare nec participare de lucro, per hunc text. qui est notabilis. Ias. May.

1 *Societas quando renunciatione dissoluatur.*
2 *Societas quibus modis dissoluatur.*
3 *Quæsita ex prospera fortuna, veniunt in societate omnium bonorum.*
4 *Morte vnius ex socijs soluitur societas, nec transit ad hæredem.*
5 *Societas in quibus casibus transeat ad hæredem.*
6 *Mortuus habetur ille cuius bona sunt publicata.*
7 *Societas cessione bonorum dissoluitur.*
8 *Societate finita, si socij in societate permanent, non dicitur noua societas.*
9 *Leuissima culpa non venit in contractu societatis.*
10 *Actio pro socio est hincinde directa.*
11 *Actio an sit directa vel vtilis, seu contraria quomodo cognoscatur.*

a §. MANET AVTEM. Renunciatione, a morte negocio finito, publicatione, & bonorum cessione, finitur societas, hoc primò. Et in ea venit dolus lata culpa, leuis non autem leuissima. h. d.

ADDITIONES.

a Renunciatione. Not. primò, licitum esse socio renunciare societati, dummodo bona fide faciat: quia nemo compellitur stare in communione nisi in casibus notatis in l. fi. C. communi diui. Si quis autem maliciosé renunciat, forté vt sibi acquiratur hæreditas quæ veniebat in communi diuidenda, patitur pœnam quia damnum quod inde sequitur est renunciantis, & commodum ipsius renunciantis est commune. l. actione. §. quod diximus. ff. eo. Et eandem pœnam patitur qui intempestiué renunciat, id est, ante tempus in societate appositum. d. l. actionem. §. item qui societatem. alleg. in gl. Item non licet renunciare quãdo interest socij societatem durare: vt quia eius conditio deterior fieret: aut quia renunciat in itinere cum merces ducuntur forté in naui renũciantis, vel alio tempore non congruo. l. actione. §. Labeo. ff. eo. Similiter adde, quòd renunciatio facta bona fide, debet fieri socio præsente. l. sed & socius. §. si absente. ff. eo. Si autem fiat socio absente & ignorante, tunc lucrum factum ab absente est proprium. d. l. sed. §. si absente. Ias. May.

Not. summarium ex quo colligitis † quinque modos quibus societas dissolui potest. Adducuntur & duo in l. actionem. ff. eod. † Not. quòd in societate omnium bonorum veniunt quæsita ex prospera fortuna, vt hæreditates & legata. quod verum quando expressè conuentum est, alioquin societates simpliciter coitæ complectuntur solum ea quæ ex opera & sociorum industria acquisita sunt & per hoc non obst. l. nec adiecit. ff. eod. Not. † quòd per mortem vnius sociorum tota societas dissoluitur. a Quod facit pro societate scholarium, vt morte vnius tota dissoluatur, aliter tamen de consuetudine seruatur.

ADDITIO.

a Dissoluitur. † Et sic societas non transit ad hæredem, etiam si esset actum: quia per actum non potest agi vt societas transferet. l. adeò. ff. eo. Et est ratio, quia in societate eligitur industria personæ, vt hic in text. Sed quid erit si sit incertum quis sit hæres? tamen licet hæres non sit socius tenetur inchoata per defunctum implere. l hæres socij ff. eod. si sit legitimæ ætatis l. j. ff. de fideiuss. tu. Fallit hoc in societate vectigaliũ, quæ transit ad hæredẽ tribus concurrentibus fauore fisci: scilicet quòd sit societas vectigaliũ. item quòd sit actum vt hæres succedat. Item hæres sit persona habilis, vt not. in d. l. adeò. Et intelligit glo. quòd transit ad hæredem scilicet primum tantum, sicut in vsufructu. vt vult glo. in l. nulla. ff. eo. Ias. May.

No. quòd † ille cuius bona sunt publicata, habetur pro mortuo. l. actione. §. publicatione. ff. eo. a

ADDITIO.

a ff. eodem. Not. ex §. publicatis. quòd † cessione bonorum dissoluitur societas, quæ tamen totum consensu renuitur, vt hic. quia prodest hæc cessio cedenti ne in carcerem detrudatur, vt hic in gl. in ver cessent. non tamen cedens liberatur à creditoribus, sed in postea quæsitis habet beneficium ne exigatur nisi inquantum facere potest. l. iij. ff. de cess. bo. Sed de iure canonico, secus est in vsurario cedente bonis, quia non habet beneficium in posteá quæsitis. capit. cum tu. extra de vsur. Ias. May.

Not. quòd † si finita societate socij adhuc in societate permaneant, non dicitur eadem societas sed noua. l. sed & si manente. ff. de prec. Not. quòd † in contractu societatis non venit leuissima culpa, quia habet quod sibi imputetur, qui parum diligentem socium sibi adiecit. Glo. super verbo, actione, in fin. not. † actiones pro socio hincinde esse directas. b Sed contra hoc oppo. dict. l. tutor. §. contrarium. ff. de pig. act. vbi actio ex vna parte dicitur directa, ex alia dicitur vtilis. Dicite, aliquando contingit quod nec variatur nomen contractus, nec nomina contrahentium, & tunc actio est hincinde directa. vt in cõtractu societatis, quia ab vtraque parte dicitur societas, & idem est contractus, & quilibet socius appellatur, vt hic. Aliquando cõtingit quod mutatur nomem contractus, ac etiam nomina cõtrahentium, vt in contractu venditionis & locationis & tunc

actio est hincinde directa. l. ex empto. ff. de act. empt. Aliquando non mutatur nomen contractus, sed mutantur nomina contrahentium, vt hic. aut vnum descendit ab alio, vt in contractu depositi, vnus deponens alter depositarius appellatur, & tunc ille cui imponitur nomen à quo aliud descendit habet vtilem, alius verò directam vt not. in l. j. ff. depo. Aliquando vnum nomen non descendit ab alio, vt in contractu pignoris, & tunc domino rei competit directa, alteri verò vtilis siue contraria, & ita loquitur. d. l. tutor. §. contrariá. & habetur gl. in l. consensu. ff. de act. & obli. & in l. curatoris. C. de nego. gest. & aliam glo. habetis in rub. de rei ven.

De mandatis. Rubr.

1. Mandatum quid sit & quibus verbis contrahatur.
2. Electus amicabiliter ad mouendum vel consulendum, non tenetur nisi de dolo.
3. Arbitrator non tenetur nisi de dolo secus est in arbitrio, & iudice.
4. Consiliarius electus ad consulendum in causa, tenetur de dolo & lata culpa, & etiam de asserta peritia.

a Continua vt continuatur in glo.[a]

ADDITIO.

a In gl. Præmitte ad euidentiam, † quid sit mandatum, & quibus verbis contrahatur. Dic vt in glo. j. quia inducitur mandatum per verbum rogo, mando, supplico: non autem per verba monitoria, vel consultoria, † vt in eo qui est electus amicabiliter ad monendum vel consulendum, qui non tenetur nisi de dolo. vt l. idemque. ff. eo. † Et ideò arbitrator non tenetur nisi de dolo, quia est amicabilis compositor, vt tenet Bart. in l. si iudex. ff. de var. & extraor. cog. Secus in arbitrio qui fecit litem suam, sicut & iudex. l. si quia in scribendo. C. de pae. in l. si iudex. ff. de va. & extraor. cog. † Similiter & consiliarius electus ad consulendum in causa tenetur de dolo & lata culpa, & etiam de asserta peritia, secundum Spe. in ti. de requisitione consilij. §. j. ver. consiliarij. Ias. May. [Adde quid si sunt facta duo mandata in eodem die. & non apparet quod prius: quid iuris. dic quòd illud præualet quod maiorem baliam præstat. vt in l. Sempronius proculo. ff. de leg. ij. idem tenent Bald. & Io. de Imo. in l. si ita scriptum fuerit, Titius. ff. de hære. insti.]

1. Mandatum obligatorium quinque modis contrahitur.
2. Mandatum pro verba commendatoria non inducitur.
3. Verba laudatoria à proxeneta prolata, non inducunt mandatum.
4. Proxeneta non tenetur nisi de dolo.
5. Proxeneta mercedem suam petit sibi præstari officio iudicis.
6. Proxeneta testificari potest in causa in qua fuit mediator, vtraque parte volente, aliàs non.
7. Mandatum non inducitur cum quis mandat ei qui tenetur facere de necessitate officij sui id quod sibi mandat.
8. Verbis persuasiuis non inducuntur mandatum.
9. Nemo ex consilio obligatur.
10. Vsuræ an sapiant lucrum vel ne.
11. Consilium an faciat quem teneri.
12. Mandans in delictis tenetur.
13. Mandatarius an secuto maleficio puniatur.
14. Maleficium si factum est in uno loco, & mandatum in alio quis locus attendi debeat.
15. Mandans an teneatur ex mandato an ex maleficio propter mandatum.
16. Consulens aliquem occidi homicida est, & consulens iniuriam actione iniuriarum tenetur.

1 MANDATVM. † Mandatum obligatorium quinque modis contrahitur. h. d. No. quinque modis contrahitur mandatum a obligatorium: qui omnes modi declarantur apertè per exempla textualia.

ADDITIO.

a Mandatum † Item adde quòd non inducitur mandatum per verba commendatoria: & ideò non obligor licet scribam amico meo rogando eum quòd Titius sit sibi commendatus in quibus eum requisierit. per text. in l. si non. §. cum quidam. ff. eo. † Item nec per verba laudatoria prolata à proxeneta inducitur mandatum, & † ideò non tenetur nisi de dolo. l. j. ff. de proxene. † Et petit mercedem suam sibi præstari officio iudicis. vt ibi in rub. † An autem proxeneta possit testificari in causa in qua fuit proxeneta? Dic quod sic, vtraque parte volente, sed non compellitur: sed vna tantum volente non potest: vt in auth. de testi. §. quia verò. col. vij. † Item non inducitur mandatum cum quis mandat ei qui tenetur facere de necessitate officij sui id quod sibi mandat. vt si scholaris recipiens pecuniam à nummulario, ei dicat quòd scribat rationem inter seipsos. l. fin. C. de eden. & ibi Bart. † Item nec per verba persuasiua, de quibus vide duas bonas glo. in l. j. ff. eod. & in l. ob hæc verba. ff. de insa. Ias. May. [Adde an hoc sit verum quod de proxeneta hic dictũ est, Glo. in c. Romana. ad fin. in ver. in testem. de testi. lib. vj. Cyn. & Saly. in l. in omnibus. C. de testi. Bart. in l. j. §. incidit. in fi. ff. ad turpillia. & in l. deferre. in princ. versi. fin. ff. de iure fisc. Bald. in auth. sed nouo iure col. iij. C. si cert. pet. Ange. de Vbal. in l. debet. ff. de ædili. edict. & in §. quoniam verò. in authen. de test. Ant. de Butri. & ibi Abb. Panor. in ca. ex literis. de trans. eundem But. in c. non sine. col. pen. & fin. de arbit. & eundem Pano. in c. dilectorum. col. j. versi. regula est. extra de testi. cog. & ibi Fely. in primis verbis. Petr. de Ancha. in consi. cccxxj. incip. viso & diligenter. col. ij. ver. vtroque ex proxenetis. Ange. Aret. in §. pater. col. fin. versi. quid de proxeneta. suprà de test. & ibi Mar. Ant. Bauer. ea. col. & eo. versi. Ioan. Petr. de Ferrarijs in sua praxi. in for. oppo. contra test. in glo. protestante. nu. 29 versi. nono. dixi in parma. Alex. de Imol. in consi. cxxvij. incip. viso processu causæ. col. vij. ver. non obstat. etiam in vij. vo. And. Barb. in consi. xl. incip. & Ioue principium col. x. versicu. viij. licet iste. in ij. volu. Petr. Philip. Corne. in consi. xxxiij. incipien. visa copia processus. col. iij. versi. nec obstat. in ij. volu. Ias. in l. distantibus. col. ij. versi. hinc est quòd ille. C. de testa. Lanfran. de Oria in c. quoniã contra. in versi. testium depositiones. nu. 119. extra de probat. Maria. Sozi. iunior. in consi. lxxxix. incip. magna profectò. num. 18. in j. volu. & in consi. xxxj. incip. themate prædicto. considerato. nu. 11 & 16. in ij. volu. Franc. Curti. iunio. in consi. cxxij. incip. viso ac diligenter considerato processu. nu. 8 Franc. Curti. senio. in tract. de testi. in xlij. conclusio. Albert. Moder. in tract. eiusdem materiæ in iiij. col. x. versic. videndum est ergo quid de proxeneta & Ioan. Crot. in tract. eiusdem nominis. in iiij. part. nu. 126. & insignem Do. Bapt. à Villaloboa. in suo tract. opi. communi. in ver. proxeneta. nu. 382. Ioan. Bapt. Ziletus Venetus.]

Not. secundò, quòd quando mandatum fit gratia mandatarij, tantum amittit nomen mandati, & transit in vim consilij. 9 Not. tertiò, † neminem ex consilio obligari: quia liberum est cuique apud se explorare an sibi consilium illud expediat. cõcor. l. ij. §. fin. ff. eod. Not. quod quando aliquis mandat vt potius pecuniam fœneretur quàm in emptionibus prædiorum collocet, nulla demonstrata persona cui fœnerari debeat, non obligatur si res malè gesta reperiatur. dicam cum glo. Glo. j. in fin. Hæc opinio communiter reprobatur, quia esset redarguare Iustinianum de insufficienti diuisione mandati. Vnde Doct. respondent, quòd ideo non fuit positus in text. casus mixtus, quia tanquam compositus fuit comprehensus sub simplicibus. arg. in l. ij. ff. de verbo. obli. Sed dubito in hoc. attenta enim hac ratione frustratoriè posuisset Imperator casum in quo mãdatum fit gratia mandantis & mandatarij, vel gratia tertij mandatarij, vel gratia mandantis & tertij, cum omnes hi casus sint compositi. Sed respondete, quòd Imperator posuit casus compositos duarum personarum, quarum gratia potuit expediri: & sub his comprehendit casus compositos ex tribus personis, quarum gratia debuit mandatum expediri. Glo. super ver. vsuris. in fin. 10 Vos aliter soluite secundum Doctor. † Aut vsuræ debentur ex stipulatu, quia in stipulatum expressè deductæ sunt, & tunc lucrum sapiunt: & loquitur hic. Aliquando vsuræ debentur propter moram siue negligentiam non soluentis, & tunc non sapiunt lucrum, quia tanquam interesse præstantur. ita loquitur. d. l. cum quidam. §. si pupillo. Glos. super ver. ex consulto. in fin. 11 † Si quæratur, an quis teneatur ex consilio. a Aut loquimur in contractibus, aut in delictis. Priore casu regula, est, quòd nemo ex consilio tenetur. hæc regula sumitur hic, & in l. ij. §. fi. ff. eod. Fallit primò, quando huiusmodi consilium esset fraudolẽtum. l. quòd si cum scires. ff. de dolo malo. l. iij. de proxenet. & in regula, Iure consilij. Fallit secundò, quando ille cui consilium datum est, non erat aliter facturus nisi ita consilium extitisset. l. si verò non remunerandi. §. planè. ff. mand. Posteriore verò casu, b quando loquimur in delictis, b ita distinguitur: Aut quis præstitit opem & consilium pro delicto perpetrando, & clarum est illum teneri & obligari. l. ij qui opem. ff. de fur. Aut solum dedit consilium, & tunc etiam obligatur, quia qui consulit aliquid illicitè perpetrari, non est sine dolo. l. j. §. persuadere. de ser. cor. Aut solum tribuit opem, sed non consilium, & tunc si quidem tribuit ignoranter, non tenetur: secus si scienter: quia

primò

primo casu est in bona fide, posteriore verò est in dolo, lege si pignore. §. qui ferramenta. ff de fur.

ADDITIONES.

An quis teneatur ex consilio. Adde Gl. in l. sæpe. ff de verbo. sig. glo. in ver. consilium in c. sicut dignum. de homi. Docto. in c. j. de offi. dele. Doc. in c. nuper de senten. excommuni. Paul. de Elea. & Cardi. in cle. j. de pen. Dy. in regula nullus ex cons de reg. iur. lib. vj.

Loquimur in delictis. † Tu adde, quòd in delictis mãdans tenetur, siue ille cui est mandatum esset aliàs facturus, siue non. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. Et intelligite quòd tenetur illi in cuius perniciem mandauit, non autem ipsi mandatario, quia parere non debuit, vt infrà. § proximo nisi esset persona subiecta quæ in leuibus parere non tenetur l. liber homo. ff. ad l. Aqui. † Quæritur an mandatarius si nõ sequatur maleficium, puniatur? Dic quòd in grauioribus delictis, vt magna furta, vulnera & similia, vt not. in d. l. liber homo. punitur extraordinariè. l. j. ff. de extraor cri. sed in re modica, vt. l. adeò. ff. de reg. iur. non punitur. l. item apud Labeonem. §. si iniuriam. ff. de iniur. † Quid si maleficium sit factum in vno loco. & mãdatum in alio, quis locus debeat atendi, vide Bar. in d. §. si mandato. & in l. si amicus. ff de adul. † Quæritur an mãdans teneatur ex mandato, an ex maleficio propter mandatum? Dic ex maleficio: nam tunc obligatur cum maleficium committitur. l. qui furo. §. j. ff. de furtis & infrà de obl quæ ex malefi. nascuntur. §. ope & ideò locus & tempus maleficij, non mandati debet apponi in inquisitione vel accusatione secundum Bar. in d. l. non solum. ff. de iniur. quia † qui consuluit aliquem occidi, homicida est. & qui consuluit de iniuria, tenetur actiõe iniuriarum, secundũ gl. in c. j. de homi. Ias. May. † An in delictis mandans teneatur, de quo hic, Adde Bar. in l. sed si vnam. ff. de iniur. & tex. in c. mulieres. in si. de sen. excom.]

Gl. superter. itaque in fi. Hæc opi. Io. veluti communior approbatur, de quo in lege si remunerandi. §. plane. ff. eodem.

1. *Mandatum rei illicitæ non est obligatorium, etiam si sit iuratum.*
2. *Mandati fines diligenter sunt custodiendi.*
3. *Fideiubens in plus quàm sibi mandatum fuerat, habet obligationem quatenus ei mandatum erat. & nu. 9.*
4. *Mandatum re integra reuocatione finitur.*
5. *Mandatum quandiu dicatur esse integrum. & nu. 18.*
6. *Satisdatio in iudicio præstita à procuratore uel à domino pro eo, an faciat desinere rem esse integram ante litem contestatam.*
7. *Mandatum mortè mandatis uel mandatarij finitur.*
8. *Mandatum rei turpis iuramento non ualidatur.*
10. *Intellectus. l. fin. C. de nego. gest.*
11. *Intellectus. l. si pro re. ff. mandati.*
12. *Excedens mandatum rem uendendo minori pretio, non transfert dominium & potest dominus uendicare.*
13. *Pœnitentia mandantis an impediat actum futurum, & si non peruenit ad notitiam mandatarij. & nu. 16.*
14. *Intellectus ad l. ij. de dolo.*
15. *Intellectus ad l. si mandassem. ff. mandati.*
17. *Mandatum in pernitiem alterius tendens, qualiter reuocetur.*
19. *Mandatum an & quando reuocetur morte mandantis uel mandatarij. & nu. 21.*
20. *Intellectus ad l. si quis mancipijs. ff de insti. actio.*

§. ILLVD QVOQVE. Mandatum rei turpis est nullum ideóque obligationem non producit hoc dicit. primò. Et fines mandati sunt diligenter custodiendi. hoc dicit. secundò. Et mandatum morte mandantis vel mandatarij, ac etiam reuocatione facta re integra finitur hoc dicit, tertiò & vltimo. Not. primò, † mandatum rei illicitæ non esse obligatorium, concor. l. si verò non remunerandi. §. rei turpis. Et suadetur ratione. Nam cum mandatum sit contractus iurisgentium, iniquũ esset ex eo iure gentium vel etiam ciuili, actionem contra æquitatem produci. capitu. erit autem. dist. iiij. Et idem esset secundum glos. si iuratum fuisset, quia tale iuramentum veluti nutritium peccati nec est seruandum, nec contractum firmat capitulo non est obligatorium. de reg. iur. libr. vj Not. ex. §. is qui. † quòd fines mandati a diligenter sunt custodiendi: b concor ff. eo. Et ideo si delegatus excedat aut in procedendo aut in iudicando formam rescripti, annullatur actus. l. quid tamen. ff. de arbi. ca. cum dilecta. & ibi no. extra de rescrip.

ADDITIONES.

Fines mandati. Adde l. non distinguemus. in §. vlt. ff. de arbit. in l. qui Romæ. in §. Gallimachus ff. de verb. ob. c. in tua. de preben. libr. vj. Card. Zab in c. mandatum. in ij. questio. de rescrip. Adde Tiraquel. in l. si vnquam. in versi. libertis. nu. 59. C. de reuo. nati. Ziller.

Custodiendi. Item adde, quòd licet mandatarius non explicet mandatum in propria forma, tamen sufficit quòd explicet in effectu, vt agat vtili actione mandati. Et ideò si mihi mandasti quòd mutuarem, sufficit quòd alter mutuet pro me. tex. est in l. iam tamen. §. in hac. ff. iudi. sol. Et facit quod notat singulariter Ioan. extra de purga. cano. c. cum iuentute. Ias. May.

Not. quòd † ille cui mandatur vt emat fundum pro decem. vel fideiubeat in decem: si emat pro xij. vel fideiubeat in xij. habet actionẽ mandati vsque ad x. quod videtur contra ea quæ dixi in §. fideiussores. suprà de fideius. vbi concluditur quòd ille qui fideiussit in plus quàm debeat reus principalis in nihilo tenetur. Sed responde, quòd hic non fideiussit in plus quàm deberet reus principalis sed fideiussit in plus quàm mandatum esset, & ita intelligitur lege interrogatus ff. eodem. Item not. † mandatum re integra a reuocatione finiri. concor. l. & quia ff de iurisd. om. iu. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. & faciunt quæ habentur in c. gratum. in c. relatum. de offi. dele.

ADDITIO.

Re integra. † Quando autem res desinat esse integra, vide hic in glo. & adde quòd in procuratore ad iudicia dicitur res integra ante litẽ contest. l. procuratoribus. C. de procura. † Sed an satisdatio in iudicio præstita à procuratore, vel à domino pro eo, faciat desinere rem esse integram ante litem contestatam? Dic quòd sic quo ad tacitam reuocationem quæ fit morte domini: nam tunc non finitur tanquam res sit integra l. si defunctus. ff. de procur. sed quo ad expressam reuocationem domini res est integra, vt no. in glo. in l. si ante. ff. de procu. & ibi Bar. dummodo lis non sit contestata, non reuocatur nisi ex causa l. post litem. ff. de procur. licet iudex delegatus possit ad libitum reuocari. lege iudicium soluitur. ff. de iu. Ias. May.

No. † mandatum morte mandantis a vel mandatarij finiri, sed tamen propter iustam ignorantiam competere interdum actionem mandati. concor. lege si præcedente. ff. eo. titu. Glos. prima no. mandatum † rei turpis iuramento non validari. pro quo facit c. non est obligatorium de reg. iur. li. vj. Sed contra hanc opinionem videtur facere c. debitores. extra de iureiur. vbi iuramento quis obligatur soluere vsuras, licet contractus fœneratitius turpis appelletur. Sed respondetur, quòd ibi non erat turpe quo ad Deum cui promissio dirigitur per iuramentum, sed tamen erat turpe quo ad partes. & ibi soluitur. In fine. glos. in versicu. is qui. & pro ea est casus in l. si quis pro eo. ff. e. In fin. gl. in verbo, mandati colligitis, b † quòd ille cui iniunctum est mandatum vt emat rem pro decem, & emit pro xij. licet vtiliter emerit non habet negociorum gestorum actionem etiam vtilem contra mandatorem. Pro qua opinione facit, quia quando quis emi mãdauit pro x. non videtur emi mãdasse pro pluri: & si quidem pro pluri emat, non videtur negocium recte gestum. arg. in lege si. ff. de vsu & ha. ergo non competit actio nego. gest. Sed disputatiuè sustineri posset opinio, contraria per lege soluendo. & per lege quæ vtiliter ff. de neg. gest. pes lege & si quis. §. idem Labeo de relig. & sump. fune. per l. si quis mancipia. §. si impubes. ff. de institoria. Item quia ex quo vtiliter gestum est negocium, bonum & æquũ est mandatorem mandatario obligari, ne cum aliena iactura locupleretur. facit. lege si me & Titium. ff. si certum petatur. lege nam natura. ff de condi. inde. † Non ob. lege si. C. de neg. gest. quia illa gestio tenebat in speciem delicti, intrare possessionem alterius, & terras colere inuito domino etiam ad vtilitatem domini est delictum. lege iij ff. de acquirenda rerum. do. Ne igitur gestor ex delicto actionem consequatur, actio negotiorum. gesto. ei denegatur. lege itaque fullo ff. de furt. † Non ob. l. si pro re. ff. mand. quia respondebat egregie do. Christo. quòd ideo ibi non competit actio. nego. gesto. quia negocium non fuit vtiliter gestum: tenebatur enim debitor naturaliter tantum. Si ergo quis pro alio fideiubeat, non gerit negocium vtiliter, quia debitor non poterat conueniri, fideiussor autem conuenietur. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fidedeiusso. Sed dicit aliquis, nonne hoc est diuinare, quòd debitor naturaliter tantum ibi tenetur? Respondeo, nequaquam: quia si fuisset obligatus efficaciter, non est verisimile quòd prohibuisset, cum fideiussio nihil damni sibi latura esset, imò honorem & commodatum. faciunt not. in lege si pecuniam. de neg. gest. & arg in l. cum de indebito. de proba.

ADDITIONES.

a Mandatum morte mandantis. Adde Iono.in c.quoniam a' bas. de de off de le. Ant. de Bu.in c.relatum.eo ii. Bar. in l.filius in §.sed & si quis ff.de dona. Cyno & Bal in l.mandatum.C.de manda. Ang.in l.eius qui.in ij.col.ff.de rebus credi. vbi ponit v. fallentias.

b Colligitur. Adde quod † fines mandati sunt adeò custodiendi, quòd 12 excedens in vendendo rem minori pretio non transfert dominiū.& ideò potest dominus vendicare.l.diligenter ff.mandati. tamen licet iste non transferat dominium bene dat causam vsucapiendi.l.si fundum.§.fi. ff. pro emp.Ias.May.

In fin.glo in ver.euanescit. Sed hîc pulchre dubitari so-13 let. Dicitur hic in litera, quòd † solum voluntate mandandantis mutatur mandatum: sed an hæc pœnitentia mandantis impediat actum futurum, & si nō perueniat ad notitiam mandatarij? Et videtur hoc non esse opus, quòd indistinctè sola pœnitentia mandantis reuocetur mandatum, siue mandatarius fuerit ex eo factus certior siue non. Primò suadetur ex hoc.§.qui loquitur indistinctè, ergo indistinctè intelligendus.l.de pretio.ff de pu. Secundo allegatur.l.si pater. de manu.vin.l sed si penituit ff de repu & l.ij.§.sed & si quis.de do.tit.generali.l.eius qui in prouincia.ver.quas verò pecunias. ff.si cert.pet. In contrarium allegatur l.si mādassent.ff.man. & quæ habentur in l.ij.§.fi.ff solu.mat. Vos pro concordia ita distinguite: Aut mandatarius suscipit actum gerendi veluti nudus minister, & tunc sola pœnitentia actus impeditur: ita loquitur d.lege si pater. & lege sed si penituit. de repu. Ratio. nam quando mandatarius agit actum vt nudus minister non fundatur actus in persona sua, sed in persona mandantis, qui agere dicitur per ipsum ministrū veluti per organum.lege qui aut.§ fin.de consti.pe.no.gl.in l prima ff. a de proc.ᵃ Vnde si voluntas domini deficiat ex qua actus debebat sustentari, corruit actus.l.multum.C. si quis alteri vel b sibi. Aut mandatarius eligitur, vt procuratorᵇ, vt hic. † Aut 14 actus quem gerit mandatarius talis est quòd ad eius substantiam requiritur, voluntas domini, & tunc actus ge[illegible] impeditur sola præsentia mandantis, licet de eo mandatarius non fuisset factus certior: ita loquitur.l.ij.de do.& facit ca-15 pit.fi.de procur.lib.vi. † Aut mandatur talis actus ad cuius substantiam non est necessaria voluntas mandantis, & tunc actus geri non impeditur, & gestus valet & tenet: ita loquic tur.l si mandassem ff.mandati, de quo Bald.ᶜ in l.si quis mihi bona.§.fin.de acquiren.hære.& per Archi.in c.si suprà ald leg.& in d.l.eius.ᵈ

ADDITIONES.

a ff.de procur. Adde suprà inquantum allegauit gl.in l.j.ff.eo.de proc. melior est gl.in l.i ff.de contrahen.emp.quam vide Ias.May.

b Vt procurator. † An si quis constituerat procuratorem ad aliquid fa-16 ciendum & postea reuocet, tamen de reuocatione procurator nihil sciat, an dicatur in hi omnibus reuocatos, ita quòd non valeant gesta per eum, vide de hoc Bal.no.loquentem in l.mandati.la.ij.C.manda.& est text. in l. si mandassem.ff eo.Ias.May.

c De quo Bal. Adde inquantum suprà dicitur, de quo per Bal.in l.si quis Et per Bal.in d.l.mandati. a.ii.C man. vbi vide etiam Bar. quem ibi all. Bal in l. qui hominem §.si [illegible]tium.ff.de sol.Ias.May.

d In d.l.eius. † Adde quòd mandatum quod tendebat ad pernicium al-17 terius, puta ob maleficium committendum, sola voluntate reuocatur & prohibetur, quia si gratia mandantis, verisimile est, quòd eo prohibente cessabit mandatarius. Sed in persuasione quæ fit gratia cui, debeo persuadere ibi taliter quòd sim certus te mutasse propositum, vel debeo denūtiare illi in cuius perniciem est facta secundum Inno.in c.ad audientiam. extra de homicidio.& Bar.in §.si mandatum.Ias.May.

18 In fi.glo.in verbo.integra. † Si quæratur quando dicaa tur res esse integra,ᵃ vt mandatū sola pœnitentia mandantis reuocari possit: aut loquitur de mandato inito ad iudicia, hoc est, ad lites & causas exercendas, & tunc lite contestata cum mādato, hoc est, procuratore desinit res esse integra. b lege nulla.C.de procur.l.post litem.ᵇ ff.eodem not. glos.in l.mandatum.C.man. Aut mandatum iniungitur ad iurisdic ctionem exercendam,ᶜ & tunc sola citatione desinit esse integra, cap.gratum.cap relatum, de off & pote.iudi.dele l.j.& quia.ff.de iurisdi.om iu. Ecce princeps delegauit alicui causam &c. Aut mandatum iniungitur ad aliquam rem gerendam, & tunc si quidem mandatarius fecerit præparamenta intrinseca, puta, mandaui quòd fabricaret domum, parauit calcem & lapides, tunc desinit res esse integra. l.j.§. cepisse. de polli. Aut fecit præparamenta extrinseca, puta, mandaui vt iret Romam, emit equum & maritellum, ista sunt præparamenta extrinseca, & non desinit res esse integra.l. si pecuniam.de condit. ob cau.

ADDITIONES.

a Integra. Cum ergo quæritur quando res desinat esse integra in procuratore ad negocia: dic clarius, quòd tunc desinit esse integra, quando facta sunt præparamenta necessaria pro executiōe mandati: puta si est mandatum vt fiat domus, & sint iam empti lapides. Secus si parauerint extrinseca, vt infrà declarabitur. vt not. Bar.in d.l.si pecuniam. vt hic in glos. Ias. May.

b L.Post litem. Adde inquantum.suprà alleg.l post litem. Vide quòd hic dicitur vt per litem cōtestatam desinat res esse integra, procedit in actore: in reo verò desinit res esse integra quando satisdedit, & non ante. ita Bal.in.l.mandatum.la.ij.Ia.May.

c Exercendam. In mandato iurisdictionis dicitur res integra ante citationem, quia ab ea incipit iudicium. extra.de off.iudicis dele.c.gratum. & insti.de pe.te.li.§.fi. Iudex ergo qui fecit citationem verbalem preoccupauit iurisdictionem.d.c.gratum. Idem si prius fecit citationem realem quia cepit malefactorem. vt no. Inno.in cap.j.extra de obli. ad ratiocina. Ias.May.

19 Sed oppo. & † videtur, quòd morteᵇ mandantisᶜ non a videatur reuocari mandatum.l.si remunerandi.§.si ff.man. b Solu ibi loquitur in mandato quòd veniebat exequendum c post mortem, vnde morte non finitur. Sed † iterum oppo de 20 l.si quis mancipijs.de insti.actio. Solu. Ibi loquitur in mandato quòd de necessitate tenebatur mandans exequi, & ideo morte non finitur. Ex quo dicunt Docto quòd si ego iudex in executione sententiæ per me latæ mandauerim publico nuncio quòd mitteret te in possessionem talis fundi quòd licet ego remouear ab officio antequam missus fueris in possessionem, quòd tamen publicus nuncius te immittere poterit, & debite. Dixit tamē Bal. vtile esse quòd successor, cōfirmet hanc missionem: de quo in l & quia.de iuri.om.iudi. d Sed finaliter oppon.& videtur quòd morte mandantisᵈ non finiatur mandatum.ca quoniam abbas extra de offic.& po. iudi.dele. So. Aut mandatum iniungitur alicui sub nomine proprio, & tunc morte ipsius expirat mādatum. Aut sub nomine dignitatis & tunc morte mandatarij non finitur, ita loquitur.ca.quoniam abbas. quia dignitas sub qua fuit iniunctum mandatum, nunquam moritur. capit.si gratiose. extra de rescript. in vi. Idem si princeps committeret causam ipsi potestati, mortuo ipso vel reuocato ab officio posset successor cognoscere de causa, quia commissio est facta sub nomine dignitatis, si verò esset facta sub nomine proprio expiraret eo mortuo vel remoto: si verò esset facta sub nomine proprio & dignitatis, inspicitur quod eorū præcedat. Nam si præcesserit nomen dignitatis, transit ad successorem. Secus si præcedat nomen proprium: quia quod prius in voce intelligitur fuisse, & prius in mente.l.si seruus communis stipuletur.de sti.ser.de quo in l.princeps de le.& d.c.quoniam abbas.in l.quod prin.de leg.j.

ADDITIONES.

a Et videtur quod morte. † Adde tu, quòd licet mandatum finiatur mor-21 te mandantis, vt hic, & l.mandatum.C.eo. tamen de æquitate dicitur durare actio mandati si ignorans illud executioni mandauit, ne maneat in damno, vt hic. Fallit tamen in pluribus casibus in quibus mandatū etiam morte non finitur mandatoris. Primus, est si sit mandatum in rem suam, quia non finitur morte mandatarij, sed trāsit ad eius hæredem.l.illā.C. de dona licet finiatur morte mandantis quo ad actiones directas quæ intentantur ratione cedentis.l.j.C.de act.& ob. Secūdus est in mandato quod venit implendum ex necessitate, puta in executione quæ demonstratur.l. fundi.suprà allega. Tertius est, si id quod venit in mandato venit fiendum post mortem mandantis puta quòd fiat sepulcrum.d.l.remunerādi.§. fi. ff.eo.& d.§.fi. Dicunt tamen Doct. esse casum quòd vbi testator mandat fieri sepulchrum de pecunia sua, quod illud debet fieri eo adhuc existente viuo: quia post mortem non dicitur pecunia sua, mors enim omnia soluit. vt authen.de nup.§.deinceps. [Adde gl.in verbo, nunquam.in c.licet te.xxxij questio.vij] & deciditur quòd mandatum post mortem defuncti explicandum hæres potest reuocare re integra: vnde hæres potest reuocare vt sepulchrum fiat re existente integra sed tamen episcopus poterit cogere hæredē vt sepulcrū faciat. Quid autem de mandato quod debet fieri in vita, sed eius effectus confertur post mortem puta de do cau. mor. vide in l.cum pater.§.nemo, de lega.ij. Quartus est casus, si mandatum sit vniuersale alicuius negotiationis, vt institoris instituti ab aliquo patre, nō finitur morte nisi hæres reuocet, l.si quis mancipijs. de institoria. & nisi hic administrator mutasset statum, vt quia de seruo esset effectus liber ideo debitores tunc soluendo non liberantur, vt hic, & l.eius qui.§.mandatum

num. ff. si certum peta. Et idem in mandato facto sub nomine dignitatis, quod nunquam perit. c. si gratiosè. extra de rescri. in vi. no. in c. quoniam abbas. extra de offic. & po. iudi. dele g. secus si simpliciter esset facta commissio, quia tunc finiretur, vt tenet gl. in l. & quia. ff. de iuris. om. iudi. & Saly. in d. l. mandatum. Ias. May.

b Quod morte. Adde in quibus casibus. mandatum extinguatur morte mandantis & in quibus non Ias. in l. more. col. ij. & iiij. ff. de iure. omnium iudi. & Phili. Deci. in ca. relatum. in j. & ij. co. de offi. de lega. Zilet.

c Mandantis. Quid in concessione facta ad beneplacitum. an expiret per mortem. Bellocons. viij. nu. 17.

d Morte. mandantis. Adde Anto. de But. in c. relatum. de offi. de lega. Doct. in c. licet eod. ti. Bar. in l. filius. in §. sed & si quis. ff. de dona. Cyn. & Bal. in l. mandatum. C. man. Ang. in l. eius qui. in ij. col. ff. de reb. credi. vbi ponit quinque fallentias.

1 *Voluntatis ab initio quæ sunt, ex post facto sunt necessitatis.*
2 *Mandatum transit in contractum locationis, ubi pro officio merces constituitur.*
3 *Mandatarius an teneatur de dolo, lata culpa, leui uel leuissima, & numero 7.*
4 *Assessores per imperitiam malè iudicantes debent in syndicatu condemnari.*
5 *Potestates literarum imperiti malè iudicantes, tenentur parti læsæ ad interesse.*
6 *Potestates ciuitatum malè iudicantes de consilio totius curiæ non excusantur.*
8 *Leuissima culpa uenit in actione mandati contraria.*
9 *Ambasiatori derobato in itinere debent damna resarciri. si ambasiaria non fuit procurata, uel non portauerint res non necessarias.*
10 *Salarium qualiter peti debeat ab aduocato uel procuratore*

§. MANDATVM. Cuicunque liberum est ab initio vel mãdatum suscipere, vel illi renontiare. Si verò illud susceperit, adimplere tenetur, nisi re integra renũtietur, vel iusta causa subsit cur non renuntiauerit, aut intempestiuè renuntiauerit. hoc dicit. No. primò summarium. † Ex quo colligitis, quòd ea quæ sunt ab initio voluntatis, ex postfacto sunt necessitatis, concor. l. sicut. C. de actio. & obliga. lege in commodato. §. sicut. ff. commo. Item nota quòd suscepto mandato potest tamen madatarius renuntiare domino, dummodo fiat re integra: si autem non renuntiauerit, mandatum exequi tenetur. Hoc verum, nisi subsit iusta causa cur renuntiauerit, aut impestiuè renuntiauerit. Nota in versi. 2o mandatum. mandatum & in diem & sub conditione deferri posse. Item nota quòd † vbi pro officio merces, constituitur, desinit essa mandatum, & transit in contractum locationis, quod verum limitabitis, si sit talis res vel factum quod locari possit, & mandatarius sit talis persona quæ locare operas consueuerat. lege si gratuitam. lege naturales §. at cum do. ff. de præ. versiculo & sentit glos. vestra in verbo interueniente. † In fine glossa. in verbo iusta. Hæc opinio glossa. & Iod. communiter tenetur, quæ etiam fuit opinio Bul. Suadetur hæc opinio ratione: quia mandatarius cum suscipit mandatum, videtur asserere se peritum & doctum ad rem exequendam, nimirum si de leuissima culpa a teneatur. argumentum in lege idem qoia. in fine. ff. ad l. aquiliam. † Et ideo assessores qui malè iudicant per imperitiam, possunt & debent in syndicatu condemnari. Præterea cum suscipiunt officium videntur se asserere peritos ad iurisdictionem exercendam. † Dixit tamen glos. in lege ij. ff. quod quisque iuris, quod potestates ciuitatum imperiti literarum, si per imperitiam malè iudicauerint, ipsi faciunt litem suam, & obligantur parti læsæ ad interesse: sed ratione doli non obligantur. † Ex quo ibi dixit Bald. quòd potestates ciuitatum non excusantur si malè iudicauerint de consilio totius curiæ: de quo dicatis vt in d. l. ij.

ADDITIO.

Leuissima culpa. † An mandatarius teneatur de dolo. lata culpa, leui vel leuissima? Dic. Aut loquitur in actione directa mandati quæ competit mandanti, & tunc si id quod mandatur, est tale quid quod requirit exactissimam diligentiam, vt procurare in iudicio, tenetur mandatarius de leuissima culpa: quia videtur asserere se esse peritum in illa exactissima diligentia quæ requiritur in iudicio: non autem tenetur de casu nisi præcedat culpa vel mora. l. à procuratore. C. eodem. Quandoque mandatur aliquid quod requirit exactam diligentiam, vt soluere pecuniam. l. si fideiussor. in principio. ff. eodem vel facere domum: vel aliquod opus quòd non requirit tantam diligentiam, & tunc tenetur de leui culpa. lege in re mandata. C. eod. Quandoque mandatur aliquid quod requirit modicam diligentiam, vt portare vnam literam vel aliam rem, & tunc tenetur solum de dolo & lata culpa: nisi receperit custodiam vel pretium, quia tunc tenetur etiam de periculo rei, quod nota contra nautas & vectores qui recipiunt mandatum de portando res, vt teneantur etiam de periculo si custodiam receperint vel mercedem. lege cum qui. §. epistolam. ff. de furtis. † Ex prædictis patet, quòd in actione mandati contraria, quæ competit mandatario, venit etiam leuissima culpa, sicut in contraria depositi. l. si seruus communis. §. quod verò. ff. de furt. Patet etiam quòd talis procurator per hanc actionem mandati contrariam recuperat omne damnum quod passus fuisset, si mandatum non recepisset. † Et quòd ambasiatori derobato in itinere debent damna resarciri, nisi affectauerit ambasiatam, vel nisi portauerit res non necessarias: de quo per Barto. in d. §. quòd verò & l. inter causas. §. omnia. ff. eo. vbi plenè per Doct. Ias. May. [Quado mandatarius teneatur de dolo, lata culpa, leui, vel leuissima, & quæ dicatur leuissima. vide Bart. in l. eum qui. §. qui culpa. ff. de fur. Paul. de Cast. in l. in rebus. ff. commodati. & Phi. Dec. in l. contractus. nu. 27. ff. de reg. iu. Zillettus.]

Gl. in ver. quam primum. Hoc ita est renuntiare, vt mandator possit de æque bono sibi prouidere, aliàs tenetur, nisi subsit iusta causa concordat. l. si tibi mandauero cum l. seq. ff. eodem. In gl. in verbo mercede. colligitis † qualiter a salarium peti possit ab aduocatio, ac etiam à procoratore. Dicite vt per glossa. ordina. in l. salarium. ff. eodem Sed aduerte. quòd salarium constitutum aduocato vel procuratori sub quota litis, nõ potest ab ipso peti, imò ab officio aduocationis repellitur. l. si remunerandi ff. mandati. l. litem. C. de procuratori l. antepen. C. de posthu. Idem esset si non promitteretur sub quota litis, sed tamẽ promitteretur sub quota portionis sibi debitæ: puta, tu conuenis cum aduocato vt debeat diligenter patrocinari in tua causa, & quòd dabis sibi quartam litis si victoriã obtinuerit: hoc est pactum factum sub quota, appositum de quota lite. Eodem modo si dicerem, Si obtinueris victoriam promitto tibi dare. x. aureos de his in quibus aduersarius condemnabitur, ita voluit glo. in l. sumptus. ff. de pact. Vnde dixit Ang. quòd aduocati debent esse cauti vt non recipiant promissionem, nec sub nomine quotæ litis, nec sub alia quantitate quæ sit ex quota peruentura: sed debet dare operam vt promittatur de suo proprio litigatoris, si victoriam obtinueris promitto tibi. xxv. aureos, hæc est conuentio honesta, victoria obtenta poterunt peti ista promissa. Glos. in verbo interueniente bene loquitur.

ADDITIO.

a Qualiter salarium. Adde diffusè. per Spe. in ti. de salarijs.

De oblig. quæ quasi con. nas. Rub.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de obligationibus quæ ex contractu nascuntur: verum quia sunt & aliæ quæ nasci dicuntur ex quasi contractu. ideo de his tractatu ius intitulauit de obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur,

1 *Titulus ad titulum continuari debet.*
2 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione ualet.*
3 *Statutum loquens de contractu, non habet locum in quasi contractu.*
4 *Cumulatio actionum est euitanda, ac etiam contractuum.*
5 *Qui ex charitate non inuitantur ad beneficia, spe præmij ad illa prouocari debent.*
6 *Aequalitas in contractibus est seruanda.*
7 *Actio duplex ex negotiorum gestione oritur.*
8 *Libellus qualiter formetur in actione negociorum gestorum.*
9 *Statutum puniens falsos testes locum habet etiam in uno.*
10 *Negociorum gestor certis in casibus non repetit quod impendit. & nu. 11. 12. 13. & 14.*
11 *Pupillus non debet alimentari à matre penes uitricum.*
12 *Vxor diues tenetur alere maritum pauperem.*
Dominus an teneatur alere famulam infirmum.
13 *Expensas funeris uxoris tenetur ille facere ad quem dos peruenit.*
14 *Alens partum alterius expositum expensas repetere potest.*
15 *Negotiorum gestor tenetur de dolo, lata, leui, & leuissima culpa.*
16 *Negotiorum gestor de casu fortuito tenetur.*
17 *Verba legis quando aliter saluari non possunt, per subauditum intellectũ debent intelligi.*

18 *Lex licet generaliter loquatur, si generaliter illa continet absonum intellectum, dispositione aliarum legum moderatur.*

19 *Dicta testium contraria in uerbis, persona, & facie per interpretationem saluantur si fieri potest.*

20 *Verba legis pluraliter prolata in uno solo uerificantur.*

21 *Statutum quòd producens falsa instrumenta uel testes puniantur, an comprehendat unum instrumentum uel unum testem falsum.*

22 *Intellectus ad l. si mandatum. C. de negotijs gestis.*

23 *Non dicitur bene gesisse, qui contra domini uoluntatem negotia gerit.*

24 *Miles qui contra mandatum ducis belli exercuit aciem licet rem bene gesserit, capite est puniendus.*

25 *Repetitio inhibetur quando causa pietatis, quis alienum negotium gerit & uide supra. numero 10. cum sequenti.*

POST GENERA. Diuiditur in tres. Nam in prima continuat titulum ad præcedentes. In secunda incipit tractatum. In tertia ponit rationem. Secunda ibi, (igitur cum quis.) Tertia ibi, (Idque vtilitatis.) Hoc dicit. Negotiorum gestor obligatur actione negotiorum gestorum directa, domino rei cuius negotia sunt gesta, ipsi verò gestori contraria obligatione. h. d. [a]

ADDITIO.

a Hoc dicit istud principium. Cum alicuius negocia geruntur sine mandato, oritur hincinde actio nego. gest. scilicet directa quæ datur domino ad exigendas rationes à gestore, qui tenetur de dolo & leuissima culpa, vbi alius diligentior inueniretur: & contraria, quæ datur neg. gest. hoc dicit. Ias. May.

Nota. primò summarium. Item nota. † titulum ad titulum[a], esse continuandam. concor. lege ij. ff. de statu. hom. Imperatores. ff de in diem. addi. Item nota † valere argumentum à sufficienti partium [b] enumeratione. concor. lege ab emptione. ff. de pact. Item no. differe substantia obligationes quæ causátur ex quasi contractu, ab his quæ ex contracto proueniunt, vel ex maleficio vel quasi. Ex quo dicunt Doct. quòd † statutum loquens de contractu non vendicat sibi locum in quasi contractu, nec etiam in proprio contractu: de quo in lege si donationes. C. de his quæ vi metúsue causa. Item nota. quòd negotiorum gestori competit contraria actio nego. gesto. aduersus dominum cuius negotia sunt: domino verò contra gestorem competit actio directa. Item nota quòd vbi negotia sunt gesta mandato præcedente, non habet locum actio negotiorum gestorum. sed mandati. Ex quo colligitis quòd † cumulatio actionum est euitanda, ac etiam contractuum. concor. l. hæredes. §. de pluribus. ff. fami. herc. lege cum enim. de nuua. lege licet. §. ea obligatio. ff. de procu. Item no. ex versi. idémque. quòd bene est, quòd † hi qui ex charitate non incitantur ad beneficia spe præmij ad illa prouocentur. facit quod no. glos. in l. j. ff. de iusti. & iur. Item nota quòd quemadmodum negotiorum gestor habet obligatum dominum si bene gesserit, ita dominus habet obligatum gestorum si malè administrauerit.[c] Ex quo colligitis quod † in contractibus est equalitas seruanda: quòd verum limitat nisi esset aliqua æquitas quæ priuilegiat personam. l. Iulianus. §. si à pupillo. de actio. emp.

ADDITIONES.

a Titulum ad titulũ. Adde & quid da § ad. §. vide per Phi. Fren. in re. ru. de test. lib. vj. in j. col.

b A sufficiẽti partium. Adde tex. in l. patre furioso. ff. da his qui sunt sui vel ali. iur. & ibi no. Bar. Bal. Ang. & Ias. tex. in l. cum hi. §. prætor. de trãs. in l. ex maleficijs §. hæres. ff. de actio. & obliga. in l. obligationum fere. eo. ti. & suprà de his qui sunt sui vel ali. iur. in prin. & infrà de obliga. quæ ex quasi delict. nascunt. in princip. & ibi Ang. Areti. not. in j. no. text. in §. actionum. vers. namque agit vnusquisque infrà de action. in cap. venerabilem da electio. & ibi Abb. Panor. col. iij vers nota in verbo obiectioni tex. in cap. dilecto. da prebend. ca. bona. in fi. de posthu. in c. si diligenti. de præscriptio. in c. cum dilectus. de iure patro. & ibi Abba. Panor. col. ij. ver. item nota quòd valet argumentum. Gl. in l. filius à patre. §. filius fami. in ver. locum. ff. de lib. & posth. gl. ij. circa medium. in l. j. in prin. ff de actio. & obli. Glo. in l. qui se patris. in ver. facultates. circa medium. C. vnde libe. Sign. de Hom. in col. x c. incip. Ambrosius. col. iij. in consi. ex ia. incip. questio talis. col. pann. post medium. & in consi. cxlviij. incip. in curia. col. ij. Bald. in l. conuenticulam. C. de episco. & cler. & in c. cum venerabilis. de excep. Pet. de Anchara. in consi. ccxc. inci. in successione ab intestato. col. j. versi. item morte ciuili. Alex. de Imo in disputa. incipi. Sigismundus. col. vij. vers. item arguitur à sufficienti, quæ impressa est in eius lectura. l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. Maria. Sozi. senior. in consi. xxv. inci. Dominus Franciscus. col. pen. vers. superast nunc. & consi. seq. incip. ex his quæ in facto circa princi. in j. volu. in consi. xxxj. incip. prosequendo. col. v. vers. quamuis enim. eo. volu Ias. in §. omnium. nu. 20. infrà de actio. & ibi La. Gomes. numero 20. In. de Neurza. in consi. inci. patres comederunt vuam. ep. xxvij. versiculo non obstat quod fecerint fidelitatem. quod extat inter consilia feudalia. Alberti Bruni consilio. xij. Eundem Neurza in suo tract. sylvæ nuptialis libr. j. fol. 52. in paruis. in versiculo à sufficienti. Nicola. Fueral. in centuria sua locorum legalium ca. ij. Ioan. de Amicis in consil. cvj. incip. super. numero 4. & in consilio cavij. incip. super. numero 4. Maria. Soxin. iunio. in consilio x. incipien. si in præsenti consultatione. numero 15. in j. volum. in consi. aiij. incip. iustissimè domine iudex. nu 2. eodem volu. in in consilio aiiij incip. retroactis diebus. numero. 7. eod. volumine in consilio lxvj. incip. memini me anno præterito numero. 10. eodem volumine in consi. xxj. incip. præsens casus. numa 11. in ij volumine. in consi lxiij. incip. viso puncto. & ex eo voa oum. 13. eodem volumine. in consi. cle. incip. viso puncto. cum scripturis. nu. 8. eodem volumi. & in consi. clxxxix. incip. fateor ingenue. nu 8. eodem volumi. & Excellentissimum D. Hippoly. Riminal. in l. j. numero. 391. C. qui admitti. Zilettus.

[c] Administrauerit. † Et sic ex gestione negotiorum oritur duplex actio, & aliquando vna tantum, de quo per gl. in l. ea consanũ. ff. de actio. & oblig. & Bar. in l. in commodato. ff. commõdati. † & in directa sufficit libellus generalis: puta dico quòd gessit negocia mea, quare peto eum condemnari ad reddendam rationem mihi suæ gestionis: vt no. gl. in l. j. ff. de eden. sed in contraria competit etiam si vnum negotium sit gestum, licet lex loquatur in plurali numero: quia tamen verificatur etiam in singulari, vt hîc in gl. & in l. iij. §. negotia gesta. ff. de ne. gest. † Facit vt statutum puniens falsos testes habeat locum etiam in vno falso teste, vt suprà de iure perso. in princi. & habetur in l. ij. §. hominis. ff. vi bo. rap. † Fallit in pluribus casibus quibus cessat hæc actio contraria, & gestor non repetit quòd impendit. scilicet hîc in glos. & in l. si patrono. C. de nego. gest. Primus est, si protestatio præcessit quòd non egerat quia non repeteret etiam si vtiliter gerat, siue sit facta protestatio in scriptis, siue non: & sufficit generalis protestatione deinceps gerat negotia. Sed si volo impedire ne ille se impediat de certa re, tunc debeo rem exprimere specificè: aliàs dubia protestatio non releuat protestantem. l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. De gestione autem ante protestationem bene datur actio negotio. ge. l. si. in gl. alle. Secundus est casus, si quis gessit paterna affectione. vt si vitricus præstitit alimenta priuigno, vel ad eum erudiendum, non præsumitur hoc facere paterna affectione. l. si paterno. C. eo. nisi sit protestatus l. Nesennius. de neg. ge. vel nisi administraret aliàs res priuigni, quia tunc præsumunt expendere potius de bonis priuigni. l. fi. C. de do. promis. Adde tamen † quòd pupillus non debet alimentari à matre penes vitricum, licet vitricus possit dari tutor à testatore, non à iudice: vt tenet gl. in auth. de nup. § eim colum. iiij. eodem titulo. C. vbi pup. edu. debe. & ibi Ange. [Vitricus. Adde Pau. de Castr. in l. vitrico priuigni. C. communia. de successione. & Specu. in titulo. de tutore. in §. iiij. versiculo verumtamen.] Tertius casus est, si quis impenderit maritali affectione: nam si maritus fecit expensas in curando vxorem ægram, non computantur illæ expensæ in restitutione dotis: nam hoc maritus tenetur facere & curare expensis suis: nisi quando non haberet dotem, vel esset expensa magna vltra dotem, & vxor habet partem, vel ipsa haberet alia bona secundum Barto. in lege quod in vxore. C. eodem. Non tenetur etiam maritus quando ex culpa vxoris non habet eam in suo obsequio, vt quia non vult stare cum marito, secundum Iacobum. de Aren. † An autem vxor diues teneatur alere maritum, & similiter habens famulum infirmum? Dic quòd sic, secundum Bartolum. in lege si cum dotem. ff. soluto matrimonio. [An vxor diues teneatur alere maritum. Adde glos. in lege si stipulata. ff. de do. inter vir. & vxo. capitulo cum haberet ibi Doctores de eo qui du. in matrimon. quam polluit per adulte. & Specu. in titulo. qui fine sint leg. per totum. maximè in §. nunc dicamus. & per Barto. in tracta. de aliment. Adde an dominus teneatur ad salarium famulo infirmo. vide per Barto. in lege si vno in §. item cum quidam. ff. loca. Host. in summa titulo de loca. in §. que actiunet. versiculo. quid autem cum § seq. Inno. & Io. Andr. in capitulo propter sterilitatem. de loc. Adde An famulus debeat habere salarium pro tempore quo fuit infirmus, & non potuit seruire domino. cum sit quæstio valde dubia. Videndum glos. in l. arboribus. §. de illa. in versiculo egrotante. ff. de vsufruct. Specu. in titulo de loca. §. postquam. versiculo quid si mercenarius. Io. And. in capitulo propter sterilitatem. extra de locat. & ibi Pet. de Anchara. Anto. de But. & Io. de Imo. Bart. in lege si vno. §. item cum quidam colum. fin. versiculo item ex prædictis apparet. & ibi Paul. de Castro eadem colum. finali. Barto. in lege opere testamenti. ff. de vsufruct. leg. & ibi Lancello. Deci. qui pulchra de hac quæstione scribit. & Bald. in lege finali circa fi. C. de conditio. inser. & in lege libarti libertæque. in iiij. colum. C. de oper. liber. Abb. Panor. in capitulo primo volomi. secundo versiculo an autem famulo in infirmo. de clerico egrotante. Alexan. de Imo. in lege si cum dotem. §. si autem in nouissimo. colum. prima versiculo non obstat si dicatur. ff. soluto matrimonio Ias. in lege diem functo. colum. fin. versic. quid autem de famulo infirmo. ff. da officio. assesso. & Clau. de Seysel. ibi in vltimis verbis & ibi quoque Fran. Curti. iuni. colum. ij. versiculo ex prædicta tamen communi conclusione. & ibi etiam Hiero Cagnol. colum. penultima versiculo ponit autem Seuerinus. & Excellentissimum D. Baptistam à Villalobos. in suo tracta. opinio. communi in ver. famulus. no. 14. Io. Bap. Zillettus Venetus.] Sed an † ad expensas funeris vxoris teneatur ille ad quem peruenit dos? Dic quòd sic, secundũ Doc. in d. l. qui vxoré. Quartũ est casus, propter domesticam

sticam pietatem vel maternam affectionem: nam si mater vel alius domesticus impedit in faciendo dare tutorem filio, nõ repetit. l. j. C. eo. nisi esset administrator, vel fuerit protestatus, vel librum confecerit expensarum. d. l. Nesennius. Et quam fidem faciat liber rationum, vide per Barto. in l. lauda. de dona. ff. de in l. & si cõnectus. C. de fides instr. Similiter & gestor negotiorum videtur potius expendere de bonis domini quam de suis. Ex quo infertur, quòd licet pater vel frater dotando filiam vel sororem dicatur facere de proprio dotem, quod hoc est verum nisi soror vel filia haberent de proprio, quia tunc de bonis earum intelligitur facta solutio. l. fi. C. de dotis promis. Et similiter dicitur de faciente expensas filio studenti. l. qui pater ff. fami. hercis. iuncta l. final. C. fami. hercis. de quo per Bar. in d. l. Nesennius. Et è contrà filius expendens pro patre videtur facere animo repetendi, de quo per Bar. in l. si filius. ff. de neg. gest. Item

24 not. quòd † licet expensa facta causa pietatis non possit repeti. l. cum hic. §. si mulier. ff. de condit. inde. fallit in impensa facta propter educationem filij expositi. l. peterem. C. de nup. l. j. C. de infanti. expositis licet glo. in l. eleganter. §. fina. ff. de condi. inde. etiam rationem hanc ponat, sed non bonam, secundum Barto. Sed an solutum indebitum pro damno ab alio dato credente me teneri repetam à damnato? Glos. in l. ea quæ. C. de condi. inde. tangit & non soluit: Tu dic quòd sic, si soluit vtiliter, quia iste ex ista solutione liberatur, aliàs non arg. l. qui seruum. ff. de interroga. actio. Ias. May.

25 Item no. quod † gestor negotiorum tenetur de dolo, lata
a culpa, de leui & leuissima. Et est ratio, quia licet hoc negotium geratur causa vtriusque, quo casu solum videtur teneri de culpa leui, secundum regulam quæ habetur in l. si vt certo. §. j. ff. commo. tamen ex quo se obtulit negotijs alienis gerendis sine mandato, debet diligentissimam curam præstare, faciunt quæ habentur in l. si se obtulit. ff. de re iudi.

ADDITIO.

a Leuissime. † An negotiorum gestor obligetur de casu fortuito? Dic
16 quòd sic, in sex casibus hic in glos. notetis, & in l. si negotia. §. fi. eo. & vide hic in glo. in versi. exactissimam, cui adde tex. in l. iij. §. interdum ff. eod. Ias. May.

17 Item ex glos. in verbo, ex maleficio. Nota. † verba legis quæ simpliciter intellecta saluari non possunt, sustineri per subauditum intellectum. Simile videmus allegari, quod
18 † licet lex generaliter loquatur, tamen si illa generalitas continet absonum intellectum, moderatur dispositione aliarum legum, lege prima. §. generaliter. de legatis primo iuncta. lege quamuis. ff. de in ius vocan. Simile videmus † in di-
19 ctis testium, qui sin verbis persona & facie contrarij reperiantur, saluantur tamen per interpretationem si fieri possit, & hoc vt non incidant in crimen falsi capitulo cum tuto. extra. de testi. Bartol. in l. ij. ff. si certum petat. quod verum limitate, quando sunt hincinde pares. Si autem essent dispares, ad concordiam non essent reuocandi. glos. est or. & ibi Innocen. c. cum contingat. extra. de offi. & pote. iudic. delega. voluit Bald in l. insulam. §. j. ff. sol. mat. in fin. glos. in verbo vltro citroque, nota, verba legalia seruari in habilitatem & potentiam: licet semper significare non possit: vide stis in rubrica proœmij in verbo. Augustus. & supra de iusti.
20 & iure. in principio. In gl in verbo negotiorum. No. † quòd verba plur aliter à lege prolata verificantur in vno tantum: qui pluralis oratio geminat suas singularitates. l. falsa. §. fin. de condi. & demonst. Sed colligitis aliud quòd est notabile, quòd licet prætor in edicto suo loquatur per verba pluralis numeri, verificantur tamen etiam in vno, licet verba edicti
21 sint stricti iuris, & strictè intelligenda. † Ex quo dixerũt Doc.
a quòd si statuto, caueatur quòd si quis produxerit falsa instrumẽta vel falsos testes, puniatur tali pœna. quòd hac pœna cõplectatur ille qui produxit vnum instrumentũ vel vnũ testem falsum. Pro quo facit. l. non est sine liberis. de ver. sig. Si verò velletis disputatiuè tenere contrarium, possetis instare per hunc modum: quia de propria significatione verborum specialiter prolatorum requiritur cõcursus duorũ actuum, siue duarũ personarum. l. vbi numerus. ff. de test. Ad l. iij. §. negotia. respondetur quòd facit potius pro, quàm contra. Nã quia per verba edicti prætoris pluraliter prolata de propria significatione requirebant gestionem saltem duorum negotiorum, nec poterant salua ratione recti sermonis in vno verificari, ideo Ireconsultus illa extendit ad vnum negotium tantum: si enim de propria significatione potuisset in vno verificari, fuisset frustratoria extensio Ireconsulti. Sed sustinendo Bar. posset responderi quòd non fuit extensio, sed declaratio, dicatis vt ibi.

ADDITIO.

a Statuto. Adde quòd ista etiam tenuit Alber. de Gandl. in tracta. malefi. in rub. de falsarijs col. ij. versi. item pone statutum. Dy. Bar. & Albert. de Rosate. in l. iij. §. sed & si vnus. ff. vt bono. repto. Cyn. in l. j. C. vti posside. Iacob. Butriga. & Bart. in l. iij. §. negotian. ff. de nego. gest. & ibi Ang. de Peru. qui illum. §. legit cum principio illius legis. Bar. in l. j. in princi. ff. de procur. & ibi. Bald. per illum tex. Albert. de Rose. in l. ij. §. j. ff de li. homi. exhiben. & in ij. per sta. q. xxviij inci. secunda quæstio est. Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantum paulo ante fin. ff. de lib. & posthu. Bald. in l. diuus. §. diuus. ff. de peti. hære. & ibi Ange. de Peru. per glos. ibi Bal. in ca. mandatum in ij. col. de rescript. Ange. prædictum in l. j. §. j. in princ. ff. de dolo malo. Petr. de Anchera. & Io. de Imol. in c. relatum. el. ij. extra de testa. eodem Pet. in c. j. de lite contestata. libr. vj. & in c. cum ab vno. colum. ij. in tertio not. de senten. & re iudic. eod. libr. vj. & eodem Ioan. de Imo. in cle. & si principalis. de rescrip. Ant. de Butrio in repet. c. si. col. lix. vers. fallit nono. extra de consuetu. Domini. e S. Geminia. in ca. duobus. col. viij. de rescrip. lib. vj. & in c. si compromissarius. col. j. de electio. eod. lib. vj. & in ca. j. col. iiij. versi. fallit decimo. de tempori. ordio. eo. lib. & ibi quoque Phili. Fran. Bonifa. de Vitelli. in tract. malefi. in tit. de fals. nu. 18. An. Are. in tractat. eiusdem materiæ. in glo. falsario. nu. 21. & in §. j. col. ij. versicul quòd in delicti supra de iure perso. Alex. de Imo. in d. l. Gallus. §. quid si is col. ij. versi. in text. ibi, filijs. ff. de libe. & posthu. & in l. in quartam. §. si. ff. de lega. j. & in consi. lxxxv. incip. animaduersis. col. j. in iij. volum. And. Barba. in l. stipulationem aliæ iudiciales. §. sane acceptio. col. ii. ff. de ver. obli. & in cap. Raynaldus. col. xxxj. vers. & pondere. extra de testa. Ioan. Bap. à S. Seuerino in repeti. l. omnes populi. in materia interpretationis extensiuæ, quæ est circa fi. in xiiij. fallentia. ff de iusti. & iu. Fran. Curti. senio in consi. lxix. incip. dominus Ioannes. col. iij. versic. credo quòd vanum. Fely. in c. omnes. j. dist. in prin. Guliel. Ben. in repeti. ca. Raynutius. in versicu. duas habens filias. nu. 142. de testa. Geor. Natem. in repeti. ca. quamuis. in iiij. q. iij. q. princi. de pact. lib. vj. Ias. in l. singularia. colum. iij. ver. ad istud notabile. ff. si certum petat. & in authentica si quis mulier. col. ix. C. de sacro. sanct. eccl. & in consi. cxlv. incip. Beatissimus Papa. col. fin. versi. quinimo fortius. Card. Alexan. in c. omnes. colum. ij. in j. dist. Caro. Ruin. in consil. cxiij. incip. circa primam. col iij. nu. 6. in v. vol. Matth. de Affli. in consti. Regni Sciliæ. incip. multæ leges. col. iij. versi. iij. not. in tit. de crimine sacrilegij. & in consti. edulterij. monetam. §. qui falsitatem. post prin. in rub. de condenti. falsam monetam. Nicole. Eueral. in locis legali. in loco à ratione legis. in iij. casu principio columna. ix. versiculo. hinc est quòd si statutum. Et Excellentissi. D. Andr. Tiraquel. in repeti. l. si vnquam. in versiculo. susceperit liberos. nume. 148. C. de reuocan. dona. Zilletus.

aa † In fine. glos. in verbo mandato. Vos respondete clarius: aliquando quis mandat geri negotium quod ad se pertinet insolidum, & tunc non habet locum actio negotiorum gestorum cum prouideatur de actione mandati, quæ prouenit ex contractu. Aliquando quis mandat geri negotium commune sibi & alteri, tunc ex persona mandantis oritur actio mandantis, ex persona autem alterius tertij, qui nil mandauit oritur actio negotiorum gestorum. ita intelligitis. lege mandatum. in glos. allega. in glo. vtilitatis. ibi. l. fina.
23 Nota quòd † quando quis gerit negotium alienum ipso domino prohibente, licet gerat bene, non cõpetit tamen actio neg. gest. & suadetur hac ratione, quia licet bene gerat, tamen quia gerit contra voluntatem domini, non dicitur bene
24 gessisse, argu. l. si ff de vsu. & ha. Pro quo facit † quòd alibi dicitur: Si miles in armis contra mandatum ducis belli exercuit aciem, licet rem bene gesserit, quia hostes fugauerit, tamen est capite puniendus. l. iij. §. in bello. de capitulo & postlimi. reuerten. & dicit ibi glos. hoc fieri propter virtutem obedientiæ. Alia autem ratio assignatur per se & vltra: quia ille qui se apponit ad gerendum negotium alterius inuiti, & qui immiscet rebus alienis inuito domino, incidit in delictum. not. in l. tertia. de acquiren. rer. domi. vnde non debet ex delicto actionem acquirere. l. itaque fullo ff. de furt. Ex quo infert ipse quòd si quis gereret vnum negotium alterius vel plura, non immiscendo cum rebus suis, vt quia debita soluit eo inuito, quòd tunc ipse haberet actionem negotiorum gestorum. Sed tamen communis opin. est in contrarium de quo dixi supra titu. j. §. is qui exequitur. & dica-
25 tis vt ibi. in d. l. finali. In fine. glos. adddite alium † casum in quo inhibetur repetitio quando causa pietatis gessisset alterius negotium lege cum his. §. si mulier. de condi. inde. Et hæc omnia limitant Doct. esse vera, nisi gerens potestaretur se gerere animo repetendi quod impedit: Idem esset si in codice rationum suarum scriberet impensas quas faciebat, ita habetur in lege. Nesennius. ff. eo. quod facit ad quæstionem. Pater emit libros filio studenti, intelligitur pietate & affectione paterna illos sibi donare. lege quæ pater. cum glossa sua. ff. fami. hercis cun. l. filiæ. C. eodem l. pater si omne.

C.de inoffici.do.tamen si pater potestaretur non emere nec tradere animo donandi, vel solum scriberet in codice rationum suarum impensam quam fecit in libris emendis pro filio, non induceretur donatio librorum: de quo dicite vt in iuribus suprà allega.& in tractatu Barto.de duo fratri.& in l si patronus.C.commu.vtri.iudi.

1 *Socius inuito socio rixoso, uel nolente laborare, potest rei communis partem accipere & laborare & fructus percipere.*
2 *Hæres adeundo hæreditatem quasi contrahit cum creditoribus & legatarijs.*
3 *Argumentum de mutuo ad indebitum solutum bonum est, quod in quibusdam casibus fallit.*
4 *Solutum indebitè per errorem repeti potest.*
5 *Verba quæ in tempore præsenti non possunt procedere, ita interpretantur, ut referantur ad tempus præteritum per dictionem, quondam.*
6 *Actio pro tutela competit contra tutorem etiam ante finitam tutelam.*
7 *Actio competit contra procuratorem etiam durante officio.*
8 *Actio quæ competat contra curatorem.*
9 *Identitas importata per uerba idem iuris, refertur tantum ad qualitatem casus propositi.*
10 *Qui tenetur rei uendicatione nullo iure est obligatus.*
11 *Hæredes plures adeundo hæreditatem, an sibi ad inuicem obligentur.*
12 *Aequitas an præferratur rigori.*
13 *Error in causa an impediat domini translationem traditione interueniente.*
14 *Soluens scienter indebitum donare uidetur.*
15 *Soluens dominum ab alio datum quasi ipse dederit non repetit.*
16 *Confiteri quis potest delictum quod alius perpetrauit, & ex suo confessione sibi præiudicat quod intellige, ut hic.*
27 *Vani timoris non est habenda cura.*

§. T V T O R E S. Inter tutorem & pupillum oritur obligatio prouenienes ex quasi cõtractu: ex qua proficiscuntur duæ actiones, vna directa quæ competit pupillo, alia a contraria quæ competit tutori.h d.[a]

ADDITIO.

a Hoc dicit. Adde. Et inter habeates rem communem aliter quam ex societate contracta, quasi contrahitur, & qui soluit indebitè, quasi contrahere dicitur: ex quo iudabit: condictio oritur, quæ tamen cessat ibi quis solum indebitum à se ex causa que per negationem crescit, vt aquiliæ, legatorum pijs & venerabilibus locis relictorum.h.d.Ias.May.

Nota.primò, obligatione qua tenetur tutor pupillo, & pupillus tutori ex administratione tutelæ prouenire ex quasi contractu. Nota pupillo competere actionem directam contra tutorem si male administrauerit: tutori autem competit contraria tutelæ contra pupillum si expensas pro ipso fecerit, vel pro eorem obligauerit. Ex §.item si inter aliquos a nota. quòd societas[a] incidens parit obligationem quæ dicitur prouenire ex quasi contractu: Secus sit societas incidens, sed principalis: quia obligatio ex ea prouenienes diceretur causari ex contractu. Item nota quòd iudicium communi diuidendo competit inter eos qui sunt effecti socij incidenter, & competit ad diuidendum & repetendum impensam pro parte: & dicitur prouenire eius obligatio ex quasi contractu. Et idem est in iudicio fami.hercis. & hæreditatis diuidendæ: competit enim ad diuidendum res hæreditarias, ad repetendum fructus & impensa pro parte, & dicitur eius obligatio prouenire ex quasi contractu.

ADDITIO.

a Societas.† No.singulariter, quòd vbi vnus ex socijs est rixosus, & non
1 curat laborare vel locare rem communem, quòd potest alius socius accipere partem suam quo ad vsum, & laborare & locare, & sic fructus percipere gl.est in l.iubemus.C.de sacros.ecc.Ias.May.

Ex.§ hæres.no. obligationem qua tenetur hæres legatarijs prouenire ex quasi contractu. Hinc est, quòd vulgo di-
2 citur,† hæres adeundo quasi contrahit cum creditoribus & legatarijs, & illis ex quasi contractu obligatur.l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de actio.& oblig.l.apud Iulianum.§.finali.ex quib caus.in pos eatur. Et §.item is cui No.quòd obligatio qua tenetur ille qui recipit indebitum, dicitur prouenire ex quasi contractu: & si subtilem disputando rationem sequi voluerimus, dicitur potius prouenire ex distractu vt litera sonat. Item no.solutum indebitum repeti posse. de condi.
3 inde. Item not. † bonum esse argu.de mutuo ad indebitum solutum: quod verum limitate quo ad substantiam ipsius actus, quia vterque actus re contrahi dicitur, vel quasi suprà qui.mod.re contrahi.obliga.§.is quoque. Item limitabitis, verum quo ad effectum repetendi, quia repetitur: non autem verum intelligatis quo ad causam producendi, quia vnum ex contractu causatur, aliud ex quasi contractu. Item nec verum intelligatis quo ad formam repetẽdi, quia vnum repetitur condictione indebiti, aliud certi conditione.
4 † Nota ex versiculo quibusdam. quòd solutum indebite per errorem repeti potest: & hoc regulariter: Fallit hæc regula quando solutum esset ex causa quæ inficiãdo crescit. Rationem videbitis super glos. Secundò hæc regula fallit in relictis in vltima voluntate ecclesijs & alijs venerabilibus locis: & hoc singulariter inducitur fauore religionis & pietatis. Ex quo colligitis, quòd ecclesia hic locupletatur cum
a aliena iactura. In glossa. tutores. Colligitis ex hac glos-
5 sæ † quod verba quæ non possunt saluari inspecto tempore præsenti, saluantur habita relatione in tempus præteritum per tacitum subauditum verbi quondam: & idem vnta. glossa. in lege eius qui in prouincia.ff.si certum petat. in l.viro & vxore.ff.solu.ma. quod præstat argum. vt inquit Bartol. ad saluanda instrumenta & dicta testium. Si enim
b notarius[b] dixerit in instrumento, Titius filius Sempronij promisit, &c. qui tamen Sempronius tempore confecti instrumenti defunctus erat, nam saluatur instrumentum per subauditionem, quia subauditur istud verbum quondam. Idem est in teste si dixerit Cayus filius Titij promisit. &c. de quo dicatis vt in iuribus suprà alleg.

ADDITIONES.

a Ex hac glo. No. etiam ex hac gl. quòd tutelæ solum intentantur finita
6 ta tutela. Adde, quòd licet verum dicat, quòd † tamen actio pro tutela quæ datur contra illum qui gessit pro tutore, bene competit etiam ante finitam tutelam. l.j.ff.pro tutore. contra quem ex quo non est tutor potest
7 agi.l.j.§.cum eo.ff.pro tuto. † Et similiter contra procuratorem durante officio agi potest. l.qui proprio. §.fin ff.de procu. No. ex ista glos quando
8 tenetur actio contra tutorem. † Quid autem contra curatorem? Dic quòd pro vniuersali administratione agit, si finita cura sit, actiona nego. gest. sed pro actione agit etiam durante, sed datur curator litu.l.ij.& l.rationes.C.de admi.tu.Ias.May.
b Si enim notarius. Adde Spe. in tit.de instre.edi.§.postremo. versi. [illegible] pone: & Io.Pe.de Fe[illegible]arijs in sua pract. in for.op.contra instr.in Gl.ab[illegible] que alije de cau [illegible] 7.io parnis.Zilet.

9 In fin glo. in verbo iuris.f.colligitis, quòd † identitas importata per hæc verba, idem iuris, refertur tantum ad qualitates casus propositi. Est enim sensus in hac litera. Nã sicut iudicium communi diui.dicitur prouenire ex quasi cõtractu, ita & iudicium fami herc. Item quemadmodum iudicium communi diui. competit pro euocanda portiõe fructum vel portione sumptuum, ita & iudicium fam.her. Item sicut primum competit pro rebus singularibus diuidendis, ita iudicium fam.herc. cõpetit pro rebus vniuersalibus partiendis. No autem quòd illa verba, idẽ iuris, important identitatem aliarum qualitatũ: & per hoc limitatur illud quod dixit gl. in l. cum hi.§.idem iuris.ff.de transa. quæ dicit quòd illa verba, Idem erit, & similia, important identitatem casuum cum suis qualitatibus, quod debent intelligi cum
10 qualitate casus, vt hic. † In glos. intelligitur.ibi.§.pen. nota quòd ille qui tenetur rei vendicatione, nullo iure est obligatus: quam sententiam plerique damnarunt. de qua dixi infrà de actio. ideo non repeto. Ibi, & l.seq. No. ex gl. hæredem adita hæreditate ex quasi contractu obligari creditoribus &
11 legatarijs. Sed dubium est, † an plures cohæredes adeundo hæreditatem obligentur adinuicem ex quasi contractu. Glo. in l si post diuisionem.C.de iure.& fac.igno. visa est tenere quòd sic: de quo dicatis vt ibi habetur plenè. In fi.glos. videtur. Vos respondete quòd ideo hæc condictio indebiti fuit apposita inter obligationes quæ re contrahuntur, non quia dicantur prouenire ex contractu, sed quia non potest sine re sustentari: ibi igitur posita fuit vt eius substantia denotetur: hæc autem etiam posita fuit vt eius insinuetur origo, quia ex quasi contractu trahit originem. In fine. glos. in verbo, sed
12 tamen nota. † æquitatem rigorositati præferre: quod verum limitate

limitate quando vtrúmque, hoc est, rigorositas & æquitas scriptura reperitur in specie.d.l.placuit, C. de iud. & l. si tibi pecuniam.in fin.ff. si cert.petat. Secus si æquitas esset in genere scripta, rigorositas verò in specie, quia tunc derogaretur per rigorem æquitati.l.nam hoc natura.ff.de condi.inde. & l. vlucapio ff.de vsuca. Ratio, quia semper generi per speciem derogatur. l.sanctio legum.ff.de pœnis.regula iur. generi.lib.vj. Io finali.

13 glo.in verbo, conditione.dicite, si quæratur † an error in causa impediat dominij translationem traditione interueniente, aut est error in causa proxima, quia trado tibi rem meam putans esse tuam, tunc translatio dominij impeditur. l.si procu.de acqui.re.domi.aut est error in causa remota, quia trado tibi rem meam quam scio esse meam, sed ideo tradn quia existimo me teneri aliqua actione ad rem tibi tradendam, & tunc dominij translatio non impeditur, sed agitur condictione indebiti, probatur.l.iij.§.subtilius.ff.de condi.cau. data in l.eum in corpus.ff. de acqui.re domi.iuncta l.si ego.ff.si cer. peta. Ratio, quia cũ proxima magis arguit de sensu quàm causa remota. ar.in l. derogatur.de verborum signi. In glo.per errorem.ibi,lege prima.

14 Et est ratio, † quia ille qui soluit sciienter debitum, videtur donare, vnde suam donationem reuocare non potest.regula iu.cum per errorem.Ibi, l.j. Hoc operatur authoritas rei iudicatæ l.si fideiussor.§.in omnibus.ff.manda. Ibi, le.j. hoc operatur fauor transactionis inductus ad lites dirimendas.lege.si fratres. C.de

a transactio. In ea glo.ex l.acqui.a ibi,&l.seq. & est ratio b dif

b ferentiæ, quia † quando soluo damnum ab alio datum quasi e-

15 go dederim, non repeto: quia & si sit indebitum quo ad me solutorem, est tamen debitum quo ad te recipientem, & quo ad me soluentem, & ideo potest recipi.leg.pœnæ, §.j.ff. de condi. indebi.

ADDITIONES.

a Lege Aquila. An soluens pro iniuro repetat vel ne solutum tanquam vrilirer gesserit.vide in tit.se in glo.Ias.May.

b Ratio differentiæ. Ista ratio ponitur per glo. in l. eleganter.§.si. ff.de condi.inde sed reprobatur.vnde alia ponitur per glo.in l.error.C. de iur.& fac.igno.quæ tenetur,& eam scripsi supra in prin.Ias.May.

16 Secundo habetur ex hac glo. quod † quis potest confiteri delictum se perpetrasse quod alius perpetrauit, & ex sua confessione sibi præiudicat, quòd verum intelligitur quando ciuiliter agitur ad interesse pecuniarium lege Aquilia, secus si ageretur criminaliter ad pœnam corporalem. Vnde si fatere me perpetrasse delictum quod tu perpetrasti, ex quo veniret imponenda pœna amputationis alicuius membri, ego non obligor confessione mea imò veritate cognita tu punitis.l.j.§. si quis vltro. ff.de quæstio.de quo est gl.in l.inde Neratius §.fi.ad l. Aquil.& ibi Bal.Subtane & ratione. Nam primo casu obligatur ex confessione sua, quia agitur causa bonorum, & sibi in his potest præiudicare.l.iu re mandata.C.manda. Posteriore autem casu non præiudicat, quia agitur causa membrorum & vitæ quorum nemo est dominus nisi Deus solus & respublica.l.liber homo ad l.aquil. Vnde volens mori non audi ur nisi apertè constet delictum perpetrasse l.si non defendatur.ff.de pœn.l.non tantum.de app.l.j.§.si quis vltro.de quæst.Et ex quo Angelus l.qui Stichum.de confes. deridet & reprehendit summè quosdam iudices Pergomenses qui cõfessum homicidium alio perpetratum, vltimo supplicio damnarunt, licet veritas se aliter haberet, & de ea eis constaret existimantes quem sibi præiudicare ex confessione sua ad pœnam corporalem. In fi.glo. Ratio differentiæ, quia quando actio pœnalis est ab initio, ideo pœna ab initio grauatur, vnde in alio alleuiatur.l. eum qui de i.reiur. Secus in casu nostro, quia non est ab initio pœnalis. Gl. tamen in d.§.fi.aliter exempl ficat hunc §. Vt loquatur quando metu inficiationis futuræ aliquid plus debito soluitur, quia tale

17 solutum indebitè non repetitur quia † vani.n. timoris non est habenda cura.l.nec timorem.ff. quod metus causa. In fin. glo. in ver.ex legatis. De hac materia repetitionis indebiti habetur aliquid in l.error.C.de fal.

Per quas perso.no.acquiritur. Rub.

Continuatur per hunc modum ad præcedentes. Suprà visum est de obligationibus qualiter causentur, & de earum varia specie: sequebatur videre per quas personas, nobis obligatio causatiuè acquiratur, ideo de his Imperator tractaturus intitulauit, per quas personas &c.

1 *¶ Obligatio etiam acquiritur per seruum & filium.*
Per seruum quidem pleno iure, per filium quoad commodum vsufructus.nu.4.

2 *Seruus fugitiuus antequam ab alio apprehendatur, domino acquirit.*

3 *Dominus an perdat possessionem serui fugitiui qui se pro libero gerit, remissiue.*

5 *Donatio facta filio an acquiratur patri, remissiuè.*

6 *Solus pater intentat actionem in iudicio peculij aduentitij & nomine. 9.*

7 *Filiusfamilias solus an possit constituere procuratorem sine consensu patris.*

8 *Monachus existens in studio de consensu abbatis, sine eius consensu potest agere de occurrentibus sibi in studio.*

10 *Acquisita per liberos homines, uel seruos alienos bona fide possessor, acquiruntur bonæ fidei possessori, duplici ex causa.*

11 *Seruus plurium dominorum quando eis acquirant pro portione dominica, & quando pro capita.*

12 *Acquisita per seruum in quo usum habemus an nobis acquirantur.*

EXPOSITIS. Per seruum proprium acquiritur obligatio pleno iure domino: per filium sa. verò in potestate ex causa aduentitia ex obligatione prouenientes acquiritur patri quo ad vsumfructum, pro-

a prietate filio seruata.h.d.a

ADDITIO.

a Hoc dicit. Vel sic. Non solum per nosmetipsos, sed etiam per seruos & liberos in nostra potestate constitutos nobis acquiritur sed per seruum in totum, per liberos autem quoad vsumfructum tantum adnetiorũ.in quibus solum pater actiones intentat.h.d.primo. Es per seruos alienos & liberos homines à nobis bona fide possessos, nobis acquiritur ex duabus causis, scilicet ex re nostra, & opera sua: quod etiam in seruo fructuario obseruatur h.d.secũdo. Et seruus communis acquirit dominis pro portione dominica, nisi vni nominatim, vel iussu vnius fuerit stipulatus.h.d.vsque ad fi.

1 Nota.primò, quod † non solum per nosmetipsos acquiritur nobis obligatio, sed etiam per seruum a & filium in potestate retentum.

ADDITIO.

a Per seruum.† Si autem seruos fugiat, tunc antequam ab alio appre

2 hendatur acquirit domino.l.j.§.per seruum.ff.de acqui.poss.† Quid au

3 tem si seruus fugiens gerat se pro libero, an dominus perdat eius pos. nisi seruus per decennium gesserit se pro libero: & vide per Inno.in ca. seruorum.extra de seruis non ordi.& ibi glos. examinat an si seruus faciat se promoueri ad sacerdotium, debeat restitui domino, an verò remaneat liber vt sacerdos Ias.May. [Adde quod si talis restituitur domino an gaudeat priuilegio clericali.vide glo.si in c.nullus.eo titulo. Ioan. And.in d.c.de seruorum.c.nullus.& ibi Ioan.de Fran. huj.di.]

4 Item not. † acquisita per seruum, domino acquiri pleno iure: acquisita autem per filium in potestate, si quidem acquirantur ex causa aduentitia, vsusfructus pertinet ad patrem proprietate verò filio reseruata. Si verò acquirátur ex causa pro

a fectitia acquiruntur patri a pleno iure.l.cum oportet.C. de bo. quæ lib. & in hoc differt filius à seruo.

ADDITIO.

a Patri. † An autem donatio facta filio acquiratur patri. vide in l.so-

5 cium si pro socio. Quid de donatione facta filiæ tempore nuptiarum

6 à diuersis, vide in l.ted si plures.ff.de vul.& pup. † Quis autem intentet actiones in peculio aduentitio: Dic quòd solus pater nomine filij, tanquam legitimus administrator l.j.C.de bo.ma. Et pater solus potest cõstituere procuratorem, ex quo omnis commoditas spectat ad eum. d l

7 & ibi Bart. † solus autem filius non potest constituere sine consensu patris, tanquam non habens administrationem, vt tenet glo.in d.l.j.Fal lit quando pater absens esset, quo casu filius posset agere sine consensu

8 patris. † Et monachus existens in studio de consensu abbatis, potest agere sine eius consensu de occurrentibus sibi in studio, vt not.glos.in l. si longius.§.si filius ff de iudi. Et idem est quando pater nollet consentire.l.cum oportet.§.necessitate.C.de bon.quæ lib. Ias.May. Monachus existens in studio & c.Adde glo.in c. cum pastoralis.ij q.vj.Ioan. And.in c.vj.ne cle.vel mona.lib.vj.

9 Item not.quòd † pater ad quẽ spectat vsufructus peculij aduentitij acquisio per filium, mouet actiones in iudicio concor.

10 l.eum.non solum.§.j.C. de bo. quæ lib. Item nota.† quòd acquisita per liberos homines vel seruos alienos bona fide posses-

sos, ex duplici causa acquiruntur bonæ fidei possessori. Primò, si acquirant ex re bona fide possessa. Secundo, si acquirant ex opera sua, & idē est in seruo in quo habemus vsumfructum vel vsum, quia vsufructua rio vel vsurario ex his tantum duabus acquirūtur. Ea ver. communem. Nota, talem distinctionem, sed plenius quam litera dicat. † Nam aliquando seruus communis plurium, aliquid stipulatur simpliciter, nullius nec dominorum, nec sua persona propria expressa. Aliquando stipulatur ex persona propria dominorum sub nomine appellatiuo, puta, promittis dominis meis: & his duobus casibus acquiritur dominis pro portione dominica. Aliquando stipulatur dominis expressa ipsorum persona propria sub nomine proprio, puta promittis, Titio, Seio & Caio dominis meis: & tunc acquiritur dominis per capita, non autem pro portione dominica. Aliquando stipulatur expresso nomine proprio & appellatiuo, & tunc si nomen proprium præcedat acquiritur per capita: si verò nomen appellatiuum, pro portione dominica acquiritur. l. si seruus communis ita stipuletur. ff. de stip. seruo. Fallit primò, quando iussu alicuius ex dominis postea simpliciter stipuletur: quia illi in totum acquirit. Secundò quando vni nominatim est stipulatum: quia illi soli etiam acquirit, vt in hoc tex. In fin. glos. j. & pro hac non ob. si dicatur hunc textum superfluè appositum hic fuisse, contra §. quibus. in prima consti. C. quia respondetur vt patet ex prædictis. In fi. glossa. in verbo diuisionem. Vos dicite vt suprà dixi in prin. notabilium. vbi complexus sui illam diuisionem breuiter. In fin. glos. in verbo per eum. vos respondete aliter. Si quæratur an † per seruum acquisita in quo tantum vsum habemus, nobis acquirantur. Aut acquiruntur ex re nostra, & planum est nobis acquiri. Aut acquiruntur ex re sua, tunc aut acquiruntur præstando operam in re nostra vsuarij, & nobis acquirit, vt hic. Si verò acquirit præstando operam in re aliena, & tunc acquisitum ex tali opera nō accedit lucro vsuarij. † sed proprietarij ita loquitur. in contrarium alle. Ratio, Nam cum ille qui habet tantum vsum in seruo, non possit operas serui alteri locare, ita si seruus alteri præstiterit, vsuarius non acquirit, vidistis suprà de vsu & habita. circa principium.

Quibus modis tollitur oblig. Rub.

Continuatur ad præcedentes per hunc modum. Suprà visum est qualiter causentur obligationes, item per quas personas nobis acquiritur, sequabatur videre quemadmodum causatæ tollantur, ideo intitulauit quibus modis tollitur obligatio.

1 *Creditore inuito aliud pro alio solui non potest, Fallit in aliquibus casibus. nu. 19.*
2 *Alterius conditionem meliorem & non deteriorem, quis facere potest.*
3 *Beneficium quando conferatur in inuitum. & nu. 21.*
4 *Acceptilatione tollitur solum obligatio ciuilis causata à iure ciuili.*
5 *Aquilianæ stipulationis quæ sit natura.*
6 *Aquiliana stipulatio est quædam verbalis solutio per Gallum Aquilium introducta, & ab ipso authore sic nominata. nu. 7.*
8 *Obligationes nedum personales, sed etiam reales possunt in stipulationem deduci.*
9 *Obligationes ex maleficio uel quasi, an tollantur si passus damnum recuperent pace composita.*
10 *Ius publicum pacto priuatorum tolli non potest.*
11 *Stante statuto quod bannitus possit impunè offendi an bannitus possit impunè offendi ab illo qui prius sibi pacem fecit.*
12 *Accusatus furti quomodo possit purgari.*
13 *Testator si in testamento purgauit aliquem, uel fecit pacem cum eo, iniuriam remittendo, an possit postea in hoc reuocare testamentum, & remissionem actionis iniuriarum.*
14 *Princeps remittendo pœnam an remittat et am pœnam debitam parti, & nu. 15.*
16 *Actus unus non debet producere contrarios effectus.*
17 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio quod aliquibus casibus fallit. & nu. 18.*
20 *Priuilegia sunt stricti iuris.*
21 *Solutio facta creditori creditoris parit liberationem etiam si inuito creditore facta fuerit.*
22 *Duplex fit liberatio ex solutione fideiussoris.*
23 *Acceptilatio quæ peccat in materia, licet ex forma ipsius acceptilationis non ualeat, ualet tamen in uim acti pacti.*
24 *Materia malignandi dari non debet.*
25 *Rei uendicatio an nouari possit.*

TOLLITVR AVTEM. Diuiditur in quatuor partes. In prima tractat qualiter solutione obligatio tollatur. In secunda, quémadmodum acceptilatione tollatur obligatio. In tertia, sicut nouatione tollatur obligatio. In quarta quemadmodum tollatur soluta voluntate creditoris. Secunda ibi, (item pro accepti.) Tertia ibi, (præterea.) Quarta ibi, (hoc amplius.) Hoc dicit. Solutione, acceptilatione, nouatione, & creditoris voluntate, omnis obligatio dissoluitur. Vel propius: Solutione eius quod debetur, vel alterius voluntate creditoris tollitur obligatio, facta ipsa solutione per debitorem vel per alium, siue eo sciente, siue ignorante, siue contradicente. Et solutio rei principalis liberat fideiussorem. item & econtra. h. d. a Nota, primò, solutione eius quod debetur omnem solui obligationem. Not. secundò, quòd † aliud pro alio inuito creditore solui non potest, concor. l. 2. §. mutui. ff. si cer. pet. Item not. solutionem factam siue sciente siue ignorante siue contradicente debitore, ipsum liberare. Illud enim est receptum, vt quis alterius conditionem vel volentis vel inuiti b meliorem possit efficere, deteriorem non l. soluendo. ff. de neg. ge. l. seruus. C. de pact.

ADDITIONES.

a Solutione eius. Idem est in datione in solutum. Bellonus consil. 23. nu. rr.

b Inuiti. † Et sic habes qualiter beneficium confertur in inuitum. vt d. l. soluendo. quod est verum per indirectum, non autem directo. Circa quod dic, quòd confertur in inuitum quando concernit solum commodum ipsius inuiti. Secus si concernat commodum tertij & creditoris, vt hic. vel reipu. & ideo libertas confertur in inuitum. C. de manum. testa. l. fi. Et pro inuito optimè facit l. non tantum. ff. de app. de quo per Bart. in d. l. soluendo ff. de neg. gest. Ias. May. [Beneficium confertur in inuitum Adde l. inuito. ff. de regu. iur. l. inuitus in § fi. ff. eo. c. sicut. de iud. & c. de iudæis. xlv. dist.]

Item not. quòd solutio rei principalis liberat fideiussorem & econtra. Item nota, primo ex § item per accepti. quod † solum obligationis causatæ de iure ciuili ex stipulatione, ipso iure tollentur acceptilatione Nota rationem. nam cum acceptilatio fit de iure ciuili, & verbis fiat potest quoque tollere obligationem quæ prouenit ex stipulatione, cum & illa de iure ciuili fit, & verbis quoque fiat: sed non potest tollere obligationem de iuregentium, quia nihil tam naturale &c. regula iuris, nihil tam naturale. & c. pitulo primo. extra. eodem. Item not. acceptilationem appellari imaginariam solutionem. Item no. † naturam aquilianæ stipulationis a esse, vt omnes obligationes præcedentes, siue de iure ciuili, siue de iuregentium, tollantur, si in stipulationem mediante aquiliana stipulatione deducantur, & ipsi deinde per acceptilationem dissoluatur. l. cum aquiliana. ff. de transac.

ADDITIO.

a Naturā aquilianæ stipulationis. † Nam aquiliana stipulatio est quadam ficta verbalis solutio introducta per Gallum Aquilium. l. de vno. §. fin ff de accept. l. licet ficte dicatur de iuregentium propter solutionem, quæ sicut & alii contractus est de iuregentium vt per Bart. in l. an inutilis. ff. eodem. & ideo cum sit verbalis solutio, tollit obligationem quæ verbis tantum concepta est quia nihil tam naturale &c. non autem aliàs obligationes, nisi deducantur in stipulatione & sic fit productio, quædam quia quod non potest fieri directo, fit per indirectum. vt in glossa. in verbo dissolui. Simile in §. si supra de adopt. Iason. May.

Item nota. quod † hæc aquiliana stipulatio est nominata ab auctoritate suo, quia à Gallo Aquilio fuit introducta. Simile videmus de publiciana. de qua in §. actiones. infrà, de actio. Item not. plenam formam interponendæ Aquilianæ stipulationis. Ex quo Doctor. colligunt, quòd † nedum obligationes personales, sed etiam reales possunt deduci in stipulationem. cócor. l. & vno §. j. ff. de except. & hunc tex & illam. l. inducebam cótra præceptorem meum, qui volebat rei vendi. nullo modo nouari posse. de quo dicam in §. præterea. vbi est propria materia. Finaliter no. formam interponendæ acceptilationis super aquiliana stipulatione In glos. omnis. ibi, respondeo, Sic colligitur

9 ligitis, quòd †obligationes ex maleficio vel quasi, solutione facta damnum passo tolluntur. Et idem si passus damnum recuperet pace composita, quod verum limitate quo ad pœnam applicandam ipsi: secus quo ad pœnam applicandam ipsi fisco 10 vel reipublicæ. †quia ius publicum pacto priuatorum tolli non potest l. ius publicum, leg. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. 11 †Et iden dicere Doct. quòd si fecerim pacem tecum, potero a postea bannitum a offendere, si statutum dictauerit quòd bannitus possit offendi: nec dicor contra pacem venire, quia pax intelligitur facta quo ad ius mihi competens: sed cum offendo bannitum iure publico non dicor venire contra pacem. l. quid ergo. §. si hæres. de leg. j. le. qui seruum. de verbo. obliga. alle. à Bart. & Bald. in l. j. §. non fuit. ff. de dolo. & etiam limitat Bal. in delictis quæ committuntur in faciendo: secus in delictis quæ committuntur in omittendo, quia tunc remissio facta per offensum intelligitur etiam facta quo ad pœnam applicandam fisco & reipu. alle. glo. in l. ij. ff. ad Syll. quia est maius delictum in faciendo perpetratum, quam in negligendo, iuxta ea quæ habentur in l. si mora. ff. solu. ma. Plus dicit, quòd licet non possit offensus remittere offensam quo ad terminationem pœnæ, potest tamen remittere quo ad purgationem innocentiæ. l. j. §. fin. 12 l. si quis in graui. §. primo & ibi glos. ff. ad Sylla. Vnde †si aliquis accusetur de furto, quòd mihi subtraxerit rem, possum ego ipsum purgare & dicere, quòd accepit rem de voluntate mea, & consequenter furtum non commisit. l. j. ff. de fur. Arbitrater tamen interuenire aliquas coniecturas per quas huiusmodi confessio domini probabilis reddi possit, ne omnino fraudulenta videatur, ne quis ob maleficium luat pœnam. argu. eorum quæ 13 habentur in l. inter omnes. §. certæ, ff. de fur. † Sed quid si quis in testamento purgauerit aliquem, vel fecit pacem cum eo, iniuriam remittendo, an poterit postea si voluerit reuocare testamentum, & remissionem actionis iniuriarum? Bald. determinat quòd non: quia licet quo ad cætera possit reuocare: non tamen possit reuocare ad resuscitandam actionem iniuriarum quæ fuerat ipso iure sublata. l. si tibi § quædam. ff. de pac. Sed de hoc est regula ordi. in §. fi. infrà de iniur. Sed quid erit: pone statu-14 to caueri, quòd † si quis alapauerit aliquem puniatur pœna centum, quorũ dimidia offenso, alia dimidia fisco applicetur. prin-b ceps b rescribit eum liberari à pœna statuti, an intelligatur remissa pœna quæ attribuitur domino: Dicite quòd non, quia iura dominorum non possunt tolli, licet subditorum, per alleg. glo in l. ij. C. de in ius voc. de quibus in l. iuregentium. §. specialiter. ff. de pact. & in d. l. secunda. C. de in ius vocan.

ADDITIONES.

a Te bannitum offendere. Ad hanc quæstionem vide Ioan. And. in reg. frustra. in mercuriali. de regu. iur. Bart. in l. eleganter. §. fina. per illũ tex. ff. de pigno actio. Bart. Bal. Ang. & Ioan. de Imo. in l. quid ergo. §. si hæres. per illum tex. ff. de leg. j. Bart. Ang. Alexan. de Imo. Ias. in l. qui seruum. ff. de verbo. obli. Bal. in l. opprimendorum. C. quan. lice. se sine iudi. vindi. Baldus. in consi. cxxj. incip. anno domini. in ij volumine. Bald. in l. iurisgentium. §. sed si paciscar. j. & ij. ff. de pac. & in l. pacisci. ff. eo. in l. accusationis. C. quod met. cau. & ibi Saly. & eũdem Bal. in l. j. colum. fi. à non competen. iud. Ang. de Vbal in l. si ex legati causa. ff. de ver. obli. Pet. de Ancha. in c. canonum statuta col. xxxvij. ver. sed. quæro vtrum sicut per ius. de constitu. Io. Hierony. de Eugubio in consi. lv. inci. viso casu prædicto, qui posset per plura verba examinari per totum & Angel. Are in consi. lvj. inci. Ang. de Foltona. per tot. quæ consilia extant in ij. volu. consiliorum criminalium diuersorum Doctorum à me editorum. Eundem Io. Christo. Porci. suprà de legatis. §. si res legata. nu. 4. Nell. à S. Gemi. in tracta. banni. in tertia par. ij tempo. q. li. incip. quærta bannitus & in q. seq. Fely. in c. peruenit. eo. tertia. ver. & hic est quód si facta pace. extra de iuregentium. Hippo. de Marsil. in sua pract. criminis in §. agrediot. nu. 84. ver. quæri etiam potest vlterius. in consi. ix. incip. adiuua me domine. nu. 23. in consi. cvj. incip. dirigere digneris domine nu. 1. & 2. & in consi. cvij. incip post reditum consilium nu. 5. Ioan. Bap. Zilettus. Venetus.

b Princeps. † An quando pœna pro delicto commisso apposita ve-15 nit applicanda in parte fisco, & in alia parte offenso, si princeps scribat eum liberari, an intelligatur remissa illa pœna quæ spectat parti, vide glo. in verbo concedit. in l. venia. & ibi Doct. C. de in ius vo. & Bald. in l. scripta. C. de præci. impe offe. Inno. in c. in nostra. de iniur. & in iuribus suprà alle. Ias. May.

16 In glos. ibi, liberationem. Et est ratio, quia ijdem †actus producerent contrarios effectus, & liberationem & obligationem, 17 contra l. cum is §. j. de condi indebi. † In glos. ibi, si verò. Et est ratio specialitatis fundata super fauore minoris vt ibi habetur. a Dicite a quod iden in prædictis legibus solutio non parit liberationem, quia fuit facta aliter quam debuerit, aut alteri quam debuisset. Formanda est igitur regula per hunc modum. Solutione eius quod debetur facta pleno iure personæ cui debetur, debitor liberatur, & cessabunt omnia contraria.

ADDITIO.

a Dicite. † Potest melius dici, quód regula firma manet, Quód so-18 latione eius &c. Fallit in re soluta defectu iuris puta quia alteri obligata. l. si rem meam. ff. de sol. Etiam fallit quando aliquis debitor pupilli fuit datus ei pro tutore, & tacuit debitum vel creditum: nam illud non poterit repetere. Si est debitor & soluit durante tutela, non liberatur. auth. minoris debitor. C. qui da. tu. vel cur. pos. Vel secundò potest dici, quód regula debet sic fieri, quód solutione eius quod debetur, si legitimè & perfecte facta est, tollitur obligatio, aliàs secus. Ias. May.

19 In fine dicite quòd regula est, quòd †aliud pro alio inuito creditore solui non potest. Hæc regula sumitur ex l. ij. ff. si cer. pet. Fallit primò, ratione inhumanitatis euitandæ. d. l. si domus. §. qui contit. tut. de leg. j. Secundò fallit, ratione impossibilitatis, quia res quæ præstari debet est perempta, vnde lex facit succedere æstimationem loco rei. l. inter stipulantem. §. pe. de verbo. obl. ga. Tertiò fallit, ratione incommodæ diuisionis. l. non amplius. §. fina. de leg. j. Et ideo si emeres mediam cauaniam ficuum, non posses per medium diuidere omnes ficus, quia incommoda esset venditori ista diuisio. Faciunt quæ habentur in l. nam & si fur. ff. si cer. peta. in l. vsufructuarius venari de vsufru. In glo. fiat ibi, hæc in alijs. Et posset hoc suaderi ra-20 tione. Nam † priuilegia sunt stricti iuris, quia emanant contra dispositionem iuris communis: vnde priuilegia appellãtur quasi iuris priuatiua, ideo strictè intelligenda ne tribuantur inuito. l. quod verò. ff. de le. & se. & beneficia non sunt contra ius, ideo latissimè intelligenda, vt quibusdam etiam inuitis tributa intelligantur. l. fi. ff. de consti. prin. Sed tamen licet hæc solutio teneatur hic per glo. non tamen Doctoribus placuit, quia licet beneficia sint latissimè interpretanda, non tamen ita latè interpretari debent. vt ff. de dona. In glo. ibi, verior est. Immo ipsa mala: 21 vnde Doct. aliter soluunt, & † tene menti, quòd hoc beneficium mero iure tribuitur inuito, sed non cum effectu: tribuitur enim ipso iure, quia contradictio debitoris non potest impedire cursum legis, vt solutione liberatio non contingat. le. nemo potest. de leg. j. l. etiam inuitis. de acqui. re. domi. le. seruus vetante. ff. de verbo. oblig. Si tamen postea debitor voluerit vti hac fragilitate & liberari à te pro eo soluente, poterit de nouo istam pecuniam exbursare, non autem soluere, quia impossibilis est solutio vbi prius contingit liberatio: poterit igitur exbursare non vt soluat obligationem iam sublatam, sed vt ipse liberationẽ suam ostendat, vel demonstret nolle vti liberalitate soluentis, hoc sunt v. sa tenere glo. in d. l. seruus vetante. ff. de verbo. obli. licet obscurè. In fi. glo. no† quòd solutio facta creditori creditoris, pa-22 a rit liberationem, etiam si fuerit facta inuito creditore, a contrarium voluit glo. in le. solutum. §. solutum. ff. de pig. ac. Sed vos pro concordia dicite, si quæratur an solutio creditori creditoris parit liberationem. Aut fuit facta volente primo creditore & sciente, & tunc parit liberationem. Idem si fuit facta ipso ignorante, sed postea ratificante. le. solutam. ff. de sol. Aut fuit facta primo creditore contradicente, & dic Aut creditor cui soluitur habebat obligata omnia bona ipsius debitoris, & tunc ego soluẽs etiam inuito creditore meo liberor, quia cum haberet obligata omnia bona creditoris mei, intelligitur quoque habere obligatum nomẽ mei debitoris. l. etiam si. quæ res pig. obli. pos. Aut non habebat obligata bona creditoris mei, & tunc si quidem tu eras sibi debitor ex ea causa ex qua ego eram tuus, & tunc ego liberor ipso iure, aliàs liberor ope excep. lege liber homo, in fine. ff. de neg. gest. iuncta. lege si opera. de exceptionibus do.

ADDITIO.

a Inuito creditore. † Adde quòd ex solutione fideiussoris fit duplex 23 liberatio, vna sibi, alia principali: nam fideiussor ipso iure liberatur, & debitor per exceptionem, si non est solutum nomine suo alias ipso iure vt hic in glo. fina. Et quando fideiussor soluit nomine debitoris, tunc non potest fieri cessio à creditore fideiussori post solutionem, quia so-

lutione eius quod deberar &c. imò fideiussor tunc solum agit mandati contra debitorem. Si verò soluit nomine suo proculdubio præsumitur liberatus, sed nō ipso iure, per l. Stichum. §. ff. si mandauero. ff de solution. tunc post solutionem ex interuallo potest fieri cessio, quia sunt dispariter obligati, vnus principaliter, alter accessoriè. d. §. si mādauero. & ibi glo. secundum Bart. in l. si creditor. ff. de sol. An autem pactū principalis prosit fideiussori, & è contra? Dic vt in le. & hæredi. §. fina. ff. de pac. Ias. May.

In glo. liberatur. ibi, cum his. Vos respondete aliter, quòd illa iura loquuntur quòd ille cui soluitur debet cedere actiones soluenti nō esset prouisum de alia actione: sed hic erat sibi prouisum de actione mandati vt vidistis supra circa princi. 23 †In fin. glos. in verbo, cætere, not. quòd acceptilatio quæ peccat in materia, licet non valeat ex sui natura, hoc est, secundum formam acceptilationis, valet tamen in vim taciti pacti. Secus si peccauerit in forma, quia vitium formæ est adeo potens quod circunscribit actum, vt voluit glo. in l. si vnus. §. acceptilatio. ff. de pact. In fin glo. in verbo, sicut. Hanc glos. communiter tenent Doct. sed Do. Christopho. arguebat multum fortiter contra gloss. & Docto. Nam si vera esset determinatio gloss. sequeretur quòd melioris conditionis esset dolosus negans, quàm non dolosus. 24 Item †daretur materia malignandi etiam neganti veritatem, contra l. conuenire. de pac. do. l. non solum de noxa. Nam debitor qui solum habet partem a debiti, illam confessabit: alteram negabit: de quo dicite vt in dicta lege. quidam æstimauerunt.

ADDITIO.

a Partem debiti. Dicite quòd ratio est, quia particularis solutio non potest fieri inuito creditore, quia affert plura incommoda. arg. l. planè ff. fa. hercis. ff. de transac. l. cum hi. §. omne. Ias. May.

In fin. glo. in verbo, stipulatus. ex hac glos. & tex. arguebā 25 contra præceptorem meum, qui dicebat † quòd rei vendicatio nouari non poterat, cum semper duret possessio à parte conuenti, item & dominium à parte agentis, ergo eadem rei vendicatio durat. l. in rem. ff. de rei vendi. Respondebat ipse, quia imo quando æstimatio rei quæ vēdicari potest deducitur in stipulatū dominium recedit à me. d. l. eius. ff. de rei vendi. & in hac glo. & per consequens actio quæ prius erat realis in aliam in transfusa appellatur personalis: de qua opinio. plene dixi in lege. j. ff. de noua.

1 ¶ Nouatio hodie non fit, nisi expressè hoc fuit actum.
2 Argumentum de similibus ad similia bonum est.
3 Exempla non restringunt regulam, imo declarant.
4 Seruus an possit obligari fideiubendo.
5 Nouatio an fiebat antiquitus si non erat expressè actum.
6 Nouatio quid sit.
7 Nouatio unde dicatur.
8 Nouatio quotuplex sit.
9 Compensatio ad hoc ut tollat obligationem, satis est quod notificetur etiam extra iudicium.
10 Nouatio qualiter fiat.
11 Obligationes quae nouari possint.
12 Nouatio an tollat priuilegia prioris obligationis.
13 Nouationis effectus qui sint.
14 Iura quot circa nouationem inducta fuere, & numero 15.
16 Obligationes quae solo consensu contrahuntur, solo dissensu soluuntur.
17 Pars quælibet immutata facit rem desinere esse integram.
18 Bonis alicuius confiscatis, obligatio transit in fiscum & obligatur creditoribus ipse fiscus.
19 Oblatio sola sufficit, ut in actorem transeat periculum interitus.
20 Creditor restituendo debitori instrumentum debiti, an uideatur sibi fuere pactum de non petendo.
21 Instrumento cancellato penes debitorem reperto, an præsumatur debitor liberatus.

a §. PRAETEREA. a Nouatione b tollitur obligatio, quæ b aliter olim, aliter hodie, fieri intelligebatur. hoc dicit. c

ADDITIONES.

a Præterea. Ad hunc. §. vide scripta per Ias. in l. eum qui ita stipulatur. §. qui proprietatē. nu. 4. & 5. & in §. seq. ff. de ver. obli. & in l. ita stipulatus. nu. 20. eo. titu. Io. Bap. Zilettus Venetus.

b Nouatione. Adde etiam, quòd olim interuentu nouæ personæ, quæ etiam naturaliter obligatur, tantum fiebat nouatio. Et idem etiam si prior debitor secundo se obligat, aliquid addendo vel detrahendo principali obligationi: quod hodie effectum consequitur si hoc expresse agatur. alias manet vtraque obligatio. hoc dicit. Ias. May.

c Hoc dicit. An officium iudicis possit innouari, & deduci in Aquilianam stipulationem, puta, cautio de damno infecto & similia, vide l. & voo §. fina. ff. eodem glo. & Barto. in lege j. ff. de prætor. stipulatio &c. Ias. May.

Not primò, nouatione tolli obligationem. Secundò nota, interuentu nouæ personæ promittentis, induci iure veteri nouationem. Item nota. non referre an secunda promissio valeat an teneat: quia semper prima tollitur, nisi habita fuisset à seruo. Rationem differentiæ dicam in glo. Item nota, quòd interueniente noua persona ita demum nouatio inducebatur, si aliquid de prima nouatione detrahitur vel ei adijcitur. Not. quòd 2 † hodie ita demum fit nouatio si hoc, expresse fuerit actum. cōcor. l. fi. C. de noua. alioquin durat prima & ij. obl. vt hic, & d. l. fi. Item nota. obligationes consensu causatas re integra, contrario dissolui consensu: secus si res non esset integra, vt dicetur cum gloss. 2 Item nota. † bonum esse argumentum de simili a bus a ad similia. concor. lege. ab emptione. ff. de pact. Item nota. quomodo exempla non restringunt regulam, b imo declab rant. concor. lege. damni infecti. ff. de dam. infect. lege. regula. de iur. & fact. igno. lege. scire oportet. ff. de excu. tut. In fine gl. in verbo pupillo. & est ratio huius gloss. Nam quando sequēs obligatio esset penitus nulla, imò no potest habere locum nouatio, quia cesset subiectum in quo transfunditur prior obligatio. lege. prima. ff. de noua. & statim videbitis in materia nouationis.

ADDITIONES.

a Argumentum de similibus ad similia. Adde l. nō potest. ff. de le. tex & glo in ca. super quibusdam. de stat re. Bal. in lege. conuenticulam. C. de epis. & cle. Adde Quando argumentum de similibus ad similia procedat. inno. in cap. qualiter & quando. el. ij. de accusati. Alberi de Rosa. in l. & ideo. ff de legi. Bald. de peru. senio in l. de quibus. col. xx. ff. eodem. in l. j. col. pe. C. de patri. qui lib. dist. in l. primo. C. de interdi. & in c. j. §. porro. col. prim. versi. deinde quæritur ex textu. quæ sit prima ca. benefi. amitten. in vsib. feud. Ant. de butr. in capitulo. non debet. tol. pen. de consanguinita. & affin. Abba Panor. in cap. translato. colum. iij. versi. in glossa fin. in fio. de constitut. & ibi Fely. col. ante pe. vers. in glossa. fin. in fi. cum versi seq. & ibi etiam Philip. Deci. co. pe. ver. est enim regulare. Eundem Pan or. in ca. inter ceteras. in vltimo notabili de rescri. & in capitulo. inter corporalia. col. v. vers. oppono quòd non semper. de transla. prel. in cap maiores. §. verum. in primo nota. per baritimo in cap. quemadmodum §. illud autem. in primo nota. de iureiur. & in ca. constitutus. el. ij. colum. ij. vers. ex hoc infertur ad vnum de appel. Alex. de Imol. in disputa. sua inci. Sigismundus, col. vj. vers. item confirmatur valet argumentum quæ est impressa in eius lectu. post l. imperium ff. de iurisd. om. iud. Floria. à S Petro. in l. illud. ff. ad leg. Aquil. & in l. ita vulneratus. eodem titu. Feli. Sandeum in cap. preterea. col. iij. vers. iiij. nota. cum sequentib. versi. desponsalia Ias. May. ibi l. cred tori, colum. j. versic. tertio. adde quod contra regulam, ff. de oper. noui. nunciatio. & in l. penul col. j. versic. & ex hoc pondera, hic esse tex. C. de collatio. Petrum phylip. Corne. in consili. liiij. incipien. videtur, prima. in litera, o. in ij. volu. in consi. c. incip. in causa veniente. litera, g. eodem. vol. & in consi. xx. incipien. videtur in princip. in ij. volu. Clau. de Seysel in l. non potest. col. ij. versic. in textu ibi, ad similia. ff. de legib. Philip. Deci. in capit. cum venerabilis. colum. quarta. vers. in glossa prima de exceptioni. & Ioan. de Neuiza. in tractat. Syluæ nuptialis. libr. j. fo. 52. versicu. de similibus. Nicola. Boeri. in consil. xxxiiij. incipi. dico breuiter quod Doctores. nu. 9. Ludoui. Gomesium infrà de actioni. in §. omnium. nume. 34. & in §. item seruiana. nu. 50. Et magnificum ac Excellentissimum. D. Hippolytum Riminaldum in l. precibus. nu. 498. C. de impubes. & alijs substitu. Io. Bap. Zilettus Venetus.

b Exempla non restringunt regulam. Adde iusti. de gradi. in §. hactenus. glo. in c. j. ne cle. vel. mo. Card. Zab. in capitulo ecclesia. in fi. ij. oppo. de elect.

4 In fi. glo. in ver. nulla. & hæc opinio communiter † approbatur, vt seruus alteri promittendo, extra causam peculiarem nec ciuiliter nec naturaliter obligetur: quod verum dicite quo ad effectus naturalis obligationis, quia cum eo non habet locū compensatio, nec indebiti repetitio essentialiter: tamen naturaliter obligatur, quia ita habet consensum vt liber homo. l. quidam. ff. de pact. & l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iu. a l. Stichum. §. naturalis. de sol. a

ADDI-

ADDITIO.

De solu. Qoia hoc casu promittendo ex causa peculiari, noo fideiubere nec se obligare etiam naturaliter potest.l.seruus in scio.ff.de fideius.Ias May.

In T hu. glos. in verbo, nouatio. prior opinio communiter tenetur.& ad hoc hæc glo. allegatur. Si dixerit aliquis, si mera iuris prudentia nnn inducebatur nouatio nisi hoc ageretur, frustratoriè nobis prouidet ius nouissimum. Sol.dicũt Doc. quod solum in his casibus io quibus tacitè inducebatur nouatio media iuris prudentia, hodie ita demum inducatur si hoc expresè agatur. Primò interuentu nouæ personæ. Secundò, si aliquid addatur priori obligationi in quantitate vel detrahatur.l.eum qui.§.si à te.ff.de verbo.obli.Item vbi adderetur vel detraheretur aliquid priori obligationi in qualitate, vt bis his omnibus casibus ipsa media iuris prudentia inducebatur tacite nouatio, hodie verò ita demum inducitur si hoc expresè agatur. Dicunt ta Docto. quod hodie non valet nouatio, quia expresè hoc dicitur, licet prior obligatio nouata non tollatur ipso iure, tollitur tamen ope exceptionis.l.Valerianus.ff.de præto.stip.glos.est not. in l.Valerianus.ff.de præto.stip.glo.est not.in l.j.ff. de noua.& in l.ij.fin.C.eo.titu.& ita tenent Doct.cõmuniter scribẽtes: sed tamen aliqui nouissimi tenent contrarium, quia secundum hoc l.fi.C.de noua.esset imposita verbis & non rebus. argume.in l. qui dari.ff.de verbo.oblig.Sed respõdebitis quod nõ est imposita verbis, quia quãdo tollitur exceptiõe, habet necesse debitor illam opponere: secus quãdo tollitur ipso iure, iuxta ea quæ habentur in l.eum qui ita.§.qui ita.de verbo.oblig. Nunc circa materiam nouationum est videndum, quid sit oouatio. a Secundò, vnde dicatur. Tertiò, quotuplex sit: Quartò, à quo fieri possit. Quintò, qualiter fieri possit. Sextò, quomodo obligatio nouari possit Septimò, an priuilegia prioris obligatiõis oouatio tollatur Octauò, qui sint effectus nouatiõis. Nonò, quot iura circa nouationẽ sunt introducta. Circa primum nouatio ita diffinitur. † nouatio est prioris obligationis in aliam siue naturalem siue ciuilem transmissio siue trãslatio, vt prior obligatio perimatur, & noua constituatur.l.j.ff. de noua. † dicitur autem nouatio, à nouo nonas, quia noua obligatio constituitur.l.j.§. nouatio.ff.de noua. † Est autem nouatio, vt glo.dixerunt communiter, vna voluntaria quæ fit extrà iudicium, alia necessaria quæ fit in iudicio.l.aliam.ff.de noua.not.gl.in l.j.C. de iud.Sed vos est mente Docto.dicite quod triplex est nouatio. Vna propria, quando prior obligatio perimitur, & in aliã transfunditur: & de hac loquitur l.j.de noua. Alia est nouatio impropria, quæ appellatur non prioris obligationis peremptio, sed nouæ qualitatis adiectio: vt est illa quæ fit per litis contestationem. Nam prior obligatio quæ prius erat temporalis, nunc est qualificata & effecta perpetua: & de hac loquitur l.prima.C.de iudi.lege, aliam.ff.de nouatio.Est & tertia nouatio quæ similiter appellatur impropria, & dicitur nouæ actionis cumulatio, & ista fit per sententiam, & de hac loquitur l.fi.C.de vsur.rei iudi. Et hæc vera sunt secundum opi.glo. quàm tenuerunt Docto. per sententiam non primi priorem obligationẽ, sed eidem nouam actionem accumulari: pro qua sententia allegant text. in lege si à te.§.fin.ff.de exceptio.rei iudi.in lege, græce.§. etiam in lege, si fundus.§.creditor.ff.de pigno. Mouetur ratione: quia si per sententiam tolleretur prior obligatio & actio, sequeretur quod sententia condemnatoria præiudicaret iuri victoris, quòd esset iniquissimum, & contra legem euidenter.ff. de exceptio.rei iudi.vbi non obstante sententia intentari potest prior, sed illa elidi cum exceptione rei iudicatæ Sed Domi. Pett. dixit per sententiam reuocari penitus obligationem, & actionem primeuam. Mouetur primò per l.fin.C.de vsur.rei iudic. ibi, si igitur nouatur, exponere autem nouatur, id est, noua actio accumulatur, est literam violare. b

ADDITIONES.

a Quid sit nouatio. Adde l.fi.C.de noaari.& ibi Cy.Bar.in l.ita stipulatus.ff.de verbo.obliga Cy.in l.si pacto.C.de pa.& quot Sunt species nouationis: & quid operatur: vide glo.in l.j.C.de iud.& ibi Cy.in ij.q.Bar.in l.aliam.ff.de oouatio.

b Violare.† Quia vltra primam actionem oritur actio in factum ex sententia, l.actori.C.de reb.credi.& plenè per Bar.io glo.in l.j.C.de iudi.Item post compensationem, scilicet postquam apposita ab homine, In aliquibus casibus ipso iure, absqoe eo quòd apponatur ab homine, vt l.si coostat.C de compensa. vbi dicitur quod fideiussor non tenetur ipso iure ad id quod principali potest compensari: & sic patet quod compensatio apposita à iure vel ab homine, tollit obligationem vel eius partem. nec requiritur qood apponatur in iudicio, sed sufficit extra iudicium.d.l.verum.ff.de compensatio.& ibi Bar.Ias. May.

Secundò mouetur per l.aliam.de noua. Nam nouatio est genus quod habet sub se species, nouationem voluntariam quæ fit extra iudicium, item & necessariam quæ fit in iudicio per litem contestatam, vel per sententiam: ergo hæ species debent esse coæquatæ in genere suo, sicut videmus in simili in l.stipulationum.ff.de ver.obli.vbi stipulatio velut genus diuiditur io plures species stipulationum, quæ omnes coæquatæ sunt: sed ita est quòd nouatio voluntaria est propriè species nouationis, ergo & necessa. Tertiò mouetur ipse per l.grege.§.etiam.sup. à alleg.si enim ibi per sententiam latam in actione personali non fuisset nouata præcedens obligatio, frustratoriè esset dubitatum, an essent pignora sublata.ad lege.si à te.§.primo.ipse respondet, quòd loquitur in rei vendicatione, quæ sicut nouari non potest per nouationem voluntariam, ita nec per necessariam. Ad lege.grege.§.etiam.& ad lege.si fundus.§.creditor.respondebat, quod imo prior obligatio erat oouata: sed ideo pignora non tolluntur, quia hypotheca habet certas conditiones vt ita demum tollatur si solutio interuenerit. & hanc solutionem videtur sentire litera io d.l.grege.§ etiam. Ad argumentum dum dicebatur, quòd hæc sententia condemnatoria prodesset victo, & noceret victori, ipse respondebat, nequaquam: quia licet victori tollatur prior actio, de vberiore tamen actione sibi prouidetur, que prouenit ex sententia, & paratam habet executionem.lege.minor.xxv.annis.c.fideicom.ff.de mino. Ex quo bene sequitur, quòd sententia condemnatoria non prodest reo condemnato, imo plurimum nocet. Non ob.titu. de exce.rei iudi quia licet per sententiam absolutoriam non nouetur prior obligatio & actio, tamen per sententiam condemnatoriam nouatur. Ratio differentiæ sumitur ex proposito iudicantis Nam iudex qui absoluit reum conuentum, non intendit aliquid disponere nec tollere, sed solum reum conuentum non esse obligatum declarare. Et hæc sententia disputatiuè mihi placet, tamen à priori in iudicando & consulendo nõ esset recedendum. Item potest fieri nouatio ab eo cui permissa administratio bonorum. Hinc est quod pupillus, furiosus, mentecaptus, surdus, mutus, & omnes quibus bonis est interdictum, nouare priorem obligationem prohibentur.l.cui.& l.nouare.de noua. † Qualiter autem fiat, dicite, vt dixi suprà in glo. quia olim fiebat tacitè in certis casibus. hodie vero ita demum fit si hoc expresè agatur: & dicatur vt statim dixi. † quæ autem obligationes nouari possint? Dicite quod omnes, siue productæ sint iure ciuili, siue iuregentium.l.iij.ff. de noua. Sed contra dixerit quispiam. Non ob.quod causatæ de iuregentium non possunt tolli per acceptilationem.l.& vtio.& l.vbi.ff.de acceptila. ergo per nouationem. Sol.dicunt Doc. quod ideo per acceptilationem non tolluntur, quia natura acceptilationis est radicitus tollere obligationes causatas de iuregentium, sed natura nouationis noo est radicitus tollere priorem obligationem, sed illam potius in alteram transfundere: vnde cum quid facilius in alteram speciem trãsferatur quàm in totum perimatur, n mirum si obligationes causatæ de iuregentium tolluntur nouatione, licet non acceptilatione. Sed huic sol. videtur aduersari.l.j. de nouatio. vbi videtur quod nouatio perimat potius obligationẽ præcedentem. Sed respondete, quòd perimit quo ad speciem & qualitatem, quæ in aliam transfunditur. substantia autem debiti non perimitur neque tollitur, sed acceptilatione ipsa substantia penitus tollitur. Nunc videamus † an per nouationem tollantur priuilegia prioris obligationis. Circa quem articulum dicite, quòd quædam priuilegia sunt quæ insunt priori obligationi fauore debitoris, & de bis priuilegijs dicite vt in lege, in diem. & in lege Stichum. de noua. quædam sunt priuilegia que in sunt obligationi fauore creditoris introducta, tamen de voluntate contrahentium, & de his dicite vt habetur in lege, nouatione. ff. eodem. Quædam sunt priuilegia quæ in sunt obligationi priori à lege, non tributa. & de his habetur in lege, aliam. de noua. in lege, prima versiculo,

priui.de priu.cred. Quædam sunt priuilegia quæ insurgunt ex negligentia debitoris, & de his dicite vt habetur in lege, si rem meam. de noua. & in prædictis sufficiat eorum remedio. Venio

13. ad octauum. Vnde dicite quod hinis ita se habet, vt † prior obligatio tollatur ipso iure, quando hoc expressè agitur, vt in hoc §. fi. & in l. fi. C. e. Aut saltē ope exceptionis tollatur, vt no. gl. in l. ij. ff. de nouatio. Idē voluit in l. fi. C. eo. tit. Circa vltimum dicite, quòd in materia hac sunt distinguēda tria tēpora. Primum fuit

14 tempus † antiquissimum, quo iure & secunda stipulatione siue adderetur, siue detraheretur, siue idem disponeretur, inducebatur nouatio prioris obligationis. l. obligationum fere. §. fi. ff. de actio. & oblig. Secundum fuit ius antiquissimum, quo iure inducebatur siue aliquid adderetur siue detraheretur priori obligationi in qualitate vel in quantitate, vt hic, & l. qui vsufru. de verb. obli. Secus si detraheretur quantitate l. eum qui. §. si à te ff. de verbo. oblig. Tertium fuit ius nouum: iure hoc ita demum nouatio prioris obligationis inducebatur, si hoc expressè à contrahentibus actum extiterit, vt hic, & l. fi. C. eo. titu. aliàs autem nisi hoc expressè agatur, iure nouationis prior obligatio non tollitur, sed tamen vi taciti pacti bene tolletur vt voluit glo. alle. cōmuniter in l. ij. ff. de noua. & in l. ij. C. eo. ti. pro quo in l. Vale

a riauus. ff. de præto. stip. Cætera dicite vt habetur in l. fi. C. eo. ti. a

ADDITIO.

a C. eo. tit. † Vltimo pro complemento. §. preterea. distingue varia

15 tempora circa materiam nouationem. Primum fuit ius antiquissimum ante tempus Digestorū, & isto iure fiebat nouatio siue adderetur siue detraheretur priori obligationi, interuentu cuiuslibet nouæ personæ: & de isto iure fit nouatio, vt hic, & l. fina. C. de nouatio tempore iuris in dubio, in duobus casibus. Primus, quando secunda continebat plus re quā principalis: vt, si primò promisi a. ex certa causa, & deinde promitto xv. ex eadem causa. l. qui vsufru. ff. de verbo. obli. Secus si secunda cōtineat plus temporu: vt si promisi x. vsque ad mēsem, deinde promitto vsque ad annum nam per secundam videtur fieri prorogatio, nō autem nouatio. Nec ob. quod no gl. in l. pe. ff. de præto. stip. Secundus casus est, quando secunda stipulatio continebat tantum quantum prima, sed interueniebat noua persona. nisi actum esset quod essent duo rei l. ij. prin. ff. de duo. re. & hoc in stipulatione conuentionali, sed in prætorijs stipulationibus fiebat nouatio ope exceptio. d. l. pe. Ad hoc igitur vt de iure antiquo præsumatur nouatio ipso iure, tria sunt necessariò attendenda. Primum, quòd sit stipulatio conditionalis. Secundum, quòd contineat plus re: secus si tempore. Tertium, quòd si secunda cōtinet tātum sicut prima, quòd interueniat noua persona. vt l. ij. de duo. reis. Hodie de iure nouo nunquam præsumitur nouatio ipso iure fieri expressè agatur vt hic, & in l. fi. C. eo. nisi in casibus in quibus olim fiebat ipso iure, hodie fit ope exceptionis tantum, Et an in stipulatione penali fiat nouatio, de his omnibus vide Bar. in l. fin. & in l. aliam. ff. de noua. & in l. fi. ff. de præto. stipu. & in l. itē illa. ff. de consti. pec. Ias. May.

16 In fine glo. in verbo, consensu. colligitis, quòd † obligationes quæ solo cōsensu contrahuntur, solo dissensu dissoluuntur. probatur hic hæc regula, & suadetur vulgari ratione, quæ sumitur ex regula iuris. Nihil tam naturale. ff. de regu. iu. & in c. j. extrà. de verbo. signi. Secundò colligitis, quasdam obligationes prouenientes ex delicto, solo dissensu tolli & aboliri. inter quas potissima est obligatio iniuriarum, quæ non solum dissensu illa tollitur, sed dissimulatione, vt habetur in l. fi. infrà. de iniur. Item colligitis, quòd obligationes quæ solo consensu non causantur, sed in his producendis alio opus est, solo dissensu non dissoluuntur. & ratio huius fundatur super dicta regula. Nihil tam naturale. In fi. glo. in verbo, soluto. colligitis, quòd vbicunque lex facit mentionem de re existēte integra, debet intelligi quod

17 sit integra ex qualibet sui parte: vnde † quælibet minima pars immutata facit rem desinere esse integram. & ad hoc notabiliter hæc gloss. allega. faciūt quæ habentur in l. ab emptione. ff. de pact. & in l. j. & ij. C. quando licet ab emptione discedere. Glos.

a fina. bene dicit. a

ADDITIO.

a Bene dicit. Ex ea glos. in principio. Nota ex glo. modos quibus tollitur obligatio naturalis & ciuilis: in qua dic, ibi, per nouationem. quod triplex est nouatio, vt suprà in parte præcedenti dixi. Ias. May.

18 In glos. ibi, per confusionem. vt, † quando debitor deportatur, vel aliud delictum committit propter quod eius bona publicantur nam transfunditur obligatio in fiscum, & ipse teneatur creditoribus, & debitor ipso iure liberatur. l. si debitori. ff. de fideiussio. Non tamen tenetur fiscus vt hæres, sed vt successor. licet glo. senserit contrarium in l. ij. C. ad l. Iul. de vi. pu. In gl. ibi

19 per obligationem. dic, vsque ad litem contestatam, † sufficit sola oblatio, vt in actorem transferat periculum interitus. l. si d & alia. ff. de constitu. pecu. nisi fieret absenti, quia tunc requiritur etiam consignatio & depositio, vt not. in l. statu liberos. §. Stichus. ff. de statu. libe. Sed post litem contestatam in iudicio si vult plenè liberari, licet res interim pereat, ista tria requiruntur scilicet oblatio, depositio, & consignatio præsentibus testibus, & quod totum debitum liquidum deponatur, & quòd fiat congruo loco & tempore: & sufficit etiam si existens pro debitore etiam inuito offerat, deponat, & consignet, vt no. glo. in l. acceptam. C. de vsu. Nam ista tria habent vim solutionis, scilicet depositio &c. Et depositio debet esse talis, quòd creditor habeat facultatem recipiendi libere. l. si solutionis. & ibi Bart. ff. de sol. Sed si deponatur. & consignetur species debita ipso iure liberatur debitor. Si debitum est in genere, tunc ope exceptionis. l. qui decem. in prin. ff. de sol. Et an sufficiat marsupiū cum pecunia? Glo. dicit quod sic, in authen. vt exac. instante dotis primæ & secundæ. & §. ij. collati. vij. quàm intellige vt declarat Bar. in l.

a cum seruus. ff. de condi. indebi. a

ADDITIO.

a De condict. indebiti. Adde, & no. vltimo ea glo. ibi, per delegationem. quando debitor mandat alteri vt accedat ad creditorem vt sibi promittat: nam si creditor stipuletur, ab illo liberatur, & fit nouatio hodie etiam ipso iure. Si autem ille tertius non sit à me delegatus, sed interueniat sine mādato, dicitur nouatio solum ope exceptionis fieri, vt suprà. §. præterea. Ias. May.

20 In gl. instrumenti redditionem. † Dic, etiam creditor restituendo debitori instrumentum debiti, videtur sibi facere tacitum pactum de non petendo: ideo sola naturalis tollitur. l. Labeo. quæ est secunda. ff. de pact. Secus in restitutione pignoris, quia non videtur sibi remittere debitum. Ideo diuersitas est, quia restitutio instrumenti non potest importare aliam commoditatem quàm remissionem debiti: quod secus est in pignore. Ideo si per restitutionem instrumenti consequeretur debitor aliam vtilitatem, nō intelligitur remissum debitum: vt si instrumentum suæ emptionis, in quo erat obligatus ad debiti solutionem, sibi restituatur, vt litiget secūdum Bar. in l. iterum quia

21 ff. de pact. † An autem eo ipso quod reperitur instrumentum cancellatum penes debitorem, dicatur liberatus? Dic quod sic, si alleget se soluisse: nisi esset persona domestica creditoris. Secus si allegat sibi factum pactum de non petendo, quia non sufficit nisi probet instrumentum sibi redditum fore, secundum Bar. in d. l. Labeo. de pact. Laus Deo.

TERTII LIBRI

FINIS.

REGISTRVM.

αϹγΔε. abcdefghiKlmnopqrstuxyz. ABCD.

Omnes sunt terniones præter D, quæ est duodenio.

Lugduni,

Apud Stephanum Seruanium.

M. D. LXV.